Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXIV
F
22



QVARTVM VOLVMEN.

ARISTOTELIS
STAGIRITÆ
DE PHYSICO AVDITV LIBRI OCTO,
CVM
AVERROIS
CORDVBENSIS
VARIIS IN EOSDEM COMMENTARIIS.

Quæ omnia, vel nuperrime tranſlata eſſe, vel ex antiquis, ac doctiſſimorum virorum codicibus ad maximum candorem redacta, verſa pagina declarat.



Cum ſummi Pontificis, Gallorum Regis, Senatusq; Veneti decretis.

VENETIIS APVD IVNTAS .M D L.

IN HOC QVARTO VOLVMINE HÆC CONTINENTVR.

ARISTOTELIS de Phyſico auditu libri Octo, ex optimis codicibus caſtigati: ac in ſummas, & capita diuiſi. fo. 4.
Quibus addita nuper fuit Simplicij lectio in libro Septimo a textu decimo vſq; ad vigeſimum primũ, diuerſa ab ea, quæ paſſim legiť. 147.
AVERROIS in eos Procemium, antea quidem difficillimum, nunc aũt ad maximam redactum facilitatem, tum ex Iacob Mantini noua tranſlatione, tum ex antiqua caſtigatiſſima. .2.
Cõmentaria in eoſdem magna, ſimul cum ipſius textu, ex plurium, antiquorum, doctiſſimorumq; virorum collatione exemplariũ emendata, ac non parum claritatis adepta. .4.
Expoſitio media ſuper Tres primos libros, Iacob Mantino interprete: ſuper reliquos vero Quinque morte præreptus eam intactam reliquit. .197.
Quamplurimę figurę, ꝓprijs inſertæ locis, mirabili confectæ artificio.
Summarum ac Capitum Index.

Præfationem autem legens hæc omnia copioſius intelliges.

INDEX SVMMARVM AC CAPITVM LIBRORVM, QVI IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Summæ ac Capita Primi libri de Phyſico auditu.

AVerrois Proœmiũ, duplici illuſtratum tranſlatione, antiqua ſcilicet, & Iacob Mantini. fo.2.
Sũma Prima, in qua agitur de rebus, quibus præfatus eſt Ariſtoteles hũc ſuum librum. 4.&.197.
Caput Primum, huius ſcientiæ propoſitum declarans. .4.&.197.
Caput Secundum, de generibus demõſtrationum, quæ in hac ſcientia ſunt. .4.&.197.
Caput Tertium, de modo ordinis doctrinæ. 4.&.197.
Summa Secunda, Antiquorum opiniones de principijs naturalibus examinãs, eaſq; deſtruẽs. 5.&.197.
Pars Prima, opiniones enumerans, iiſq;, qui ĩ hac ſcientia errorem non proprium commiſerunt, contradicens. .5.et.197.
Caput Primum, opiniones de principijs, & earum authores complectens. .5.&.197.
Caput Secundum, declarans quæ nam ex dictis opinionibus à Phyſico deſtrui, uel non deſtrui debeant. .5.&.198.
Caput Tertium, opiniones non naturaliter loquentium deſtruens. .6.&.198.
Caput Quartum, antedictarum opinionum ſyllogiſmos confutans. .8.&.198.
Pars Secunda, in qua fit ſermo cum illis, qui circa principia proprium commiſerunt errorem. 10.&199.
Caput Primum, in quo Antiquorum de principio materiali narrantur opiniones, earumq; opinionis redditur cauſa. .10.&.199.
Caput Secundum, in quo afferuntur rationes contra aſſerentes principia eſſe infinita. .11.&.199.
Summa Tertia, in qua declarat principia rerum naturalium, præcipue uero principium materiale. .13.&.199.
Caput Primum, in quo adducuntur rationes famoſæ, principia contraria eſſe, atque plura, quàm unum affirmantes. .13.et.199.
Caput Secundum, non ſufficere eſſe prima principia duo contraria probans, ſed dari tertiam oportere naturam: neque oportere principia eſſe plura tribus. .15.et.199.
Caput Tertium, in quo duo duntaxat eſſe principia probatur, Materiam ſ. & Formam. Priuationem autem principium eſſe per accidens. .16.&.200.
Caput Quartum, in quo Antiquorum dubitationes ſoluuntur per ea, quæ de primæ materiæ eſſentia probantur. .20.&.200.
Caput Quintum, Materiam ingenitam, incorruptibilemq; eſſe oſtendens. .22.&.200.

Summæ ac Capita Secundi libri de Phyſico auditu.

SVmma Prima, in qua tractatur de ipſa Natura, & de quocunque, quod ad eam refertur, & quot modis dicatur. fo. 23.
Caput Primum, in quo habetur quid ſit Natura. 23. &.201.
Caput Secundum, in quo declaratur quid ſit id, quod habet Naturam. .24.et.201.
Caput Tertium, & Quartum, in quo determinatur quid ſint res ſecundum Naturam, & quæ Naturales. .24.&.201.
Caput Quintum, declarans Naturam eſſe quid per ſe notum eſſe. .24.&.201.
Caput Sextum, & Septimum, in quo determinatur quot modis dicatur Natura, & quid naturæ nomine potius dignum ſit, materia ne an forma. 24. &.201.
Summa Secunda, qualis ſit huius ſcientiæ profeſſoris conſyderatio declarans. .25.&.201.
Caput Primum, & Secundum, de differentia inter Phyſici & Mathematici contemplationem de eadem re: & quòd magis peccant, qui ponunt formas naturales à materia expoliatas, ꝙ Mathematici, qui tantummodo intellectione ſeparant. 25.et. 201.
Caput Tertium, probans Naturalem non conſyderare formam ſine materia. .26.&.201.
Summa Tertia, in qua agitur de Cauſis, & earum in plura membra diuiſione. .28.et.202.
Caput Primum, in quo quot, quæ'ue ſint cauſæ determinatur. .28.&.202.
Caput Secundum, in quo de Caſu & Fortuna tractatur. .30.&.202.
Caput Tertium, in quo ſoluuntur dubia de cauſa Finali. .36.&.203.
Caput Quartũ, ad quam cauſam neceſſitas in rebus naturalibus referatur determinans. .39.&.203.

Summæ ac Capita Tertij libri de Phyſico auditu.

SVmma Prima, in qua probatur ad profeſſorem huius ſcientiæ neceſſario attinere tractare de accidentibus communibus rerum naturalium. fo. 40.&.204.
Summa Secunda, in qua notificatur quid ſit Motus, & traditur eius definitio. .41.&. 204.
Caput Primum, de ſuppoſitis ante Motus definitionem præintelligendis. .41. &.204.

*

Caput Secundum, in quo traditur Motus definitio ex rebus proprijs. .41.&.204.
Caput Tertium, in quo traditur Motus definitio ex rebus communibus. .41.&.204.
Caput Quartum, in quo declaratur quo pacto una & eadem res dicatur eſſe in potentia, & in actu. .42.&.204.
Caput Quintum, in quo deſtruitur Antiquorum opinio de Motus definitione, et traditur eius definitionis difficultas. .42.&.204.
Caput Sextum, in quo ſit magis ipſe Motus in mouente, an in mobili. .43.&.205.
Summa Tertia, tractans de Infinito. .45.&.205.
Caput Primum, de Antiquorum opinionibus circa ipſum Infinitum. .45.&.205.
Caput Secūdum de rationibus, quæ Infinitum eſſe apparenter concludunt. .46.&.205.
Caput Tertium, quot modis dicatur Infinitum. 47. &.205.
Caput Quartum probans non dari Infinitum. .47. &.205.
Pars Prima, in qua argumentatur contra ponētes infinitum eſſe quid per ſe exiſtens. .47.&.205.
Pars Secunda, in qua probatur non dari magnitudinem infinitam actu, rationibus communibus, & proprijs. .48.et.205.
Caput Quintum, in quo probatur dari Infinitum in potentia. .52.&.206.
Caput Sextum, ubi datur definitio Infiniti, & refellitur ea, quæ Antiquorum. .54.&.207.
Caput Septimum, in quo redditur cauſa, propter quā non poteſt reperiri infinitum in actu, ſed in potentia. .54.&.207.
Caput Octauū, in quo deſtruuntur rationes, quæ probare uidentur dari Infinitū in actu. .56.&.207.

Summæ ac Capita Quarti libri de Phyſico auditu.

Summa Prima. De Loco. fo.56.
Caput Primum, in quo famoſæ afferuntur rationes, tum affirmantes, tum negantes Locum eſſe. .56.
Caput Secundum, in quo afferuntur ea, quæ faciunt dubitare de eſſentia, ac quiditate Loci. .59.
Caput Tertium. Quot modis dicatur aliquid eſſe in aliquo. .60.
Caput Quartum, quòd non poteſt dici aliquid exiſtere in ſeipſo. .61.
Caput Quintum, in quo ſoluitur dubium Zenonis de ipſo Loco. .62.
Caput Sextum, in quo narrantur propoſitiones proportionatæ, ex quibus deuenimus in cognitionem ipſius Loci. .62
Caput Septimum, in quo traditur definitio Loci, & ex dictis propoſitionibus notificatur quid ſit. .63.
Caput Octauum, in quo declaratur per aliam uiam, quòd definitio tradita, eſt definitio Loci. .65.
Caput Nonū. Quòd definitio aſſignata cōueniat cunctis corporibus ſimplicibus mobilibus. .65.
Caput Decimum, in quo ſoluuntur dubia circa eſſe Loci, et notificatur quòd per eius definitionem ipſorum ſecundum naturam mobilium cauſa haberi poteſt eorum motus, & quietis. .67.
In antecedentium librorum diuiſionibus, uſque ad hunc locum, Auerroem, cui hoc dicatum eſt opus in media eius expoſitione, tāquam ducem ſecuti ſumus: in poſterū uero, cùm ea nobis deſit cōmentatio, ut rectius uidebitur partitiones accomodabimus.
Summa Secunda. De Vacuo. .68.
Caput Primum. Quòd ad Naturalem ſpectet conſyderare de Vacuo, & quo ordine: negantiumque atque aſſerentium uacuum rationes. .68.
Caput Secundum. Nonnullarum opinionū Vacuum eſſe aſſerentium confutatio. .70.
Caput Tertium, in quo deſtruitur ſermo probantium Vacuum per motum ex ipſo motu. .71.
Caput Quartum, oſtendens Vacuum non eſſe ſeparatum quid à corporibus. .76.
Caput Quintum. Quòd non ſit Vacuum corporibus imbibitum. .77.
Caput Sextum. Quòd non abſque ratione dubitent ponentes Vacuum eſſe, earumque dubitationum ſolutio. .78.
Summa Tertia. De Tempore .80.
Caput Primum, in quo dubitat an Tempus ſit, uel nè. .80.
Caput Secundum, in quo quæritur quid ſit Tempus probaturque ipſum non eſſe motum. .81.
Caput Tertium, oſtendens Tempus, quamuis non ſit motus, non tamen eſſe ſine motu, et declarans quid ſit ipſius motus: ubi datur etiam ipſius Temporis definitio. .82.
Caput Quartum. Quam rationem habeat ipſum Nunc ad ipſum tempus. .84.
Caput Quintum. Quis numerus ſit, qui in definitione temporis accipitur: ex quo nōnullorum in ipſo tempore redditur cauſa. .86.
Caput Sextum. Quid ſit in Tempore eſſe. Quæ ſint ea, quæ ſunt in Tempore, & quæ non ſunt in tempore. Tempusque ut motum, ita & quietē menſurare. 87.
Caput Septimum. Quo pacto ipſum Nunc continuat tempus. Deque alio ſignificato ipſius Nunc. Et quid hæc ſignificent, ſ. Aliquādo, Iam, Nuper, Quondā, & Repēte. Et quòd tempus corruptionis per ſe magis, generationis autē magis per accidens eſt cauſa. 90.
Caput Octauum, Omnem Mutationem eſſe in tempore. .92.
Caput Nonū, in quo quædā adducuntur dubitationes circa ipſum Tempus, & earum ſolutiones. .92.

Summæ

Summæ ac Capita Quinti libri de Phyſico auditu.

SVmma Prima, in qua agitur de diuiſione Motus in ſuas ſpecies. fo.95.
Summæ Primæ Caput Primum, in quo diſtinguitur Motus per ſe à motu per Accidens & à motu ſecundum Partem. .95.
Caput Secundū. Quot modis aliquid dicatur in aliud mutari. .96.
Caput Tertium. In quot, & quibus prædicamentis reperiatur proprie Motus. Et quot modis dicatur Immobile. .98.
Summa Secunda, in qua agitur de Vnitate, & Pluralitate motus. .102.
Caput Primum, in quo declarat quid ſit ſimul, quid Separatim, quid Tangere, quid Inter, quid Conſequenter, quid Contiguum, & quid Continuū. 102.
Caput Secūdum. Quotupliciter dicatur Motus unus. Et qui proprie unus, qui uè plures. .104.
Summa Tertia. de Contrarietate motuū, & quietum. .108.
Caput Primum. Quis motus cui motui opponatur. .108.
Caput Secūdum. Quæ Quies cui motui, & cui quieti opponatur. .110.
Caput Tertium. Proponuntur nonnullæ circa prædicta dubitationes, ſoluunturq́. .111.

Summæ ac Capita Sexti libri de Phyſico auditu.

SVmma Prima. Declarat motum non componi ex indiuiſibilibus. fo.113.
Summæ Primæ Caput Primum. Nullum continuum ex indiuiſibilibus componi. .113.
Caput Secundum. Ad diuiſionem magnitudinis ſequi diuiſionem temporis, et è contra. .116.
Caput Tertium. Finitum & Infinitum eodem pacto inueniri in magnitudine, & tempore. .118.
Summa Secunda. Motum non momento, ſed tempore menſurari; ſimiliter et quietem. .120.
Caput Primum. Ipſum Nunc indiuiſibile eſſe. .120.
Caput Secundū. Quòd in ipſo Nunc nihil nec moueatur, nec quieſcat. .121.
Sūma Tertia. In ea agitur de Diuiſione ipſius motus. .121.
Caput Primum. Indiuiſibile moueri non poſſe. .121.
Caput Secundum. Quotupliciter diuidatur ipſe motus. .122.
Caput Tertium. Eaſdem eſſe Diuiſiones ipſius temporis, ipſius motus, ipſius moueri, eius quod mouetur, & eius in quo ſit motus. .123.
Summa Quarta. In ea tractatur de Ordine partium motus. .124.
Caput Primum. Non dari Primum, ſed ultimum motus. .124.
Caput Secundum. Ea quæ ſunt in motu, ſeſe præcedere. .127.
Caput Tertium. De Finito, et Infinito in motu. .30.
Caput Quartū. Eodem pacto eſſe in eo, quod in Quietem tendit, & in Quiete, ut etiam in motu, q ſcilicet non detur in eis Primum. .133.
Summa Quinta. Confutat errores quoſdam circa ipſum motum. .134.
Caput Primum. Soluit rationes Zenonis, motum auferentes. .134.
Caput Secundum. Excludit errorem, quòd Impartibile moueatur. .137.
Caput Tertium. Nullam magnitudinem eſſe infinitam. .138.

Summæ ac Capita libri Septimi de Phyſico auditu.

SVmma Prima. Declarat, omne, quod mouetur, habere motorem. fo.139.
Summa Secunda. Omnia mota in loco reduci ad Primum, quod mouetur, quod à motore, qui eſt in eo, mouetur: nec eſſe proceſſum in infinitum in mouentibus, & motis. .140.
Summa Tertia. Primum Mouens ſimul eſſe cum eo, quod ab eo mouetur. .142.
Caput Primum. In Lationis, Alterationis, & Augumenti motu monſtratur mouens ſimul eſſe cum eo, quod mouetur. .142.
Caput Secundum. Probat quòd ea, quæ patiuntur, à ſenſibilibus patiuntur, cùm prius ſine probatione acceptum fuerit: quòdq́ in parte animæ ſenſitiua eſt alteratio, in alijs autem minime. .145.
Summa Quarta. Vtrum omnis motus habeat cum omni motu comparationem. .148.
Caput Primum. Quis motus cui motui ſit comparabilis, .148.
Caput Secundum. Quo pacto mouentia, & quæ mouentur proportionem inter ſe habeant in motu. .152.

Summæ ac Capita Octaui libri de Phyſico auditu.

SVmma Prima. Demonſtrat motum ante, retroq́ ſempiternum fore. fo.153.
Summæ Primæ Caput Primum. Propriam de ſempiternitate motus ſententiam comprobat: ubi multa de Antiquorum interſerit opinionibus. .153.
Caput Secundum. Soluit rationum apparentiam, motum non eſſe conſtruentium. .160.
Summa Secunda. Quòd primus motor ſit penitus immobilis, perpetuus, & unus. .161.

Caput Primum. Diuiſionem examinat rerũ omnium quoad motum, & quietem: probatq́; nec omnia quieſcere, nec omnia moueri continue. .161.
Caput Secundum. Omne, quod mouetur, ab aliquo moueri. .165.
Caput Tertium. Quód neceſſe ſit deuenire ad primum aliquod, quod uel ſit immobile, uel moueat ſeipſum. .169.
Caput Quartum. Quòd, & ſi perueniamus ad primum ſeipſum mouens, neceſſe tamen ſit deuenire ad mouens penitus immobile. .172.
Caput Quintum. Primum mouens eſſe perpetuum & unũ, ipſumq́; nec per ſe, nec per accidens moueri. fo.175.
Summa Tertia. An detur motus continuus: & quis motuum ſit primus. .179.
Caput Primum. Lationem eſſe cæteris motibus prio/rem. .179.
Caput Secundum. Quòd motus alij à latione non ſint continui. .182.
Caput Tertium. Nullam lationem, nec rectam nec etiam reflexam aliquam, ſiue rectam, ſiue circularem poſſe eſſe perpetuo continuam. .183.
Caput Quartum. Quòd motus ſolus circularis poſſit eſſe continuus. .189.
Caput Quintum. Quòd circulatio primus ſit motuum. .190.
Summa Quarta. Primum motorem indiuiſibilem eſſe, & impartibilem, nullamq́; prorſus habere magnitudinem. .192.

Finis.

ACVTISSIMI INTERPRETIS AVERROIS CORDVBENSIS IN LIBROS PHYSICORVM ARISTOTELIS PROOEMIVM,

Duplici illuſtratum tranſlatione, antiqua ſcilicet caſtigata, & aucta, necnon Iacob Mantini Hebræi, uiri doctiſsimi nunc primum in lucem ædita.

ANTIQVA TRANSLATIO.

INtentio mea in hoc ſermone eſt gloſſare librũ Ariſt. qui dicitur auditus naturalis: quia à nullo expoſitorũ ædita eſt gloſſa cõpleta ſuper ſingulis verborum Ariſto. nec ab Alexandro verborũ explanatio cognita eſt, niſi ſup partem primi, & ſup ſecundum, quartum, quintum, ſextum, & ſeptimum: & quod habetur ſuper partem octaui non eſt Alexandri.

Primum vero ſecundum vſum gloſſatorum, dicentium in principio libri octo capitula, ſcilicet Intentionẽ libri, Vtilitatem, Ordinẽ, Diuiſionem, Proportionem, Viam doctrinę, Nomen libri, Nomen authoris, dicã & ego: licet plura ex iſtis poſſint intelligi ex prooemio libri: ſicut in ſubſequentibus oſtendemus.

Vide i com. 9. primi phy ſi. in fine.

Intentio ſciẽ naturalis.

Dico itaq; ꝙ intentio ſcientiæ naturalis in ſumma, cuius iſte liber eſt pars, eſt cognoſcere cauſas ſpecierũ ſenſibilium, & cauſas eorum, quæ ſunt in eis, accidentium: quia ſubiectum iſtius artis non ſunt niſi res ſenſibiles, [a] quæ tranſmutantur de ſe, ideſt ſecundum quod habent de ſe principium motus, & quietis. [b] Et intentio huius libri eſt cognoſcere de iſtis cauſas cões oĩbus rebus naturalib⁹, ſ. Materiã, Formã, Finẽ, & Efficiẽtem, & cognoſcere cauſas primas, ſecũdũ ꝙ eſt poſſibile ſciri in hac ſcientia, ſicut materiã primã, & mouens primũ: forma autẽ prima, & finis primus [c] à Metaphyſico cõſyderantũ: & conſyderatio in conſequentibus [d] cõibus omnibus rebus naturalibus, ſicut loco [e] & tpe, & his ſimilibus eſt inquiſitio naturalis.

a a.l. ſubiectum dico, ſecũdũ qđ trãſmut. ſ de ſe.
b Idẽ in cõ. 4. primi phyſico.
c a.l. vltima forma pria, primus finis a Metaphyſico cõſyderantur.
Idẽ. 1. Meta. c. 1. & 12. c. 6.
d a.l. accidẽtibus.
e a.l. addit & vacuo.

Vtilitas.

Vtilitas eius eſt pars vtilitatis ſcientiæ ſpeculatiuę. & declaratum eſt in ſciẽtia cõſyderante in operationibus voluntarijs ꝙ eſſe hominis ſecundũ vltimam pfectionem ipſius, [f] & ſubſtãtia eius pfecta eſt ipſum eſſe perfectum per ſcientiã ſpeculatiuam: & iſta diſpoſitio eſt ſibi fœlicitas, & ſempiterna vita. Et in hac ſciã manifeſtum eſt quod prædicatio nominis hominis pfecti à ſcientia ſpeculatiua, & non perfecti, ſiue non habẽtis aptitudinem ꝙ perfici poſſit eſt æquiuoca: ſicut nomen hominis, quod ꝑdicatur de homine viuo, et de homine mortuo: ſiue prædicatio hominis de rationali, & lapideo.

f a.l. et ſubã eius ẽ perfectio p ſciam.
Ex hoc vĩ com. ponere fœlicitatẽ in ſcientijs ſpeculatiuis. ſed vide oppoſitũ. 3. de aia cõ. 36. vide con. Zim.
g Vid. p hoc primo cor. cõ. 2. in fine.

[g] Et cum hoc conſequiť cognitionẽ ſcientiæ ſpeculatiuæ ſcientia de moralitate virtuoſa. quoniam ſcientes iſtam ſcientiam, cum erunt ſecundum ordinem naturalem, oportet eos de neceſſitate eſſe virtuoſos in omnibus ſpẽbus virtutũ moraliũ, quæ ſunt Iuſtitia, Temperãtia, Fortitudo, Magnanimitas, Liberalitas, Veritas, Fiducia, Mãſuetudo, & aliæ de virtutibus hoĩum.

Et declarauit Alexander in prooemio huius libri quõ ſequať ſcientia harum virtutum ad ſcientiã ſpeculatiuam

MANTINI TRANSLATIO.

HVius libri propoſitum eſt exponere librũ de phyſico auditu: cũ nulla adhuc integra expoſitio alicuius expoſitoris ad literã viſa nobis fuerit. quod vero hucuſq; vidimus ex Alexandri expoſitione fuit aliquid in primum, ſecũdum, & quartum, quintũ, ſextum, atq; ſeptimũ librum: immo quædam pars in ſextum librum non ſunt verba Alexandri.

Conſentaneum mĩeſſe videť vt præponamus quædam, quæ ſolent ipſi expoſitores in initio ſuorũ librorum præfari: quæ quidem ſummatim ſunt octo. Primum eſt propoſitum libri: Secundum eius vſus: Tertium ordo ipſius: Quartum eius partes: Quintum eius ratio ex proportione: Sextum eſt modus doctrinæ: Septimum qđ nomen libri ſignificet: Octauũ quis eũ ędiderit: & ſi maior pars horũ ſint virtutẽ in ꝑfatione ipſius libri: vt nos exponemus, cum illuc ꝑuenerimus.

Dicamus itaq; ꝓpoſitum ipſius ſcientiæ naturalis in vniuerſum, cuius iſte liber eſt vna pars, eſſe ſcire cauſas ſpecierũ ſenſibilium, & cauſas accidentium, in eis exiſtentiũ: qm̃ ſubiectum, de quo hæc ars conſyderat, ſunt res ſenſu cognitæ, quæ ſunt ex ſe tranſmutabiles: nempè quæ hñt in ſe principiũ motus, & quietis.

Propoſitum vero huius libri eſt ſcire cauſas cões cunctis rebus naturalibus, quæ ſunt Materia, Forma, Agens, atq; Finis, notificareq; huius rei primas cauſas, vt pñt in hac ſcientia notificari, vt eſt ipſa materia ptia, & primus motor: de prima vero forma, ac primo fine ad ꝓfeſſorem ſciẽtiæ Diuinæ cõſyderare ſpectat: necnõ tractare de cõſequẽtibus cõibus cunctis rebus naturalibus, vt eſt tp̃s, locus, & reliqua his ſimilia.

Vſus aũt eius eſt pars iuuamẽti ipſius ſcientię ſpeculatiuæ. in ſcientia aũt volũtaria, quæ, ſ. tractat de actionibus voluntarijs, iam fuit oñſum qđ id, quod ducit hoĩem ad ſuam vltimã perfectionem, & integrã eſſentiã, eſt vt pfecte obtineat ſcientias contẽplatiuas. Qđ aũt hoc ſit hoĩs vltima fœlicitas, & vita perpetua per hãc ſciam ſatis apparet, cũ nomen hoĩs, quod dr̃ de eo, qui eſt in ſciẽtijs ſpeculatiuis cõſumatiot, & de eo, qui nõ eſt in eis pfectus, aut nõ eſt habilis vt in eis perficiatur, profecto ęquiuoce dicatur de ipſis: quemadmodũ quoq; dicitur homo de viuente, & de mortuo: & vt dicitur etiam de homine rationali, & picto in lapide.

Adde ẽt ꝙ ad cognitionẽ ſciarum ſpeculatiuarũ ſequunť ꝑſtãtiſſimi, ac nobiliſſimi affect⁹, vel mores, nã qui has ꝓfitenť ſcias, ſiꝭm nãlem cõſuetudinẽ ſe hẽant, ꝓfecto oportet vt reddãť ꝓbi in oĩ genere virtutũ moraliũ nobiliũ, quę ſunt Iuſtitia, Temperantia, Fortitudo, Magnitudo aĩ, ac Liberalitas, et Veritas, et Fides, atq; Humilitas, et reliquę virtutes morales humanę.

Alexãder vero in ſua ꝑfatione huius libri ꝓbat quo pacto ſit neceſſariũ vt ex cognitione ſciarũ contẽplatiuarum

ANTIQVA TRANSLATIO.

laſiuam. quia, cum nouerit ſapiens paruitatem vitæ ſuæ, & perpetuitatem ſempiternam, & motum continuum, & ꝙ proportio ſuæ vitæ ad tempus ſempiternum eſt ſicut punctū ad lineam, vel ſicut minimum finitorum ad infinitum, non procurabit propriam vitam, & tunc erit fortis ex neceſſitate. & ſimiliter, cum nouerit ſapiens quòd mors eſt ex neceſſitate materiæ, & proprie cum haber perfectionem humanam, & dubitauerit quòd à perfectione expolietur, tunc non eſt mirum, ſi aliquando eligit mortem præ vita: ſicut fecit Socrates cum Athenienſibus: quamuis opinetur de Socrate, quòd non fuerint ei declaratæ viæ diſciplinæ communes, & propriæ: quia voluit ambulare in via propria cum populo.

Oppoſitum huius vř vel le philoſophus 3. Ethico. c. 3. vide 20n. Zim.

Et ſimiliter, cū ſciuerit ꝙ perfectionem habere non pōt, erit ei mors præeligenda ſuper vitam. & manifeſtum eſt, cum dubitauerit ſapiens ſe non eſſe perfectū, * quòd eius triſtitia non erit, niſi propter defici hanc perfectionem ab ipſo.

Vide primo Meta. 1. c. 5.

* a. l. q. eius audacia non erit, niſi ī acquirēdo hāc pfectionem.

Iterum oportet ſapiētes eſſe iuſtos, & temperantes. Iuſti: cum ſciuerint naturam iuſtitiæ exiſtentē in ſubſtantia rerum, tunc amant ſimilari illi naturæ, & acquirere illam formam.

Temperantes: cum ſciuerint indignitatem voluptatum, qa non ſunt de diſpoſitionibus neceſſarijs ineſſe hoīum, nedum de pfectionibus ipſorum, ſed ſunt conſequentia ex neceſſitate materiæ, de ſeipſis eijcient voluptates omnino, & erunt tēperantes, & manſueti, & manutenebunt leges diuinas, & imitabuntur ordines naturales.

Et manifeſtum eſt ꝙ debēt eſſe Liberales, cū ſciant eſſentiæ pecuniæ vilitatem, & quod ſtudioſitas in ea eſt vnum de deſyderijs præter naturam.

Similiter debent eſſe Magnanimi, & amantes veritatem in operationibus, & dictionibus ipſorum, cum alijs conſequentibus eis ex virtute humana.

Dubium.

Si autem dicatur quod eſſe non teſtatur ſuper hoc, quia plures, qui gloriantur in his ſcientijs hoc tempore, non ſunt tales.

Solutio.

Dicatur qđ hoc accidit eis propter diſpoſitionem innaturalem, quæ eos ad talem conſenſum deduxit: & iſta diſpoſitio eſt declarata exercitantibus in diſciplina practicæ.

Et ſignum ſuper hoc, quod accidit eis extra naturā, eſt ꝙ inuenimus Alexā. & alios, dicentes ꝙ ſapientes virtuoſi fuerunt in tempore ſuo. * &, cum aliquis perſcrutatus fuerit de hac diſpoſitione, inueniet nullam aliam huius rei cauſam eſſe, niſi quod illa perfectio, cui ſubijciuntur aſſuetudine hominum, in qua nutriebantur, valde eſt remota ab hac perfectione. ſed nō ſolum hoc accidit eis, ſed etiam quod ex cōſuetudine, in qua nutriebātur, credunt ꝙ hæc pfectio eſt valde vilis: & hoc non accidit eis ex lege, ſed ex corrūpentibus eam.

* a. l. ſapientes p̄o tpis huius, quia a cōitate gentiū viles habent, & principes exiſtimant qđ nō ſunt digni regere ciuitatē, nec digni ſunt eſſe eorū ſecretarij, et prīmi: ſapiētes tūc exiſtimāt q hæc vilitas ex ſcia acciderit eis: & pp hoc declinant naturaliter a ſcia diſpōne opinōis iſtius: & declinant vſt ad voluptates. & hæc diſpoſitio pluries

Accidit igit̄ iſtis hominibus, cum incipiunt ſpeculari illum modum perfectionis, cui ſubiecti erant. ſed cū deſperauerunt peruenire ad hanc perfectionem, & viderunt omnes homines cōtemnere eam, & credere ꝙ expectantes eam non debēt eſſe pars ciuitatis: aut credunt cum hoc ꝙ omnia dicta de hac perfectione forte ſunt ſimilia dictis de illa prima perfectione, quam expulerant, ſcilicet illam, in qua nutriebant̄: & tales ſunt plures iſtius temporis, ſcilicet illi, qui modice ſpeculationem attingunt: tunc omnino declinabunt ad appetitus, & accedit eis diſpoſitio innaturalis, adeo ꝙ non dicentur eſſe pars ciuitatis omnino: qm̄ cum eis nō poteſt fieri cōtractus ciuilis, neq; amicitia humana, neq;

vtilitas

MANTINI TRANSLATIO.

tiuarū ſequant̄ huiuſcemodi virtutes. nā cum ſapiens norit breuitatem ſuæ vitæ in relatione ad p̄ſens eſſe aſſiduū, ac ad motum continuū, & ꝙ eadem eſt ratio vitæ eius ad ipſum tp̄s ęternū, quæ eſt ipſius puncti ad lineā, & vt verbo dicā impfectiſſimarū rerū finitarū ad eas, q̄ fine carēt, is inq̄ maxīa vtet̄ ſolertia vt viuat, & ſic efficiet̄ oīno fortis. cumq; nouerit inſup ꝙ mors ꝓuenit ex neceſſitate materię, p̄ſertim cū fuerit adeptus humanā pfectionē, tūc nō timebit mortē: imo hoc tm̄ perterefacit eū, nempe ꝙ caret ſua pfectione: quā, cū adipiſcit̄, nihil ꝓhibet qum aliqn̄ exiſtimet p̄eligendā eſſe ei mortē vita: vt Socrates ſe geſſit cū Athenienſibus: licet poſſet quis opinari ꝙ Socrates erat expers viarū doctrinæ, tum cōium, tum ꝓpriarū: nā ſtudebat ꝓſiteri ea, q̄ ſunt ꝓpria vulgo. Adhęc, cū ſapiēs ipſe norit quoq; ſe eſſe priuatū pfectione, tunc nihil intereſt ſiue uiuat, ſiue moriat̄: imo p̄ligenda eſt ei mors. notū aūt eſt ꝙ, cū ipſe moleſte ferat ſe carere huiuſcemodi perfectiōe, tūc nullus alius erit finis ſuę fortitudinis, q̄ quærere huiuſcemodi pfectionē. Neminē p̄terea latet ꝙ ꝓfeſſores huius ſcię debēt eſſe iuſti, ac tēperati. Iuſti quidem: qa, cum cognouerint naturā ęqtatis, quæ in ſubſtantia entiū reperit̄, quærent aſſimilari illi naturæ, & ſequent̄ illam formā. Temperati vero: qm̄, cum nouerint impfectionem ipſarū cupiditatum voluptuoſarum, eaſq; nō eſſe neceſſarias ad hoīs ppetuitatem, lōgeq; minus ad ipſas pfectiones, immo eſſe res, quæ ſequunt̄ ex neceſſitate naturę, ipſius materiæ, tunc ꝓcul eas proijcient, atq; depellent, maximoq; eas odio, & abominatione ꝓſequent̄. & ſic efficient̄ tēperati, amplectētes diuinas leges, ſequēteſq; naturalia inſtituta.

Conſtatq; eos reddi meliores, ac Liberaliores alijs, cum deſpiciant pecuniarum quæſtum, cognoſcantq; eius ignobilitatem, & ꝙ vti ſolertia ad eum acqrendū eſt quid egrediens limites naturæ. Conſtatq; inſup eos eſſe Magnanimos, diligētes veritatem in ſuis verbis, & actionibus, & in reliquis alijs ꝓbitatibus, & virtutibus humanis, quæ natura debent̄ eis. At, ſi quiſquam dixerit hoc dictū nō correſpōdere veritati: qm̄ nos videmus his nr̄is tpibus oppoſitum huius in his, qui ſe iactant obtinere hmōi ſcientias. Ad hoe ſcire debes ꝙ hoc contingit pp quendam affectum non naturalē, qui induxit eos ad huiuſcemodi delibaertionē: qui qdem eſt notus illi, qui fuerit tantiſper exercitatus in ſcientia practica, ſeu actiua, atq; de ea fuerit perſcrutatus. Qđ aūt hoc, qđ accidit eis, ſit res nō naturalis, indicio eſt id, qđ Alexander, atq; alij dicūt, nēpe ſapiētes eſſe viros ꝓbos, virtutibuſq; p̄ditos: qa ętate ſua erat hoc ſapiētibus cōſuetū. qđ, ſi hoc diligēter inueſtigaueris, nihil ꝓfecto aliud iuenies, niſi ꝙ illa pfectio legū, cui à pueris, atq; ab ipſa cōſuetudine ſunt inclinati, eſt de ſe remota ab hac pfectione. neq; hoc tm̄ eis accidit: ſed ſunt opinati ex ipſa educatione qđ hæc dignitas, & pfectio ſit viliſſima, & impfecta, ac eius quoq; ꝓfeſſores ſunt impfecti: hoc aūt accidit eis nō pp legē, ſed pp eos, q eā vituperāt, & accuſant. Huic igit̄ generi hoīum cōtingit, cū aggrediunt̄ ipſam ſpeculationē, vt vituperēt illud genus pfectionis, cui erant inclinati. ſed, cū ipſi remaneant in ea re, in qua fuerunt educati, nēpe par ſunt ꝓni illi pfectioni: et putāt ſe impfectos eſſe, ꝓpterea qa hoīes vituperāt eos, et ipſos nō eē dignos, vt ciuiles vocent̄, exiſtimant, neq; dignos eē, vt inter minimos eorū vnus ipſorū connumeret̄, vt cū eis aſſociet̄. &, cū nō ſperēt amplius attingere huiuſcemodi pfectionē, opinant̄ ꝙ id, qđ dr̄ de hac, non ſit abſiſe ei, qđ dicebat̄ de illa pria pfectione, quā expulerūt, poſteaq̄ erant in ea educati. & hoc fit vt plurimū nr̄o tpe: vʒ ꝙ plures eorū tradūt ſe hoc tpe arti logicæ, qui

tantum

ANTIQVA TRANSLATIO.

dialecticis ac ci.lit. ergo ſecundũ naturã ſequuntur eos vtut.s, & ſecundum acc.ñs ſequũtur eos vitia pp ſocietatẽ hoium tẽporis huius.

vtilitas alterius, ſed omnes actiones eorũ ſunt ad ſeipſos: & ideo philoſophia in hoc abhorreť. & iam exiuimus à noſtra intentione, ad quam reuertimur.

Ordo. Idẽ prio Meta. c.1.& 4.ca. com.25.

Ordo autem huius libri eſt ꝙ iſte liber eſt primus librorum poſitorum ab Ariſt. in ſciẽtia naturali. qa res naturales diuiduntur ad diuerſas naturas: &, cum diuerſantur in eo, quod eſt proprium vnicuiqꝫ eorum, communicant tameo in rebus communibus exiſtentibus in eis. & propter hoc diuiditur conſyderatio huius artis in duas partes. Prima eſt conſyderatio in rebus communibus omnibus rebus naturalibus: Secunda eſt conſyderatio in rebus proprijs vnicuiqꝫ generi naturarum diuerſarum. & iſta pars ſecunda diuiditur ſecuodum oumerum diuerſorum generum. & propter hoc fuerunt libri poſiti in hac arte plures, ſicut accidit in Logica, & alijs artibus ſpeculatiuis.

Idẽ prio phyſi. c.4.& clarius. 57. & 2. de aĩa primo & 54.

Cauſæ autem, quare pars communis eſt prior partibus proprijs, ſunt tres in his artibus. Prima eſt qđ cõmune eſt notius naturaliter proprio apud nos: Secũda quòd idem in diſciplina noo erit pluries iteratum: Tertia quòd propoſitiones vſitatæ in hac ſciẽtia erunt primæ, & propriæ, verbi gratia, qui demonſtrat in triangulo angulos eſſe æquales duobus rectis demonſtrat hoc per propoſitiones primas: qui autem demonſtrat hoc in triangulo diuerſorunm laterum, vel æqualium laterum, tunc propoſitiones, quibus vtitur, non erunt primæ. ſimiliter qui demooſtrat eſſentiam primæ materiæ homini, vel aĩali, vel alijs rebus particularibus. propter hoc oportet ꝑponere partẽ cõem, ꝓpriæ, ſicut librum Priorum, & librum Perihermenias ante Poſteriora, & Dialecticam, & alias.

Diuiſio.

Diuiſiones autem huius libri ſunt octo ſermones: et quilibet ſermo partitur in partes maiores, & minores, & maiores in minores partiuntur. & nos narrabimus iſtas partes in procemio cuiuslibet ſermonis.

Proportio.

Proportio eius omnibus ſcientijs ſpeculatiuis, ſcilicet comparatio ſcientiæ naturalis eſt ſecundum ꝓportionem partis ad totum. quia ſcientiæ ſpeculatiuę ſunt duobus modis: † {vnus eſt ꝓpter exercitiũ, ſicut Mathematica: } alius propter ꝑfectionẽ, propter quam ipſum exercitium eſt: & eſt ſcientia Naturalis, & Diuina.

A.l. vnus iſtarũ pp ſinẽ ad exercitiũ, & ſunt Mathematicæ ſciẽtiæ. Vide. 2. com. c.55.

Proportio autem iſtius libri ad ſciẽtiam naturalem eſt ſicut proportio elemeotorum rei ad rem: quia iſte liber comprehendit res, quæ ſunt principia, & radices vniuerſales illorum, de quibus vult alloqui naturalis.

Via doctrinæ huius libri ſunt ſpecies doctrinæ vſitatę in hac ſcientia: & ſunt modi omnium diſciplinarũ, ſcilicet ſigni, & demonſtratio cauſæ, & demonſtratio ſimpliciter: quamuis ſignum, & cauſa ſint plus vſitata in hac ſcientia: & aliquando eſt vſitata demonſtratio ſimpliciter.

Et maneries

MANTINI TRANSLATIO.

tñ ſunt ad voluptates inclinati: ac accidit eis res maxime ꝑternaturalis ita, vt non ſint digni eſſe pars Reip. vllo pacto: quia oulla actio ciuilis omnino vere procedit ab eis: neqꝫ vlla humana amicitia, nullaqꝫ vtilitas alteri ab eis prouenit: ſed eorũ actiones oẽs videntur eſſe probę in animo eorũ. hinc ſit vt hac tempeſtate noſtra ij, qui ſcientiam ꝓfiteň, ſint in opprobrium, & maximo vitio affecti iudicentur. ſed iam reuertẽdum eſt ad id, vnde digreſſi ſumus. Quod vero ad ordinẽ libri attinet, is qdẽ liber eſt primus librorũ ab Ariſtotele poſitorum, qui in ſciẽtia naturali leguň. qm̃, cum res naturales diuidanť in varias naturas, quæ qdem naturæ, licet differant inter ſe per ea, quæ ſunt propria vnicuiqꝫ earum, tñ adhuc communicant inter ſe in rebus vniuerſalibus, quas obtinent. Ideo oportet vt primo diuidať conſideratio huius artis in duas partes. in Prima cõſyderať de his rebus voiuerſalibus cũctis rebus naturalibus: in Secũda verò tractať de rebus ꝓprijs vnicuiqꝫ generi naturarũ diuerſarũ. & hæc pars adhuc ſecunda diuidiť in numerum generum diuerſorum. & ob hanc cauſam in hac arte reperiunť plures libri poſiti, qbus accidit veluti id, qđ accidit arti Logicę, et alijs artibus. Verum pars cõis in his artibus anteponiť in hac doctrina partibus proprijs pp tres cauſas. Prima eſt, quia cõe ootius eſt natura apud nos, ꝗ proprium: Secunda, ne in ipſa doctrina accidit repetitio: nempe vt eadem res cõis pluries repetať: Tertia, vt propoſitiones, quæ fiunt circa hoc, ſint primæ, atqꝫ propriæ. vt, exempli gr̃a, qui demonſtrat triangulum ſimpliciter habere angulos æquales duobus rectis, is profecto vtetur demonſtratione, quæ conſtat ex ꝓpoſitionibus primis: ſed qui demonſtrat hoc de inæquilatero, vel æquilatero triãgulo, tunc ꝓpoſitiones eius non erunt oĩno primæ. pari q̃qꝫ ratione ſi quis demonſtrat hoiem, vel animal, vel aliquod aliud particularũ obtinere primam materiã. his vtiqꝫ rebus oportet vt pars cõis, & vniuerſalis ꝑcedat proprias, & particulares, vt ꝑcedit liber Priorum, & liber Perihermenias librum Poſteriorũ, & librum Topicorum, & relinquos quinqꝫ libros. Partes vero eius ſunt octo, quę ĩ octo libris poſitę ſunt: & qlibet liber diuidiť in magnas partes: & illæ magnæ in minores: & qñqꝫ minores in exiguores: & qñqꝫ non diuiduntor primę partes: & quandoqꝫ deſinet diuiſio in plures ꝗ tres partes: & hoc totũ iuxta naturam rei, de qua tractať. & qñqꝫ aliquæ res expoſcunt vt ingrediaň ſuas diuiſiones propter ordinem doctrinæ: quas qdem partes nos enumerabimus in ꝑfatione vniuſcuiuſqꝫ libri. Ratio vero eius, ſeu proportio, ſ. ſcientiæ naturalis ad reliquas ſciẽtias ſpeculatiuas, eſt ratio partis ad totum. quia duplex eſt genus ſciẽtiarũ ſpeculatiuarũ: vnũ eſt, qđ vt plurimũ poniť ad vſum, & ſunt ipſę ſciæ Mathematicæ: alterũ vero, qđ inter ipſas perfectiones cõnumerať ob quas, ſ. fit ipſe vſus: quę, et qdem eſt ipſa ſcientia Naturalis, & Diuina. At rõ huius libri ad ipſam naturalẽ ſciam eſt ratio, vel ꝓportio elementorũ rei ad ipſam rem: nã hic liber cõtinet ea, quæ ſe hñt veluti principia, & vniuerſales radices ad ea, quæ profeſſor huius ſciẽtiæ vult tractare. Modus aũt doctrinæ, qui in eo fit, eſt ex generibus doctrinæ, quæ in hac ſcientia fieri ſolent: qui quidem ſunt modi oĩum doctrinarum trium generum demonſtrationũ, nempe ſignorũ, ſeu demonſtrationũ quod eſt, & demonſtrationũ pp quid, necnõ demonſtratiooũ abſolutarum, vel ſimpliciter: licet in hac arte maior pars demonſtrationũ, quæ in ea fiũt, ſint demõſtratiooes qđ eſt, & pp quid: raro enim fiunt in ea demonſtrationes abſolutæ: contra id, qđ fit io ipſis Mathematicis, in qbus ſ. fiunt vt plurimũ demonſtratio-

ANTIQVA TRANSLATIO.

a. 1. Et maneries diſciplinæ diuiſionis & definitionis, & enthymematis, & exempli, & inductionis: q̃a uſu iſtorũ quinq; utiť ars.
a Quomodo differat inductio dialectica, & demonſtratiua. vide. 2. priorũ c. 21. & in. 8. phy. c. 13.

Et maneries diſciplinæ, quæ fit in definitione diuiſionis, & inductiõis, & exempli: quia vnoquoq; iſtorum trium vtitur ars ᵃ demonſtratiua ſecundum modum datũ in Poſterioribus: ſed ᵃ vſus, quo vtitur exẽplo, & inductione, eſt alius ab vſu, quo vtitur Rhetorica, & Dialectica.

Nomen huius libri eſt auditus naturalis, ſiue ſermo naturalis: ſed, cum accidenť ſermoni q́ audiatur, mutatum eſt loco ſermonis auditus, ſm trãſumptionẽ, & alternationem, propter delectationem, & extraneitatẽ exiſtentem in verbis mutatis, ſecundum quod declaratum eſt in Rhetoricis. & appropriatur hoc nomine, quamuis ſit commune toti huic arti: quia iſtẽ liber eſt principium, & radix totius iſtius artis. & vocatur pars nomine totius: quia eſt in potẽtia omnes partes: ſicut elementũ eſt in potentia omnia generata ex eo.

Nomen authoris.
Cõſimile. 3. cœ. cõ. 68.

Nomen authoris eſt Ariſtoteles, filius Nichomachi, ſapientiſſimus Græcorum, qui compoſuit alios libros in hac arte, & in Logica, & in Metaphyſica, & ipſe inuenit, & compleuit has tres artes.

Inuenit. quia quicquid inuenitur ſcriptum ab antiquis in hac ſciẽtia non eſt dignum, quòd ſit pars huius artis, nec ambiguitas etiam, nedũ q́ principia eſſent.

Compleuit. quia nullus eorũ, qui ſecuti ſunt eum vſq; ad hoc tempus, quod eſt mille et quingentorum annorum, nihil addidit, nec inuenit in eius verbis errorem alicuius quantitatis.

Laudes Ariſto. vide. 2. cœli. c. 1. & primo de generatione. c. 18. & 1. meteo. vltimo in expõne media, & 1. de aĩa. c. 4. & 12. meta. c. 14.

Et talem virtutem eſſe in indiuiduo vno miraculoſum, & extraneũ exiſtit. & hæc diſpoſitio, cum in vno homine reperiť, dignus eſt eſſe diuinus magis, quàm humanus.

Et quoniam nos compleuimus capitula præcedentia ad hunc librum, & compendioſè expoſuimus illi, qui vult intelligere verba libri huius, ad exponenda verba libri iam tranſire debemus.

MANTINI TRANSLATIO.

nes ſimpliciter, & abſolutæ. Vtitur inſup eo modo doctrinæ, qui fit per definitionem, & eo, qui per diuiſionẽ, & eo, q per enthymema, et eo, qui per inductionem, & eo, qui p exemplum. his etenim quinq; modis oĩbus vtunť ipſæ artes demonſtratiuæ, eo pacto, quo in libro Poſteriorũ traditum fuit. ſed hę alio modo vtũtur exẽplo, & inductione, q̃ vtať ars Dialectica, & ars Rhetorica: vtiť enim ars Dialectica inductione, & ars Rhetorica exemplo. Quid aũt nomen eius ſignificet, intelligit q̃dem ipſe per auſcultationem phyſicã, orationem phyſicam: ſed, cum contingat orõnem fieri per auſcultationem, ideo vſus eſt vocabulo auſcultationis, vice orationis, per modũ metaphoræ, & tranſmutationis, pp cõſonantiam, & diſſonãtiam, quæ fieri ſolet in primis dictionibus, vt in libro Rhetoricorũ explicatum fuit. at indidit ei hoc ꝓprium nomen, licet ſit cõis toti huic arti: quia hic liber eſt fundamentũ, & principalis radix huius artis: ideo pars vocať nomine totius: quia virtute eſt oẽs partes: quemadmodũ elementũ eſt virtute oẽs res, quæ ex ipſo oriuntur.

Author vero huius libri eſt Ariſtoteles, filius Nichomachi, maniſeſtiſſimæ ſciẽtię apud græcos, notus, qui fuit quoq; author reliquorũ librorũ, qui in hac arte habenť, ac eorum, qui in arte Logica reperiuntur, nec non tractatuum, qui in ſcientia Diuina inueniũtur. ipſeq; fuit inuentor harũ trium artium, nempè artis Logicæ, & ſcientiæ Diuinę, ac Naturalis ſcientiæ, eaſq; ipſe ꝑfecit. Qđ aũt ipſe eas adinuenerit patet. quia, ſi q̃d fuit dictum de his rebus ab aliquo alio p̃ter ipm, nõ debet recipi pro aliquo principio harum artiũ, neq; pro aliqua parte: imo, ſi quid reperiť ab alijs dictum de hoc, nõ debet pro dubio ꝓduci in his artibus, lõgeq; minus dignum eſt vt recipiať pro principio earum. & hoc ſatis patet in ſuis libris, vbi facit verba de ipſis, ꝓponendo eorũ verba in his tribus: necnõ ex libris, qui nunc reperiunť ei aſcripti, licet ſint admodum pauci, maximè cõſtat. nã poſtq̃ notuere libri huius viri, libri prędeceſſorum eius fuerunt abnegati, & aboliti. Inter libros verò, qui fuerunt ante ipſum ęditi in his rebus ꝑ viã doctrinæ, ꝓximiores ſunt libri Platonis: & ſi pauca admodũ ſint ea, quæ in eis cõtinenť, in relatione ad illa, quę in libris huius ſapiẽtis cõtinenť: quę ẽt ſunt pauciora in vna ſcientia, q̃ in alia. Quòd aũt ipſe perfecerit ipſos ſatis cõſtat: cum nullus poſteriorum eius vſq; ad p̃ſens tempus, q́ ſunt ferè mille & quingenti anni, potuit quicq̃ addere his, quæ ipſe tractauit: neq; aliq̃d impugnare, quod ſit alicuius momenti, vel cõſyderationis. Inueniri antẽ hoc in vnico indiuiduo eſt alienum, ac maximè miraculum. Hæc autem, cum reperiuntur in aliquo viro, debent potius aſcribi diuino ſtatui, q̃ humano: & ideo antiqui vocabant eum diuinum. Et poſteaq̃ fuerunt q̃ breuiter expoſitæ hæ octo intentiones, quæ ſunt veluti præludia illi, qui deſyderat intelligere id, quod ipſe dicit in hoc ſuo libro, conſentaneum eſt aggredi expoſitionem vniuſcuiuſq; librorum eius. In hoc primo libro phyſicę auſcultationis primum eius propoſitum eſt inueſtigare quid ſit prima cauſa materialis, cõmunis cunctis entibus naturalibus: & cõtinet tres ſummas.

In Prima ſumma agitur de rebus, quibus præfatus eſt hunc ſuum librum. In Secũda tractať de opinionibus antiquorũ, quas habebãt de hoc principio, earumq; deſtructionibus. In Tertia ponit opinionẽ ſuam de hoc principio. Prima ſumma cõtinet tria capita. In Primo capite ponitur ꝓpoſitũ huius ſciẽtiæ. In Secundo de generibus demonſtrationum, quæ in hoc libro fiunt, agitur. In Tertio de modo ordinis doctrinæ, quo procedit in hoc libro, & in ſequentibus.

ARISTOTELIS STAGIRITAE,

PERIPATETICORVM PRINCIPIS DE PHYSICO AVDITV LIBER PRIMVS,

cum Auerrois Cordubenſis Commentarijs.

Summa Prima, ea continens, quæ ut libri exordium ſe habent.

Caput Primum huius ſcientiæ propoſitum declarans.

QVoniam cognoſcere, ac ſcire cõtingit circa omnes methodos, quarum ſunt principia, aut cauſæ, aut elemẽta, ex horum cognitiõe: tũc enim putamus cognoſcere vnumquodq; cum cauſas primas cognouerimus, & principia prima, & vſq; ad elementa: manifeſtum eſt ꝙ & ea, quæ ſunt circa principia ſcientiæ, quæ de natura eſt, primũ determinare tentandum.

QVoniam diſpoſitio certitudinis, & ſcientiæ in omnibus vijs, habentibus principia, aut cauſas, aut elemẽta, non acquiritur niſi ex cognitione iſtorum: credimus enim in vnaquaq; rerũ ipſam ſcire, cum ſciuerimus cauſas eius ſimplices, & prima principia eius, donec perueniamus ad elementa eius: manifeſtum eſt ꝙ in ſcientia naturali etiam oportet primo quærere determinationem principiorum eius.

1 INcepit hunc librum à cauſa, propter quam fuit conſyderatio huius ſcientiæ in cognitione cauſarũ rerum naturalium, & dixit Quoniam diſpoſitio. i. quia declaratum eſt in poſterioribus ꝙ diſpoſitio ſcientiæ certæ in omnibus artibus demõſtratiuis, cõſyderantibus de rebus habentibus cauſas, vel vnã quatuor cauſarũ, aut plures vna, aut oẽs, non acquiritur niſi ex cognitione cauſarũ. Et non intendebat per ſciẽtiã, & certitudinẽ ſynonyma: [a] qm̃ nomina ſynonyma non vſitant̃ in ſcientia, & doctrina demonſtratiua: ſed intẽdebat diſpõnem ſcientię certę: ſcientia. n. certa eſt ſcientia perfecta. [b] Scientia enim alia eſt perfecta, & eſt illa, quę eſt per cauſam, alia eſt imperfecta, & eſt illa, quæ eſt ſine cauſa. Et intendebat per vias artes ſpeculatiuas, quæ dicunt̃ vię: quia cõſyderans in eis vadit ex determinatis rebus ad res indeterminatas per res determinatas. Et dixit habentibus principia, aut cauſas, aut elemẽta. q. a artium ſpeculatiuarũ, aut ſuarũ partium ſunt ꝗdam, quę cõſyderant de rebus ſimplicibus carentibus principijs: & hęc eſt diſpoſitio ſciẽ cõſyderãtis de ꝓprijs pricipijs, et primis cuiuslibet artis, vel entis. Et dixit principia, aut cauſas, aut elementa, ꝓpter diuerſitatẽ modorũ quatuor cauſarum. & intendebat per principia in hoc loco cauſas agẽtes, & mouẽtes, et per cauſas fines, & ꝑ elementa cauſas, quæ ſunt partes rei, ſ. materiã, & formam. et vtitur hoc noĩe principium proprie, & ſimilr̃ hoc nomine cauſa, quia ſunt noĩa ſynonyma, cũ vſitẽtur cõiter. & ſic, vt mihi videtur, expoſuit Alex. Et intendebat Ariſt. per hunc ſermonem docere ꝙ non oẽs artes cõſyderant de oĩbus cauſis, ſed quædã cõſyderant de cauſa formali tantum, ſ. Mathematicę, & quædam de tribus cauſis, ſ. efficiente, formali, et fine, & eſt ſcientia Diuina, et quędam de quatuor cauſis, & eſt ſciẽtia Naturalis. et, quia hoc nõ fuit manifeſtum in hoc loco, induxit ſermonẽ in formã dubitationis, & d. habẽtibus principia, aut cauſas, aut elemẽta. i. qm̃ idem ſequit̃, ſi ponatur ꝙ illæ res habeant principia agentia, aut finalia, aut elementaria, aut oĩa. & impoſſibile eſt vt hæc cõiunctio, aut, ſit ſicut copulata: nam diſpoſitio certæ ſciẽtię inuenitur in rebus habentibus cauſas quaſdam per ſcientiã illarum cauſarũ, ſicut inuenitur in habentibus omnes cauſas. Et, cũ poſuit hãc ꝓpoſitionem, induxit teſtimoniũ ad verificandum illam, ꝙ ferè induxit in poſterioribus Analyticis, & d. credimus. n. in vnaquaq; rerũ, &c. i. & ſignum eius, q᷑ diximus, ꝙ diſpoſitio ſcientię certę de aliquo non acquirit̃ niſi ex cognitione cauſæ eius: qm̃ omnis, qui dicit ſe ſcire aliquid, non dicit hoc niſi qm̃ ſciuit illud per ſuas omnes cauſas ꝓpinquas, & remotas: & hoc inuenitur in omni, qui aliquid ſcit in veritate, aut ſm̃ exiſtimationem: & ꝙ in iſta ꝓpoſitione cõueniunt omnes cõſyderantes, adeo ꝙ etiam Sophiſtę, vt dixit in poſterioribus. D. d. cum ſciuerimus cauſas eius ſimplices. & intẽdit, vt mihi videt̃, cauſas exiſtentes in re, primas, non cõpoſitas, & ſunt prima materia, & vltima forma: quę enim ſunt pręter primam materiã, & vltimã formã cuiuslibet rerum naturalium ſunt materiæ cõpoſitæ, & formę cõpoſitæ. D. d. et prima principia. & intendit, vt videtur, per prima principia primas cauſas, quę ſunt extra rem, ſ. primum agens, & vltimũ finem oĩum rerum. D. d. donec perueniamus ad elementa eius. & intendit hic per elementa cauſas exiſtẽtes in re, propinquas, & eſſentiales. Et [a] innuit per hoc, q᷑ dixit, ꝙ doctrina ordinata eſt incipere à cognitione cauſarũ primarum rei cognoſcendę perfectæ, deinde intendere ad cognitionẽ aliarũ cauſarum remotarũ ſm̃ ordinem, donec perueniamus ad cauſas propinquas. & ſm̃ hoc vtit̃ hoc nomine cauſa, et elementum alio modo ab eo, quo vſus eſt illic prius, ſm̃ ſuũ morem in habẽdo modicam ſolicitudinem de nominibus. Et, cum poſuit hanc maiorẽ propoſitionem in hoc ſermone dicentem ꝙ ſcientia certa de rebus habẽtibus cauſas, & elemẽta nõ acquiritur niſi ex cognitione cauſarũ, & elementorũ eorum, dimiſit minorem ꝓpoſitionẽ, & induxit cõcluſionẽ, quam intendit per hunc ſermonem, & dixit manifeſtum eſt ꝙ in ſciẽtia naturali, &c. i. manifeſtum eſt: qm̃ ex hoc ſeqtur ꝙ qui vult largiri ſciẽtiam de natura, oportet ipſm prius quærere determinationẽ cauſarũ rerum naturaliũ habẽtiũ cauſas, & elemẽta. Et iſte ſermo cõponit̃ ſic. Oĩa naturalia hñt principia, cauſas, & elemẽta: ſed habẽtia cauſas, principia, & elemẽta non ſciunt̃ niſi ex cognitione cauſarũ, & elementorũ: ergo oĩa naturalia non ſciunt̃ niſi ex cognitione ſuarum cauſarum, & elementorũ.

a Noĩa ſynonyma nõ vſitant̃ i doctrina demõſtratiua. Idem. 4. ph. c. 129. & prio cœli. c. primo. Quomodo omnia ſynonĩa vſitari queãt in doctrina demonſtratiua vide pulchre Auer. I c. 45. quarti phy.

b Diſtinctio ſcientiæ.

Vide con. Zim.

Vide cõ. 31 1. cœli.

Vide ꝓ hoc 4. met. cõ. 4. & 12. meta. cõ. 33. vñ ex pte ſibi contradicere.

Scia diuina ꝗ tribus cauſis conſyderat. Vide oppoſitũ. 5. meta. c. 5. & 12 metaph. c. 6 vbi dicit ꝙ duas. Vide 2. met. cõ. 6 vbi dicit ꝙ cõſyderat ꝗ tuor genera cauſarũ &c.

Idem. 3. cœli tex. cõ. 30.

Primo poſteriorum. t. c. 5.

Vide cõſilio 2. phy. c. 10. & prio cœ. c. 1. & 5. met. 12. c. 29. & 1. phy. c. 82. Oppoſitũ. 12 meta. c. 6. & 5. meta. c. 3. vbi hr̃ ꝙ vltim⁹ finis oĩum rerum a metaphyſico cõſyderat̃.

Vide con. Zim.

a Vide cõſi milr̃. 8. met. c. 12. & 1. 2. ph. cõ. 72. & 18.

Q. [illegible] liceat vti [illegible] æquocis in doctrina demõſtratiua vide 3. de aĩa cõ. 20.

Caput Secundum de generibus demonſtrationum, quæ in hac ſcientia ſiunt.

INnata aũt eſt ex notioribus nobis via, & manifeſtioribus ad manifeſtiora naturæ, & notiora: nõ.n. ſunt eadẽ & nobis nota, & ſimpliciter. Quapropter neceſſe eſt ad hũc modum procedere ex immanifeſtioribus quidem naturæ, nobis autem manifeſtioribus ad manifeſtiora naturæ, & notiora.

Et via ad illa eſt de rebus notioribus, & manifeſtioribus apud nos ad res, quæ ſunt manifeſtiores in natura: illa enim, quæ ſunt cognita apud nos, nõ ſunt illa, q̃ ſunt cognita ſimpl'r. Et ideo oportet nos ire p hãc viam, & venire de rebus, q̃ latẽtiores ſunt apud naturã, & manifeſtiores apud nos, ad res, quæ ſunt manifeſtiores, & notiores apud naturã.

2 Cum declarauit q oportet Naturalẽ largiri cognitionem cauſarũ, & elementorũ, incepit declarare viã inducẽtem ad cognitionem cauſarũ rerum naturaliũ, & naturam demonſtrationum largientium cauſas rerum naturalium, et d. Et via ad illa.i. via, inducens ad cognitionem cauſarũ rerum naturalium, eſt de propoſitionibus acceptis ex rebus poſterioribus in eſſe, quę ſunt notiores, et manifeſtiores apud nos, ad cõcluſiones priores in eſſe, quę ſunt notiores, & manifeſtiores apud naturam, et latẽtiores apud nos: et eſt modus demonſtrationũ, qui dicitur ſignum. Et, cum declarauit naturam demonſtrationis, qua vtiť hic, reddit cauſam, & dixit illa enim, q̃ ſunt cognita apud nos, &c.i. & cã in hoc q via, p quã itur in hac ſciẽtia, debet eẽ à reb⁹ poſteriorib⁹ in eẽ ad res priores in eẽ, eſt qa illa, q̃ ſunt cognita apud nos in rebus nãlibus, nõ ſunt illa, q̃ ſunt cognita ſimpl'r, i. naturał'r: qđ eſt cõtrariũ in Mathematicis: illa.n. q̃ ſunt cognita in illis ſimpl'r, & ſunt cauſę priores in eſſe, ſunt cognita apud nos. Quia igitur naturał'r procedimus de ſcito apud nos ad ignotũ, ſi contigerit vt notum apud nos ſit notum apud naturam, tunc demonſtrationes datæ in hac ſcientia erunt demonſtrationes cauſæ, & eſſe: &, ſi cõtigerit vt nota apud nos non ſint nota apud naturam, quæ non ſunt priora in eſſe, ſed poſteriora, tunc demõſtrationes datæ in hac ſcientia erunt de numero ſignorũ, nõ demonſtrationes ſimpl'r. Et, cum notificauit q via in hac ſcientia eſt incipere à rebus notioribus apud nos, & intẽdere ad res notas apud naturam, & ignotas apud nos, & q impoſſibile eſt aliter in hac ſcientia, incœpit declarare q per hanc viam oportet in hoc libro ire, ſ. q oportet ipſum conſyderare de hoc, quod eſt de rebus cognitis apud nos, procedendo ad res cognitas apud naturam, quę ſunt cauſæ quæſitæ, & d. Et ideo oportet nos, &c. Deinde demonſtrauit quæ ſint illa, quæ ſunt cognita apud nos, & latentiora apud naturam, & quæ ſunt illa, quæ ſunt cognitiora apud naturam, & ignotiora apud nos.

Idē.2.de ala t.c.12.&.51. Idē ſfra i hoc prio.t.c.57. &.7. meta. t.c.10.&.3. cœ.c.61.

Idē.7.meta. c.10.&.3. cœ.com.61. & primo de ala com.10. Documẽtũ.

Hic ps qd ſit dmſtrō ſimplr. & qd ſigni dmſtrō. Vide cõſiſte. 2. cœ.c.35. & ibi & inuenies quid ſit dmſtrō cãę tm, ſeu ppqd. Vide p hoc cmẽ. 8. phyſi.c.65. exẽpliũ cõſiciens de demõſtratione cauſæ tm.

Sunt autẽ primũ nobis dilucida, ac manifeſta cõfuſa magis: poſterius aũt ex his nota fiũt elemẽta, & principia ijs, qui diuidũt hęc.

Et illa, quæ primò ſunt apud nos euidentia, & manifeſta ſunt mixta, ſ. cõpoſita propriè: deinde in poſtremo efficiuntur nobis ex iſtis elementa, & principia manifeſta.

Dicit & illa, quę ſunt cognita apud nos primò de rebus naturalibus, ſunt compoſita cauſata ab elemẽtis, & illa, quæ ſunt ignota apud nos naturaliter, ſunt cauſæ compoſitorum. ſed poſſibile eſt ex rebus compoſitis, i. ex conſequẽtibus earum cognoſcere cauſas: adeo q ex hoc erunt notæ illæ cauſæ, ex quibus componuntur. cauſæ autem ſunt notiores apud naturam: quia natura facit compoſita ex cauſis. vnde videtur q cauſæ ſunt notiores apud illã: ſicut eſt diſpoſitio in rebus artificialibus cum artifice, ſ. quoniam cauſæ ſunt cognitiores apud illum. ſi igiť nos ageremus res naturales, tunc cauſę eſſent notiores apud nos: ſed, qa nos nõ habemus agere eas, ideo diſpoſitio in eis apud nos eſt cõtraria diſpoſitioni in rebus artificialibus. 3

Cõpoſita ſũt notiora apđ nos q̃ ſuæ cauſæ. Idem 3.cœ.cõ.61. Quare cauſę naturę notiores.

Caput Tertium de modo ordinis doctrinæ.

QVapropter ex vniuerſalibus ad ſingularia procedere oportet. totum enim ſm ſenſum notius eſt: vniuerſale autem totum quoddam eſt: multa enim comprehendit, vt partes, vniuerſale.

Vide cõtradictionẽ Zimarræ. Vide opp.2. poſte.21. vbi d. q. a ſingularibus ad vl'ia oportet procedere.

Et ideo oportet procedere de rebus notis vniuerſalibus ad particulares. vniuerſum enim notius eſt in ſenſu: & vniuerſale eſt aliquod vniuerſum: vniuerſale enim continet res plures, tanquam partes.

Cum declarauit q cauſa, ppter quam debemus ire in hac ſcientia de poſterioribus ad priora, eſt qa ſemp debemus ire de illo, quod eſt notũ apud nos, ad illud, qđ eſt ignotum apud nos, narrauit q ppter hãc cauſam, ſ. ire de notiori apud nos ad latentius, oportet incipere in ordine doctrinæ à cognitione cauſarum vl'ium, & accidentium vl'ium, & dixit Et ideo oportet pcedere, &c.i. & cauſa, ppter quam fuit neceſſe vt demõſtrationes huius ſcientiæ fuerint ſigna, & eſt ire de notiori apud nos ad latentius, oportet ẽt nos pcedere in doctrina de rebus vl'ibus ad particulares. Et intẽdit p vl'ia vniuerſaliſſima ſubſtantiata, quæ poſſunt inueniri in iſtis rebus rerũ naturalium, ſ. de cauſis, & accidentibus: qm̃, quãto magis vl'e fuerit cõius, tanto magis continebit. Et ex hoc ſermone declaratur q intẽtio iſtius libri eſt loqui de rebus † {vl'ibus cõibus oĩbus,} quæ conſtituuntur p naturam. Et, cum d. particularia, non intendit indiuidua, ſed vltimas ſpecies, aut illa, quæ ſunt quaſi vltimæ ſpecies. Et, cum declarauit modum ordinationis doctrinę in hac ſcientia, & eſt q oportet pcedere de illo, quod eſt magis cõe, ad illud, quod eſt magis pprium: qa illud, quod eſt magis cõe, eſt notius, quemadmodũ via demonſtrationis in hac ſcientia p hanc cauſam neceſſe fuit ire de poſterioribus ad priora: incœpit dare cauſam, ppter quã fuit neceſſe vt vl'e intelligibile ſit notius particulari, quod eſt ſub illo, & dixit vniuerſum enim, &c.i. res vl'es ſunt notiores apud intellectum q̃ particulares, ſ. ſpecies: quia vl'e aſſimilatur indiuiduo cõpoſito: & cõpoſitum eſt notius apud ſenſum. i. quemadmodum iſtud vniuerſum eſt notius apud ſenſum, qđ eſt quaſi principium fidei, q̃ ſimplicia, quę ſunt cauſæ illius vniuerſi ſ. demonſtrati, ſimiliter vl'ia ſunt notiora apud intellectum q̃ particularia: vl'e enim eſt aliquod vniuerſum, cum contineat multa. quia igitur ita ſe habet ad intellectum, ſicut cõpoſitum particulare ad ſenſum, ideo diſpoſitio vl'is apud intellectum eſt diſpoſitio particularis apud ſenſum. cauſa igitur in hoc, q vię demonſtrationũ in hac ſcientia ſunt de compoſitis ad ſimplicia. et in hoc, q principium doctrinę eſt de rebus vl'ibus, eſt, qm̃ vniuerſum demonſtratũ eſt notius apud ſenſum q̃ partes 4

† A.i. vl'ibus oĩum. Quę ſunt res vl'es oĩbus naturalibus cões vide in ꝓlogo com. Quę ſit enĩ libri intentio vide ibidẽ. &.3. cœli.cõ.2.

Vide con. Zim.

Idem ſfra.c. c.&.2. de ala.c.1.et.14. &.2. de generat.&.1ex. com.51.

partes eius, & vle eſt notius apud intellectum ꝙ̃ proprium. Et, cum declarauit ꝙ vle aſſimilatur vniuerſo compoſito demonſtrato, dedit modum ſimilitudinis, & dixit vniuerſum enim cõtinet multas res, ſicut partes.i. vle enim continet multas ſpẽs, quę ſunt ſub eo, ſi cut partes rerũ cõpoſitarum indiuidualium.

Patiuntur autẽ hoc idem quodãmodo & nomina ad rõnem: totum enim quddam, & indiſtincte ſignificant, vt circulus: definitio aũt ipſius diuidit in ſingula. Ac pueri primũ qdẽ oẽs viros prẽs appellãt, & matres fœminas: poſterius aũt determinãt horũ vtrũq;.

Etiam accidit hoc idẽ quoquomodo omnibus apud definitiones: ſignãt enim aliqd vniuerſum non determinatum: v.g. hoc nomen circulus, definitio eius diſtinguitur per particularia. Et puer exiſtimat in principio oẽm virũ, quẽ videt, eſſe patrẽ eius, & oẽm mulierem eſſe matrẽ eius: deinde in poſtremo diſtinguit, & determinat vtrunq;.

5 Cum declarauit cauſam, propter quã vle eſt notius particulari, qd eſt ſub eo, incœpit docere ꝙ ꝓꝑ hanc cauſam illud, qd ſignat nomen, eſt notius apud nos ꝙ̃ illud, qd ſignat definitio apud intellectũ. & d. Et accidit ſilr hoc idem, &c. i. et ꝓꝑ hanc cãm accidit ſimiliter eis, quæ ſignãt nomina apud illa, quæ ſignificant definitiones, ſ. qm̃ illa, quę ſignãt noĩa, ſunt notiora eis, quæ ſignãt definitiones. D. d. ſignat enim aliqd vniuerſum, &c. i. et cã in hoc, ꝙ illa, quę ſignãt noĩa, ſunt notiora definitionibus, eſt, qm̃ nomen eſt aliqd vniuerſum, & eſt ſpẽs noĩata: & illud vniuerſum nõ eſt diſtinctum: ut hoc nomẽ circulus, qd ſignat vniuerſum indiſtinctum, definitio vero eius, quę eſt figura plana, intra quã eſt punctus, à qua oẽs lineæ exeuntes ad circunferẽtiam ſunt æquales, eſt vniuerſum diſtinctum, & determinatum ꝑ elementa, ex qbus conſtituit̃ circulus, ſ. genus, & differentia. & hoc intendebat, cum dixit diſtinguitur per particularia. vocat enim elemẽta ſpecies, & particularia cauſas indiuidui vniuerſi. Et dicit quoquomodo. qm̃ illa, quæ ſignificant, ſ. nomina ſpecierum, aſſimilant̃ vli inquantum continet cauſas, ex quibus conſtituit̃ ſpecies, & differunt ab eo, in eo ꝙ vle continet ſpẽs. vle ergo eſt aliquod vniuerſum ſpecierũ: & illud, quod ſignãt nomina, eſt aliqd vniuerſum, diuiſum autem in cauſas, ex quibus conſtituitur ſpecies. vniuerſum vero in rei veritate eſt indiuiduum, cõpoſitum, demonſtratum: & ſilr partes in rei veritate, ꝙ̃ ſunt partes indiuidui: & ſunt illę, de quibus dixit ꝙ ſunt notiores in ſenſu ꝙ̃ cauſæ. et ex hoc, ꝙ iſtud vniuerſum eſt notius apud ſenſum cauſis, eſt cauſa in hoc, ꝙ vlia ītellecta ſunt notiora apud intellectũ ꝙ̃ ſuæ partes intellectæ: ſiue illę partes ſint ſpẽs, aut cauſæ: & ſimilr eſt cauſa in hoc, ꝙ res poſteriores in eſſe ſunt notiores apud nos ꝙ̃ cauſæ. Et q̃ret aliqs ꝙ hoc, qd dixit, ꝙ illa, ꝙ̃ ſunt prĩo euidẽtiora apud nos, &c. & hoc, quod dixit poſt, & accidit hoc idem in noĩbus apud definitiones, nõ ſunt idem: qm̃ īpoſſibile eſt ipm intelligere ꝑ res miſtas cõpoſitas indiuidua demõſtrata: cum ex iſtis non procedatur ad elementa, & principia intellecta: non enĩ ſunt partes *ſyllogiſmi: ſed ꝓcedtur ad illud ex ſpecie cõpoſita nõ ex indiuiduo. ergo iſta eſt diſpoſitio ſpeciei apud ſuas cauſas, & diſpoſitio eius, qd ſignificant noĩa apud illud, qd ſignificant definitiones, quõ igit̃ poſuit hic alium modum? Ad hoc aũt dicamus ꝙ in primo ſermone fecit comparationẽ inter ſpẽs, & ſuas cauſas ſm fidem, & dixit ꝙ ſpẽi cõpoſitæ apud nos ſunt notiores ſuis cauſis, & ꝙ ex iſtis ſpeciebus ꝓcedimus ad cognitionem cauſarũ mediantibus accidentibus exiſtentibus in eis: in hoc aũt ſermone fecit comparationem inter ſpẽs, & cauſas ſuas ſm imaginationem, & dixit ꝙ illud, qd ſignificant nomina, ſunt notiora apud nos, ꝙ̃ illud, qd ſignificant definitiones. Sunt igitur tres modi cõpoſitionis, ſ. compoſitio ſpẽi ex ſuis cauſis: & compoſitio generis ex ſpeciebus: & vtraq; iſtarum cõpoſitionũ eſt notior apud intellectum ꝙ̃ ſuæ partes: tertia aũt cõpoſitio eſt compoſitio indiuidui ex ſuis partibus, ſ. ª quæ ſunt ſm ſui * qualitatẽ: & iſta cõpoſitio eſt notior apud ſenſum ꝙ̃ ſuæ partes: & eo ꝙ iſta compoſitio eſt notior apud ſenſum, ideo illi duo modi cõpoſitiõis ſunt notiores apud intellectum. Et ideo non eſt remotum ipſum intelligere per hoc, qd dicit & illa, quæ ſunt apud nos manifeſta, ſunt miſta compoſita ſm duos modos compoſitionis, ſ. compõnem indiuidui, & compõnem ſpẽi: indiuiduum.n. compoſitum, licet non ſit principium in doctrina demonſtratiua, tñ eſt principium acquiſitionis * vlis, qd eſt principiũ demõſtratiuæ. Et, cũ declarauit ꝙ cõe eſt notius apud nos ꝙ̃ propriũ, quẽadmodum cõpoſitum eſt notius ſimplicibus ſuis, dedit teſtimonium ſuper hoc, & dixit Et puer exiſtimat, &c. i. ſignum eius, qd cõe eſt notius apud nos, ꝙ̃ ꝓprium, eſt, quia videmus cõprehenſionem cõem præcedere propriam cõprehenſionem. infans enim in principio comprehenſionis exiſtimat oẽm virum eſſe patrẽ, & oẽm mulierem eſſe matrem: &, cum vigoratur intellectus ſuus, cognoſcit patrem inter cęteros viros, & matrem inter cæteras mulieres. Iſte igitur eſt prologus libri: & continet intentionem, & ordinem eius, & modum doctrinæ demonſtratiuæ.

Idẽ. 12. met. cõ. 2*. &. 2. de generatione com. 59.

Queſtio.

* A. l. ſimiles.

Prima ſolo.

Tres modi compõnis.

ª Quæ ſunt ꝑtes ſecũdũ qualitatẽ. Vi de. 4. phy. c. 20. & 1. celi cõ. 18.

* a. l. q̃titatẽ.

Scd̃a ſolo.

Vide ꝓ hoc in ſcd̃o poſteriorum in fine.

* A. l. illius.

Summa Secunda antiquorum opiniones de principijs naturalibus examinans, eaſq; deſtruens.

Pars Prima opiniones enumerans, ijſq;, qui in hac ſcientis errorẽ non proprium cõmiſerunt, contradicens.

Caput Primum opiniones de principijs, & earum authores complectens.

NEceſſe eſt autem aut vnum eſſe principiũ, aut plura. Et, ſi vnũ, aut immobile, vt dicunt Parmenides, ac Meliſſus, aut mobile, vt Phyſici, hi qdem aerem aſſerẽtes eſſe, alij verò aquã primum principiũ. Si verò plura, aut finita, aut infinita. Et, ſi finita, plura autẽ vno, aut duo, aut tria, aut quatuor, aut ſm aliũ quẽpiã numerũ. Et, ſi infinita, aut ſic vt Democritus, genere qdẽ vnũ, figura verò, vel ſpecie dr̃ia, aut ẽt contraria.

Et oportet neceſſario vt principium ſit vnũ, aut plura vno. Si vnũ, aut immobile, vt dicũt Parmenides, & Meliſſus, aut mobile, vt dicunt Naturales: quidam enim dicunt ꝙ primum principium eſt aer: quidã aũt aqua. Si verò principia fuerint plura vno, aut erũt finita, aut infinita. Si igit̃ fuerint plura vno, & finita, aut erũt duo, aut erunt tria, aut q̃tuor, aut alterius numeri neceſſario, qcunq; ſit. Si aũt infinita, aut erũt, ſicut dixit Democritus, eadẽ in genere, ſed in figura, & in forma diuerſa, aut erunt cum hoc contraria.

6 Finito prologo incœpit pſcrutari de principiȷ̃s cõibus oium rerum naturalium, & dixit Et oportet neceſſario, &c.i.et oportet ſm naturã diuiſionis vt principiũ exiſtens in re ſit vnũ, aut plura vno: et, ſi aliqs poſuerit principiũ eſſe vnũ, tũc illud vnũ aut erit nõ trãſmutabile, vt dicũt Parmenides, & Meliſſus, q dicunt nõ naturalr, qa negant tranſmutationem, et motũ: aut tranſmutabile, vt dicunt Naturales, qui naturaliter loquũtur. & ſm naturam diuiſionis deberent dicere & ſi vnum, aut erit finitum, aut infinitum: vt dicunt Parmenides, & Meliſſus. ſed innuit hãc diuiſionem per diuiſionem plurium principiorum, finita, & infinita. Et dixit vt dicunt Parmenides, & Meliſſus.i. ſi imaginati fuerimus ꝙ Parmenides, & Meliſſus vtanť hoc nomine ens pro principio: iſti enim non dixerunt principium eſſe vnum imobile, ſed ens vnum imobile. & ſic põt quis intelligere per hoc nomen ens non principiũ entis. et eſt cõueniẽtius, vt dicet poſt. qm̃, ſi vtunť hoc nomine ens pro principio, tunc non pñt dicere ens eſſe vnum: qm̃ principium habet in ſe duo, principiũ, & illud, cuius eſt principium. Et, cũ induxit modos, quos põt dicere qui dicit principium eſſe vnũ, reuerſus eſt etiam ad numerandum oẽs modos, quos põt dicere dicẽs principia eſſe plura vno, ſ. principia, quę ſunt in re, & dixit Et, ſi principia fuerint plura vno, &c. qm̃, ſi fuerint finita, neceſſario hñt numerum determinatũ. D.d. Et, ſi infinita, &c.i. &, ſi infinita, aut erunt eadem in genere, diuerſa in forma, & figura, aut diuerſitate contraria, aut non contraria, ſ. infinita: aut erũt eadẽ in ſpecie, diuerſa in quantitate, vt dicebat Democritus. ſed innuit hoc condiuidens hoc per primũ, vt eſt ſuus mos in abbreuiatiõe. et in iſto modo eſt multitudo rerum: multitudo enim aut eſt ſm formã, aut ſm quantitatem. & has duas multitudines dixerunt antiqui de principiȷ̃s. & tacuit diuiſionem plurium principiorum in motum, & in quietem: nullus enim dixit plura principia quieſcentia eſſe: aut quia cõtentus eſt hac diuiſione in primo principio.

Multitudo aut eſt rerũ ſecundũ formã, aut ſecũdũ ꝗtitatem. Idẽ. 1. meta. t. c. 5.

Similiter aũt quærunt & quærẽtes quot ſunt ea, quæ ſunt. ex qbus enim ſunt ea, quæ ſunt, quærũt primum vtrum hæc vnum, an multa ſint. &, ſi mľta, finita, an infinita. quare principium, ac elementum quærunt vtrũ ſit vnum, an multa.

Et eodẽ modo quærunt illi, qui quærunt de entibus quot ſunt. prius enim ꝗ perſcrutentur de illis, ex quibus ſunt entia, pſcrutantur de eis vtrum ſint plura, aut vnum. &, ſi plura, vtrũ finita, aut infinita. & ſic erit perſcrutatio eorum, & de principio, & de elementis, vtrum ſint vnum, aut plura.

7 Dixit Et in hunc modum inquiſitionis diuiditur perſcrutatio eorum, qui perſcrutanť de entibus quot ſint: & ſunt illi, qui vtuntur hoc noie eos pro hoc nomine principium: exiſtimãt enim principia eſſe entia: quia ſolũmodo perceperunt materiale principium, & non formale: quare non fecerunt differentiã inter principium, et ens. iſti enim pſcrutantur de entibus vtrum ſint vnum, aut plura: quia intendunt ꝑ hoc nomen ens principium: & ſic pſcrutatio eorum in nihilo differt à perſcrutatione de elementis vtrum ſint vnum, aut plura: cum non differant niſi in voce tm̃. Deinde dixit prius enim ꝗ pſcrutenť de illis, ex qbus, &c.i. qm̃ iſti ex pſcrutatione ſua de rebus, quę ſunt principia entiũ, pſcrutanť primo de entibus vtrũ ſint vnũ, aut plura, &, ſi plura, vtrũ finita, aut infinita. & ſic pſcrutatio de ente, vtrũ ſit vnũ aut plura, eadẽ eſt cum pſcrutatione de principio, aut elemẽto, vtrũ ſit vnum, aut plura.

Antiqui perceperunt ſolũ materiale principiũ, nõ formale. Idẽ. 2. phy. c. 9. Idẽ 2. de ala. c. 36. et. 8. cõ. 7. meta.

Caput Secundum declarans quæ nã ex dictis opinionibus à Phyſico deſtrui, uel non deſtrui debeant.

ITaq; ſi vnũ, atq; immobile ſit id, qđ eſt, conſyderare, non eſt de natura ſpeculari. Vt enim & Geometræ non amplius eſt ratio ad eum, qui deſtruit principia, ſed aut alterius eſt ſcientiæ, aut omnium cõis, ſic neq; ei, qui de principiȷ̃s. nõ enim amplius principium eſt, ſi vnum ſolum, & ita vnum eſt. aut. n. principiũ cuiuſdã, aut aliquorũ eſt.

Et dico nunc ꝙ cõſyderatio de ente, vtrũ ſit vnũ immobile, non eſt cõſyderatio naturalis. Quẽadmodũ igiť Geometra nõ hẽt diſputationẽ cũ eo, q negat principia Geometriæ: ſed loqui de hoc ſpectat ad aliã ſcientiã à Geometria, aut ad ſcientiã cõem omnibus ſcientȷ̃s: ſimilr Naturalis nõ hẽt loq de principȷ̃s an ſint. nõ. n. erit hic principiũ omnino, ſi fuerit vnũ tm̃, & fuerit hmõi vnũ. principiũ. n. eſt alicuius principiũ, aut aliquorũ.

Cum dixit ꝙ illi, qui vtuntur hoc noie ens pro principio, non differt perſcrutatio eoꝝ, vtrum ens ſit vnũ, aut plura à pſcrutatione eorum, qui perſcrutanť, vtrũ principium ſit vnũ aut plura, incœpit dicere ꝙ illi, qui vtuntur hoc noie ens pro ipſo ente, & non pro principio, dicentes ipſum eſſe vnum, & immobile, multum diſtant ab eis, qui vtunť hoc noie ens pro principio. cõſyderatio. n. iſtoꝝ eſt naturalis, illoꝝ vero nõ naturalis. Et dixit Et dico nunc, &c.i. & cõſyderatio nunc de ente, vtrũ ſit vnũ, aut plura, & mobile, aut imobile, qm̃ hoc nomẽ ens nõ ſignificat ipſum principiũ, eſt pſcrutatio innaturalis. Deinde dedit cauſam, & dixit quẽadmodũ igitur Geometra, &c.i. qui dicit ens vnũ eſſe, et imobile, negat principia, quæ ponit Naturalis, ſ. entia naturalia plura eſſe, & mobilia, & hñtia principia.i. cõpoſita. nam poſito ente eſſe vnũ, non erit illic principium oino: & ſimiliter motu ablato non erit illic principium mouendi, ſ. natura. et quicunq; hoc ponit negat principia poſita à Naturali: et rectũ eſt vt cũ eo non fiat diſputatio: quemadmodũ Geometra nõ diſputat cum negãtibus principia Geometriæ: ſed loqui cum hmõi hominibus pertinet ad aliam ſciam, aut ꝓpriam, aut cõem oibus ſciẽtȷ̃s, ſ. primam philoſophiã, aut artem diſputandi. Et dixit ſimiliter Naturalis non habet loqui de principȷ̃s.i. ſimiliter aũt de principȷ̃s notis per ſe nõ oporte. loqui in hac ſcientia: aut, ſi fuerit, erit alterius à Naturali. D.d. non. n. erit hic, &c.i. ſm enim ſermonem dicẽtis ens eſſe vnum immobile non erit hoc principium oino, videlicet cauſa rerum naturalium. ſi enim eſt principium, eſt illud, cuius eſt principium: quare ens nõ erit vnũ, ſed plura vno. Qui igitur dicit ens eſſe vnum, & imobile, negat principia cognitionis. entia eni eſſe plura, & mobilia eſt de principȷ̃s cognitionis in hac ſcientia: entia aũt naturalia habere principia, quæ ſunt cauſa motus, & quietis in eis, eſt principium cognitionis, & eſſe. hoc igitur nomen principium vſitatur pro ambobus. Et expoſuit hic modum, ex quo ſequiť ꝙ dicens ens eſſe vnum negat principium eſſentię, & cognitionis, & tacuit modum, ex quo contingit dicenti ens eſſe vnum negare principia

8

Motu ablato aufertur natura. Idem 2. phy. 71. & infra hoc primo. 81. & 8. phyſi. 22. & 23.

Quæ ſit ſcia cõis oibus ſciẽtȷ̃s, quæ diſputare habet cõtra negãtes principiorum ſciẽtiarum particularium. Vide. 1. cęli c. 4. & 8. phy. cõ. 22.

pia

Qui negat principiũ negat pluralitatẽ, & motũ: principiũ.n. ẽ cã vtriuſq;. Q. ño principiũ ſit cã ꝑmotus, vide.ſ. met.t.c.1.ex ãnnotõe ſua: ſc.l eſt cauſa plitatis ꝑꝑ ſuã relationẽ apud principiatum, &c.

pia cognitionis, & eſt pluralitas & motus. nam qui negat principium, negat pluralitatem, & motum: principiũ enim eſt cauſa vtriuſq;. Et dixit non erit hic, &c. ſ.m.n. dicẽtem ꝙ ens eſt vnum, intẽdendo ſimplex, nõ erit hic principiũ oĩno, qa principiũ exigit cõpoſitionem, & pluralitatem, & dicere ens eſſe vnũ exigit cõtrariũ. non igitur erit hic principium, ſi ens fuerit vnũ hoc modo, ſ. ſimplex. & hoc intendebat, cum dixit & fuerit vnum huiuſmodi. i. fuerit ſimplex.

Simile itaq; eſt cõſyderare an ſic vnũ eſt, & ad aliam quamlibet poſitionem ſermonis gratia dictam diſputare, vt Heracliteam, aut ſi quis dicat hominẽ vnum, id, qđ eſt, eſſe.

Et perſcrutari de vno, ſi fuerit hmõi, eſt ſimile alloqui in contradictione alterius poſitionis, quæcunq; ſit poſitionum, quæ ſolũmodo ſunt ex eis, quæ ſimpliciter dicuntur verbis, vt ſermo Heracliti, aut ſermo dicentis ens vnum hominem.

9 Hæc perſcrutatio de ente, vtrũ ſit vnũ, aut nõ vnũ, & loq de hoc eſt ſimile alloqui, & ꝑſcrutari de aliqua poſitione falſa, quæ nullã habet rõnem, ſed ſolũmodo dĩ verbis: vt ſermo Heracliti ꝙ oĩa ſũt mobilia: aut ſermo dicentis oĩa entia eſſe vnum hoĩem demonſtratũ. non enim eſt differẽtia inter ſermonẽ dicentis oĩa eſſe vnũ, & dicẽtis oĩa eẽ vnũ equũ, aut oĩa eẽ vnũ hoĩem.

Aut ſoluere litigioſam rationẽ. qđ vtræq; quidem hñt rationes & Meliſſi, & Parmenidis: etenim falſa accipiunt, & non ſyllogizãtes ſunt. magis autẽ Meliſſi oneroſa eſt, & nõ hñs dubitationem. ſed vno incõuenienti dato alia cõtingunt. hoc aũt nihil difficile eſt.

Vno incõueniẽti dato alia cõtingũt. Idẽ infra. t. com. 22.

Et aſſimilat cuidam ſermoni ſophiſtico. & hoc inuenitur in vtroq; ſermone, ſ. Meliſſi, & Parmenidis: accipiunt enim falſa, & qđ non ſequiť ex ſyllogiſmo. ſed ſermo Meliſſi eſt magis vanus: & nõ eſt in hoc dubiũ: conceſſit enim in eo improbabile, & induxit ſuper ipſum reſiduos ſermones.

10 Cum dixit ꝙ ſermo dicentium ens eſſe vnum eſt de genere ſermonum fictorum ſophiſticorũ, incœpit declarare primam naturam ſermonis, à quo acceperunt ſignum dicentes ens eẽ vnum, ſ. Parmenides, & Meliſſus, & dixit Et aſſimilať, &c. i. ſermo eorum, per quẽ ratiocinanť ſuper hoc ꝙ ens eſt vnũ, ſimilis eſt qbuſdã ſermonibus ſophiſticis: & hoc ſophiſma inuenitur in vtroq; ſermone, ꝑ quem rõcinantur ambo. D. dixit accipiunt enim falſa, &c. i. ponunt enim in ſuis ſyllogiſmis falſas propoſitiones, quæ faciunt ſyllogiſmum non concludere, aut ſimpliciter, aut illud, quod intẽdit cõcludere: & talis eſt ſermo vanus, vt dictum eſt in ſophiſtica, ſ. quia eſt ex falſis ꝓpoſitionibus, & ex mala forma. Deinde dixit ſed ſermo Meliſſi, &c. i. ſed ſermo Meliſſi eſt magis vanus q̃ ſermo Parmenidis: & non facit aliquam dubitationem: quia conceſſit in eo propoſitionem improbabilem falſam: & eſt ꝙ, ſi ens non generať, non habet principium: ſyllogiſmus enim eius eſt ꝙ, ſi ens generatur, habet principium. Deinde deſtruxit antecedens, & concluſit ꝙ non habet principium, & peccauit in deſtructione cum hoc, ꝙ ꝓpoſitio dicens ꝙ ens nõ generatur, eſt falſa. Syllogiſmus aũt Parmenidis eſt, ꝙ quicqd eſt ꝑter ens eſt non ens: & ꝙ non ens nihil eſt: ergo ens eſt vnum. Iſte ẽt non concluſit illud, qđ intendebat cõcludere, cum hoc, ꝙ ꝓpoſitiones eius ẽt nõ ſunt veræ, quia ſunt duplices ex æquiuocatione. conuenit igitur cum ſyllogiſmo Meliſſi in hoc, ꝙ eſt malus in materia, & forma. ſed dixit in eo ꝙ eſt minus vanus: quia propoſitio minor in eo non eſt negatiua, ſed eſt infinita:[a] & tunc, propoſitio minor in prima figura erit concludens. ſed non eſt ita de negatiua: ſyllogiſmus enim non concludit. & intelligo per priuatiuã hoc, qđ dixit quicqd eſt præter ens eſt nõ ens,[b] & qcquid eſt non ens eſt nihil. & ipſe loqueť poſt in hoc, ꝙ iſti ſyllogiſmi ſunt ſophiſtici, & declarabit corruptionem eorum, ſicut diximus.

Sermo vanus eſt, q eſt ex falſis ꝓpõnibus, & ex mala forma. Idem infra cõ. 22.


a Quãdo ꝓpõ minor eſt infinita ĩ prima figura, ſylls erit cõcludẽs: minime ſi quando negatiua fuerit. Idem primo priorum. t. c. 7.

b In hoc primo. t. cõ. 23. 24. & 25.


Nobis aũt ſupponatur ea, quæ ſunt natura, aut omnia, aut quædam moueri. manifeſtum eſt autem ex inductione. Simul autem neq; conuenit omnia ſoluere, ſed quæcunq; ex principijs aliquis demõſtrans mentitur, quęcunq; verò non, minimè. vt Tetragoniſmum, eum quidem, qui per ſectiones Geometrici eſt diſſoluere: illum autem, qui Antiphontis, non Geometrici eſt.

Nos autem ponamus ꝙ omnia naturaliter, aut quædam ſunt mobilia. & hoc manifeſtum eſt ex inductione, Vnde circa hoc non oportet contradicere omnibus: ſed ſolũmodo oportet contradicere eis, quorum declaratio fundata eſt ſuper principia, ſed ſunt falſa: eis autem, quę nõ ſunt talia, nõ. v. g. Quadratura circuli, quę eſt ſm abſciſſionẽ, Geometer habet ei contradicere: quæ autem fit ſm Antiphontem, non habet Geometer.


Hippocratis Chij Tetragoniſmus.



Briſſonis Tetragoniſmus.



Tetragoniſmus Antiphontis.



11 Cum declarauit ꝙ ſermo dicens ꝙ ens eſt vnum, & immobile, non eſt ſermo naturalis, & ꝙ naturalis non debet contradicere ei, dixit Nos aũt ponamus, &c. i. Nos aũt, cum intẽdimus loqui naturaliter, ponamus primo ꝙ oĩa naturalia, aut quædam ſunt mobilia. & hoc manifeſtum eſt ex inductione rerum naturalium. Et dixit aut quædam, ꝑſeruando ſe ab aĩa, & formis. eſt enim dubium vtrum ſint mobiles aut nõ: ſed, licet non moueanť, tñ ſunt naturales ſm ꝙ ſunt in mobili. aut dixit hoc, quia dubitať de partibus, quæ ſunt apud centrum terrę, vtrum poſſint moueri, aut non. Et, cũ dedit cauſam, ꝓpter quã poſuit iſta, & eſt ꝙ cõſyderatio eius eſt naturalis,[a] & ꝙ intẽtio eius prima non eſt contradicere opinionibus falſis in hac ſcientia, ſed determinare ſubſtãtias, et quiditates rerum naturalium, dedit etiam ſecundam cauſam ad hoc, & dixit & cũ hoc non oportet contradicere oĩbus, i. et cũ hoc, ſi poſuerimus ꝙ oportet artificem contradicere opinionibus falſis ſuæ artis, tñ non oĩbus: ſed ſolũmodo debet contradicere eis, quæ concluduntur à primis ꝓpoſitionibus illius artis, ſed cum cõcluſione falſa: eis aũt, in quibus eſt peccatum in ipſis principijs, nõ oportet cõtradicere. v. g. qm̃ ſermo eius, qui exiſtimauit ſe quadrare circulum, cũ quadrauit lunares figuras, quę ſunt portiones circulorum, oportet Geometram contradicere ei: qa peccauit in eis, quæ ſunt poſt principia. portiones eñ cadentes in circulo, licet poſſint facere quadrata ęqualia eis, tñ nõ ſequitur ex hoc facere quadrata ęqualia circulo: nam illæ portiones non conſumunt circulum ꝑ diuiſionem. iſtud enim peccatum eſt eſſentiale Geometrę, & Geometer debet deſtruere ipſum. Antiphonti aũt nõ debet contradicere. qm̃, cum ille fecit in circulo figuram æqualium laterum, & angulorũ, & fecit ſuꝑ quodlibet laterũ triangulum Iſoſcelem, diuidendo arcus ꝛſpicientes latera in duo media, deducendo lineas ad extrema lateris: & ſic fecit in circulo figuram æqualium laterum, & angulorum maiorẽ prima, cuius numerus laterum eſt duplus ad numerum laterum primæ figurę: & cum fecit ẽt in hac figura illud, quod fecit in prima, inuenit etiam in circulo figuram aliam maiorem ſecunda: & ſic exiſtimauit, cum fecerit ſic, ꝙ diuiſio non procedit in infinitum, ſed perueniat ad figuram ęqualem circulo: &, cũ fecit quadratũ æquale huic figuræ, exiſtimauit ꝙ illud quadratũ erat ęquale circulo. ſed iſtud peccatũ erat eſſentiale Geometriæ, qa Geometer habet principium, ſ. ꝙ diuiſio procedit in infinitũ: & ideo non debet ei contradicere.

Vide. 2. cæli com. 84.

Formæ naturales, licet ñ moueanť, tñ ſunt naturales ſ. ꝙ ſi in mobili.

Vide de motu naturę primo cę. c. 67.

a Intẽtio prima Ariſt. nõ ẽ cõtradicere opinionibus falſis in hac ſ. i. ſed declarare ſubſtãtias, & quiditates rerũ naturaliũ. Ex q̃ patet metaphyſicã nõ cõſyderare quiditates rerũ i particulari. Cõſimile vide. 6. meta. cõ. 2. & 3. phyſi. 17. 27. & 26 & 74. & primo de aĩa. c. 5. & 11. & 4 meta. cõ. 1.

Geometer hẽt pro principio q. diuiſio ꝓcedit in infinitũ. Idẽ 1. phy. com. 6.

Sed, qm̃ de natura quidem, non aũt naturales dubitationes cõtingit dicere ipſos, forſitan qdẽ bene ſe habet aliquãtulũ diſputare de ipſis. hẽt. n. philoſophiã hęc cõſyderatio.

Sed quia accidit ꝙ ſermo eorum eſt de natura, & ſi dubitationes eorum non ſint naturales, rectũ eſt incipere parum loqui de eis. conſyderatio. n. de hoc eſt philoſophiæ.

12 Cum declarauit quòd nõ oportet naturalem loqui de dubitationibus non naturalibus, & voluit loqui cũ eis ſm diſputationem ꝓpter vtilitatem prouenientem ex hoc ei, qui incipit in hac arte, incœpit declarare cauſam cogentem ipſum ad loquendum de hoc, & dixit Sed quia accidit, &c. i. ſed quia accidit iſtis duobus viris loqui de naturis, vt de vacuo, & infinito, & alijs, rectum eſt loqui cum eis in iſtis quęſtionibus diſputatiuè, licet non ſint naturales: qm̃ & ſi loqui cum eis non oportet naturalem, tamen oportet philoſophum.

Caput Tertium opiniones non naturaliter loquentium deſtruens.

PRincipium aũt maximè omniũ ꝓpriũ. qm̃ multipliciter dr̃ id, quod eſt, quõ dicunt dicentes vnum eſſe omnia? vtrum ſubſtantiam omnia, an quanta, aut qualia? & iterum vtrum ſubſtãtiã vnam omnia, vt hominem vnum, aut equum vnum, aut animam vnam? an quale, vnum aũt hoc, vt albũ, aut calidũ, aut aliquid talium? hæc enim omnia differunt multũ, & ſunt impoſſibilia dictu.

Et illud, quod eſt principiũ omniũ iſtorũ, eſt iſtud, quia ens dr̃ multipliciter. quõ igiť dicunt illi, qui dicũt omnia eſſe vnũ? vtrum ſm ꝙ omnia ſunt ſubſtantiæ, aut quãtitates? & hoc dico in vniuerſum, aut qualitates? & etiam vtrum omnia ſint vna ſubſtãtia? v. g. vnus homo, aut vnus equus, aut vna anima? aut omnia ſint q̃le ſm. v. g. albũ, aut calidũ, aut aliud pluriũ? omnia. n. iſta multum differunt: & dicere eadem eſſe impoſſibile eſt.

13 Dicit Et illud, quod oportet poni in loquẽdo de iſtis opinionibus non naturalibus, eſt iſtud. qm̃, cum ſit notum ꝙ ens dr̃ mupltipliciter de decem ꝑdicamẽtis, qd̃ igitur ꝑdicamẽtum ſignificat hoc nomen ens apud dicentes oĩa entia eſſe vnum? vtrum ſit hoc, ꝙ oĩa entia ſunt ſubſtantiæ, aut quantitates, aut qualitates? i. vnũ in ſubſtantia, aut vnum in quantitate, aut vnũ in qualitate? & ſic vnum ſm genus, & plura ſm ſpeciem. aut intendũt per hoc, quod dicunt, ꝙ oĩa entia ſunt vnum indiuiduum, verbi gr̃a vnus hõ, aut vnus equus: & ꝙ omnes quantitates ſunt vna quantitas ſm indiuiduũ: & ꝙ oẽs qualitates ſunt vna qualitas ſm indiuiduum, verbi gratia hoc calidum, & hoc album, aut aliorum indiuiduorum aliorum prædicamentorum. illa enim, quæ ſignificãt hoc nomen ens, multum diſtant: & oĩa ſunt impoſſibilia: hoc enim nomen ens aut ſignificat genus, aut vnũ indiuiduũ numero: et quõcũq; ſit, ens erit multa. Et, cum dixit iſta enim diſtant multũ, &c. [b] intendit intẽtiones, de quibus dr̃ hoc nomen ens ex iſtis, quæ numerauimus, ſ. vl̃e, & ĩdiuiduũ. illæ eñ multũ differunt: & vnaquæq; earum eſt impoſſibilis.

Notũ eſt ꝙ ens dr̃ multiplr̃ de decẽ ꝑdicamẽtis. Idẽ 4. meta. te. cõ. 2. Id: in ꝑdicamentis.

b Intẽtiones iſtę, de qbus dr̃ hoc nomẽ ens, ſ. vle, & indiuiduum, multũ diñt. ꝓ hoc vide 7. meta. cõ. 17. quõ apponant vle, et particulare. vide & . 12. meta. cõ. 27

Si enim erunt & ſubſtantia, & quale, & quantũ, & hæc ſiue ſeparata adinuicem, ſiue nõ, multa ſunt q̃ ſunt. Si verò omnia quale, àut quantum, ſiue cum ſit ſuƀa, ſiue cum nõ ſit, inconueniens eſt, ſi oportet inconueniẽs

dicere

dicere quod impoſſibile. nullum enim aliorum ſeparabile eſt præter ſubſtantiam: omnia nanq; de ſubiecto dicuntur, ipſa ſub̄a.

Quoniam, ſi fuerit hoc ſubſtantia, & quale, & quātum: ſiue iſta fuerint diſtincta abinuicem, aut non fuerint: entia erunt plura. &, ſi omnia fuerint quale, aut quantū, ſiue ſub̄a fuerit, aut non fuerit, hoc erit improbabile: ſi impoſſibile poſſit dici improbabile. nullū enim cæterorum ſeparatur à ſubſtātia, ſ. exiſtens p̄ ſe ſingularis, & diſtincta: omnia. n. dicuntur in ſubiecto, quod eſt ſubſtantia.

14 Dicit ſi enim concesſerint hoc eſſe ſub̄am, aut quale, aut quātum, cōtingit eis entia eſſe plura, aut ſm̄ indiuiduum, ſi non cōceſſerint vl̄e eſſe, aut ſm̄ genus, et indiuiduum, ſi conceſſerint ipſum eſſe: et ſiue ponant iſta p̄dicamenta ſeparari ab inuicem, aut non, ſed quędam exiſtere in q̄buſdam, vt eſt verum. & hoc intendebat, cū dixit ſiue fuerint diſtincta abinuicem, aut nō fuerint diſtincta ab inuicem. Et, cum declarauit hoc, et dixit ſi conceſſerint hoc eſſe ſubſtantiā, et quātū, & quale, & vl̄r pluſq̄ vnum p̄dicamentum, cōtinget eis entia eſſe plura, incœpit ēt dicere impoſſibile cōtingēs eis, ſi hoc non cōceſſerint, & poſuerint eſſe aliquod cæterorū p̄dicamentorum p̄ter ſubſtantiam: nam, ſi poſuerint ens eſſe in vno p̄dicamento, aut ponēt illud eē ſubſtantiam, aut in alio à ſubſtantia. Et dixit &, ſi oīa fuerint quale, &c. i. &, ſi poſuerint ꝙ p̄ hoc nomen ens intendunt aliquod p̄dicamentorum poſt ſubſtātiam, aut quale, aut quantum: ſiue cōceſſerint ſubſtantiam eſſe, aut nō: hoc erit impoſſibile, & improbabile: ſi impoſſibile poſſit dici improbabile: cōtingit enim eis omnino entia eſſe plura. nā, ſi poſuerint ꝙ oīa ſunt qualitates tm̄, aut quantitates, aut vnum cæterorū p̄dicamentorum, tunc aut concedent ſubſtantiam eſſe, aut nō cōcedent. ſi concedent, tunc entia erunt plura: &, ſi non concedent illam eſſe, continget illud p̄dicamētum exiſtere per ſe, & ſeparari: & nullum cæterorum p̄dicamētorum p̄ter ſubſtantiam poteſt ſeparari per ſe: ſed omnia dicuntur in ſubiecto: vt declaratum eſt in categorijs. &, cum prædicamentum, quod intēdunt per hoc nomen ens, ſit in ſubiecto, ergo entia erunt plura.

In capitulo de ſubſtātia.

Meliſſus autem quod eſt infinitū eſſe dicit. quātum itaq; aliquid eſt quod eſt. infinitum enim in quāto eſt. ſubſtātiā autem infinitam, aut qualitatem, aut paſſionem eſſe non cōtingit, niſi ſm̄ accidens, ſi ſimul & quanta aliqua ſint. Infiniti enim rō quāto vtitur, ſed nō ſubſtātia, neq; quali. Si igit̄ & ſub̄a eſt, & quātum, duo, & nō vnum eſt qd̄ eſt. ſi verò ſub̄a ſolū ſit, non infinitū eſt, neq; magnitudinē habebit vllā. quātum enim q̄ddam erit.

Ens q̄ↄ infinitum.

Meliſſus verò dicit ens eē infinitū: & ſm̄ hoc ens erit aliquod quantū. infinitum enim eſt aliquod collocatū in quāto. ſubſtantia autē infinita, aut qualitas, aut vbi, impoſſibile ē vt ſit, niſi per accidēs: ſi aliqua ex eis cū eis, q̄ ſunt, habuerint quantitatem. definitio enim Infiniti exigit quātitatem, & nō ſubſtantiā, neq; qualitatem. Si igitur ens fuerit ſubſtantia, & quātum, erunt duo, & nō vnum. &, ſi fuerit ſubſtātia tm̄, tunc ens nō erit infinitū, neq; habebit mēſuram omnino. nam, ſi habuerit, erit aliquod quantum.

Cum declarauit ꝙ hoc nomen ens dr̄ de intentione vl̄i, et particulari, ſ. indiuiduo: & ꝙ, ſi intenderit per illud intentionem vl̄em, tunc non erit vnum, ſed plura: &, ſi intenderit per illud intentionē particularem, tunc aut erit de p̄dicamēto ſubſtantiæ, aut de cæteris p̄dicamētis: & manifeſtū q̄m impoſſibile eſt vt ens ſit vnū, ſi intendunt aliquod indiuiduum cæterorū p̄dicamentorum p̄ter ſubſtātiam, vt quantū, aut quale: nam indiuidua cæterorum p̄dicamentorū exiſtunt in indiuiduis ſubſtantiæ: & ſic ens ſaltem erunt duo, indiuiduū accidentis, & indiuiduum ſubſtantiæ: incœpit deſtruere reliquū cōtradiuidēs, & eſt ipſum eſſe indiuiduum ſubſtantiæ, & dixit Meliſſus verò dicit &c. i. &, ſi dixerint ꝙ intēdunt per hoc, quod dicūt, ꝙ ens eſt vnū, indiuiduum ſubſtantiæ, tunc ſermo eoꝝ deſtruitur ex hoc, quod ponūt, q̄m alter eoꝝ dicit ens eē infinitum, ſ. Meliſſus, & alter dixit finitum, ſ. Parmenides: & ſm̄ vtrūq; cōtingit, ſi ens fuerit vnum, vt ſit quantū vnū. infinitum enim, & finitū ſunt de differentijs quantitatis. & hoc intendebat, cum dixit infinitū enim eſt collocatum in quanto. D. d. ſubſtātia verò infinita, &c. i. ſubſtātiam dici infinitam, aut qualitatem, aut vbi, aut aliqd̄ aliorū p̄dicamētoꝝ impoſſe eſt per ſe, aut ſm̄ qd̄ eſt ſubſtātia, aut vbi: ſed eſt poſſibile per accidens, cū fuerit poſitum hic eſſe aliquid p̄dicamentorū, quæ cū ſuo eſſe proprio hn̄t quantitatem, ita, ſ. ꝙ quantitas accidit eis. ſm̄ hunc modum igitur dr̄ ꝙ ſubſtantia eſt infinita, aut finita. i. ſm̄ ꝙ accidit ei, ꝙ fuerit quanta: & ſimiliter de alijs p̄dicamentis. Et, cum poſuit ꝙ infinitū eſt ꝓprium quantitati, dedit rōnem ſuper hoc, et dixit definitio. n. Infiniti, &c. i. q̄m definitio Infiniti ē quantum non terminatum. quantum igitur eſt genus infiniti, q̄a nō dr̄ in definitione ſub̄ę, vel eius, ꝙ eſt ſub̄a, aut vbi. & hoc, qd̄ dixit de īfinito, intelligēdū eſt de finito. D. d. ſi igitur ens, &c. et, cum declaratum ſit ꝙ infinitū p̄dicatur de quanto eſſentialiter, & de alijs p̄dicamentis per accidens: ſi intendunt, cum dicūt ꝙ ens eſt vnū, ſubſtantiā, & quantum: ſubſtantia enim non dr̄ infinita, niſi ſm̄ ꝙ eſt quanta: tunc ens erit duo, non vnū, ſ. ſubſtantia, & quātum, ſm̄ ꝙ dr̄ ipſa eſſe finita, aut infinita. et, ſi intendūt ſub̄am tm̄, tunc nō dr̄ infinita, neq; hr̄e menſurā oīno. ſi. n. haberet mēſurā eſſet quāta neceſſario. & iſta cōtradictio eſt ſm̄ ſermonē, nō ſm̄ rē.

Ex hoc patet ſm̄ Cō. indiuiduum ſub̄æ diſtinctum eſſe ab īdiuiduis cæterorū p̄dicamētorū. Idē 7. metaph. com. 2.

Infinitū, & finitū ſūt d̄ differētijs q̄titatis. Idem. 8. phy. c. 79. Idē infra in hoc p̄io cō. 18. Idem. 3. phy. cō. 24.

Amplius, q̄m & ipſum vnum multipliciter dicitur, quemadmodum & quod eſt, cōſyderandū eſt quomodo dn̄t vnum eſſe oē. dr̄ enim Vnū, aut cōtinuum, aut indiuiſibile, aut quorū rō eadem, & vna eſt ipſius qd̄ quid erat eſſe: quēadmodū merū, & vinū.

Vnū multipliciter dr̄.

Et etiam, cū vnum dicatur multipliciter, ſicut ens dr̄, conſyderandum eſt q̄uo dicunt totum eſſe vnum. dicitur enim Vnū aut de continuo, aut de indiuiſibili, aut de eis, quorum ratio, quæ ſignificat quiditatē eſt vna, vt vinum, & merum.

Cum deſtruxit ꝓpoſitionem dicētē ꝙ ens eſt unū, dicendo omnes intentiones, de quibus dicitur ens ſm̄ famoſitatem, quod eſt ſubiectum propſitionis, incœpit deſtruere eā diuidendo intentiones, de quibus dr̄ vnum, qd̄ eſt p̄dicatum in ꝓpoſitione, & dixit Et ēt, cum vnū dicat̄, &c. i. & quēadmodū nobis apparuit ex diuiſione intentionum, de q̄bus dr̄ hoc nomen ens, 16

ꝙ iſta

ꝙ iſta propoſitio nõ eſt vera ſm aliquam cam̃, ſimilr apparebit nobis, ſi diuiſerimus intẽtiones, de qbus dicit hoc nomẽ vnũ. Et, cum dixi: hoc, incœpit diuidere ſm quot modos dr̃ vnum in numero, & dixit ꝙ dicit̃ tribus modis, quorũ vnus eſt continuum. v. g. vna linea, & vnum corpus, &, vna ſuperficies: ſecundus eſt indiuiſibile, vt punctus: tertius vero nõa, q̃ ſignificãt idẽ ſm definitionẽ, verbi grã, vinũ & merum. & intẽdit p rõnem, quę ſignãt quiditates, rerũ definitiones.

Si igitur cõtinuũ eſt, multa eſt id, qđ eſt: infinitũ. n. diuiſibile eſt cõtinuũ. Habet aũt dubitationẽ de parte, & toto. fortaſſis aũt nihil ad orõnem, ſed ipſam ſm ſeipſam, vtrũ vnũ, an plura ſint pars, & totum. Et qũo vnum, aut plura. Et ſi pl'a, qũo plura. Et de ptibus nõ cõtinuis eadẽ eſt rõ. Et ſi toti vnũ vtraq; eſt, velut indiuiſibile, qm̃ & ipſæ ſibiipſis.

Et ſi per cõtinuum ens eſt vnũ, et multum: continuum. n. diuidit̃ in infinitum. Sed eſt quæſtio de parte, & toto: & ſi non huius ſermonis videt̃ exiſtere per ſe. & eſt, vtrũ pars, & totũ ſit vnũ, aut plura vno. Et ſm quem modum ſũt vnũ, aut plura vno. Et partes ẽt nõ cõtinuę, ſi q̃libet eſt totius, & vnaquæq; eſt idẽ: quia non ſeparat̃ ab eo: ergo neceſſe eſt vt quędam conueniant cum quibuſdam.

17 Cum diuiſit intentiones, de quibus dicit̃ hoc nomen vnum, incœpit declarare, & cõſyderare de vnaquaq; earũ, vtrum p̃dicetur de ente, et dixit. Et ſi per continuum ens eſt vnum, etc. i. &, ſi non intẽdunt p hoc, quod dicunt, ꝙ ens eſt vnum, quod eſt continuũ, oportet eos concedere ipſum eſſe vnũ quodãmodo, & plura alio mõ: continuũ. n. põt diuidi in infinitum: & ſic ens non erit vnum ſimpliciť: eſt. n. vnũ actu, & plura potentia ſ. ſm diuiſibilitatem. Et, quia accidit in cõtinuo, & in oĩ hñte partes, vt multitudo eius nõ ſit ſm diuerſitatem partiũ à ſeinuicem, ſed etiam ſm diuerſitatẽ partis à toto, incœpit etiam q̃rere hanc diuerſitatem, et inducit q̃õnem cõtingentẽ Antiquis in hoc, et dixit Sed eſt qõ, &c. i. & eſt hic q̃ſtio de parte, & toto pendens ex hoc ſermone: & viſum eſt, ꝙ, ſi nõ pendet de hoc ſermone, nec̃ io, tñ eſt quęſtio perſcrutanda per ſe. Deinde induxit q̃õnem, & dixit & eſt vtrum pars, & totum ſit idem. &, ſi idem quomodo poſſunt dici eſſe idem. totum. n. videtur eſſe aliud à parte. et etiã, ſi partes dñt à toto, qũo dicuntur eſſe alię. totum. n. nihil aliud eſt q̃ congregatio partiũ. Et, cũ induxit hanc q̃õnem in cõtinuo, dixit Et partes ẽt nõ continuę, &c. ideſt & etiã in partibus rerum continuarũ, & non continuatum. v. g. manu, & pede, & aliarũ partium cõpoſitarũ accidit hæc quęſtio: qm̃, ſi vnaquęq; partium eſt idẽ cum toto, q̃a eſt totius i. non ſeparata à toto, tunc vnaquęq; partium erit idẽ toti: & ſic oẽs partes erunt inter ſe eędem: ergo & caput, & manus, & collũ erunt idẽ: ergo pars non eſt in toto. & iſtud ĩpoſſibile, qđ ſequit̃, ſi totum, & pars fuerit idẽ, ſeq̃tur nec̃io. & ſermo oppoſitus iſti non exprimit̃ ꝓpter ſuam famoſitatẽ, et eſt ꝙ oĩs pars eſt alia à toto: & totum nihil aliud eſt q̃ congregatio partium: ergo totum eſt aliud à ſe. Et iſtud Sophiſma eſt compoſitiõis, & diuiſiõis: quoniã vnaquæq; partium dicitur eſſe aliud à toto: ſed omnes inſimul non poſſunt dici eſſe aliud à toto.

Totum. n. nihil aliud ẽ q̃ congregatio ptiũ. Oppoſitum h[illegible]. 7. Met. 27. & 60. c. & . 1. de aĩa. cõ. 9. in ſolutione ſcdæ q̃õis iuxta dimidium cõm. Sed. 4. phy. c. 41. habet̃ conſimile vt hic. & ẽt. 3. cœli cõ. 8. Vide con. Zim.

At vero, ſi velut indiuiſibile, nullũ erit quãtum, neq; quale. Neq; itaq; infinitum eſt id, quod eſt, ſicut Meliſſus dicit, neq; finitum, ſicut Parmenides. terminus enim indiuiſibilis eſt, neq; finitus eſt.

Et, ſi totum fuerit vnum, ita ꝙ ſit indiuiſibile, tunc non erit quantũ, aut quale. Et etiã ens non erit infinitũ, vt dicit Meliſſus, neq; finitum, vt dicit Parmenides. indiuiſibile. n. eſt finis, non finitum.

Cum induxit illud, quod contingit eis, ſi intenderint p vnum continuum, induxit ẽt impoſſibile contingẽs eis, ſi intenderint p hoc nomen vnum indiuiſibile, & dixit Et, ſi totum fuerit vnum, &c. i. ſi aliquis dixit ꝙ, cum dixerit ens eſſe vnum, intendebat eſſe indiuiſibile, tunc non erit quãtum, neq; quale, neq; ſubſtantia, neq; aliud aliquod prædicamentorum: qm̃ omnia iſta ſunt diuiſibilia, aut per ſe, vt eſt quantum, aut per accidens, vt ſunt reliqua. Et, cum declarauit ꝙ dicens hoc nõ poteſt concedere hoc eſſe ſubſtantiã, aut quale, aut quãtum, quod eſt valde ĩprobabile, incœpit declarare ĩpoſſibile, quod contingit his duobus viris ſm hoc quod ponunt, non ſm rem in ſe, & dixit Et ens ẽt non erit infinitum, &c. i. & contingit Parmenidi, & Meliſſo ſm hoc ꝙ dicunt ꝙ ens non ſit infinitum, vt Meliſſus dicit, neq; finitũ, vt Parmenides. nã finitũ, & infinitũ non dicunt̃ niſi de quanto, nõ de fine quãti. 18

Oĩa prædicamẽta ſunt diſibilia, aut per ſe, aut p accidens: ex quo vr̃ velle Auer. q. nullum indiuiſibile ſit in p̃dicamento reponibile. Vide tñ oppoſitũ de habitib[illegible] intellectualibus, q ſunt i prima ſpẽ qualitatis ſm ipſum 1. [illegible]. ph. c. 20. vbi p[illegible]to ad aliq̃d. Et idẽ patet. 5. met. cõ. 20, idẽ i p̃dicamentis ſermone de q̃litate. Vide con. 21. a finitũ, et infinitum nõ d[illegible] niſi de q̃to, non de fine quanti.

At verò, ſi omnia, q̃ ſunt, rõne vnum ſunt, vt indumẽtum, & tunica, Heracliti orõnem contingit ipſos dicere. idẽ. n. erit & bono, & malo, et nõ bono eẽ, et bono. quare idẽ erit bonũ, & non bonum, et hõ & equus. et non de eo, ꝙ vnum ſunt, quæ ſunt, rõ erit, ſed de eo, ꝙ nihil ſunt. & tali eſſe, & tanto idem.

Et, ſi omnia entia fuerint vnũ ſm rõnem, vt veſtis, & tunica, cõtinget eis dicere ꝙ Heraclitus dicit. eſſe. n. erit boni, et mali vnum, et boni, & nõ boni. ex quo ſequit̃ ꝙ bonum, & non bonum erunt idẽ, et homo, et equus. & tunc ſermo eorum non erit in hoc, ꝙ entia ſunt vnum, ſed in hoc, ꝙ nullum eorũ eſt: & erit intentio quiditatis talis diſpoſitionis, ideſt qualitatis: & intentio eius talis menſuræ, ideſt quantitatis eadem intentio.

19 Cum deſtruxit duos modos illorum trium, ſm quos dicitur hoc nomen vnum, incœpit deſtruere tertium, & d. Et, ſi oĩa entia, &c. i. &, ſi intenderint per hoc quod dñt, ꝙ entia diuerſorum nominum omnia ſunt idem ſm definitionem: adeo ꝙ ſignificatio horum nominum, homo, equus, & aſinus, ſit ſicut ſignificatio horum nominum, veſtis, & tunica, continget eis dicere, quod dixit Heraclitus ſophiſta, ſ. contraria eſſe idẽ. D. d. eſſe enim erit boni, &c. i. &, cum ſignificationes nominum ſint eędem rerum contrariarum, et oppoſitarum: ſicut vinum, & merum ſignificant̃ idem, & veſtis, & tunica: tunc eſſe proprium bono, & malo erit vnum eſſe. Et hoc non ſolummodo inuenitur in bono & malo, quæ ſunt contraria, ſed in bono, & nõ bono, quæ ſunt contradictoria: adeo ꝙ eſſe erit non eſſe. D. d. ex quo ſequitur vt bonum, & non bonum ſint idem, & homo, & equus i. &, cum eſſe proprium oppoſitis ſit idem eſſe, continget ꝙ oppoſita. v. g. bonũ, & non bonum ſint idem, & non ſolum oppoſita, ſed & ſpecies diuerſę, verbi gratia homo, & equus. Deinde induxit improbabile contingens huic ſermoni, et dixit

Primũ incõuenies q̃tum ad oppoſita contrarie.

Scđm icõuenies q̃tũ ad contradictoria.

Tertium incõuenies q̃tum ad diſperata ſpẽ.

Q̃rtũ incõuenies q̃tum ad priuatiue oppoſita.

dixit & tunc ſermo eoꝝ, &c. i. &, cũ poſuerint ꝙ oppoſita, q̃ ſignãt eſſe, & non eſſe, ſint idẽ, tunc ponunt ꝙ illud, quod eſt non eſt: & ſm hoc priuãt entia eſſentia, cũ dicant ea eſſe vnũ: et ſm hoc, qa voluerunt dare entibus aliquam diſpõnem, deſtruxerunt ea eẽ. hoc igitur eſt vnum improbabiliũ contingentium huic poſitioni. D. induxit aliud improbabile, & d. & erit etiã intentio q̃ditatis, &c. i. & contingit huic põni ut aliqd eſſe in aliq̃ diſpõne, i. in aliqua q̃litate, v. g. album, aut calidum, & ipſum eſſe in aliqua quantitate, verbi gratia longum, & breue, ſint idem. & ſm hoc omnia prædicamenta erunt vnum prædicamentum.

Quintũ iconueniẽs q̃uum ad diſparage nerę.

Conturbabãtur aũt & poſteriores, quemadmodũ & Antiqui, ne forte accidat ipſis idẽ ſimul vnũ eſſe, & multa. Quapropter & alij quidẽ ipſum eſt auferebant, quẽadmodũ Lycophron: alij autem mũtabãt dictionem, q̃m homo, non albus eſt, ſed albatur, neq; ambulans eſt, ſed ambulat: ne ipſum eſt adijcientes, multa faciant eſſe vnum.

* ἐθορυβοῦντο Tumultuabant.

* μετεῤῥύθμιζον.

Et poſteriores Antiquorum timuerunt ne contingeret eis idem eſſe vnum, & plura inſimul. Quare quidam dimiſerunt hoc nomen eſſe, vt Lycophronus: & quidam quidem rectificauit dictionem, & dixit non oportet dicere hominem eſſe album, ſed hominem albe fieri, et non eſſe hoĩem ambulantẽ, ſed hoĩem ambulare: ne, cùm imponũt in ſermone hoc verbum eſſe, faciant de aliquo vno plura.

20 Dicit Et, quia Antiqui cõſenſerũt eis, ſ. Parmenidi, & Meliſſo ens eſſe vnum, quod eſt ſubſtãtia, timuerunt exprimere in propoſitionibus hoc verbum eſſe, ne contingeret eis aliqd eſſe vnũ & multa, quia nõ intelligebant ꝑ hoc nomen ens, niſi vnã intentionẽ, ſ. ſubſtantiã. Quapropter dimiſerunt q̃dam dictiones, quæ ſignãt eſſe in propõnibus, quarũ prædicata ſunt accidentia, vt fecit Lycophronus. dicebat. n. q̃m non oportet dicere hoĩem eſſe ambulantem, ſed hoĩem ambulare, quia ens tunc eſſet plusq̃ vnum. & totũ hoc fuit, qa timebat, ſi in propõne, cuius ſubiectũ eſt ſubſtãtia, & prædicatũ aliud ꝑdicamentum, ſ. accñtis, ĩterponeret hoc verbum eſſe, ꝙ tunc ens eſſet plusq̃ vnum. & hoc intendebat, cũ dixit imponunt in ſermone, &c.

Cõ opĩonis.

Opĩo Meliſ.

Tanq̃ ſingulariter dicto vno, aut ente. Sed multa ſunt quę ſunt: aut ratione, vt aliud eſt albo eſſe, & muſico, eidem vero vtraq;. multa itaq; vnũ: aut diuiſione, quemadmodum totum, & partes. Hic aũt iam dubitabant, & confitebantur vnum multa eſſe, tanq̃ non contingeret idẽ vnum, & multa eſſe, non autem oppoſita. eſt enim vnum & potentia, & actu.

Quaſi hoc nomen vnũ, & hoc nomen ens diceret̃ ſingulr̃. Sed entia ſunt plura: aut ſm rõnem, q̃m eſſe albi eſt aliud ab eſſe muſici, et vnũ erit vtriuſq;. et tunc vnũ erit multum: aut ſm diuiſionem, vt totum, & partes. Sed non potuerunt ſe excuſare in hoc modo, & conceſſerunt vnum eſſe plura, quaſi eſſet impoſſibile aliquid eſſe vnum, & plura ſine contradictione. vnum. n. eſt potentia, & actu.

In hoc cõm. deficit contĩuatio, quæ ſuppleatur.

Dicit, Et iſte ſermo eorũ fundatur ſuper hoc; ꝙ hoc nomen vnum, & hoc nomen ens ſemꝑ ſignãt idem: quod non eſt verũ. q̃m [a] hoc nomen ens dr̃ de pluribus ſm definitionem, & vno ſm ſubiectum. v. g. q̃m vnus hõ eſt albus, & muſicus, & eſſe eius ſm albedinem eſt aliud ab eſſe eius ſm muſicam, & eſt ſubiectũ vtriuſq; ſm humanitatem: & ſic aliquid erit vnũ, & plura duobus modis diuerſis, vnum ſm ſubiectum, plura vero ꝑ aceñs. Et ſilr̃ põt eſſe aliqd vnũ ſm cõpoſitionẽ, ſm aũt diuiſionẽ plura. v. g. totũ, & partes. D. d. Sed non potuerũt excuſare ſe, &c. i. illi, q non cõceſſerunt pluralitatem ex pluralitate accidentium in ſubiecto, potuerunt in multitudine accidẽtium dicere aliquid, ſ. quia non hñt verum eſſe, & nõ potuerunt hoc dicere in partibus & toto, totum. n. eſt ſubſtãtia, & ſilr̃ partes ſunt ſubſtãtię. & ideo non potuerunt excuſare ſe in hac q̃õne. D. d. quaſi eſſet impoſſe, &c. i. & dicẽs hoc vr̃ opinari idẽ eſſe vnum, & plura duobus modis diuerſis eẽ impoſſibile. D. incœpit dare iſtos duos modos ĩ toto, & parte, & dixit vnum. n. eſt potẽtia, & actu. i. totum enim eſt vnum actu, & plura potentia. quemadmodum eſt poſſibile in pluribus actu vt ſint unum in poſſe, quoniam hoc non eſt impoſſibile. 21

Prima inſtantia.

a Hoc nomẽ ens dicit̃ de pl̃ib⁹ ſm definitionẽ, & vno ſ; ſubiectum.

Secunda inſtantia.

Dña q̃õnis.

Vltima inſtantia.

Totũ ẽ vnũ ĩ actu, & plura ĩ potẽtia, quẽadmodũ ẽ poſſe ĩ plurib⁹ actu, vt ſint vnum in potentia.

Hoc igitur modo dicentibus impoſſibile videtur quæ ſunt vnum eſſe. Et ex quibus oſtendunt ſoluere non difficile eſt. vtriq;. n. contentioſe ſyllogizant, & Meliſſus, & Parmenides. nam & falſa accipiunt, & non ſyllogizantes ſunt. Eſt autem Meliſſi magis oneroſa ratio, & non habens dubitationem. ſed vno inconuenienti dato, alia contingunt. hoc autem nihil difficile eſt.

Vno incõuenienti dato alia contingũt. Idem in pra tex. 10.

Cùm igit̃ proceſſerint ꝑ hanc viã, apparebit impoſſe eis entia eſſe vnũ. Et non eſt ẽt difficile cõtradicere eis ex illo, ex quo nitunt̃ declarare hoc. vterque enim vtitur ſyllogiſmo ſophiſtico, Meliſſus ſcilicet, & Parmenides. accipiunt. n. falſa, & non ſequitur ex ſyllogiſmo. Sed ſermo Meliſſi eſt magis vanus, & in eo non eſt dubium. cõceſſit. n. vnum improbabile, & ſuper ipſum fundauit ſuum ſermonem. & in eo non eſt difficultas.

Dicit. Cùm igitur conſyderantes proceſſerint per hanc viã conſyderationis, ꝑ quã nos proceſſimus, apparebit eis, q̃m impoſſe eſt entia eſſe vnum, vt iſti dixerunt. &, cũ cõtradixit cõcluſioni eoꝝ ꝑ ſe, incœpit contradicere argumentis: hæc. n. duo exigit diſputatio: & dixit. Et non eſt ẽt difficile, &c. i. & nõ eſt difficile contradicere ſyllo, quo vtunt̃ in cõfirmãdo ſuã opinionẽ. Et, cũ notificauit ꝙ facile contradicit̃ ſyllo eoꝝ, dedit cãm, & dixit. vterq;. n. vtitur ſyllo ſophiſtico. i. & cauſa in hoc, ꝙ facile contradicit̃ eis, & eſt, qa argumentationes eoꝝ ſunt ſophiſticæ, & ſermones ſophiſtici contradicunt̃ facilius, q̃ diſputatiui. D. demõſtrauit modum, ſm quẽ ſunt ſophiſtici, & d. accipiunt. n. &c. i. ponunt. n. propõnes falſas, et cõponunt eas compõne nõ concludente. & ſermones, q ſunt hmõi, dñr vani, ſ. qui peccãt ĩ materia, & forma. [a] Et ideo d. Sed ſermo Meliſſi eſt magis vanus: quia oĩno non concludit. ſermo autem Parmenidis concludit, ſed nõ quæ ſunt ad propoſitum ſuum. D. d. & in eo non eſt dubium, i. & cùm eo, quod eſt magis vanus, nullam facit dubitationem. propoſitiones enim poſitæ in eo ſunt falſæ, & improbabiles, vt cum dixit ꝙ ens non generatur. 22

Cõtinuatio.

Diſputatio exigit vt cõcluſioni contradicat, & argumentis.

Sermões ſophiſtici facilius cõtradicuntur, q̃ diſputatiui.

Qui ſĩt ſmones vani. Vide cõſiliũ ſupra cõ. 1. a Cõparatio ſermonum.

Caput

Caput Quartum, antedictarum opinionum ſyllogiſmos confutans.

* 2.1. exiſtimare eſſe.

QVòd igitur paralogizat Meliſſus manifeſtum eſt. opinatur.n.accipere, ſi quod factũ eſt, oẽ habet principiũ, ꝙ & id, qđ non factũ eſt, nõ habet. Poſtea et hoc incõueniens oĩs * eſſe principiũ rei, & non tp̃is, & generationis non ſimplicis, ſed & alterationis, tanq̃ non momentanea facta mutatione.

Qm̃ autem Meliſſus peccat in ſyllogiſmo manifeſtum eſt. exiſtimat enim quod acceptum eſt ꝙ, ſi omne, quod generatur, habet principium, & omne, quod non generatur, non habet principium. Deinde hoc etiam eſt magis improbabile, ſ. exiſtimare ꝙ oẽ, quod habet principium, eſt intentio ſubſtantiæ. & nonne tempus habet principium, & principium etiam neceſſe eſt eſſe in alteratione? & non contiget ei, quod generatur ſimpliciter, ac ſi tranſmutatio non fieret ſubito.

23 Dicit. Quoniam aũt Meliſſus peccat in ſyllogiſmo manifeſtum eſt. quia opinatur ꝙ, ſi fuerit cõceſſum ꝙ oẽ, quod generatur, habet principium, ſequitur ꝙ oẽ, quod non generatur, non habet principium. & hoc nõ ſequitur. qm̃, ſi prędicatũ affirmatur de eo, de quo affirmatur ſubiectum, non ſequitur vt negetur ab eo, à quo negatur ſubiectũ. Si enim ponatur hoc, habet ꝙ, deſtructo antecedente in oĩ materia, ſequitur oppoſitũ conſequentis. et, cùm Meliſſus habuerit hoc pro vero, & concedebat ꝙ oẽ, quod generatur, habet principiũ, exiſtimauit ꝙ oẽ, quod non gñatur, non habet principium, deinde cõiungit huic ꝙ ens non gñatur, & concluſit ꝙ ens nõ habet principiũ. Et hæc propoſitio dicens ꝙ ens non gñatur, declarabaẽ ex eis, vt dicit Ariſ. poſt ſic, & eſt ꝙ, ſi ens gñatur, aut gñatur ex ente, aut ex non ente. ꝙ ſi ex non ente, tunc non ens mutatur in naturam entis: &, ſi ex ente, tunc ens fuit anteq̃ generareẽ: ergo non generatur: ergo non habet principium. Deinde ex hoc, ꝙ ens non habet principium, concluſit ipſum eſſe vnũ, & immobile. principiũ.n. quod eſt extremũ magnitudinis, cùm fuerit non ens, magnitudo erit infinita, & erit vna: quia cũ ea nõ erit aliud. ipſa.n. eſt infinita: ergo totũ locum occupat. & erit ĩmobilis, q̃a non habebit locũ, in quo moueaẽ. & iſta dubitatio induxit Antiquos ante Ariſto. in maximum errorem, vt dicet poſt Ariſto. Et, cũ declarauit corruptionem ſermonis Meliſſi ſm * formam eius, incœpit declarare corruptionem eius ſm ſuam materiã, & dixit. Deinde hoc ẽt eſt magis improbabile. i. & eſt magis improbabile hoc, quod exiſtimauit, ꝙ hoc nomen principium dr̃ vno modo, ſ. de principio ſubſtãtiæ tm̃. principium enim eſt tp̃is, & ẽt alterationis. Si igiẽ vtitur hoc noĩe principiũ pro principio tp̃ali, tunc hoc, quod dixit, ꝙ q̃cquid non gñatur non habet principium, i. tp̃ale, eſt verum, ſed nõ eſt vtile in hoc, quod intendebat cõcludere, ſ. ꝙ ens eſt vnum, & ĩmobile, et infinitũ. ſi autem vtitur eo pro principio alterationis, nõ eſt verum. qm̃ non oĩs alteratio habet principium, vt alteratio ſubita. ſi vero vtitur eo pro principio magnitudinis, non eſt neceſſe vt omne, quod non generaẽ, non habet principium, quod eſt in ſubſtãtia. corpus.n. cœleſte habet prĩcipium, quod eſt in ſubſtãtia, & non gñatur, ut poſt declarabitur. Sed Ari. contentus eſt in cõtradictione iſtius propõnis, dicentis ꝙ oẽ, quod generatur, habet principiũ ab alteratiõe, quę fit ſubito, quo gñatur: ſed non habet extremũ, à quo incipiet gñatio. Et hoc intendebat, cũ d. & non continget ei, quod gñatur ſimpl̃r. i. & non cõtingit apud iſtum virũ, vt principium gñationis ſit illud, quod eſt in ſubſtãtia tm̃, vt ipſe voluit, ſed & in alio, cũ ſimpliciter induxit hoc nomen generatio in ꝓpoſitione, & non determinauit ipſum. & hoc eſt quaſi qui opinatur ꝙ alteratio non fit ſubito.

Hic deficit cõtinuatio.

Modus argučdi Meliſſi.

Infra in hoc i. tex. cõ. vi.

* 2.i. figurã. Fſm ſm materiam.

Nõ oĩs alteratio habet principiũ tẽporale, ſicut ſũ alterationes ſubitæ. Idem 6. ph. cõ. 32.

Vt eſſe ſcđa exp̃õ.

Deinde & ꝓpter quid eſt immobile, ſi vnũ eſt? ſicut.n. & pars vna cùm ſit, hæc aqua mouetur in ſeipſa, quare non & totum? Poſtea alteratio propter quid nõ erit? At vero nec ſpecie poſſibile eſt vnum eſſe, niſi eo, ex quo. Sic autẽ & Phyſicorum quidam dicunt vnũ, illo autem modo non. homo nanq; ab equo alterum eſt ſpecie, & contraria inuicem.

Deinde quare eſt neceſſe cum fuerit vnũ, vt ſit imobile? & quemadmodum pars, v.g. iſtius aquæ & pars vna mouetur in ſuo loco, quare & totum non mouetur, vel nõ eſt huiuſmodi? Et poſtea quare non eſt alteratio? Et ẽt impoſſe eſt vt ſit vnum ſm formam, niſi ſit ſm illud, à quo ẽ. hoc q̃dẽ dixerũt q̃dã Naturales, alio mõ impoſſe ẽ. hõ.n. alius ẽ ab equo ĩ forma, & ſil̃r cõtraria diuerſa ſunt adinuicẽ.

A. oppoſitũ habet. 4. ph. c. 41. contra Themiſtiũ. Vide cõtra. Zim.

24 Cũ declarauit corruptionem ſyllogiſmi Meliſſi, & ꝙ ex eo non ſequitur concluſio, quam nitebaẽ concludere dicit & ſi conceſſerimus concluſionẽ eorũ, & eſt, ꝙ ens eſt vnum, & infinitũ, tñ non ſequiẽ ex hoc vt ſit ĩmobile. qm̃ queãdmodũ videm⁹ ꝙ pars totius, quod eſt infinitũ, vt dicunt, v.g. aer mouetur ſm ſuas partes toto ꝑmanẽte in ſuo loco. Sil̃r poſſe eſt vt hoc accidat ĩ infinito, ſ. vt totũ moueatur ſm partes, non ſm totum. Deinde, ſi cõceſſerimus ꝙ non habet motum in loco, quare non habet motũ, q̃ eſt alteratio? & hoc intendebat, cũ dixit. Deinde, quare non eſt alteratio? i. deinde poſt hunc ſermonẽ, ſi cõceſſerimus ꝙ nõ habet motũ trãſlationis, quare nõ habet motũ alteratiõis? D.d. Et ẽt impoſſe eſt vt ſit vnum in forma, &c. i. impoſſe eſt vt aliquis exiſtimet ꝙ ens eſt vnũ in ſubſtantia, niſi ſm illud, ex quo gñatur, ſ. materia, vt plures Antiqui opinabanẽ, ꝙ entia ſunt ignis, aut terra, aut aer: q̃a apud eos componebanẽ ex vno iſtorũ. ꝙ autem entia ſint vnũ in forma impoſſibile eſt opinari. homo.n. manifeſtũ eſt ꝙ eſt alius ab equo in forma, & manifeſtius eſt hoc ꝙ contraria differunt à ſeinuicem ſm formam.

Prima inſtantia.

Secunda inſtantia.

In materia ẽtia vſir poſſe cõicare, minime tñ in forma. Oppoſitum. 8. Phyſ. 46. & 8. Me. t. cõ. xj & . 12. Vide cõ. Zim.

Et ad Parmenidem aũt idem modus rationũ eſt, & ſi aliqui alij ſunt proprij. Et ſolõ eſt, partim q̃dẽ, quia falſa eſt: partim aũt, quia nõ cõcludit. Falſa q̃dem, quia quod ẽ accipit ſimpliciter dici, cùm multipl̃r dicatur. Non concludit autem, quia, ſi ſola alba capiãtur, ſignificãte vnũ albo, nihilo minus multa alba ſunt, & non vnũ. non.n. cõtinuatione erit album vnũ, neq; rõne. aliud.n. erit eſſe albo, & ſuſcipiẽti, & nõ erit ꝑter albũ nihil ſeꝑabile. nõ.n. quatenus ſeꝑabile ẽ, ſed eẽ alterũ ẽ albo, & ei cui ieſt. Sed hoc Parmenides nondũ videbat.

Et hoc mõ ſermonũ ẽ cõtradicere ſermõib⁹ Parmenidis, et alijs modis, q̃ forte ſũt ei ꝓprij. Qm̃ manifeſtũ eſt ꝙ ſermo eius eſt falſus, &

non

non concludens, quia vtitur ente, ac ſi non diceret̃ ſimpliciter, & dicitur multis modis. Eſt autem non concludens, quia, ſi poſuerimus ſola alba, & dixerimus ꝙ alba in eis ſignificãt unum, hoc nõ erit ſufficiens in hoc, ꝙ album non ſit plura, ſed unum. albũ enim non eſt unum, neq; ſm continuationẽ, neq; ſm rationẽ. ratio enim albi alia eſt ab ea, quæ eſt recipientis. & etiã non intendimus ꝙ poſſibile eſt, ut album ſit ſeparatũ. qm̃ nos diximus hoc, quod diximus, non quia albũ ſeparatur, ſed quia eſt aliud ab eo, cuius eſt, ſ. à recipiẽte. Sed hoc in tempore Parmenidis nõdum erat terminatum.

Prĩa expõ.

Cùm cõtradixit ſyllogiſmo Meliſſi, reuerſus eſt ad cõtradicendũ Parmenidi, & dixit Et hoc modo, &c. i. ſm illum modum, quo cõtradiximus Meliſſo contradicemus Parmenidi, & alijs modis proprijs. eſt enim cõe eis, quia vtuntur ꝓpoſitionibus falſis ſm æquiuocationem, quia vterq; non cõcludit illud, qd intendebat concludere. ſed ſyllogiſmus Meliſſi eſt nõ concludens oĩno, & ideo dixit ꝙ eſt magis vanus.

Scd̃a expõ.

Et intendit per hoc, quod dixit, & alijs modis, &c. vt mihi vr̃ hoc, ex quo contradixit cõcluſioni ex ipſis ꝓpoſitionibus, ex qbus Parmenides cõpoſuit ſyllogiſmũ, & iõ forte intendit ꝑ hoc, ꝙ dixit & hoc modo ſermonũ. i. ſermones, qbus vſus eſt in deſtructione concluſionis abſq; ſermonibus, ex qbus cõcluſerũt eã. videmus. n. ꝙ ſermonũ, quibus vſus eſt in deſtructiõe cõcluſiõis, eorũ qdam ſunt fundati ſup ꝓpõnes ꝓbabiles, & contradictio eſt cõis eis, & qdam ſunt ſermones, ex qbus concluditur improbabile, et ĩpoſſibile à Parmenide, et eſt ꝓpria Parmenidi. In cõtradictiõe verò Meliſſi nulla ꝓpoſitione earũ vtit̃, quas ponit in ſuo ſyllogiſmo, quia oẽs ſunt æquocæ. Et, cũ narrauit ꝙ iſti cõuenerũt in hoc, ꝙ corruptio ſyllogiſmi eorũ eſt ſm materiam, & formã, & iam notificauit hoc in ſyllo Meliſſi, incœpit notificare hoc in ſyllogiſmo Parmenidis, et dixit et Manifeſtum eſt ꝙ eſt falſus, et non cõcludens. i. & manifeſtum eſt ꝙ ꝓpoſitiones ſui ſyllogiſmi ſunt falſæ, & ꝙ ſyllogiſm9 eſt nõ cõcludens illud, qd intẽdebat cõcludere, qm̃ ꝓpoſitiones eius ſunt falſæ: qa vtitur hoc noĩe ens, ita ꝙ dr̃ de vna intentione, ſed dcm̃ eſt de pluribus, ſ. in hoc, quod dixit, ꝙ quicquid eſt ꝑter ens eſt non ens, & qcquid eſt non ens eſt nihil: qm̃ hoc nomẽ ens, & non ens dicuntur de decem ꝑdicamentis. Cum igitur intendimus ꝑ hoc nomen ens vnum decem ꝑdicamentorũ. v. g. Subſtantia, aut Quantũ, tunc nõ erit verum dicere ꝙ quicquid eſt non ens eſt nihil: qm̃ nõ ſequitur vt illud, quod eſt non quantum, neq; ſubſtantia, ſit nihil. ergo ꝓpoſitiones eius nõ ſunt veræ, niſi, cũ intenderimus ꝑ hoc nomen ens oĩa decem ꝑdicamenta. ſed tunc non concludet illud, quod nitebatur cõcludere, ſ. ꝙ ens eſt vnum. ſed, cum iſtæ ꝓpoſitiones ponẽtur illo modo, quo ſunt veræ, ſequetur vt ens ſit multum.

Corruptio ſm materiã.

Ens, & non ens dr̃ de decẽ prædicamentis.

Corruptio ſm formã.

Et, cum narrauit corruptionẽ exiſtentem in ſyllogiſmo eius ex propoſitionibus, reuerſus eſt ad declarandum corruptionem eius ex figura, & dixit Eſt autem non concludens, &c. ideſt eſt autem non concludens illud, quod intendebat cõcludere, ſ. quòd ens eſt vnum in numero. qm̃ manifeſtum eſt ex hoc, quòd, ſi poſuerimus loco huius nominis ens hoc nomen albũ, & acceperimus quòd hoc nomen albũ ſignificet idem de albis, ſicut ipſe accepit ꝙ hoc nomen ens ſignificet idem de entibus, & poſuerimus quòd nihil eſt præter album, et compoſuerimus ſyllogiſmum ſic. Quicquid eſt præter album eſt non album: & quicquid eſt non album eſt nihil: ergo quicquid eſt præter album eſt nihil: aut ſolum album eſt ens, ſi cõiunxerimus huic concluſioni aliam ꝓpoſitionem, et eſt ꝙ quicquid eſt præter ꝙ nihil eſt, ſolum eſt ens. & manifeſtum eſt ꝙ ex hoc enunciabili album ſolum eſſe non ſequitur album eſſe vnum numero, niſi contingat vt album ſit vnum ſm continuationem, aut ſm definitionem, & hoc per accidens. &, quia manifeſtum eſt quòd album non eſt vnum ſm continuationem, neq; ſm definitionem, declaratum eſt ex hoc exemplo, quòd iſte ſermo non eſt concludens illud, quod intẽdebat concludere. album enim non eſt vnum ſm continuationem, neq; ſm rationem. i. ſm definitionem. ſermo enim cõcludens per ſe debet concludere in omni materia. & eſt manifeſtũ quòd ſermo, qui concludit aliquid eſſe ſolum, non ſequitur ex eo, vt illud ſit vnum numero, niſi contingat vt illud ſit vnum numero: neq; cõcluditur ꝙ ſit unum ſm definitionem etiam. i. ſimpliciter, vnum enim ſimpliciter debet habere has duas diſpoſitiones.

Sermo concludens ꝑ ſe debet cõcludere in omni materia.

Et, cum narrauit ꝙ ex hac materia, in qua vſus eſt ſyllogiſmo, oportet quòd illud, quod accipitur in eo, quod eſt album, non eſt vnum numero, neq; ſm continuationẽ, neq; ſm definitionem, dedit modum, ſm quem nõ eſt vnum ſm definitionem, et dixit ratio enim albi, &c. i. illud, quod ſignificat hoc nomen albũ, non eſt vnũ ſm definitionem, quia album ſignificat albedinẽ, & recipiens albedinem, definitio aũt albi eſt alia à definitione recipientis albedinem. Et, cum narrauit ꝙ definitio albedinis differt à definitione recipientis albedinem, narrauit ꝙ nõ ſequitur vt illud, quod differt in definitione differat in eſſe: ne aliquis exiſtimet hoc ſequi: & d. & non intendimus, &c. i. non ſequitur ex hoc, quod diximus, ꝙ definitio albi eſt alia à definitione recipientis albedinem, vt albedo ſit ſeparata à re recipiẽte. intendimus enim per hoc albedinem eſſe aliam à ſubſtãtia, ideſt eſſentiam non aliam ſeparatam.

Albũ ſignificat albedinẽ, & recipiẽs albedinem. quõ hoc ſit verũ vide. 5. metã. c. 14. Vide cõſimile. 12. meta. cõ. 39.

Excuſatio Parmenidis.

Et, quia iſtæ intentiones inuentæ in hoc exemplo, quo demonſtrauit, ꝙ iſte ſyllogiſmus non concludit illud, quod intendebat cõcludere, neceſſe eſt vt ſint probabiles, et vt ſint conceſſæ ab Aduerſario, ſi cõtradictio fuerit diſputatiua, & iſtæ intentiones non erant famoſæ in tempore Parmenidis, ſ. vt aliquid ſit vnum, & diuerſum ſm definitionem, excuſauit ipſum, et. d. Sed hoc in tempore Parmenidis non erat terminatum. i. ſed iſta, quæ diximus in hoc exemplo, per quæ intendimus contradicere ſyllogiſmo Parmenidis, & declarauit ipſum eſſe non concludentem per ſe illud, quod intendebat concludere, nondum erãt terminata in tempore Parmenidis. & ſic intelligitur iſte ſermo, & non ſm quòd exponit Themiſtius, & alij.

Neceſſe eſt igit̃ accipere ijs, q dicũt qd eſt unum eſſe, nõ ſolum unũ ſignificare qd eſt, de quo utiq; ꝑdicet̃, ſed & qd uerè eſt, & qd uerè unũ eſt. accidens. n. de ſubiecto quodã dr̃. quare cui accidit qd eſt, non erit: alterum enim eſt ab eo, qd eſt: erit itaq; aliquid, quod nõ eſt. nõ itaq; erit alij inexiſtẽs qd uere eſt. *non. n. erit enti ipſi eſſe, niſi multa qd eſt ſignificet, ſic, ut ſit aliquid unũquodq;. ſed ſupponitur quod eſt ſignificare unum.

*a. l. nõ itaq; erit alicui exiſtens, q qd vere eſt.

Contingit igitur dicenti ꝙ ens eſt unum opinari ꝙ ens non ſignificat unũ tm̃, de quocunq; dicatur, ſed ſignificat illud etiam, quod

eſt ens, & illud, quod eſt vnũ. accidens enim dr̃ de ſubiecto aliquo: ergo erit illud, cui accidit ens, nõ ens: eſt enim aliud ab ente: erit ergo quod non eſt ens aliqd. ergo neceſſe eſt vt illud, qđ eſt ens, non ſit aliqđ accidens alteri. impoſſ'e. n. eſt aliqd eſſe, ſi ens non ſignificat multas intentiones, adeo ꝙ ſubſtantia, & accidẽs ſit vtrũq; aliqua intentio. ſed poſitũ eſt ꝙ ens ſignificat vnam intentionem.

26 Cùm contradixit ſyllogiſmo Parmedinis, incœpit contradicere concluſioni eius ex ꝓpoſitionibus, quas poſuit in ſyllogiſmo: & eſt contradictio, quæ dr̃ redargutio. & dixit Contingit igitur, &c. i. & qui dicit ens eſſe vnum, non debet opinari ipſum eſſe quodcunq; vnũ ſit, ſed ens, quod eſt vnũ in rei veritate, et eſt ſubſtantia. Deinde dedit cauſam in hoc, & dixit accidẽs enim dicit̃ de ſubiecto. i. qm̃, ſi fuerit opinatus ipſum dici de non ſubſtantia, neceſſario dr̃ de accidẽte: & accidens indiget ſubiecto: ſunt igit̃ duo, accidẽs, & ſubiectum accidentis: accidens enim dr̃ de ſubiecto aliquo. Deinde dixit erit igitur illud, cui accidit, &c. i. illud igitur, quod eſt ſubiectum entis, quod ens eſt ei accidẽs, erit nõ ens, ille enim poſuit ꝙ quicquid eſt præter ens eſt nõ ens. Cõtingit igitur ei vt illud, qđ eſt nõ ens, ſit aliquod ens. D. d. ergo neceſſe eſt, &c. i. &, cũ illud impoſſibile ſeqtur † {ex hoc, quod poſuimus} ꝙ ens ſignificat accidens, neceſſe eſt vt ens non ſignificet accidens. D. d. impoſſibile eſt vt aliquid ſit, &c. i. & cauſa in hoc eſt. qm̃, cũ poſuerimus ꝙ ens ſignificet accidẽs, impoſſibile eſt vt accidens ſit aliquod ens: niſi ponamus ꝙ hoc nomen ens ſignificet ſaltem duo, accidens, & ſubiectum accidẽtis. ſed quia Parmenides poſuit ꝙ ens ſignificet vnũ, ideo accidit ei impoſſibile. hoc igit̃ nomẽ ens apud ip̃m ſm̃ hanc poſitionem nõ põt ſignificare accidens, ſi cũ hoc ſignificat vnum.

†a. l. cauſa in hoc eſt, qm̃ cum poſuerimus.

Quod vere ẽ nulli accidit. idẽ ĩfra tex. 30.

Si igitur quod vere eſt nulli accidit, ſed illi aliquid, magis qđ vere eſt ſignificat qđ eſt, q̃ quod nõ eſt. Si enim erit quod verè eſt idẽ & album, albo autẽ eſſe non eſt qđ verè eſt: (neq; enim accidere ipſi poſſibile eſt qđ eſt: nihil. n. quod eſt eſt, quod non verè ſit:) nõ ergo qđ eſt album eſt. nõ ſic autem vt aliqd non ſit, ſed omninò non ſit, erit. quod verè itaq; eſt nõ eſt. verum. n. eſt dicere quod verè eſt quod albũ, hoc aũt non qđ eſt ſignificabat. quare, ſi & album ſignificat qđ verè eſt, multa ergo ſignificat quod eſt.

Et, ſi illud, qđ eſt ens, nõ accidit alicui omninò, ſed ei dignius accidit illud, qđ accidit: ergo ens ſignificat illud, quod eſt ens, aut ſignificat non ens. qm̃, ſi illud, quod eſt ens, ſit album, quia intentio albi non eſt illud, quod eſt ens: nam impoſſibile eſt vt ens accidat ei: & quia nõ eſt ens niſi illud, quod eſt ens: ergo album non eſt ens, non ita quòd ſit illud, quod eſt ens, ſed ita ꝙ eſt non ens omninò. ergo neceſſe eſt vt illud, quod eſt ens, ſit non ens. dicere enim ipſum eſſe album eſt verũ: ſed dicere hoc, ſignificat nõ ens: ergo neceſſe eſt ex hoc vt album ẽt ſignificet ens: ergo ens ſignificat plures intentiones.

Cùm redarguit Parmenidem in hoc, ꝙ poſuit ꝙ ens ſignificat vnum, quod eſt accidens, incœpit etiam redarguere ip̃m, ſi poſuerit ipſum ens ſignificare vnum, quod eſt ſubſtãtia, & dixit Et, ſi illud, qđ eſt ens, &c. i. &, ſi intẽdit, cum dixit ꝙ ens eſt vnum, quod eſt illud, quod nulli accidit omninò, ſed oĩa, quæ accidunt, ei accidunt, tunc ens apud ipſum ſignificat illud, quod eſt ens in rei veritate, & ens ſignificat non ens. Deinde incœpit declarare quõ ſequitur hoc, & dixit qm̃, ſi illud, quod eſt ens, &c. i. qm̃ illud, quod eſt ens, dicitur eſſe album: quia intentio albi eſt alia ab intentione entis: nã impoſſibile eſt vt ens accidat ſibi. Et in alia trãſlatione d. nã impoſſibile eſt vt accidat ei vt ſit ens. qm̃ dicere aliquid eſſe non eſt prædicatio per accidens, ſicut prædicatio albedinis. D. d. & quia nõ eſt ens, &c. ideſt, quia poſitum eſt ꝙ non eſt ens, niſi ſubiectum albi, ergo album nõ eſt ens: non ita ꝙ ſit non ens, qđ ponit Parmenides eſſe ens, et ens aliquod, ſed ita quòd ſit non ens omninò. D. d. ergo neceſſe eſt vt illud, qđ eſt ens, ſit non ens. i. contingit igitur vt ſit ens illud, quod nõ eſt ens. Deinde declarauit hanc conſecutionem, & dixit dicere enim ipſum eſſe album, & verum, &c. i. dicere enim quòd ens eſt album, eſt ponere album eſſe ens: quia iſta ꝓpoſitio eſt vera: et iam declaratũ eſt ꝙ hoc nomen album ſignificat nõ ens ſm̃ poſitionẽ Aduerſarij: ex quo ſequitur vt ens ſignificet illud, quod ipſe poſuit non ens. D. dixit ergo ens, &c. i. ergo ens ſignificat illud, quod ipſe poſuit ens, & eſt illud, quod recipit albedinem, & illud, quod poſuit nõ ens, ſcilicet album, ergo ens ſignificat plura. 27

Neq; igitur magnitudinẽ habebit quod eſt, ſi qdem qđ verè eſt, eſt, quod eſt. vtriq; enim partium aliud eſt eẽ. Quòd aũt diuidit̃ quod verè eſt in quod verè eſt aliquid aliud etiã rõne manifeſtum eſt. vt homo, ſi eſt qđ verè eſt aliqd, neceſſe eſt & animal, qđ verè aliquid eſt eſſe, & bipes. ſi. n. nõ quod verè eſt, eſt, accidẽtia erunt. aut igitur homini, aut alicui alij ſubiecto. ſed impoſſ'e eſt. accidens etenim dr̃ hoc, aut qđ contingit eſſe, & non eẽ, aut cuius eſt in rõne hoc, cui accidit. vt ſedere qdem, velut ſeparabile. in ſimo autem eſt ratio naris, cui dicimus accidere ſimũ.

Accidẽs q̃d.

Et etiam ens non eſt magnitudo, ſi ens eſt illud quod eſt ens. intẽtio enim vtriuſq; partis eſt alia ab altera. Et manifeſtũ eſt quòd illud, quod eſt ens, diuidit̃ rõne & in aliquas partes, quæ ſunt ẽt illud, qđ eſt ens. v. g. hõ, ſi ſit illud, quod eſt ens, neceſſe eſt vt animal ẽt ſit illud, quod eſt ens, & bipes. nã ſi non fuerint illud, quod eſt ens, ergo ſunt accidentia. aut ergo homini accidũt, aut alteri ſubiecto. accidẽs enim dicitur aut de illo, quod poteſt eſſe alicuius, aut non eſſe, aut de illo, in cuius ratione accipitur illud, cui accidit. v. g. ſeſſio, aut quaſi ſeparatum. ſimitas vero ratio naſi accipitur in eo, de quo dicimus quòd ſimitas accidit ei.

Cùm

28 Cùm redarguerit Parmenidē propriè, incœpit contradicere eis ambobus cōiter, & dixit Et ens non eſt magnitudo, &c. i. & etiam ens ſm hanc opinionē impoſſibile eſt vt dicatur eſſe corpus, cum ens apud eos ſit ens principaliter: & corpus dr̄ de ſubſtātia, & quantitate: erit igitur cōmune ad eſſe ſubſtantiæ, & ad eſſe quantitatis. Et fortè intendit ꝙ, ſi ens fuerit vnū, impoſſibile eſt vt ſit corpus, nam corpus eſt diuiſibile. & hoc eſt manifeſtius, vt mihi videtur. Deinde incœpit cōtradicere eis alio modo, & dixit manifeſtū eſt, &c. ideſt & vſr ſiue crediderint ipſum eſſe corpus, ſiue nō, neceſſe eſt vt habeat definitionem, ex qua intelligatur eius ſubſtantia, ſ. vt habeat aliquid quaſi genus, & aliquid quaſi differentiam. Deinde induxit exemplū, & dixit. v.g. homo, &c. ideſt. v.g. quoniam, ſi poſuerint ꝙ ens, quod eſt vnum apud eos, ſit homo, neceſſe eſt vt animal, quod eſt genus hominis, & bipes, quod eſt eius differentia, ſint entia in rei veritate: nā partes rei, quæ ſunt ſm definitionē, p̄cedunt rem in eſſe. Deinde dedit rōnem ſup̄ hoc & dixit, nā ſi non fuerint, &c. i. aīal enim, et bipes, ſi non fuerint de natura illius, qđ eſt ens, ergo erūt accidētia in eo: & tūc, aut erūt accidētia hoī, aut alteri ſubiecto: ſed impoſſe eſt vt aīal bipes ſint accidentia homini. [a] accidens enim inuenitur duobus modis, aut ſeparatum quod qñq; eſt in re, & qñq; nō, vt ſeſſio, aut non ſeparatum, & eſt illud, in cuius definitione accipitur illud, cuius eſt accidēs. v.g. ſimitas, quę accidit naſo: naſus enim accipitur in eius definitione. Deinde induxit impoſſibile, qđ ſequitur, ſi aīal, & bipes fuerint alterius duorū modorū accidentis.

Priā rō contra āntiquos.

Secūda rō.

Partes rei ſm definitionē p̄cedūt rē in eſſ. lib. 2. phyſi. 28. & prio de aia cō. 5. ex quo patet ptes dīfinitionis eē reales. Sed vide oppoſitū 7. met. 33. & 41. cō. & 2. phyſi. cō. 5. &c. vide con. Zim.

a Accñs reperit̄ duobꝰ modis, aut ſeparatum, aut nō ſeparatū.

Amplius quæcunq; in definitiua ratione inſunt, aut ex quibus ſunt, in ratione horum non ineſt ratio totius. vt in bipede ratio hominis, aut in albo ratio albi hominis. Si igit̄ hæc hoc ſe habēt modo, & homini accidit bipes, neceſſe eſt ſeparabile eſſe ipſum. quare continget vtiq; nō bipedem eſſe hominem, aut in rōne bipedis inerit hominis ratio. ſed impoſſibile eſt. illud enim in illius rōne ineſt. Si autem alij accidunt bipes, & animal, et non eſt vtrunq; quod vere eſt aliquid, & homo vtiq; erit accidentium alteri.

Et dicamus ēt ꝙ illa, quæ accipiunt̄ in definitione definiētē rē, aut illa, ex qbus inueniūtur res, impoſſibile eſt vt ratio illius rei vniuerſalis accipiatur in ratione illarum rerum. v.g. vt ratio hominis accipiat̄ in bipede, aut ratio hominis albi accipiat̄ in albo. Et ſi illa ſunt talia, & bipes accidit homini, neceſſe eſt autem vt aut illud ſeparatum ſit, ita ꝙ ſit poſſibile vt hō non ſit bipes, aut rō hominis accipiatur in rōne bipedis. ſed hoc eſt impoſſe, nā hoc accipit̄ in definitiōe illius. Et, ſi bipes, & animal accidāt alteri, & vtrūq; ēt non eſt illud, quod eſt ens, neceſſe eſt vt homo ſit vnū de rebus accidentibus alteri.

29 Dicit & manifeſtum eſt etiam ꝙ illa, quę accipiuntur in definitione, vel rōne definiente rem, impoſſe eſt vt in definitionibus illoꝝ accipiātur illę res: qm̄ partes definitionis p̄cedunt definitum, non definitum p̄cedit definitionem. v.g. vt homo, qui eſt poſterior bipede, & animali, accipiatur in definitione bipedis, & animalis, aut homo albus, qui eſt poſterior albedine, & homine, accipiatur in definitione hominis, & albedinis. qm̄, ſi ita eſſet tunc cauſatum præcederet cauſam. Et, cum poſuit hanc propoſitionem dicentem ꝙ animal, & bipes, & vniuerſaliter illa, quæ accipiuntur in definitionibus rerum, non definiuntur per illas res, incœpit facere mentionem de ꝑpoſitionibus prædeclaratis, ſ. quòd accidētia ſunt duobus modis. eſt enim accidens ſeparabile, & inſeparabile. & in definitionibus inſeparabilium accipitur illud, de quo prædicantur. & congregat eas cum hac propoſitione, & declarat inducendo ad inconueniens illud, quod intendebat declarare, ſ. ꝙ animal, & bipes non prędicātur de homine ſm ꝙ ſunt accidentia. Et dixit Et, ſi illa ſunt talia, &c. i. & cùm iſtæ propoſitiones ſint poſitæ, ſ. ꝙ homo non accipitur in definitione bipedis, & ꝙ accidētia ſunt duobus modis, ſ. modo, quo non ſeparantur à ſubiecto, & in cuius definitione accipitur ſubiectū, & modo, quo quandoq; ſeparantur à ſubiecto, manifeſtū eſt quòd, cum poſuerimus ꝙ animal, & bipes ſint accidentia homini, & coniunxerimus eis has propoſitiones, ſ. ꝙ accidentium aliud eſt ſeparabile, et aliud inſeparabile, & ꝙ in definitione inſeparabilis accipitur ſubiectum, in quo eſt, ſequetur ex hoc alterum duorum impoſſibilium, quia ſi bipes, & animal fuerint accidentium ſeparabilium, ſequitur hominem eſſe qñq; non animal, & qñq; nō bipedem, ſi verò inſeparabilium, ſequitur vt homo accipiatur in definitione animalis, & bipedis, et vtrunq; eſt impoſſibile. impoſſibile enim eſt vt homo ſit, & careat vita. & impoſſibile eſt etiam vt homo accipiatur in definitione bipedis, ſed eſt è cōuerſo. &, cū iſtud impoſſibile ſequitur, ſi poſuerimus ꝙ bipes, & animal ſint accidentia in homine, ergo manifeſtum eſt ꝙ nō ſunt accidētia in eo. D. d. Et ſi bipes, et aīal, &c. i. ſi bipes, & aīal, quæ accipiūtur in definitione entis, accidūt alicui ſubiecto alteri ab hoīe, ex eis, q̄ p̄dicant̄ de hoīe, quem poſuimus ſimilem enti apud eos, & iſta accipiuntur in definitione hominis, manifeſtum eſt qm̄ ex hoc ſeqtur vt homo, qui eſt ſimilis enti in poſitione ſit accidens: et ſic vnum ens apud eos erit accidens, nō ſubſtantia, quod eſt contra poſitum. Et abbreuiatio ſummæ iſtius ſermonis eſt. qm̄ illa, quę accipiuntur in definitione entis, aut erunt de natura entis, aūt erūt accidentia. ſi aūt accidentia, aut ſubiectum eoꝝ erit ens, aut aliud prædicabile de illo. Si igitur ſubiectū eorum erit ens, non erunt accidentia in eo. qm̄ accidentia, aut ſunt ſeparabilia, aut inſeparabilia: ſeparabilia aūt poſſunt eſſe extra illud, in quo ſunt: ſed ab illis, quæ accipiuntur in definitionibus, impoſſibile eſt vt definita ſeparentur: inſeparabilia aūt definiūtur per ſubiectum, ſed non ſubiectum per illa. Vnde impoſſibile eſt vt illa, quæ accipiuntur in definitione entis, ſint accidentia in eo. & impoſſibile eſt vt ſint accidentia in alio. nam, ſi fuerint accidētia in alio, & ſint accepta in definitione entis, continget vt ens ſit de natura eorū: & ſic vnū ens apud eos erit accidens. & hoc eſt cōtra illud, quod dicunt: etiam ſi dixerint ipſum eſſe accidens, ſequitur impoſſibile prædictum. Et, cum deſtructi ſunt omnes modi, ſm quos poſſibile eſt dicere ꝙ illa, quę accipiūtur in definitione entis, non ſunt de natura accidentis, remanet vt ſint de natura entis, ergo ens eſt multa nō vnum. & hic eſt abbreuiatio iſtius ſermonis.

Partes definitionis p̄cedūt definitū, nō econtra: qa tunc cauſatū p̄cederet cām. Oppoſitū prio phyſi. tex. com. 5. vide con. Zim.

Hic pbat̄ p̄tes definitionis non eſſe accidētia.

Abbreuiatio ſermōis Ariſto.

Accidētia inſeparabilia definiuntur per ſubm. ſed nō ſubm p̄ illa. idem. 7. meta. 17. & 10. & 40. cō.

Sed quod verè aliquid eſt ſit accidens nulli. et de quo ambo, & vtrūq;, & quod eſt ex his, dicatur. ex indiuiſibilibus itaq; eſt omne. Quidā aūt rōnibus vtriſq; acquieuerūt. huic qdem, ꝙ omnia vnum ſunt, ſi quod eſt

Idem ſupra tex. 27.

Vniuerſum ex indiuiſibilibus.

vnum ſignificat, ꝙ id eſt etiam quod nō eſt, ei autem, quæ ex diſſectione, indiuiduas facientes magnitudines.

Ponamus ergo ꝙ illud, quod eſt ens, nulli accidat, & vr̃ dicatur illud de vtroq; , & de illo, qđ eſt ex eis, ſequitur ex hoc, vt totū ſit ex rebus indiuiſibilibus. Et videmus quoſdā, qui obediūt vtriq; ſermoni. obediunt.n. ſermoni dicenti ꝙ omnia ſunt vnū, ſi ens ſignificat vnum: quia dicūt quòd non eſt ens habet eſſentiam. obediunt autem alteri ſermoni, quia cōcedūt magnitudines eſſe indiuiſibiles ſm̃ diuiſionē in duas medietates.

30 Ideſt ponatur igitur ꝙ ratiocinatio Parmenidis ſecūda ſuper hoc, quòd ens eſt vnum, ſit talis. Ens, quod eſt vnum eſt corpus deferens accidentia, non accidēs: ergo corpus eſt vnum, & indiuiſibile, qm̄, ſi fuerit diuiſibile, procedet diuiſio ſemper in duas medietates, & per diuiſionem in medietates deuenietur ad hoc, quòd corpus ſit compoſitum ex punctis: & ſic corpus erit compoſitum ex nō magnitudine, & ex non corpore: quod eſt impoſſibile. ergo corpus eſt vnum indiuiſibile. Et hoc intendebat, cum dixit & vr̃, &c. i. vr̃ ponamus quòd corpus diuidiť in duas medietates, & ꝙ ens dicitur de vtraq; medietate, & congregatio, quod eſt corpus, ex quo ſequitur vt corpus ſit compoſitum ex non corpore. nam illæ duæ medietates diuiduntur ĩ duas, & illæ duæ in duas alias, & procedet hoc adeo, quòd in corpore non remanebit magnitudo, ſed diuidetur ſm̃ totum, & deficiet, aut diſſoluetur in puncta, & vniuerſaliter in non corpus: quod eſt impoſſibile. D.d. Et videmus quoſdam, &c. & intendit per illos duos ſermones iſtum ſermonem, & primā rationem, in qua dixit, quicquid eſt p̃ter ens nō dicitur ens, &c. D.d. obediunt autem, &c. i. obediunt aūt huic, quod dixit, ꝙ quicquid eſt præter ens, non dicitur ens: quia exiſtimant ꝙ ens ſolūmodo dr̃ vno modo. et ideo viſi ſunt contradicere huic ſermoni, dicentes ꝙ quicquid eſt præter ens, habet aliquā eſſentiam, et ſi non dicatur ens. et innuit per hoc Platonem. D.d. obediunt verò, &c. ideſt alij non obediunt iſti rationi, quia cōtradicunt ei ponendo corpora indiuiſibilia. ideſt qm̄ Parmenides cū dixit ꝙ, ſi corpus diuiditur in duas medietates, continget vt diuiſio perueniat ad non corpus, contradixerunt huic ſermoni alij homines, cōcedēdo ꝙ diuiſio cadit in totū: et eſt falſum. et dixerunt ꝙ iſta diuiſio non peruenit ad nō corpus, ſed peruenit ad corpora indiuiſibilia, et ſic fugierunt vnum falſum, et ceciderunt in aliud.

In hoc commēto deficit cōtinuatio. Secunda rō Parmenidis.

Manifeſtum aūt eſt & ꝙ non verū eſt ꝙ, ſi vnū ſignificat qđ eſt, & nō poſſibile eſt ſimul contradictionē eſſe, nihil erit qđ nō eſt. nihil.n. ꝓhibet non ſimpl'r eſſe, ſed non ens aliquid eſſe quod non eſt. Dicere quoq; , niſi præter ip̄m, quod eſt, aliqd erit aliud, vnū omnia fore, inconueniens eſt. quis enim adiſcit ipſum quod eſt, niſi quod verè eſt aliqd eſſe? ſi autem hoc, nihil ſic prohibet multa quod eſt eſſe, ſicut dictum eſt. Quod igiť ſic vnū eē qđ eſt impoſſibile ſit manifeſtū eſt.

Et manifeſtum eſt ꝙ dicere quòd ens ſignificat vnum, & quòd contradictoria non poſſunt eſſe inſimul, impoſſibile eſt vt non ens habeat eſſentiam rationis, & non eſt verum. nihil enim prohibet vt non ſit ſimpliciter, ſed non ens erit nō aliquod ens. ex quo ſequitur vt dicere quòd, ſi hoc non fuerit aliquod habens eſſentiam præter ipſum ens, omnia erunt vnum, ſit impoſſibile. nullus enim intelligit per hoc nomen ens, niſi illud, quod eſt ens. et ſic nihil prohibet, vt reputo, vt entia ſint plura, vt p̄dictū eſt. Quoniam autem impoſſibile eſt vt ens ſit vnum hoc modo manifeſtum eſt.

Dicit Et manifeſtum eſt, &c. ideſt et manifeſtum eſt quòd, ſi aliquis poſuerit quòd ens ſignificat vnū, et quòd impoſſibile eſt vt cōtradictoria cōgregentur inſimul, ſ. eſſe, et non eſſe, & exiſtimauerit qđ ex iſtis propoſitionibus ſequitur ꝙ illud, quod non eſt illud ens, non habet eſſentiam, manifeſtum eſt quòd exiſtimatio eius nō eſt vera. Deinde dedit cauſam in hoc, et dixit nihil enim ꝓhibet, &c. i. nihil ꝓhibet vt illud, quod eſt non ens, quod dictum eſt, vno modo non ſit non ens ſimpliciter, ſed non illud, quod ſignificať per hoc nomen ens. i. non ſimile ei. D.d. ergo neceſſe eſt vt dicitur, &c. i. ergo neceſſe eſt vt ſermo dicentis ꝙ, ſi nō fuerit hic aliquod ens habens eſſentiam in rei veritate. ſ. ſicut eſſentiam entis, omnia erūt vnū, ſit ſermo impoſſibilis: poſſibile eſt enim vt aliqua ſint, quæ non habent eſſentiam ſimilem eſſentiæ entis. D.d. nullus enim ĩtelligit, &c. i. nullus enim intelligit ꝑ hoc nomē ens, niſi ens, quod eſt ens principaliter, et verè, ſ. ſubſtantia. et, cum illud ens verum ſit vnum, poſſibile eſt vt entia, quæ ſunt ſub eo, in eſſe ſint plura. D.d. Quoniam autem impoſſibile, eſt &c. 31

Pars Secunda, in qua fit ſermo cum illis, qui circa principia proprium commiſerunt errorem.

Caput Primum, in quo Antiquorum de principio Materiali narrantur opiniones, eorumq; opinionis redditur cauſa.

VT aūt Phyſici dicūt, duo modi ſunt. Hi enim vnū facientes qđ eſt corpus ſubiectum, aut triū aliquid, aut aliud, qđ ē igne quidē denſius, aere verò ſubtilius, alia generant denſitate, & raritate, multa facientes: hæc aūt ſunt cōtraria. Vniuerſaliter aūt exceſſus, et defectus, ſicut magnum dicit Plato, & paruū: niſi ꝙ hic qdem hæc facit materiam, vnum aūt formā. Alij verò vnum quidem ſubiectum, materiam, contraria aūt differētias, & formas. Quidā aūt ex vno inexiſtentes cōtrarietates ſegregant, quemadmodum Anaximāder dicit. Et quicunq; etiam vnū, & multa dicunt eſſe, quæ ſunt, ſicut Empedocles, & Anaxagoras. ex commixtione nanq; & hi ſegregant alia. differūt aūt abinuicē, eo ꝙ ille circulationē facit horū, hic aūt ſemel: & hic qdē infinita, & ſimiles ꝑtes hn̄tia, & cōtraria, ille verò vocata elemēta ſolū.

Quod autem dicunt Naturales ens, duobus

bus modis. Quidam enim poſuerũt ens vnũ genus ſubiectum, aut vnum trium, aut aliud denſius igne, & ſubtilius aere: attribuunt alia denſitati, & raritati, & poſuerunt ea multa: & hæc duo ſunt cõtraria: & vniuerſaliter additio, & diminutio ſm ſententiam Platonis in magno, & paruo: ſed Plato ponit hęc duo loco materiæ, & ponit vnum loco formæ: iſti autem ponunt iſtud vnum ſubiectũ materiam, & ponunt duo cõtraria, differentias, & ſpecies. Et quidam dixerunt ꝙ contraria ſunt exiſtẽtia in vno, & ex eo reſoluũtur, & exeunt, vt dicit Anaximander. Et ſimiliter etiam qui dixerunt ꝙ entia ſunt vnũ, & plura, vt Empedocles, & Anaxagoras. iſti enim attribuunt exitum aliarum rerum diſſolutioni, quæ fit ex mixto. ſed differunt: qm̃ ille dicit hoc eſſe reciprocè, iſte autẽ dicit hoc eſſe ſemel: amplius ille dixit ꝙ partes conſimiles ſunt infinitæ, & cõtrariæ, iſte autem dicit contraria in eis, quę apud ipſum dicuntur, elementa tantum.

32 Cùm contradixit opinionibus non naturalibus in hac arte ſm diſputationem, reuerſus eſt ad contradicendum opinionibus naturalibus dictis ab eis, qui concedunt principia eſſe, & vtuntur hoc nomine ens pro principio: & qui iſtorum dicit, quòd ens eſt vnũ, intendit quòd principium eſt vnum: & qui dicit entia eſſe plura, intendit principia eſſe plura: & incœpit Ariſtote. in opinionibus iſtorum ab opinione dicẽtis principium eſſe unum, et dixit Quod autem dicunt Naturales, et c. i. Naturales autem, qui vtuntur hoc nomine ens pro principio, & dicũt quòd ens eſt vnum in qualitate generationis, ſunt bipartiti: iſti enim conueniũt in hoc, quod dicunt, quòd ens, ſcilicet principium, eſt vnum, aut trium elementorum: quoniã quidam dicũt ꝙ iſtud principiũ eſt ignis, & qdã aer, & qdam aqua, aut aliquid medium inter ignẽ & aerem, denſius igne, & ſubtilius aere. ſed diuiſi ſunt in modo generationis rerum ex hoc principio vno in duas ſectas. Quidam enim ponũt generationes rerum ex hoc principio ſm raritatem, & denſitatem: & iſti quoquomodo ponũt principia plura: ponũt enim vnum ſubiectum, & duo contraria, ſcilicet raritatem, & denſitatem, & vniuerſaliter additionem, & diminutionem, ſub quibus collocantur magnum & paruum, quę dicit Plato. Sed iſti differunt à Platone in hoc: quoniam Plato ponit hæc duo contraria loco materiæ, & ponit vnum, quod eſt ſubiectum eorum loco formæ: iſti verò ponunt vnũ, quod eſt ſubiectum, materiam, & ponunt contrarias differentias, & ſpecies materiæ, ſcilicet quoniã vnum ponunt pro materia, & contraria pro forma. Et Cùm notificauit vnam ſentẽtiam dicentium, principiũ eſſe vnum in modo generationis rerum ab illo principio, reuerſus eſt ad ſecundam ſententiam, & dixit Et quidam dicunt ꝙ cõtraria, &c. i. & qdam eorum, qui dicunt, ꝙ principium eſt vnum, non ponunt modum generationis ſm denſitatem, & raritatem: ſed dicunt ꝙ contraria, & vr̃ oĩa diuerſarum ſpecierum, et formarũ ſunt exiſtentia in actu in illo vno principio ſm latentiam: & generatio nihil aliud eſt ꝙ̃ exitus illarum rerum latentium. ex illo vno: vt dixit Anaximander naturalis. D. d. qũo cõueniunt qdam eorũ, q dicũt principia eſſe plura vno cum iſtis in hac opinione, ſ. in hoc, ꝙ generatio ex principijs eſt ſm diſſolutionem, & exitum, & dixit & ſimiliter illi, qui dicũt, &c. i. talem opinionem de modis generationis opinantur illi, qui dicunt quòd principium eſt vnum, & qui dicunt principia eſſe plura, vt Anaxagoras, & Empedocles: iſti enĩ attribuunt generationem rerum exitui earum à mixto. Et, cum narrauit quòd iſti duo viri conueniunt in modo generationis, incœpit narrare in quo differunt, & dixit & differunt in hoc: quoniã, &c. ideſt Empedocles, & Anaxagoras differunt: quoniam Empedocles opinať quòd mixtio, & cõgregatio rerum habet tempus, quod eſt tẽpus corruptionis mundi, & ſegregatio earum habet aliud tempus, & eſt tempus generationis mundi: & ꝙ iſta congregatio & ſegregatio ſemper eſt reciprocè in infinitum. Anaxagoras verò opinať res eſſe mixtas tempore infinito: deinde intellectus incœpit diſtinguere eas, & extrahere eas à mixto: & ꝙ hoc erit in infinitum. Mundus igitur apud Empedoclem eſt quandoq;, & corrumpitur quandoq;: apud Anaxagoram verò eſt ens factũ à principio, ſed permanebit in infinitum. Deinde induxit alias differentias inter eos, & dixit & iſte facit ſemel, &c. i. & non differunt in hoc tantũ, ſ. quòd Anaxagoras ponit generationem mũdi ſemel, & Empedocles infinities, ſed ẽt in hoc, quòd Anaxagoras dicit, ꝙ omnia, quæ diſſoluuntur, ſunt partes conſimiles, & contraria: & ideo accidet mundo remanere in infinitum, eo ꝙ iſtæ partes ſunt infinitæ: quare nunquam ceſſant exire. Empedocles autem dicit congregationem, & ſegregationẽ elementorum quatuor eſſe reciprocã: quia apud ipſm ſunt elementa eorum, quæ ſunt conſimilium partium: ſed apud Anaxagoram è cõuerſo, ſ. qm̃ omnia illa, quę ſunt conſimilium partium, ſunt apud ipſum elementa elementorum quatuor.

Iſtorũ opiones regre in proœmio metaphy. c. 1. 2.

Cõuenientia inter Empedoclẽ, & Anaxagorã.

Dr̃ia prima.

Alias dr̃ias vide ꝓ opione Anaxagorę & Empedoclis 12. meta. cõ. 9. & 11. & l. 8. phy. c. 2. & primo cœli. cõ. 102. oppoſitum repies de Anaxagorę opinione circa generationẽ mundi &c. vide con. Zim.

Videtur aũt Anaxagoras ſic infinita opinari, qm̃ putabat cõem opinionem Phyſicorum eſſe veram, ꝙ nihil fit ex eo, quod non eſt. propter hoc enim ſic dicunt, erant ſimul omnia, & fieri huiuſmodi ſtatuerunt alterari, Alij autem congregationem, & ſegregationem.

Et fortè Anaxagoras exiſtimauit ea eſſe infinita: quia opinabatur quòd illud, quod erat famoſum inter Naturales, eſt verum, ſ. ꝙ nihil omnino generať ex non ente. quoniam propter hoc dixerũt, ſ. ꝙ omnia erant inſimul in illo principio, & ꝙ generatio rei demõſtratę eſt alteratio. Et quidam dixerũt ꝙ eſt mixtio, & diſtinctio.

Cùm numerauit opiniones iſtorum de principijs, et de modo generationis, incœpit notificare illud, quod mouit illos ad ponendum hoc, & dixit Et fortè Anaxagoras, &c. ideſt poſuit elementa infinita conſimiliũ partium: quia exiſtimauit ꝙ propoſitio cõceſſa apud Naturales eſt vera omnib⁹ modis: & eſt, quòd impoſſibile eſt vt aliquid ſit ex non ente omnino. D. d. qm̃ propter hoc dixerunt, &c. i. propter hoc, ꝙ conceſſerunt hanc propoſitionem, dixerunt iſti quòd omnia erant inſimul, & ꝙ generatio eſt cõgregatio, & corruptio eſt ſegregatio: licet qdam vocent generationẽ rei nõ diſtinctę alterationẽ: qm̃ apud ipſm generatio in rei veritate nõ eſt alteratio: & eſt Anaxagoras: & quidã vocant eam mixtionem, & diſtinctionẽ: & iſti magis conſeruant nominationem ſm intentionem ſuam. 33

Oēs, q de natura locuti ſũt in hoc cōueniunt, q. ex nihilo nihil fit. Idē ſupra in 2e. pcedēti. & 1.cœli. cōmen.25.

Amplius autem ex eo ꝙ fiunt ex alterutris contraria. inerant ergo. Si.n.omne,qđ fit,neceſſe eſt fieri aut ex ijs,quæ ſunt,aut ex ijs,quæ non ſunt,horum aũt id, quod eſt, ex ijs,quę nō ſunt, fieri impoſſibile eſt:(de hac enim cōueniunt opinione oēs, qui de Natura:) reliquũ iam cōtingere ex neceſſitate putauerunt ex ijs quidem, quæ ſunt, & inſunt, fieri,ſed ,ppter paruitatem magnitudinũ ex inſenſibilibus nobis,vnde dicunt oē in omni miſceri,propterea ꝙ omne ex omni videbant fieri:apparere autem differentia,& appellari altera ab inuicem, ex eo quod maximè ſuperabundat propter multitudinem in miſtura infinitorum.ſyncere enim totum album,aut nigrum,aut dulce,aut carnē,aut os non eſſe,ſed,cuius plurimum vnumquodq; habet,hoc videri eſſe naturam rei.

Et ēt,ſi alterum cōtrariorũ generatur ex reliquo. Qm̃,quia oē generatum neceſſe eſt vt generatio eius ſit ex rebus entibus,aut ex nō entibus:& eſt impoſſibile aliquid generari ex nō ente: Naturales.n.oēs cōueniunt in hoc,& exiſtimauerunt ꝙ ſequitur neceſſario ꝙ generatio ſit ex rebus exiſtētibus in ſe pp paruitatem corporis eorũ,erit generatio ex rebus inſenſibilibus apud nos:et ideo dicunt ꝙ quodlibet eſt mixtum cum quolibet. opinabantur enim ꝙ quodlibet generatur ex quolibet:& ꝙ illa,quæ videnť diuerſa, & dicuntur alia à ſeinuicem, videntur ita propter illud, quod habet dominium in mixto. quoniam, vt dicunt, nihil eſt quod ſit totum purum album,aut nigrum,aut dulce, aut caro, aut os; ſed in vnaquaq; rerum illud, quod vincit in ea, exiſtimať quòd natura eius eſt illius.

34 Hoc,quod dicit,Et etiam,ſi alterũ contrarioꝝ,&c. eſt alia res, quæ induxit eos dicere ꝙ entia erant in ſimul:quoniã,quia opinabantur quòd generatio eſt ex contrarijs:& quòd contraria ſunt,quæ ſunt principia, oportet vt non ſint generabilia,neq; corruptibilia. & ideo oportet apud eos contraria eſſe inſimul: & quædam exeũt à quibuſdam. Et, cum induxit illud primũ indubitabile, quod mouit eos ad opinãdum entia eſſe inſimul, & quòd generatio eſt exitus,& reſolutio, incœpit declarare illam ambiguitatem, & quoquomodo excuſat Anaxago.eos,qui dicunt eſſe impoſſibile, quòd generatio eſt aliquid eſſe, quod non erat, &.d. Quoniã, cum omne generatum, &c. & ſermo eius in hoc manifeſtus eſt per ſe. D.d.& pp paruitatē, &c. ideſt excuſant ſe in hoc,quòd ſenſus contradicit huic opinioni, dicentes quòd hoc,quod apparet ſenſui,ſcilicet quòd generatio ſit ex non ente,eſt propter paruitatem partium,nō quòd in rei veritate eſt generatio ex non ente. D.d.& ideo dicunt,&c.ideſt, & quia coacti ſunt ad credendum ꝙ ens quod generatur ex ente, & quod hoc, quod apparet ſenſui, eſt peccatũ ſenſus ex paruitate partium, ex quibus eſt generatio, dixerunt ꝙ oē eſt mixtum cũ omni, licet non appareat ſenſui, & quòd neceſſe eſt omne generari ex omni,non vt aliqua terminata generarētur ex aliquibus generatis terminatis. Deinde d. & illa, quę videnť eſſe diuerſa,&c. ideſt & Anaxagoras, qui eſt coactus ad credendum omne generari ex omni,excuſat ſe ex hoc,quod apparet ſenſui,ſcilicet quia res videntur diuerſæ,dicendo et hoc,quòd res videntur diuerſę,eſt propter illud,quod dominatur in illa re mixta ex partibus infinitis. verbi gratia, quoniã tũc exiſtimatur hoc eſſe aqua, quando partes aquoſæ fuerint in eo plures quàm aliæ partes infinitæ mixtæ in eo: & tunc exiſtimatur quòd hæc eſt caro, quando partes carnoſæ fuerint in eo plures alijs partibus infinitis commixtis in eo: non quia in carne non ſint niſi partes carnoſæ tantum, ſicut exiſtimatur: neque in aqua niſi partes aquoſæ: ſed in aqua,& aere,& in omni,quod diſtinguitur,nō diſtinguitur niſi propter illud,quod habet dominium in eo ex partibus conſimilibus infinitis in numero,non in forma. dicunt igitur quòd nihil eſt hic, quod totum ſit album purum, aut nigrum purum, aut dulce purum, aut caro pura, aut os purum, ſed vnaquęq; res exiſtimatur eſſe de natura illius,quod magis eſt in ea: & ꝙ illud eſt de natura eius pura: & ꝙ non eſt niſi illa natura pura: & hoc eſt falſum.

Caput Secundum, in quo afferuntur rōnes contra afferentes principia eſſe infinita.

Infinitũ ſm ꝗ. īfinitũ, eſt ignotũ. Idem 2.meta.t.11.

SI igitur infinitũ,ſm ꝙ infinitum, ignotũ eſt, ſm multitudinē qdē, aut magnitudinē infinitum ignotũ quãtum quoddã eſt:ſm formã quoq; infinitũ ignotũ quale quoddã eſt. principijs autē exiſtentibus infinitis ſm multitudinē,& ſm ſpeciem, impoſſibile eſt ea,quæ ſunt ex his, cognoſcere: ſic enim cognoſcere compoſitum arbitramur, cum cognoſcimus ex quibus,& quot ſit.

Dicamus igitur ꝙ, ſi infinitum, ſm ꝙ eſt infinitum, nō ſcitur, ergo illud, quod eſt infinitũ in numero, aut in magnitudine eſt quãtum non ſcibile,& illud,quod eſt infinitũ in forma eſt quale non ſcibile. &,cum principia ſint infinita in numero,& in forma,ergo nulla eſt via ad ſciendũ illa, quæ ſunt ex eis: nos enim non exiſtimamus ſcire compoſitum, niſi cum ſciuerimus illa, ex quibus, & ex quot eſt compoſitum.

Cùm numerauerit opiniones Naturalium in numero principiorum, & in modo generationis, incœpit primo deſtruere ſermonem dicentium ea eſſe infinita. Et, cum hoc deſtruxerit, incœpit perſcrutari vtrum ſint vnum, aut plura: &, ſi ſint plura, quot ſint: & poſuit ſuum ſermonem in hoc contra Anaxagoram, & ſi ſit etiam contra Democritum, qui dicit partes eſſe indiuiſibiles modo communi,& non proprio: cum in hoc libro, & in alio dicetur de modo proprio. Et incœpit contradicere huic opinioni ratione logica. et dico hic Logicam.i. argumentationem, cuius propoſitiones ſunt declaratæ in Logica, & ſunt acceptæ illic pro declaratis per ſe. Logica enim vſitatur in ſcientijs duobus modis: aut ſm quòd eſt inſtrumentum diſtinguens verũ à falſo: & hic eſt modus proprius: aut ſm ꝙ illa, quæ ſunt declarata in ea, accipiuntur pro maximis in deſtruendo, aut cōſtruẽdo aliquid. & iſta cōſyderatio 35

Quæ rō logica appellat vide hic, & aliā ſignatione rēqre primo cœ.c.vo Logica vſitať duobus modis. Idem 8.phyſi. cō. 70.et 12.meta.cō.15. Idē 7.metaphy. com.2.

deratio, cum vſitatur in artibus particularibus, eſt nõ propria, in arte autem vniuerſali, ſcilicet prima philoſophia eſt propria. Et iſte ſermo eſt ſyllogiſmus in ſecũda figura, cuiꝰ altera ꝓpoſitio eſt poſita ſine medio, et ſecunda eſt cum medio, qđ cõponitur in prima figura, & altera propoſitio eius eſt manifeſta per ſe, altera verò duarum ꝓpoſitionum, quæ ponunť in ſecunda figura eſt, Omne cõpoſitum ex principijs infinitis in quantitate, & forma eſt cõpoſitum, quod nõ ſcitur ex quibus componitur, & ex quot: ſecunda verò eſt, Et omne cõpoſitum notum eſt cõpoſitũ, quod ſcitur ex quot componiť, & ex quibus: ergo in ſecunda figura, Omne cõpoſitum ex principijs infinitis eſt compoſitum ignotum, i. quod non põt ſciri. Propoſitio aũt dicens ꝙ omne cõpoſitum notum eſt compoſitum ex principijs, quorum quantitas, & qualitas eſt nota, eſt poſita ſine medio: & eſt illa, quam expreſſit, cũ dixit nos enim nõ exiſtimamus ſcire, &c. Propoſitio verò poſita cum medio in hoc ſyllogiſmo eſt, cum dicimus, ꝙ omne compoſitũ ex principijs infinitis in quãtitate, & forma eſt cõpoſitum ex principijs ignotis. & medium eſt, ꝙ omne, qđ eſt infinitum in numero, aut in magnitudine eſt quantum non ſcibile, et omne, qđ eſt infinitũ in forma eſt quale non ſcibile. & ſic iſte ſermo componiť in prima figura. Omne infinitum in numero, aut in magnitudine eſt quantũ nõ ſcibile, & omne, quod eſt infinitũ in forma, eſt quale nõ ſcibile. Omne cõpoſitũ ex principijs infinitis in quãtitate, aut qualitate eſt cõpoſitum ex magnitudinibus, aut numeris, aut qualitatibus non ſcibilibus. ergo in prima figura, Omne cõpoſitum ex principijs infinitis in quãtitate, & in forma eſt compoſitũ ex principijs nõ ſcibilibus. Et propoſitio minor iſtius ſyllogiſmi declarať etiam per mediũ, ſ. propoſitio dicens, ꝙ omne cõpoſitum ex principijs infinitis in quantitate, & qualitate eſt cõpoſitum ex magnitudinibus, aut numeris, aut qualitatibus nõ ſcibilibus: & medium, per qđ declaratur ꝓpoſitio, eſt propoſitio dicẽs, Infinitum ſm ꝙ eſt infinitũ eſt non ſcibile. & ſyllogiſmus componitur ſic in prima figura. Omne, quod eſt infinitum, eſt non ſcibile. Sed omne, qđ eſt infinitum in magnitudine, aut numero, aut qualitate, eſt ĩfinitum. ergo Omne, quod eſt infinitũ in numero, aut magnitudine, aut qualitate, eſt non ſcibile.

Epilogus. Sunt igitur tres ſyllogiſmi, & ſex propoſitiones: & duo ſyllogiſmi ſunt in prima figura, & vnꝰ in ſecunda. propoſitionum aũt duæ ſunt manifeſtæ declaratæ cum medio, & quatuor ſine medio. & Ariſto te. expreſſit ex iſtis duas propoſitiones tertij ſyllogiſmi, quæ ſunt manifeſtæ ſine medio, cum dixit ꝙ infinitum ſm quòd eſt infinitum, &c. deinde induxit vltimã concluſionem ꝓuenientem ex iſtis tribus ſyllogiſmis, & dixit &, cum principia ſint infinita in numero, &c. deinde expreſſit alterã duarum ꝓpoſitionum primi ſyllogiſmi, qui eſt in ſecunda figura, quæ eſt declarata ſine medio. nos enim nõ exiſtimamꝰ ſcire, &c. Ariſto. igitur expreſſit ex iſtis ſex ꝓpoſitionibus tres manifeſtas ſine medio: & tacuit duas manifeſtas cum medio: cum ſint in potentia in ſuo ſermone, ſm quòd ſunt concluſiones: & vnam manifeſtam ſine medio.

Conſule prio de generatione. cõ. 38. Et vide quõ eſt ſermo huius boni hominis breuis. & forte eſt ita de quolibet verbo eius.

Amplius autem, ſi neceſſe eſt cuius partẽ contingit quãtulamcunq; eſſe ſm magnitudinem, & paruitatem, & ipſum contingere. (dico autẽ talium aliquam partium, in quã, cum inſit, diuiditur totum.) ſi autem impoſſibile eſt animal, aut plantam quantamcunq; eſſe ſm magnitudinem, & paruitatem, manifeſtũ eſt ꝙ neq; partium quãlibet. erit enim & totum ſimiliter. caro autem, et os, et hmõi partes ſunt animalis, & fructus plãtarũ, manifeſtũ eſt igitur ꝙ impoſſibile eſt carnem, aut os, aut aliquid aliud quãtumcũq; eſſe magnitudine, aut in maius, aut in minus.

Nota de maximo, & minimo.

Et etiam illud, cuius pars põt eſſe cuiuslibet menſuræ poſitæ in magnitudine, aut in paruitate, neceſſe eſt vt illud etiã poſſit hoc. & intelligo aliquam partem ex talibus partibus, in quas diuidiť vniuerſum, & eſt vnũ. ſi igitur impoſſibile eſt vt animal, aut plãta ſit cuiuslibet quãtitatis in magnitudine, aut paruitate, manifeſtum eſt ꝙ impoſſibile eſt hoc etiam in alia parte eius. quoniam neceſſe eſt vt vniuerſum ſit tale: & caro, & os, & ſimilia ſunt ꝑtes animalis, & fructus ſunt partes plãtarum. ergo manifeſtum eſt ꝙ impoſſibile eſt vt caro, aut os, aut alia, quæcunq; pars ſit cuiuslibet menſuræ poſitæ in magnitudine, aut in paruitate.

Iſte eſt alius ſermo, per quem deſtruit corpora eſſe 36
compoſita ex partibus infinitis ſm quantitatẽ. & abbreuiatio ſui ſermonis eſt. qm̃ totum ſequitur partes, quæ ſunt ſm quantitatem in paruitate, & magnitudine, & finitate, & infinitate, & vſr terminatione, & indeterminatione: ergo, ſi cõpoſitũ fuerit finitum, & terminatæ quãtitatis, neceſſe eſt vt partes, ex qbus componitur, ſint finitæ in menſura, & in numero: ſed compoſita ſunt finitæ quãtitatis, & terminata: ergo & partes eius ſunt terminatę, & finitę. & iſte ſermo cõponiť in. 5. figura ſyllogiſmorum hypotheticorũ. Cũ igiť dixit qm̃ illud, cuius pars, &c. eſt quaſi præcedens, & intendit ꝙ compoſitum, cuius partes ſunt non terminatę in quantitate, ſed poſſibile eſt vt ſint in quacunq; menſura, ponatur in magnitudine, aut paruitate. D. d. neceſſe eſt vt illud poſſit: & hoc eſt cõſequens: & intẽdit qđ neceſſe eſt vt illud compoſitum ex illis partibus, quæ poſſunt eſſe cuiuſcunq; menſuræ in magnitudine, & paruitate, nõ ſit etiam terminatũ: ſi ſit poſſibile ipſum eſſe cuiuslibet menſuræ poſitę in magnitudine, & paruitate. D. d. & intelligo partem, &c. i. & diſtinguit illud, quod intẽdebat per hoc nomen pars. cum partes dicantur quãdoq; ſm qualitatem, & qñq; ſm quantitatem: & hoc duobꝰ modis: aut partes, quæ ſunt in potẽtia in toto: aut partes, quę ſunt in actu in toto. Et, qa non conſequitur vt totum ſequatur partes in menſura, niſi in partibus, quæ ſunt ſm quantitatẽ, quæ ſunt in toto in actu, declarauit ꝙ iſtud intendebat hic per partem. & dixit & intelligo hic partem, &c. ideſt & intelligo hic per partem, quæ eſt de ſpecie partium, in quas totum diuiditur ſm quantitatem, & non ſm qualitatem: ſicut corpus diuiditur in materiam, & formam: neq; partes, quæ ſunt in toto in potentia: ſed partes, in quas vniuerſum diuiditur: & ſunt illæ, quæ ſunt in toto ĩ actu. Et, cũ induxit ꝑcedens, et * cõſequẽs: ita ꝙ cõſecutio ferè ẽ manifeſta ꝑ ſe: deſtruxit cõſequẽs, & dixit ſi igiť eſt impoſſe vt animal, &c. i. & hoc intẽdebat concludere. Deinde dedit exemplum de partibus compoſitorum, & dixit neceſſe eſt enim ꝙ vniuerſum ſit tale: & caro & os, &c. i. neceſſe eſt enim vt totum ſit in diſpoſitione partium: vt caro, & os, & ſi-

Iſto mõ. ſi partes ſunt ĩfinitę cõpoſitũ ẽ infinitũ: ſed cõpoſitũ eſt finitũ: ergo partes ſunt finitę, a deſtructione cõſequentis &c.

Partium aliç ſm quantitatẽ, aliç ſm qualitatem. Idẽ 7. metaphy. cõ. 13.

* 2. l. incõueniens.

milia ſunt partes aſalis;& fructus, & ſimilia ſunt partes plantarum. Deinde dixit & manifeſtum eſt, qm̃ impoſſibile eſt,&c.i.&, cũ totum in compoſitis ſequitur partes in hoc, ꝙ ſunt terminatę; & totũ, quod eſt animal,aut planta eſt terminatũ: neceſſe eſt vt partes, eius.i.caro,& os,& fructus ſint terminata,& manifeſtum eſt ꝙ qui dicit ꝙ in carne ſunt partes infinitæ:& ꝙ exitus earum eſt in īfinitum: opinatur quòd partes ex quibus aíal componiť,aut plãta,ſunt nõ terminatę: ex quo ſequitur,vt totũ ẽt ſit non terminatum.

Amplius, ſi omnia inſunt qdem hmõi in inuicem,& non fiunt, ſed ſegregantur cum inſint, dicuntur autem à pluri: fit autem ex quolibet quodlibet,vt ex carne aqua,ſegregatã,& caro ex aqua:omne autem corpus finitum conſumitur à corpore finito:manifeſtum eſt ꝙ non contingit in vnoquoq; vnũquodq; eſſe.remota enim ex aqua carne, & iterum alia facta ex reliqua, ſegregatione, quamuis ſemper minor erit ſegregata, attamen non excedit magnitudinẽ aliquam paruitate. Quare, ſi quidem ſtabit ſegregatio, non oẽ in omni inerit.in reliqua enim aqua non inerit caro.Si verò nõ ſtabit, ſed habebit ſemper remotionem,in finita magnitudine,æqualia finita inerunt, infinita ſm multitudiuem.hoc autem impoſſibile eſt.

Et etiã,ſi omnia iſta genera,et ſimilia ſunt omnia exiſtẽtia,aut quædã in qbuſdã, & nõ generãtur, ſed diſſoluũtur, & exeunt, & nõ nominantur,niſi ſm illud,qd vincit in eis:& oẽ generať ex omni. v.g. ex carne aqua, q̃ reſoluiť,& ex aqua caro: & oẽ corpus finitũ cõſumiť à corpore finito: manifeſtũ eſt qm̃ impoſſibile eſt vt vnaquæq; rerũ exiſtat in vnaquaq; re.qm̃, qñ exit caro ex aqua: deinde ex aqua reſidua generať alia caro ſm reſolutionem:tunc,& ſi illud,qd exit ex carne, ſit ſemp minus,tñ caro pertranſit in paruitate magnitudinem determinatam. Ex quo ſequitur,aut vt ceſſet reſolutio: & ſic non erit omne exiſtẽs in omni:quoniam in aqua reſiduũ nõ erit caro:aut nõ ceſſet: ſed in ea erit qd ſemp reſoluiť:et ſic in magnitudine terminata nõ erunt magnitudines æquales finitæ; ſed infitæ in numero:qd eſt impoſſibile.

37 Iſte ſermo poteſt eſſe contradictio tertia, qua deſtruit ꝙ generatio ſit ſemper ſm exitum, & vt quodlibet ſit in quolibet, vt dicunt: & põt fundari ſuper illud,quod prædictum eſt,ſ.quòd hic ſunt partes terminatæ in paruitate,ſed eſt alia ratiocinatio. Et abbreuiatio iſtius ſermonis eſt ꝙ,ſi ſpecies corporum conſimilium fuerint omnes in ſeinuicem:& nihil generatur ab aliquo,ſed exeunt ex ſeinuicem,vt dicunt:quia quodlibet eſt in quolibet: ſed vnumquodq; eorum nominatur ſm illud,quod vincit in eo: & ideo quodlibet generatur ex quolibet. verbi gratia qm̃ ex carne generatur aqua,quæ reſoluitur,& exit ſemper: & ex aqua etiam caro. Et eſt regula, quòd omne corpus finitum,

Eſt regſa, q

quando ex eo exit corpus finitum multoties, neceſſario cõſumet illud.Quare impoſſibile eſt, vt quodlibet ſit in quolibet:generatio enim ſm hunc modum neceſſario ceſſabit,quoniã quando ex aqua exit caro,deinde ab ea exit alia caro,& ſic in infinitũ, neceſſe eſt, aut vt exitus ceſſet, aut vt in corpore finito ſint corpora æqualia infinita,qm̃ non poteſt aliquis dicere ꝙ, cum ex aqua exiuerit prima caro, deinde exiuit alia caro, quòd illa caro ſecunda erit minor prima ſm minorationem aquæ per exitum primæ carnis:& ſimiliter tertia caro erit minor ſecunda ſm minorationem aquæ ꝑ exitum ſecundæ carnis:& quòd hic procedit in infinitum,ſcilicet paruitas aquæ,& paruitas carnis exeũtis. caro enim habet magnitudinem,& paruitatem terminatam,quam nõ pertranſit,ſcilicet quòd non inuenitur caro habens magnitudinem minorem iſta. illa igiť magnitudo terminata, quæ eſt carnis,quãdo exit ex aqua,ſemper neceſſe eſt alterum duorũ: aut vt ceſſet generatio:aut in magnitudine finita,& terminata, ſcilicet in aqua erunt magnitudines æquales infinitæ: & eſt minor magnitudo carnis minima: quod eſt impoſſibile. Ergo ponere ꝙ qdlibet eſt in quolibet, & quodlibet generatur ex quolibet ſm exitum ſemper, nõ ſm alterationem eſt impoſſibile. Deinde dixit Et etiam,ſi iſta omnia genera,&c.i.ſpecies corporũ conſimilium,quas ponit Anaxagoras pro elementis,verbi gratia,caro,& os,& vſr omnia corpora,quorũ definitio totius,& partis eſt eadem. Deinde dixit & non generantur, ideſt & iſtæ partes non generãtur ex inuicem ſm tranſmutationem,ſed ſm ꝙ exeunt à ſeinuicem,& ante exitum erãt in ſeinuicem: ſed vnumqdq; eorũ vocatur diuerſum ab altero ſm illud, quod dominať in ſeipſo. Deinde dixit qm̃ &,ſi illud qd erit &c.i. qm̃,cum poſuerimus, ꝙ illud, quod ex carne ſecunda exit,eſt minus primo,& tertium eſt minus ſecundo,et quartũ eſt minus tertio:et manifeſtũ eſt ꝑ ſe,et declaratũ ẽt ꝙ caro habet menſurã terminatã in paruitate, quã non pertranſit:neceſſe eſt alterũ duorũ:aut vt generatio ceſſet:aut vt in corpore finito ſint corpa æqualia infinita. Et iſte ſermo eſt in forma ſyllogiſmi hypothetici:cuius præcedens eſt,& ẽt ſi iſta generatio &c. conſequens aũt eſt, ꝙ impoſſibile eſt,vt quodlibet ſit in qlibet,&c.ſermo reſiduus declarat cõſecutionẽ.

oẽ corpus finitum,qñ ex eo exit corpus finitum, multiones,neceſſario conſumet illud. Idẽ.6.phy.20.

Idẽ infra.t.c.38.Idẽ ſupra 36. ex q patet dari minima.Idẽ.2.de anĩa.41.& 97.idem.6.phy.91.Idẽ 7.phy.cõ.1.Idẽ.8.phy.c.62.Idẽ.1.coeli.116.

Ad hæc autem, ſi omne quidem corpus, remoto quodam,minus neceſſe eſt fieri:carnis autem determinata eſt quãtitas et magnitudine,& paruitate:manifeſtum eſt ꝙ ex minima carne nullũ ſegregabitur corpus. erit enim minor minima.Amplius autem in infinitis corporibus ineſſet vtiq; iã caro infinita,& ſanguis,& cerebrum, ſeparata tamẽ ab inuicem,nihil autem minus entia,et infinitũ vnumquodq;.hoc aũt irrationabile eſt.

Et cum hoc, ſi oẽ corpus, qñ ex eo diminuiť aliqua pars,neceſſario fit minus:& q̃titas carnis eſt terminata in magnitudine, & paruitate:manifeſtum eſt,qm̃ impoſſe eſt,vt ex minima carne exeat corpꝰ omnino. qm̃, ſi ex ea diminuiť aliqd, erit minor minima. Et ẽt neceſſe ẽ, vt in corporibus infinitis ſit caro infinita,& ſanguis infinitus,et medulla infinita:et vnũqdq; eorũ nõ ẽ minus illo in hoc,qd eſt infinitũ:& hoc eſt extra rõnem.

38 Et hæc eſt etiam quarta ratiocinatio, qua contradixit, vt generatio ſit ſm exitum corporum in īfinitum, & dicit Et, cum ſit manifeſtum per ſe, ꝙ oē corpus, qñ ex eo diminuit᷑ aliquid fit min⁹: et etiā eſt manifeſtum per ſe ꝙ quantitas carnis eſt terminata in magnitudine, & paruitate: manifeſtum eſt ꝙ ex minima carne, ſ. qua nulla caro eſt minor, impoſſibile eſt exire corpus cōſimile oīno. nam qñ exitus procedit ſemper, & minoratio corporis, ex quo eſt exitus: & ſi procedit ſemper, neceſſe eſt vt illud corpus, à quo exeunt hæc corpora, perueniat ad minimam quātitatem illius ſpeciei corporis: et tunc erit impoſſibile vt ex eo exeat aliqd: qm̄ tunc fieret minus q̄ꝫ deberet eſſe: quod eſt contra poſitum: ergo neceſſe eſt vt ceſſet exitus. Et, cū compleuit hanc contradictionem, induxit etiam quintam rōnem, qua cōtradicit etiam, vt quodlibet ſit in quolibet, & vt exitus à quolibet ſit in īfinitum, & dixit Et etiam neceſſe eſt, &c. i. et etiam neceſſe eſt, ſi exitus ab vnoquoq; corpoꝝ conſimilium infinitoꝝ fuerit infinitus, neceſſe eſt vt in vnoquoq; iſtorum corpoꝝ infinitorum ſint corpora infinita, etiā in quantitate, & qualitate: & erunt hic corpora infinita neceſſario diſtincta abinuicē in loco: & in vnoquoq; infinitoꝝ iſtorū, exiſtentium in vnoquoq; infinitoꝝ, erunt etiam corpora infinita in quātitate, & qualitate, diſtincta etiā in loco: et ſimiliter etiam in vnoquoq; iſtoꝝ erūt corpora infinita: & ſic īfinita erunt in infinitis infinities: quod eſt contra rōnem, ſ. infinita multiplicari per infinita.

Contra rōnē īfinita multiplicari per infinita.

Nunquam autem ſegregatum iri nō ſcienter quidem dicitur, recte autem dicitur: paſſiones. n. inſeparabiles ſunt. Si igitur mixti ſunt colores, & habitus, ſi ſegregentur, erit aliquid album, vel ſanum, nō alterum aliqd exiſtens, neq; de ſubiecto. Quare inconueniens eſt, impoſſibilia quærens intellectus, ſi velit quidem ſegregare, hoc autem facere ſit impoſſibile, & ſecundum quātum, & ſm quale. ſecundum quantum quidem, quia non eſt minima magnitudo: ſecūdum quale autem, quia inſeparabiles ſunt paſſiones.

Hoc autem, quod dixit, ꝙ res nunq̄ diſtinguentur, eſt ſermo ſine diſcretione, ſed eſt verus: paſſiones. n. ſunt inſeparabiles. Et qa corpora, & formę ſunt mixta, ſi diſtinguant᷑, tunc albedo erit exiſtens, & ſanitas erit exiſtens per ſe ſine indigentia alicuius alterius exñtis, & abſq; eo, ꝙ ſint in ſubiecto. Et iō intelligentia erit vilis, quæ q̄rit impoſſibile, cum vult diſtinguere quod non pōt neq; in quantitate, neq; in qualitate. in quantitate quidem, quoniam impoſſibile eſt, vt ſit magnitudo, qua nulla eſt minor: in qualitate verò, quia paſſiones ſunt inſeparabiles.

39 Cum compleuit contradictionem contra Anaxag. & notificauit quid colloceᷓ in eo de falſo, incœpit notificare quid eſt in eo de veritate, et dixit Hoc autem, quod dixit, &c. id eſt, qm̄ eſt ſermo verus ſm partem, non ſm totum, ſ. hoc, quod dixit, ꝙ res nō diſtinguuntur, neq; ſeparātur. & dixit ꝙ eſt ſermo ſine diſcretione: quia non diſtinguebat accñtia à ſubiectis, & corporibus. hoc. n. quod dixit, quodlibet eſt mixtum cum quolibet, exigit mixtionem corporum adinuicem, & mixtionē corpoꝝ cum accñtibus: cū corpora, et accidentia ſint duo, & ideo ſermo eius, in quo dixit, ꝙ res non diſtinguuntur, eſt verus ſm partem. ſ. ꝙ accñtia, & ſubſtantiæ nō poſſunt ſeparari abinuicem. & ſm hoc, quod exiſtimatur, ꝙ cauſa in hoc eſt, quia qualitates multum fortiter ſunt mixtę cum corporibus: nō quia apud ipſum ſunt corpora: ſed quia qualitates ſunt accidentia non ſeparabilia. & intendit hic per paſſiones oīa accidentia. Et, cum notificauit ꝙ ſermo eius eſt verus in accñtibus, & corporibus, incœpit declarare hoc, & q̄mō ſequitur hoc ex ſermōe ei⁹, & dixit Et qa corpora, &c. i. & quia corpora, & qualitates in opinione iſtius viri, aut ſm ꝙ ſequitur ex ſuo ſermone, ſunt mixta: ſicut mixtio corporū conſiſ'ium partium eſt ī ſeinuicem: cū nō dum diſtīguebat mixtionē, cum exiſtimabat ꝙ mixtio corporum ī ſeinuicem eſt ſicut mixtio accidentium cum corporibus. Et manifeſtum eſt ꝙ non eſt ita: & ꝙ continuatio accidentium cum corporibus, ſi dicatur mixtio, tñ impoſſe eſt vt mixta ſeparentur in eo, qm̄, ſi ſeparentur, erunt accñtia exiſtentia per ſe: & ſic albedo erit exiſtēs per ſe: & ſilr ſanitas, ſine indigentia ad hoc vt ſint in corpore: & accidentia vſr non erunt in ſubiecto: quod eſt impoſſile. Et, cum declarauit veritatem iſtius ſermonis, in quo dixit, ꝙ res nunq̄ diſtinguuntur, declarauit etiam improbabile contingens ei, ſi concedatur ſm totum, & dixit Et iō intelligētia erit vilis, etc, i. & cōtinget Anaxago. in hoc, quod dixit, ꝙ oīa ſunt mixta adinuicem tempore infinito: deinde intelligentia, q̄ apud ipſum eſt generans, diuidit, & ſeparat ea abinuicem. Sed iſta diuiſio. & ſeparatio nunq̄ cōpletur: vt actio iſtius intelligentiæ nunq̄ꝫ cōpleatur, & ſit ocioſa, quia incœpit diſtinguere, quod nunq̄ complebitur: & tale agens eſt valde vile, ſ. quia nititur agere, quod nunq̄ꝫ cōplebit᷑. & dixit ꝙ nō pōt diſtinguere, nec in quantitate, nec in qualitate. in quantitate quidem, quia partes conſimiles, quas intelligentia diuidit abinuicem, ſunt apud ipſum mixtę mixtione īfinita: in oī. n. parte, quam diuidit, ſunt partes infinitæ: & ſic nititur diſtinguere ſecundum quantitatem, quod nunq̄ꝫ diſtinguet. diſtinguere aūt qualitatem, aut qualitates à corporibus eſt impoſſibile: ſicut di. ꝙ paſſiones ſunt inſeparabiles.

Paſſio aliqñ pro oī accñte capitur.

Non recte autem neq; generationem accipit eorum, quæ ſunt ſimilium partium. eſt enim, vt lutum in luta diuidit᷑: eſt autem, vt non. et non idem modus eſt, vt lateres ex domo, & domus ex lateribus. ſic autē aqua, & aer ex alterutris & ſunt, & fiunt.

Neq; etiam recte dixit in hoc, quod attribuit generationē conuenientibus in forma. eſt. n. generatio ſm modum, ſm quem vnū fruſtum luti diuiditur in fruſta lutea, & eſt alio modo. & eſt alius, & non eſt vnus modus. verbi gratia generatio laterum ex luto, & generatio domus ex lateribus. et ſimiliter aqua, & aer, vterq; videt᷑ gñari ex reliquo.

Dicit & Anaxago. non bene dixit in hoc, ꝙ poſuit gñationem ex elementis conuenientibus in forma: cū gñatio, ſ. vt caro ſit ex multis carnib⁹, & os ex multis oſſibus, neq; īduxit determinationem ſup hoc: eſt. n. gñatio ex partibus conuenientibus in forma: & ſilr corruptio eſt diuiſio, & reſolutio in partes conuenientes in forma: vt gñatio fruſti lutei ex fruſtis paruis luti: & corruptio eius in illa parua. eſt aūt gñatio alia ex rebus non conuenientibus in forma, & ſilr corruptio: 40

vt generatio luti ex aqua, & terra, & eius reſolutio in aquam, & terram. et hoc intendebat, qñ dixit & eſt alio modo. Deinde dixit & iſte alius modus, &c. i. & iſte modus generationis non eſt vnus. eſt. n. modus q eſt vt gñatio laterum ex luto, & idolt ex cupro: eſt aũt alius, vt generatio domus ex lateribus, & lapidibus, & hoĩs ex mẽbris conſil'ibus, & diuerſis: eſt aũt alius, vt generatio aquæ ex aere, & aeris ex aqua: & eſt ꝓprium hunc modo gñationis vtrũq;, quod generatur ex reliquo. Et intendit in toto hoc ſermone declarare ꝙ oẽ, quod Anaxa. ĩduxit in hoc, eſt ſine demr̃atione.

Summa Tertia, in qua declarat principia rerũ naturalium, præcipuè verò principium materiale.

Caput Primum, in quo adducuntur rõnes famoſæ, pricipia cõtraria eẽ, atq; plura q̃ unũ affirmãtes.

MElius autem eſt pauciora, & finita recipere, quod quidem facit Empedocles. Omnes igiẽ contraria, principia faciunt, & q dicunt ꝙ ſit vnum oẽ, & immobile (etenim Parmenides calidum, & frigidum principia facit: hæc autẽ appellat ignẽ & terram) & qui rarum, & denſum. & Democritus ſolidum, & inane, quorum aliud quidem, vt quod eſt, aliud autẽ, vt quod nõ eſt, eſſe dicit. Adhuc poſitione, figura, et ordine. hæc aũt genera contrariorũ ſunt: poſitionis ſurſum & deorſum, ante & retro: figuræ angulare, inangulare, rectum, rotũdum.

Et melius eſt accipere principia finita, ſicut fecit Empedocles. Et oẽs ponunt principia contraria, qui dicunt ꝙ totum eſt vnum, & immobile. qm̃ Parmenides ponit calidũ, & frigidum principia, et vocat hęc duo ignẽ & terram: & quidam dicũt raritatem, et dẽſitatẽ. & Democritus, cum induxit plenũ, & vacuũ, primũ verò ꝓ ente, ſecundũ aũt pro non ente. & cum hoc dicit ꝙ in pleno eſt poſitio, aut aliẽtas, qua entia diuerſanẽ ſm poſitionẽ, & figuram, & ordinẽ, & ſunt cõtrariorum gña iſta: poſitio verò eſt genus ſuperioris, & inferioris, & poſterioris, et anterioris: figura verò eſt genus habennium angulos, & carentium angulis, & recti, & rotundi.

41 Cùm deſtruxit principia eſſe infinita, cœpit ponere ea eſſe finita, & declarare ꝙ iſta poſitio non ſolũmodo eſt vera, ſed et melior etiam: deinde q̃rit quot ſunt, & dixit Et melius eſt, &c. i. melius in hac ſcĩa eſt ponere principia finita: qm̃, cum poſuerit ea hmõi, quis poterit complere naturam oĩum entium, q̃ ſunt ex principijs: & nihil coget vt ſint infinita: & dare cauſas entium ſm finitatem eſt melius: vt fecit Empedocles, cũ poſuit ſex prĩcipia, ſ. quatuor elementa, et amicitiam, & litem. Et, cum declarauit, ꝙ non ſolũmodo eſt neceſſe ponere principia finita, ſed & melius, incœpit q̃rere quot ſunt: & poſuit principium conſyderationis in hoc, ex hoc, ꝙ oẽs Naturales fuerũt coacti à natura entis ad ponendum principia eſſe contraria, non ſolũmodo qui eoꝝ concedunt entia eſſe plura tñ, ſed etiã qui non concedunt hoc, ſ. qui dicit totum eſſe vnum. Parmenides autẽ dicebat hoc, quia opinabaẽ ꝙ entia ſunt duobus modis, vera, & exiſtimabilia: & ꝙ vera ſunt intelligibilia, & ſunt vnũ: & ꝙ exiſtimabilia ſunt ſenſibilia, & ſunt plura: et ponebat principia iſtoꝝ plurium duo cõtraria, ſ. ignem, & terram. Deinde dixit & quidam dicunt denſitatem, et raritatem, i. eoꝝ, qui dicunt principium eſſe vnum, aut vnum elemẽtorum quatuor, aut medium inter duo eoꝝ. D.d. & Democritus, &c. ideſt et etiam ponit principia eſſe contraria in hoc, quod dixit, ꝙ vacuum eſt inuolutum cũ pleno in oĩbus rebus: adeo ꝙ principia rerũ apud ipſum ſunt vacuum & plenum. vacuum. n. apud ipſum eſt contrariũ pleno ſm contrarietatem, q̃ eſt inter eſſe, et non eſſe. plenum. n. eſt ens: & vacuum eſt non ens. Et hoc intendebat, cum dixit primum verò pro ente, i. plenũ verò, quod eſt primum in eſſe, eſt contrarium vacuo, ſm ꝙ eſt ens: & vacuum, quod eſt ſecundum in eſſe, contrarium eſt pleno, ſm ꝙ eſt non ens. D.d. & cum hoc dicit, ꝙ in pleno, &c. ideſt, & cum hoc, ꝙ dicit vacuum, & plenum eſſe, quæ ſunt cõtraria ſm eſſe, & nõ eſſe, ponit etiam ĩ pleno alietatem, & diuerſitatem, cuius vis eſt ſicut vis contrariorum: & illa alietas eſt poſitio, figura, et ordo: entia. n. q̃ apud ipſum ſunt vnius naturæ, ſ. partis indiuiſibilis, indiget ponere aliam rẽ, qua entia compoſita ex partibus diuerſentur. & dixit qm̃ diuerſantur his tribus dr̃ijs. Ariſto. igitur dicit ꝙ Democritus dixit principia eſſe contraria duobꝰ modis, ſ. ſm ꝙ ponit plenum, & vacuum: & ſm ꝙ ponit dr̃ias entium ſm poſitionem, & figuram, & ordinem.

Oppoſitum primo met. t. & t. 14. cõ. Ibi. n. hr̃ ꝙ oĩa eẽntia tudicẽ accepe rũt ꝑter terram: & nullus terram poſuit principium ꝑter ponentes legem. Vide con. Zim.

Deinde incœpit declarare ꝙ iſta ſunt genera rerum contrariarum, & dixit poſitio aũt eſt genus, &c. i. qm̃ poſitio diuiditur per dr̃ias contrarias, q̃ ſunt ſuperius, & inferius, & anterius & poſterius. et ſilr̃ figura diuiditur per contraria ſm eſſe et nõ eſſe, ſ. in hñs angulos, & carens angulis. et ſilr̃ diuiditur in contrarias dr̃ias ſm famoſitatem, ſ. in rectam & rotundam: rectum. n. non eſt contrarium rotundo: qm̃ rotundo nihil eſt cõtrarium, cum ſit perfectio figurarum ĩ veritate, ſed in ꝑmo aſpectu. & ſilr̃ ordo diuidiẽ ẽt p dr̃ias cõtrarias, ſ. prius & poſterius: & tacuit ipſum, quia intelligitur ex illis. Et notandum eſt, ꝙ hoc nomẽ contrarium vſitatur hic largẽ, p contrario, & priuatione & habitu: ſiue ſit in rei veritate, ſiue ſm famam: quod cõtrarium, ſm ꝙ ego credo nos appellamus diſperatum.

Rotundo nihil eſt cõtrarium. Figura diuidiẽ in cõtrarias differentias ſecũdum famoſitatẽ: ex quo tolliẽ cõtradictio hic, & 1. cœ. 75. vbi hr̃ ꝙ figuræ nihil ẽ contrarium. Vide con. Zim.

Quod igitur cõtraria quodammodo omnes faciũt principia manifeſtum eſt. Et hoc rationabiliter. Oportet enim principia neq; ex alterutris eſſe, neq; ex alijs, & ex his omnia. contrarijs autẽ primis inſunt hæc. ob id quidem ꝙ prima ſunt non ſunt ex alijs: ob id verò ꝙ ſunt cõtraria, non ſunt ex alterutris.

Manifeſtum eſt igitur ꝙ oẽs ponunt principia cõtraria quoquomodo. Neceſſe eſt. n. vt principia non generentur ex inuicẽ, neq; ex alijs, & vt omnia gñentur ex eis. & hæc exñtia ſunt in principijs cõtrarijs. ſm q̃dem ꝙ ſunt principia, non gñanẽ ex alijs: ſm verò ꝙ ſunt contraria, non ſunt ex inuicem.

Cõtrarietas q̃q; dr̃ de oppoſitis ſecundũ priuationẽ, & habitum. Idem in. c. 45. & x. met. c. 9. Principiorũ cõditiones. Vide con. Zimar.

Quia apparet ex ſermonibus oĩum, ꝙ ponunt principia contraria, licet non cõueniant in eadẽ contrarietate, tñ vr̃ conueniunt in hoc, ꝙ ſunt contraria. & intendit notificare ꝙ Antiqui cõueniunt in hoc, ꝙ ſunt contraria principia, aut cum contrarietate, ꝑpter duo, ſcilicet vt demonſtret ꝙ oẽs concedunt principia eſſe plura vno, & etiam perſcruteẽ de hoc, quod dicunt, & 42

ponat

ponat principium perſcrutationis de illo. deinde perſcrutabitur poſt de hac contrarietate quid ſit: & verū eſt neceſſe ponere aliam naturam à contrarietate, aut non. Dixit manifeſtum eſt igiť, &c. i. manifeſtum eſt igiť ex hoc, quod narrauimus, q̧ oēs ponunt pnª contraria aliquo modo contradictionis, aut cōtrarietatis: licet nō conueniant in hoc, quis, ſ. ſit iſte modus. Deinde incœpit notificare q̧ bñ fecerunt, & inducere rationes, q̄ mouerunt eos ad dicendum hoc, & dixit Neceſſe eſt, i. neceſſe eſt. n. vt principia, &c. i. qm̄, ſi generantur ex inuicem, tunc erit idem pncipium, & nō pncipium inſimul: ſiue ſint primª adinuicem ſm reciprocationem, ſiue non. Deinde dixit neq; ex alijs. & hoc manifeſtum eſt per ſe etiā, ſ. q̧ principia nō debent generari ex alijs, q̄a ſic eſſent prima, & non prima. Deinde induxit tertium proprium, & dixit & vt oīa generentur ex eis. & hoc manifeſtum eſt etiā ſm q̧ primª debēt eſſe cōia oībus entib⁹, quæ ſunt ex pricipijs. Et, cum demonſtrauit iſta propria in principijs, incœpit etiam demonſtrare, & declarare illa eſſe in contrarijs, & dixit & hęc ſunt exiſtentia in primis contrarijs, etc. ideſt neceſſe eſt. n. vt non generentur ex alijs, q̄a ſunt * principia: et ut non generenť ex inuicem, quia ſunt cōtraria. contrarium enim non generatur ex contrario, ideſt non mutatur in illud.

Cōtrariū nō mutať ī ſuū contrarium. Idem infra. cō. 51.
* a. l. prima.

Sed oportet hoc & in ratione conſyderare qualiter contingat. Accipiendum igiť eſt primùm q̧ omnium, quæ ſunt, nihil neq; facere natum eſt, neq; pati contingens à contingenti. neq; fit quodlibet ex quolibet, niſi quis accipiat ſm accidens. qualiter. n. fiet album ex muſico, niſi accidens ſit albo, aut nigro muſicū? ſed albū quidem fit ex non albo: & hoc nō ex omni, ſed ex nigro, aut medijs. & muſicū ex nō muſico, ſed nō ex omni, ſed ex immuſico, aut ſi aliqd ipſis mediū.

Non quo libet fit ex quolibet.

Sed oportet conſyderare in hoc ſm rationem quomodo ſequitur. Dicamus igitur q̧ omnium entium non quodlibet agit, aut patitur à quolibet, nec generať à quolibet, niſi aliquis accipiat hoc per accidens: album. n. non fit album ex muſico, niſi accidat nigro, aut albo vt ſit muſicus, ſed album ex non albo, & non ex omni non albo, ſed ex nigro, aut ex medio, & muſicus ex non muſico, & nō ex omni nō muſico, ſed ex illo, quod nullā habet dignitatē in muſica, aut ex eo, quod eſt alterius diſpoſitiōis: ſi ſit aliqua hic diſpoſitio inter has duas diſpoſitiones.

43 Quia illę tres proprietates in principijs ſunt manifeſtę: in contrarijs verò duæ tm̄ ſunt manifeſtę: tertia verò, ſ. q̧ oīa gñantur ex eis, nō eſt manifeſta per ſe: ideo incœpit declarare hoc per inductionem, et d. ſed oportet conſyderare, &c. i. ſed oportet conſyderare in ratio proprio per inductionem, ſ. q̧ oē, quod generatur, generatur ex contrario. D. d. Dicamus igitur, &c. i. qm̄, cum induxerimus oīa entia, non inueniemus qdlibet agere ī quodlibet, neq; pati à quolibet: ſed aliqd notum terminatum agit in aliquod terminatum, et patitur ab aliquo terminato: & ſilr in generatione, et vlr in oībus tranſmutationibus, quarū actio, & paſſio eſt quaſi genus. D. d. niſi aliquis accipiat, i. niſi aliqs accipiat illud, quod eſt per ſe per accidens: qm̄ tunc poſſet peccare in hoc. Apparet. n. q̧ impoſſe eſt album fieri ex muſico, aut ex grammatico: niſi accidat nigro, ex quo fit album per ſe, vt ſit muſicus, aut grammaticus. et hoc intēdebat, cum dixit niſi accidat, &c. Deinde dixit ſed album, &c. ideſt oē, q̧ fit ex aliquo alio, generatur ex illo, quod eſt aliud, & non ex oī alio ſimpliciť: qm̄ tūc quodlibet eſſet ex quolibet: ſed ex aliquo alio, aut contrario, aut medio inter contraria, cum contraria fuerint mediata: vt cum album fit ex nigro, aut colore medio inter album & nigrum. Et intendit hic p contrarium, vt diximus illud, quod eſt cōe contrarijs, & priuationi, & habitui. Et ideo, cum induxit exemplum de contrarijs, ſ. albo & nigro, induxit aliud exēplum de priuatione & habitu, & dixit & muſicus ex non muſico. i. et muſicus non gñatur etiā ex oī, de quo dicitur non muſicus, ſed ex illo, quod eſt non muſicus, & eſt inatum recipere muſicam, quod eſt homo ignorās muſicam, quia nullam habet dignitatem in ea, ſed habet potentiam adiſcendi illam. D. d. aut ex eo, qđ eſt alterius, etc. i. aut ex medio, quod eſt īter muſicum, & priuationem muſicæ, ſi ſit poſſe vt ſit medium inter priuationem, & habitum. Et dixit hoc, non quia inter habitum, et priuationem inuenitur medium, ſed ad verificandum propoſitionem minorem dicentem, q̧ oē, quod generatur, aut generať ex contrarijs, aut ex medio, ſ. in contrarijs mediatis. & in hoc loco non curat quocunq; mō ſit, ſiue aliquis ponat, q̧ inter habitū & priuationē ſit medium, aut non. Et, cum notificauit q̧ oē generatum eſt aut ex contrario, aut ex medio, incœpit declarare hoc in corruptione, & dixit.

Idē. 1. phy. 6. 19. & 12. c. idem in ſequēti. Idem primo coeli. 10. & prio de gñatione 10. et. x. meta. 23. & 2. de aīa. ca. 44. & 12. metaꝑ. c. 6. Idē infra hic tex. cō. 47.

Neq; igitur corrūpitur in contingēs primùm. vt album non in muſicū, niſi forte ſm accidens, ſed in non album, & in non albū, non in cōtingens, ſed in nigrum, aut mediū. ſimiliter autem & muſicum in nō muſicum: & hoc non in cōtingens, ſed in immuſicum, aut ſi ipſis aliquid medium eſt.

Ex hoc elicitur gñationē nō eſſe in pure contradictorijs, ſi in priuatiue oppoſitis.

Neq; aliquid etiā corrumpitur primitus in quodlibet. verbi gratia album in muſicū: niſi hoc cadat in aliqua diſpōne per accidēs, ſed corrumpitur in non album, & nō in qdlibet non album, ſed in nigrum, aut in medium. & ſimiliter muſicus corrumpitur in non muſicum, et non in quodlibet non muſicum, ſed in illud, quod non habet dignitatem in muſica, aut in aliquam diſpoſitionem inter has duas diſpoſitiones.

Neq; etiam corrumpitur aliquid principaliť, & per ſe in quodlibet, ſed principaliter, et per ſe corrumpitur in aliquod terminatum vnum: ſecūdario verò, & per accidens nihil prohibet vt aliquod corrumpatur ī plura vno, aut in quodlibet. Eorū. n. in quæ fit corruptio, aliud eſt primum, & aliud eſt ſcđm: & eſt illud, ī qđ fit corruptio mediante primo: et aliuđ eſt per accidens: et eſt illud, quod fit in quodlibet. Illud autem, quod eſt p accñs, dr̄t à ſecundo: qm̄ ſcđm quoquomō eſt terminatum, & illud, quod eſt per accidens, eſt non terminatum. Ariſt. igitur exigit poritatem in corruptione, vt illud, in quod fit corruptio, ſit vnum, et exigit eſſentialitatem, vt ſit terminatum: et hoc idem intelligendum eſt in generatione. Alia autem dicta in corruptione in hoc capitulo manifeſta ſunt ex eis, quæ dicit in generatione, & dicit vlr q̧ corruptio etiam principaliter, & per ſe eſt aut de contrario in contrarium, aut de habi- 44

Per accñs dr̄ a ſcđo.

tu in

tu in priuationẽ, aut ad medium, ſicut eſt diſpoſitio in gñatione, et ꝙ hoc manifeſtũ eſt per inductionem. Et, cum notificat hoc ĩ gñatione ſimplici, in qua vnum fit ex vno, notificat etiam, ꝙ ita eſt in generatione compoſita, in qua vnum fit ex pluribus vno.

Siſr aũt his & in alijs. qm̃ & nõ ſimplicia eorum, quę ſunt, ſed compoſita ſm eandẽ ſe hñt rõnem: ſed, propterea ꝙ oppoſitę diſpoſitiones non denominatæ ſunt, latet hoc cõtingens. neceſſe eſt. n. oẽ cõſonans ex incõſonanti fieri, & incõſonans ex cõſonanti, & corrumpi cõſonans in conſonantiam, et hãc non contingentem, ſed in oppoſitam.

Et ita eſt de alijs. videmus. n. ꝙ illa, quæ nõ ſunt ſimplicia ex entibus, ſed compoſita eodẽ modo hñt diſpõnem: ſed, qa diſpões in cõpoſitis nõ hñt nominationẽ, ideo non ꝑcipiunt̃: & ſi ſit neceſſariũ. neceſſe eſt. n. vt oẽ cõpoſitũ, ſit compoſitũ ex non cõpoſito, & vt cõpoſitum corrũpat̃ in nõ hñs cõpõnẽ, ſed nõ in qđlibet nõ hñs compõnem, ſed in illud, qđ eſt oppoſitum illi compoſitioni.

45 Dicit Et ſimiliter eſt de oĩbus ſpẽbus generabilium, & corruptibilium, ſ. qñ gñantur ex contrario, & corrumpuntur in contrarium. videmus. n. ꝙ illa, q̃ generantur ex pluribus vno, & ſunt illa, quæ non ſunt ſimplicia, ſed compoſita, talem diſpõnem hñt in generatione, et corruptione. ſed, quia diſpões oppoſitę exiſtentes in iſtis rebus inter illud, quod generatur, & illud ex quo generat̃, et inter illud, quod corrũpitur, et illud, in quod corrumpitur, non habent nomina, ideo latet contrarietas exiſtens in iſtis rebus, & non percipitur, ſed, cum īſpicitur, videtur neceſſario exiſtere in eis. neceſſe eſt. n. vt omne compoſitum fiat ex non cõpoſito, & non ex quolibet nõ cõpoſito, ſed ex non cõpoſito terminato, & eſt illud, in quo eſt priuatio ꝓpria illi compoſitioni: & ſimiliter compoſitum corrumpit̃ in non compoſitum, & non in quodlibet non compoſitum, ſed in illud, in quo eſt priuatio illius compoſitionis. manifeſtum eſt igitur etiam in hoc modo generationis, & corruptionis, quod fit ex oppoſitis ſecundum habitum, & priuationem.

Differt aũt nihil in conſonantia dicere, aut ordine, aut compoſitione: manifeſtũ. n. eſt ꝙ eadẽ ſit rõ. At verò & domus, & ſtatua, & qđlibet aliud fit ſiſr. domus. n. fit ex eo, ꝙ nõ compoſita, ſed diuiſa ſunt hęc ſic: & ſtatua, et figuratorũ aliquod ex infigurato: & vnumquodq; horũ ſecundũ alia qdem ordo, ſecundum alia verò compoſitio quædam eſt.

Et non eſt drĩa inter hoc, ꝙ iſte ſermo ſit in compõne, aut in ordine, aut cõpſone: manifeſtum eſt. n. ꝙ eſt idem ſermo. Et ſiſr domus, & idòlũ, et alia gñantur hoc modo. domus. n. gñatur ex non compoſito, ſed ſeparato, & ſunt talia in tali diſpoſitione: & ſiſr idòlum, & vnumquodq; habentium figuram fit ex non habente illam figuram: & vnumquodq; iſtorum quidem eſt ordo aliquis, & quidem aliqua compoſitio.

Dicit ꝙ non eſt drĩa in hoc ſermone inter hoc, ꝙ aliquis ponat, ꝙ generatio iſtorũ, ſ. quæ generantur ex pluribꝰ vno, ſit ſm compoſitionem, aut ſm ordinem, aut alijs modis: eadem. n. eſt cõſyderatio in hoc. Et ita eſt in artificialibus, ſicut in naturalibus. domus. n. generatur ex aliquo non compoſito cõpoſitione domꝰ, ſed ſeparato, ſed illa ſeparata ſunt terminata, & ĩ diſpoſitionibus terminatis: non. n. componitur domus ex quolibet, neq; ex illis, ex quibus innata eſt componi, niſi ſint ĩ diſpoſitionibus terminatis, et hoc intẽdebat, cùm dixit & ſunt talia in tali diſpõne. & ſimiliter idòlum, et vnumquodq; artificialium, quorum generatio eſt in figura, generantur ex non habente illam figuram, ita ꝙ iſta priuatio ſit propria. Deide. d. & vnũquodq; iſtorum, &c. i. vt mihi videtur, et vnũquodq; eorum, ex quibus generatur compoſitum quoddam, habet ordinem ꝓprium in eſſe cõpoſiti, & qđdam habet compõnem ꝓpriã in eſſe eius. & dixit hoc demonſtrando ꝙ cõpoſitum cõponit̃ ex rebus terminatis. 46

Ita eſt in artificialibus, ſicut in nãlibus, q. id, qđ fit, fit ex oppoſito terminato ad oppoſitũ terminatum.

Si ergo hoc verũ ẽ, oẽ utiq;, quod fit, fiet, & corrumpet̃ qđ corrumpitur aut ex cõtrarijs, aut in contraria, & horum media: media autem ex contrarijs ſunt, vt colores ex albo, & nigro: quare omnia vtiq; erunt, quæ natura fiunt, aut contraria, aut ex contrarijs.

Si igit̃ ſit hoc verum, qđ oẽ, quod gñatur, & oẽ, quod corrũpitur, gñatur, & corrumpitur, aut ex cõtrarijs, aut in cõtraria, aut inter cõtraria: illa aũt, quæ ſunt inter cõtraria, ſunt ex contrarijs. v. g. aliquis color ex albo, et nigro: ex quo neceſſe ẽ, vt illa, quæ gñant̃ per naturã, ſint aut contraria, aut ex contrarijs.

Dicit & cum iſta inductio ſit vera, appatet ꝙ iſta propoſitio vniuerſalis eſt vera, ſ. dicẽs, ꝙ oẽ, quod generatur, generatur ex contrario, aut ex eis, quæ ſuut inter contraria: & oẽ, quod corrumpitur, corrumpitur, aut in contrarium, aut in illa, quæ ſunt inter contraria. 47
Deinde dixit illa autẽ, quæ ſunt inter contraria, etc. ideſt &, cum iniunximus huic propoſitioni aliam manifeſtam per ſe, & eſt, ꝙ omnia, quæ ſunt inter cõtraria, ſunt ex contrarijs, vt aliquis medius color ex albo, & nigro, ſequitur ꝙ omne, quod generatur in natura, generatur aut ex contrarijs, aut ex generatis ex contrarijs. & hoc eſt in prima figura.

Hucuſq; igitur ferè ſecuti ſunt & aliorum plurimi, quẽadmodum diximus prius. Omnes. n. elemẽta, & ab ipſis vocata principia, quamuis ſine ratione ponentes, tñ contraria dicunt, tanq̃ ab ipſa veritate coacti. Differũt aũt ab inuicem, ex eo ꝙ alij quidem priora, alij poſteriora accipiunt: et ꝙ hi quidem notiora ſm rationem, illi autem ſm ſenſum. Hi . n. Calidum, & Frig. illi autẽ Hu. & Siccũ, alij aũt Impar, & Par, qdam aũt Litẽ & Amicitiam cãs ponunt gñationis. hæc aũt abinuicem differunt ſecundum dictum modum.

In hoc igitur ferè plures reſiduorum conueniunt cum iſtis, vt prius diximus. Oẽs. n. ponunt elẽnta contraria, & illa, quæ vocant principia, licet ſint ſine rõne cõtraria, quaſi compellant̃ ad hoc ex ipſa veritate. Sed differunt in hoc: qm̃ quidam accipit ex eis illud;

quod

quod eſt prius in ſcientia, & quidam accipit ex eis illud, quod eſt poſterius in ſcientia, & qdam accipit ex eis illud, quod eſt notius in intellectu, & quidā aliud, quod eſt notius in ſenſu. quidam.n. ponunt cauſas generationis Calidum, & Frigidū, & quidam, Humidum, & Siccum, et quidam Par, et Impar, aut Amicitiam, et Litem. et iſta differunt ſecundum modum, quem diximus.

48 Dixit In hoc igitur tm̄ de cognitione principiorū, ſ. ea eſſe contraria, ferè oēs Antiqui conueniunt cū iſtis, quos diximus. oēs.n. ponunt principia, et elemēta eſſe contraria, & ſi ſint ſine ratione quoquomodo. ſed natura veritatis compellit eos ad hoc. et, ſi conueniunt in hoc, q principia ſunt contraria, tm̄ differunt etiam in hac contrarietate, quid ſit ſm ordinem eorum in priori, & poſteriori in contrarijs. Quidam. n. accipiunt illud, quod eſt prius in ſcia. i. in cognitione per collationem, & quidam accipiunt prius apud intellectū in cognitione, & eſt illud, quod eſt magis vniuerſale, & quidam accipiunt illud, quod eſt prius apud ſenſum, et eſt illud, quod eſt magis particulare, & eſt hoc ſm quod apparet vnicuiq; eorum. Et dixit. hoc igitur tm̄, etc. ideſt & intēdit per plures reſiduorum, illos, quos non numerauit. Deinde. d. licet ſit ſine rōne, i. ſine ratione perfecta. nam iductio induxit eos ad dicēdum hoc, ſcilicet inductio, in qua non indueuntur oīa particularia. Deinde dixit quaſi compellantur, &c. i. quaſi veritas, q̄ eſt in inductione, compellat ad hoc eos. Deinde dixit ſed differunt, &c. & intēdit per prius in ſcia, vt mihi vr̄, illud, quod eſt notum per argumētationē, aut illud, cuius cognitio indiget argumentatione magis: iſti. n. vt mihi vr̄, dicebant q illud, quod eſt huiuſmodi, eſt prius in eſſe. D. d. & quidam accipiunt illud, quod eſt notius in intellectu, & eſt illud, quod eſt magis vniuerſale. & comparatio inter comprehenſibilia ab intellectu, & à ſenſu non verificať, niſi qn̄ accipiē in reſpectu cōis comprehenſionis. Deinde dixit & iſta etiam differunt, &c. i. & iſta, q̄ diximus, differunt ſm tres modos prioritatis, quos diximus. qui. n. ponebant Calidum, & Frig. & Humidum, & Siccum principia contraria, opinabātur q prius eſt illud, quod eſt notius in ſenſu: qui aūt ponebāt pn̄a Par, & Impar, credebāt q prius in eſſe eſt illud, qđ eſt notius apud intellectū, & eſt illud, qđ eſt magis vl'e: illi aūt, q ponebant prin^a Amicitiā, & Litem, opinabanť q prius ī eſſe eſt notū, per argumētationem autem notius. D. d. Ariſt.

Prius cognitū apud intellectū ē illud, qđ eſt magis vl'e, et prius cognitū apđ ſenſum ē illud, quod eſt magis particulare. Idem in ſequenti. Inductio, in qua nō inducunť oīa particularia, eſt rō īpfecta. pro hoc vide c. 2. priorū c. 23. & quæ ibi.

Quare eſt eadem dicere quodāmodo, & altera ab inuicem. altera quidem, quemadmodum & videtur plurimis. eadem autem ſecūdum analogiam. accipiunt enim ex eadem coordinatione. hæc enim cōtinent, alia autem continentur cōtrariorum. Sic igitur ſimiliter dicunt, & aliter, & peius, & melius. Et hi quidem notiora ſecundum rationem, ſicut dictum eſt prius, illi autem ſecundū ſenſum: vniuerſale enim ſecundum rationē notum eſt, ſingulare autem ſecundum ſenſum: ratio. n. vl'is eſt, ſenſus autem particularis. vt magnum, & paruum ſecundum rationem, rarum autem, & denſum ſecundum ſenſum.

Vl'e notū ſecundū rōnē, ſingulare ſecundū ſenſū.

Et ſic iſti homines conueniunt quodammodo, & differunt. differunt enim ſm q vident in eis plures homines. conueniūt autē ſm q ſequunť eandem rationē. accipiunt. n. ex eadem coniunctione. contrariorum. n. quędam ſunt determinātia, & quædā determinata. Sunt igiť hoc modo conuenięntes in ſermone, & alio modo dr̄nt. qm̄ quædā ſunt viliora, & quædā nobiliora, & quædam notiora apud intell'um, vt prius diximus, & q̄dam notiora apud ſenſum. & vl'e eſt notius apud intell'm, & particulare eſt notius apud ſenſum: intelligere. n. ē vl'e, ſentire verò ꝑticulare. v. g. quoniam magnum, & paruum ſunt in intellectu, & rarū, & dēſum in ſenſu.

Cùm dixit q Antiqui cōueniunt in hoc, q pricipia ſunt contraria quodāmodo, & dr̄nt alio modo, īcœpit numerare modos, ſ. in qbus conueniunt, et in qbus differunt, et dixit dr̄nt. n. ſm, &c. i. differunt diuerſitate, quā plures hoīes ſciunt, ſ. famoſa diuerſitate, & conueniunt, qa procedunt in cōſyderatione p eandem argumentationē in gn̄e: oēs. n. vtunť inductione. eſt. n. cōe oībus contrarijs hoc, qm̄ quædā ſunt determinantia, & quædā determinata. & conueniunt in hoc, q reducunt terminata ad terminantia p inductionē. v. g. qm̄ q dicit q principia ſunt Calidū, & Frig. et Hu. & Sic. nititur p inductionem reducere oīa contraria ad iſta, & ſilr qui dicit q prin^a ſunt Par, & Impar, aut Additio, & Diminutio. Scđm igiť hunc modū conueniunt in hoc, q vtunť eadem argumentatione in forma, ſed differunt ſm illud, in quo arguunt. D. d. & alio modo, &c. i. & conueniunt ēt alio modo. illa. n. q̄ dicunt eſſe principia conueniunt in hoc, q alterū contrariorū eſt vilius, & reliquum nobilius, & in hoc, q ſunt ꝓportionalia, qa quædā ſunt notiora apud intellectū, & q̄dam notiora apud ſenſum: & ſic contraria, q̄ ſunt notiora apud intellectum, hn̄t inter ſe ꝓportionem apud intellectum, ſicut ꝓportio contrariorū, q̄ ſunt notiora apud ſenſum, īter ſe ſm ſenſum. D. declarat quod eſt notius apud intellectum, & qđ apud ſenſum, & dixit vl'e. n. &c. i. & ſm hoc ꝓportio Calidi, & Frigidi apud ſenſum eſt ſicut ꝓportio Paris, & Imparis apud intellectū, & ſilr ꝓportio Additionis, & Diminutionis apud intellectū. Et, cum declarauit q vl'e eſt notius apud intellectum, & particulare apud ſenſum, dedit cām in hoc, & dixit intelligere. n. &c. i. & cauſa in hoc eſt, qm̄ comprehenſibile ab intellectu eſt vniuerſale, & cōprehenſibile à ſenſu eſt particulare. D. d. v. g. &c. i. verbi gr̄a, qm̄ magnum & paruum ſunt magis vl'ia q̄ rarū, & denſum: & ideo attribuunť magnū, & paruū intellectui, et rarū, & dēſum magis ſenſui. Et hoc ita eſt, quia rarū, et denſum cōprehenduntur in corporibus ſenſibilibus naturalibus, magnū aūt, & paruum cōprehenduntur in corporibus naturalibus, & mathematicis.

49

Rarū, et denſum ſunt in corporibus naturalib⁹, magnū, & paruū ī naturalibus, & ī mathematicis Sed tunc oppono p cō. 84. quarti phy. vbi habet q rarū, & dēſum cōtraria ſunt in q̄titate, & eā conſequunť. cū igiť in mathematicis ſit rō q̄ti, ergo, &c. Item oppono per cō. 72. q ibi dicit, q ſubtilitas mathematicæ creſcit in infinitū, nō aūt naliter, &c. Vide contra dt. Zim.

Caput Secundum nō ſufficere eſſe prima principia duo contraria probans, ſed dari tertiam oportere naturam, neq; oportere principia eſſe plura tribus.

QVòd igiť contraria oportet eſſe principia manifeſtum eſt. Conſequens autem erit dicere vtrū duo, aut tria, aut plura ſint. Vnum. n. impoſſibile eſt, qm̄ non vnum * contraria. infinita aūt non, qm̄ neq; ſcibile quod eſt erit. Et vna contrarietas in omni genere vno, ſubſtātia aūt vnum

* Vna cōtrarietas eſt ī oī gn̄e. Idem in 12 tex. 15.

quoddam

quoddam genus eſt. Et, quia contingit ex finitis: melius autẽ ex finitis, quemadmodum Empedocles, q̃ ex infinitis. omnia nãq; aſſignare opinatur, quẽadmodum Anaxag. ex infinitis. Amplius ſunt alia alijs priora contraria. & fiũt altera ex alijs, vt dulce, & amarum, & album, & nigrum. principia autem ſemper oportet manere.

Apparet igitur, ꝙ neceſſe ẽ vt principia ſint contraria. Et ſequitur hoc dicere, vtrum ſint duo, aut plura. Impoſſe. n. eſt vt ſint vnũ, contraria. n. non ſunt vnũ. neq; etiã infinita, qm̃ tũc ens nõ ſcirẽ, Quia igitur in omni genere eſt vnum contrariũ, et ſuba eſt vnũ genus. Et, qa impoſſe eſt vt gñatio ſit ex principijs infinitis: & eſt melius vt ſint finita, vt dicit Empedocles, q̃ infinita. poteſt. n. cõplere omnia, quæ affirmauit Anaxagoras, cum poſuit gñationem eẽ ex infinitis. Et ẽt, quia contrariorum ſunt quædã priora alijs contrarijs, & quædã contraria, quæ gñantur ex alijs, contrarijs, vt dulce & amarum, & albũ & nigrum. principia verò neceſſe eſt vt ſint permanentia æterna.

50 Dicit Manifeſtum eſt igitur vr̃ ꝙ neceſſe eſt, ꝙ ſint principia contraria, ſed perſcrutandum eſt primo, vtrum ſint duo, vel plura duobus. impoſſibile. n. eſt vt ſint vnum principium, qa principia ſunt contraria, & contraria ſunt ſaltem duo. & impoſſe etiam eſt vt ſint infinita, qm̃ tunc ens erit nõ ſcibile, vt prius diximus. Et ẽt in vnoquoq; gñe. x. prędicamẽtorꝫ eſt vna contrarietas: & ſuba eſt vnum genus corꝫ, cuius pncipia ſunt quæſita, cum ſuba ſit ſubm aliorꝫ entium. vñ neceſſe eſt vt contrarietas exñs in principijs non ſit plus q̃ vna, & eſt contrarietas exñs in ſuba, nedum vt ſint infinita. Et hoc intendebat, cum dixit et ſuba eſt vnum genus, ſed tacuit concluſionem, et eſt, ꝙ cõtrarietas exñs in ea eſt vna, et eſt principium aliorꝫ entiũ.

D. d. Et, quia impoſſe eſt, etc. dicit et ẽt, ſi conceſſerimus dicẽtibus principia eſſe ĩfinita hoc eſſe poſſibile, & ꝙ gñatio poſſit etiam fieri ex eiſdẽ, tunc dicens hoc poſſet concedere ꝙ gñatio poſſet fieri etiã ex pncipijs finitis. et, cum hęc duo ſint poſſibilia melius eſt, vt ſint ex finitis, vt dicit Empedo. q̃ ex infinitis, vt dicit Anaxag. qm̃ dicens principia finita eſſe, poteſt complere cãs oĩum apparentiũ, ſicut põt complere dicẽs ea eſſe infinita, vt accidit Empedocli cũ Anaxag. Et, cũ conceſſerimus ꝙ natura põt facere ex principijs finitis illud, qd facit ex infinitis, melius eſt, & rectius, vt faciat hoc ex finitis: & ſi nõ, tũc natura aget ocioſè. q. n. põt ſaluare modica actione, ille agit actiõe artificiali: ſi aũt laborauerit in actione maiori, ocioſè faciet, et ſupflue. & ita eſt de natura, ſicut de arte. D. d. et ẽt contrariorum, &c. i. & ẽt non põt aliqs dicere ꝙ oĩa contraria ſint pncipia, nedum vt ſint ĩfinita. contrariorꝫ. n. quędam ſunt priora qbuſdam, & quędã gñantur ex qbuſdam, vt ſapores ex amaro & dulci, & colores ex albo & nigro: pricipia aũt ſunt illa cõtraria, q̃ non gñantur ex alijs, neq; tranſmutantẽ vr̃: pncipia. n. debẽt eſſe pmanẽtia nõ tranſmutabilia, neq; generabilia ex alijs.

Vide cõmẽ. 8. phy. cõm. 48. & ſcdo cœ. & cõ. 35. Qui põt ſaluare modica actione, ille aget actione artificiali. ſi autem laborauerit actione maiori, ocioſe faciet, & ſupflue, & ita ẽ de natura, ſicut de arte. ex quo patet q. nihil ẽ ſupfluũ in natura, nec in arte.

Quod igitur neq; vnum, neq; infinita ſint manifeſtum eſt ex his. Quoniam autem finita, non facere duo tm̃ habet quandã rationẽ. Dubitabit. n. aliquis, quãr denſitas raritatẽ facere apta nata ſit, aut hæc denſitatem, ſilr autem & alia quæcũq; contrarietas. nõ enim amicitia litem congregat, & facit aliqd ex ipſa, neq; lis ex illa, ſed vtraq; alterũ qddam tertiũ. Quidã aũt & plura recipiunt, ex quibus conficiunt eorum, quæ ſunt, naturã.

Idẽ infra cõ. 56. &. 2. de aĩa. 45. Idẽ 2. phy. 78. et 79.

Declaratum eſt igitur ex iſtis ſermonib9, ꝙ principia non ſunt vnum, neq; infinita. Et quia ſunt finita, tunc in hoc ſermone, dicente ꝙ ſola duo non agunt, eſt locus dicendi. Hõ. n. ambigit, et neſcit quomodo denſitas agit raritatem, aut raritas denſitatẽ, et ſilr in alijs contrarijs. impoſſe. n. eſt vt amicitia ducat ſecum litẽ, & faciat ex ea aliqd, neq; lis facit ex amicitia, ſed oẽs faciunt aliud tertiũ. Videmus. n. quoſdã, qui acceperunt aliqua plura vno, et poſuerũt ex eis naturã entium.

Cùm declarauit ꝙ principia ſunt finita, incœpit pſcrutari, vtrum ſint plura duobus, & dixit Et quia ſunt finita, &c. i. & quia apparet ꝙ principia ſunt finita, & ꝙ non ſunt pauciora duobus, ideo ĩ ſermone dicente ꝙ duo non ſufficiunt in hoc, ꝙ alterũ patiatur à reliquo, eſt locus rõnis: contrarium. n. non recipit ſuũ contrarium, ſ. non alteratur in eius forma: qm̃ † { calm non recipit ex frigido calidũ ſibi ſimile: } frigus. n. ſm ꝙ eſt frigus, non recipit caliditatem, neq; alteratẽ in eã, &, cum ſit impoſſibile vt calidũ faciat ex frigore calidum ſibi ſimile, ĩpoſſibile eſt vt ex eo faciat illud vniuerſaliter. et ſimilr denſitas nihil facit ex raritate, neq; amicitia ex lite ſm Empedoclẽ, ſed vnũquodq; contrarium agit in tertium, et ex tertio. Et, cũ declarauit ꝙ contraria non ſufficiunt ĩ hoc ꝙ ſint principia, quia alterum nihil facit ex reliquo, dixit Videmus. n. quoſdam, &c. i. & ideo videmus quoſdã ponere aliq̃ principia plura vno, ex qbus componitẽ natura vniuſcuiuſq; entis entium tranſmutabiliũ, & ꝙ corpus demr̃atum eſt cõpoſitum, non ſimplex. Et dicit hoc, qm̃, ſi principia eſſent contraria tm̃, tunc gñatum eſſet ſimplex nõ cõpoſitũ. & dixit hoc, qa eſt ex materia, & forma. Alteratio igitẽ contrariorꝫ inuicem coegit oẽs credere ꝙ oĩa corpora ſunt cõpoſita, nõ ſimplicia, & ꝙ ĩ eis ſunt aliqua plura vno, & maximè prima corpora, ſ. quatuor elementa: iſta. n. principia, de quibus perſcrutatẽ, ſunt cõmunia ſimplicibus, & compoſitis corporibus.

51

Cõtrariũ nõ recipit ſuum contrarium. Idẽ ĩfra cõ. 54. &. 57. Idem. ſupra. cõ. xlij. Idẽ. 8. phyſi. cõ. 4. xij. meta. cõ. 55. &. 5. phyſi. 14. & 1. cœ. c. 106. † 2. i. frigidũ non recipit ex calo calidum.

Alteratio cõtrariorũ inuicem coegit oẽs credere ꝙ oĩa corpa ſit cõpoſita. Idẽ infra cõ. 83. ex hoc ſumit ꝙ tranſmutatio fecit cognoſcere materiam. Idem. 1. cœ. xx. meta. c. 4. phy. 14. 8. met. cõm. xij. &c.

Ad hęc autem adhuc & hoc aliqs dubitauerit, niſi qs aliã ſuppoſuerit contrarijs naturã. Nullius. n. videmus eorum, quæ ſunt, ſubſtantiã, contraria. principium autem nõ de ſubiecto oportet dici aliquo: erit. n. principium principij. ſubiectum. n. principium, & prius videẽ eſſe prædicato. Amplius non eſſe dicimus ſubam contrariã ſubæ. Qũo igitur ex nõ ſubſtantijs ſuba vtiq; erit? aut quomodo prius non ſubſtantia q̃ ſubſtãtia erit?

Subiectum pncipiũ ẽ, et prius vr̃ eſſe pdicato, etc.

Et, cum hoc etiam ambigit homo in hoc, narrabo, ſi non poſuerit cõtrariorum aliam naturã. Non. n. videmus contrariã eſſe ſubſtantiã alicuius rei. & principium non oportet vt dicatur in ſubiecto aliquo: debet. n. eẽ principium principij. ſubiectum. n. eſt aliqd

principium,

principium, & exiſtimat̃ ꝙ eſt prius ꝑdicato de illo. Et etiam non dicimus ꝙ ſubſtãtia eſt contraria ſubſtãtię. Quomodo igitur poteſt eſſe ſubſtantia ex non ſubſtantia? & quõ poteſt eſſe non ſubſtantia prior ſubſtantia?

20 Et declarabitur q in definitionibus naturalibus apparet materia ex hoc, qm̃ quod de mathematicis eſt, ppinquius ſcientiæ naturali magis pertinet ad materiã, & magis apparet materia in definitionibus eius: licet minus appareat q̃ in ſcientia Naturali: vt in ſcientia de Aſpectibus, et Muſica, et Aſtrologia. Et dixit quodã modo. quoniam illa, quæ ſunt in hoc in cõuerſa diſpoſitione Geometriæ ſimpliciter ſunt definitiones ſcientiæ naturalis. Geometria enim conſyderat de magnitudinibus abſtractis à materia, Naturalis vero conſyderat de eis ſm q ſunt in materia, Aſpectiuus autem conſyderat de lineis in diſpoſitione media inter illas duas conſyderationes: non enim conſyderat de linea ſm q eſt linea ſimpliciter vt Geometer: neq; ſm q eſt linea ignea, aut aerea vt Naturalis: ſed ſm q viſualis: iſtud enim eſſe eſt quaſi medium inter naturale, et mathematicum. & ſimiliter Muſicus conſyderat de proportionibus numerabilibus, nõ ſm q ſunt proportiones numerabiles, ſed ſm q ſunt ſonorum ſenſibilium. Et ideo, cùm dixit Aſpectiuus autem conſyderat de linea mathematica non ſm q eſt mathematica, ſed ſm q eſt naturalis, non debes intelligere q conſyderatio eius eſt conſyderatio naturalis, ſed intendebat q conſyderatio eius eſt ppinquior cõſyderationi naturali.

Geometria cōſyderat ſ magnitudinib[9] abſtractis a materia, Naturalis vero vt ſunt i materia. Idē 6. met. t. c. 2. Idē. 1. phyſi. cō. 60. & 4. phy. 72. Idē primo de aĩa 16. & 17. Idē ſup̃ l hoc. 2. cō. 18. Idē. 3. phy. 71. et. 1. cœli. c. 5. & 6.

Caput Tertium probans Naturalem non conſyderare formam ſine materia.

CVm autem natura duplex ſit, & forma & materia, vt ſi de ſimitate quid ſit conſyderemus, ſic contemplandum eſt. quare neq; ſine materia, neque ſm materiam quæ huiuſmodi ſunt. Etenim iam & de hoc dupliciter dubitabit quis, cum duæ naturę ſint, de vtra ẽ Phyſici, an de eo, qd̃ eſt ex vtriſq;. ſed, ſi de eo, quod eſt ex vtriſq;, & de vtraq;.

Et, cùm natura dicitur duobus modis, ſcilicet de forma, & de materia, oportet nos ponere conſyderationem de illa, ſicut de ſimo quid ſit, ſi pſcrutaremur de eo, & non ponamus conſyderationem de rebus naturalibus ſine materia, neq; de materia ſm materiam tm̃. Hõ enim dubitat in hoc ẽt, et dicit, cùm naturæ ſint duæ, de qbus oportet Naturalẽ pſcrutari, & cùm neceſſe eſt ipſum perſcrutari de compoſito ex eis, ſed, ſi neceſſe eſt ei ipſum perſcrutari de compoſito, ergo neceſſe eſt ipſum perſcrutari de vtroq;. vtrum igitur ſcientia vtriuſq; eſt eadem, aut ſcientia vtriuſq; eſt ſeparata ab alia.

Et, cùm

21 Et, cũ natura dicať, de ſorma, & materia: & forma nõ ĩuenií niſi in materia: oportet Naturalẽ cõſyderare de forma, ſicut de ſimo, ſ. ſm ꝙ eſt in materia, & hoc eſt ita, quia ex fundamẽtis, quę ponit Naturalis eſt, ꝙ plu res formæ naturales ſunt in materia: & hoc manifeſtũ eſt per ſe. de forma aũt Naturali, in qua hoc nõ eſt manifeſtũ per ſe, iſta ſcia ꝑſcrutať vtrũ ſit in materia vel nõ. & in hoc nõ eſt dubiũ niſi de aĩa tm̃. Et, cùm declarauit ꝙ oportet Naturalẽ cõſyderare de forma, ſm ꝙ eſt in materia, icœpit declarare ꝙ hoc neceſſe ẽ in oĩb⁹ rebus naturalibus: ſiue forma fuerit ſubſtantia, ſiue accidens. & dixit & non ponamus conſyderationem de rebus naturalib⁹ ſine materia. D. d. neq; de materia. ſ. tm̃: ſicut fecerunt Naturales, cùm conſyderauerunt de illa, ſm ꝙ eſt vnum entium: ſed debemus cõſyderare de illa, ſm ꝙ eſt materia formæ. conſyderatio enim de materia in reſpectu formæ eſt conſyderatio naturalis: & conſyderatio de illa, ſm ꝙ eſt vnum entium, eſt conſyderatio primi Philoſophi. Et, cùm narrauit ꝙ oportet Naturalẽ cõſyderare de forma, ſm ꝙ eſt ĩ materia, nõ ſm ꝙ eſt tm̃, ſicut exiſtimauerunt quidam Antiqui, et cõſyderare de materia, ſm ꝙ eſt ſubiectũ formæ, nõ ens per ſe, incœpit inducere q̃ones accidẽtes in hoc, & dixit Homo enim dubitat, et c. i. et hoc, quod diximus de conſyderatione naturali de forma, & materia, quia natura dicitur de vtroq;, quærendum eſt de eo ab aliquo. qm̃, ſi natura dicatur duobus modis, de qua igiť oportet Naturalem ꝑſcrutari? vtrum de forma, aut de materia: ſi oportet ipſm ꝑſcrutari de altera earum tm̃? aut nõ oportet ipſum perſcrutari de altera illarum, ſed de compoſito ex eis. ſed, ſi fuerit conceſſum ꝙ neceſſe eſt ei perſcrutari de compoſito, neceſſe erit ei ꝑſcrutari de vtroq;. ſed, ſi poſitum fuerit ꝙ neceſſe eſt ei ꝑſcrutari de vtroq;, non de altero, accidet quæſtio, ſ. vtrum ſcientia vtriuſq; ſit eadem, aut diuerſa. Et dixit hoc, quia exiſtimatur ꝙ de rebus diuerſis conſyderant ſciẽtiæ diuerſæ. Deinde incœpit demonſtrare illa, quæ faciunt dubitare in eis, & perſcrutari q̃uo eſt vnius ſcientiæ conſyderare de materia, & forma, & quãta eſt conſyderatio iſtius ſcientiæ de vtroq;.

Ex fundamẽtis, quæ põit nãlis ẽ ꝙ plures forę nãles ſunt ĩ materijs. Idẽ. 1. phy. t. c. xj.

Cõſyderatio d̃ mã ĩ reſpectu forę ẽ cõſyderatio nãlis: & cõſyderatio de illa vt ẽ vnum entiũ ẽ cõſyderatio primi Philoſophi. Idem. 7. met. cõ. 9. et 59. & 2. meta. cõ. vltio. vide cõſilẽ 4. met. cõ. 15. & c. 18. 4. meta. c. 1. & 6. meta. c. 1. 8. met. c. 4. Idẽ 12. meta. 1. 5. & 6. tũ. vdẽ ſup ĩ hoc. 2. com. 4.

Vtrum igitur eiuſdem, aut alterius vtrãq; cognoſcere? Ad Antiquos enim aſpicienti videbitur utiq; eſſe materię. ad exiguã enim partem quãdam Empedocles, et Democritus formã, & quod quid erat eſſe tetigerũt. ſi autem ars imitatur naturam: eiuſdem autem eſt ſcientiæ cognoſcere formã, & materiam vſq; ad aliquid vt Medici ſanitatem, & choleram, & phlegma, in quibus eſt ſanitas: ſimiliter autem & Aedificatoris formã domus, & materiam, lateres ſcilicet, & ligna: ſimiliter autem & in alijs: & Phyſicę vtiq; erit cognoſcere vtraſq; naturas.

Eiuſdẽ ſciæ eſt cõſyderare formã, & materiã vſq; ad aliquid.

Quoniam, ſi tu poſueris tuam conſyderationem ſm ꝙ Antiqui fecerũt, videbis ꝙ ꝑſcrutatio eſt de materia. Empedocles enim, & Democritus incœperunt de forma, & q̃ditate modicum. &, ſi ars ſequitur naturam: & ſcire formã, & materiã vſq; ad aliquem locũ eſt vnius ſciẽtię. v. g. qm̃ Medicus habet ſcire ſanitatẽ, & colerã, & phlegma: & ſimiľr Aedificator habet ſcire quiditatẽ domus, & materiã eius, quæ eſt lateres, & ligna; & ſiľr de alijs artificijs: neceſſe eſt vt ſcientia naturalis notificet has duas naturas.

22 Et, cũ homo cõſyderauit in hoc ex teſtimonio Antiquorum, & fuerit ſuſtentatus in modo conſyderationis eorum de entibus, neceſſe eſt vt maxima cõſyderatio iſtius ſciæ ſit de materia. maxime enim eorum, de quibus Antiqui reddiderunt cauſas de rebus naturalibus, ſm materiã ſunt. Empedocles vero, & Democritus inter eos reddiderunt cauſas quarũdam rerum ſm formam in paucis rebus: nõ enim ꝑceperunt formã vltimã. & iõ dixit incœperunt de forma. i. dederunt cauſas rerum ſm formã. cum aũt hõ cõſyderauerit in hoc ſm ꝙ vna ars conſyderat de forma, & cõſyderat de iſtis vſq; ad aliquem terminum: & ars aſſimilatur naturæ in hoc: & conſyderatio naturalis debet conuenire actioni naturæ, adeo, ꝙ illud, quod eſt notum apud ipſum, ſit illud, quod eſt notum apud naturã, quæ eſt artifex rerum naturalium: manifeſtum eſt ꝙ vnius ſcientiæ eſt ſcire has duas naturas. D. d. & ſcire formam, & materiã, & c. i. & ſciẽtia de forma, & de materia eſt in eadem arte: ſed eadem ars non peruenit ad vltimam materiam, ſed ad aliquem locum terminatum, & eſt propria formæ, ſ. ꝑpinqua ei. v. g. qm̃ ſcientia medicinæ ſcit ſanitatem, & peruenit de ſcientia materiæ ſanitatis ad materiã propinquam ſanitati, & eſt cholera, & phlegma: & ſimiliter ædificator ſcit domũ, et ſcit materiam ꝑpinquã illi. D. d. oportet igitur Naturalem, & c. ſ. non debes ĩtelligere ꝙ debet ſcire formã ſimpliciter, et materiã ad aliquẽ terminum: ſicut accidit hoc in aliquibus artificijs alijs: qm̃ hoc accidit artificijs, quia ſunt rerum particularium. ſi aũt eſt hic aliqua ars cõis oĩbus artificijs, neceſſe eſt ut iſta ars ꝑueniat ad vltima ſubiecta earũ: quẽadmodum, ſi eſt hic ſcientia naturalis cõis oĩbus naturalibus, neceſſe eſt ipſam ꝑuenire ad ſubiectũ vltimũ entium naturalium, & formam earum vltimam. Auicẽna aũt dicit ꝙ Naturalis nõ loquitur niſi de materia ꝑpinqua unicuiq; enti: de prima aũt nõ cõſyderat niſi primumus Philoſophus. Et peccauit. cum. n. audiuit in Poſterioribus ꝙ nullus artifex demõſtrat cauſas ſui ſubiecti, de quo cõſyderat: qm̃, ſi demõſtraret eas per res priores illis cauſis, tunc erit de genere ſupiori: quare illa declaratio erit de alia arte ſuperiori, quæ conſyderat de genere continente ſubiectum illius artis: &, cũ hoc audiuit, exiſtimauit hoc eſſe impoſſibile in tribus modis demonſtrationũ, ſ. in [a] demõſtratione ſimpľr, & demonſtratione q̃a, & demõſtratione ꝑꝑ quid. Et nõ eſt ita. hoc enĩ non eſt impoſſe, niſi in demonſtratione ſimpľr, & demonſtratione ꝑꝑ q̃d. in demõſtratione aũt q̃a, nõ eſt impoſſe: ſicut fecit Ariſto. ĩn demonſtratione primæ materiæ, & primi motoris in hoc libro: quæ, ſi fuerit de accidẽtibus ꝓprijs entis, erit demõſtratio Naturalis: &, ſi fuerit de accñtibus ꝓprijs entis ſimpliciter, erit demonſtratio Metaphyſica. & vr̃ ꝙ p̊ª [b] Materia nõ põt declarari eſſe, ꝓprie niſi ꝑ ſignũ naturale: primus aũt Motor impoſſe eſt vt declareť eẽ niſi ꝑ ſignũ naturale. Via aũt, qua ꝓceſſit Auicẽ. in probando primũ p̊ᵐ, eſt via loquentium: et ſermo eius ſemper inueniť quaſi medius inter Peripateticos, & Loquentes. Cum autem cauſæ ſubiecti artis habuerint cauſas priores, tunc demonſtratio illarum cauſarum erit per demonſtrationem ſimpľr in arte cõtinente illam artẽ: & erit etiam per ſigna in illa arte: et hoc totum erit, qñ cauſæ ſubiecti artis latuerint.

Digreſſio cõtra Auicen.

a Cõe ſubiecti ĩ ſcia illi⁹ ſubiecti, ſi latuerint, poteruni demrari demõſtratione ſigni, non ãt demõſtratione ſimpľr, neque dmõſtratiõe ꝑꝑ q̃d. Idẽ. 12. met. cõ. 5. & infra hic cõm. 26.

b Prima mã nõ põt declarari eẽ ꝓpie, niſi ꝑ ſignum nãle. primus ãt motor impoſſe ẽ vt declareť niſi ꝑ ſignum nãle. conſimile 1. phyſico. cõ. vltimo. & 8. phy. cõ. 5. & 12. meta. cõ. 5.

Inſuper eiuſdem eſt id cuius gratia, & finem, & quæcunq; ſunt horum gratia. natura autem finis eſt, & id, cuius cauſa. quorũ. n. continuo motu exñte, eſt aliquis finis ipſius

motus, hic vltimū eſt, & id, cuius cauſa. quocirca et Poeta deriſorie adductus ē vt diceret. Habet finem, cuius quidem cauſa factus eſt. uult enim non omne vltimum eſſe finē, ſed optimum.

Defende Homerū ex 7. t. 21. 5. meta. Finis hēt rōnē optimi. vide ſtra. t. cō. 51. & 2. met. t. cō. 8. & 5. meta. t. c. 5.

Et etiam illud, ꝓpter quod eſt illud, quod eſt, & finis intenta, et quod eſt cauſa iſtius, ē vnius ſcientiæ. natura aūt eſt finis, et ꝓpter quid eſt quod eſt. quod. n. de rebus hn̄tibus motū cōtinuū hēt aliquē finē, ille finis eſt vltimū eius, & ꝓp quod eſt. & ideo ſermo Verificatoris, cū dixit ipſum ire ad mortē, & eſt illud, ꝓpter quod fuit, eſt deriſibilis. nō enim oē vltimum eſt finis, ſed vltimū nobilius.

23 Hæc eſt alia rōcinatio, qua declarat ꝙ Naturalis cōſyſidera de natura, quæ eſt forma, & de materia ſimul. & compoſitio iſtius ſermonis eſt ex duabus propoſitionibus, quarum vna eſt, ꝙ omne, ꝓp quid eſt aliquid cum illo, eſt vnius ſcientię: ſecūda aūt ꝙ natura, quę eſt forma, eſt illud, propter quod ſunt aliæ res, quę ſunt ſubiecta illi: & concludit ex hoc ꝙ ſcire naturā, & res ſubiectas naturæ eſt vnius ſcientiæ: ſed tacuit concluſionem, quia eſt manifeſta. D. d. quod enī de rebus, &c. hæc eſt propoſitio maior alterius ſyllogiſmi, quo declarat maiorem propoſiuonem, dicētem ꝙ natura eſt finis. & componitnr ſic. Natura eſt illud, apud quod ceſſant motus rerum generatarum, & vltimum ſuorum motuum cōtinuorū: & omne ex rebus habentibus motum cōtinuum, & habētibus finem, finis eſt vltimum illius motus: ergo natura eſt finis in generatione. Sed eſt ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura. & Ariſt. vtitur hoc, qn̄ maior ꝓpoſitio cōuertitur vlr, & qn̄ hoc eſt manifeſtum per ſe: qm̄ tunc cōpoſitio erit quaſi in prima figura. Et ideo notificauit qn̄ conuertitur iſta ꝓpoſitio, & qn̄ non, ſ. ꝙ oē, quod eſt vltimum motuū cōtinuorum eſt finis, & dixit & ideo ſermo Verificatoris, &c. i. & non cōuertitur ita, ꝙ oē, quod eſt vltimum motuum ſit finis: niſi dicamus vltimum nobile, nō vltimū proueniens ex neceſſitate materię, vt mors. et, cum Verificator exiſtimauit hoc cōuerti, ſ. ꝙ omne, quod eſt vltimū, eſt finis, ideo ſermo eius fuit deriſibilis. quod igitur conuertitur eſt ꝙ omne vltimū nobilius priori eſt finis: & vltimū, quod eſt in motu generationis rerum eſt nobilius prioribus: ergo eſt fiois. Et ſyllogiſmus componitur ſic in prima figura. Natura eſt vltimum motuum generationis, ſ. eſt oobilius præcedentibus: & oē, quod eſt tale eſt finis: ergo natura eſt finis. & mors, quæ eſt vltimum, diſtinguiẗ ab vltio, quod eſt finis in hoc: qm̄ vltimū, qđ eſt finis, eſt p̊ª gēs, ad quā veoiūt generata: mors āt eſt poſt illud vltimū, quod ē fiois: ergo primū vltimū, ad quod peruenit motus generationis, eſt fiois.

Ariſto. qn̄ꝗ arguit ex duabus affirmatiuis ī ſecūda figura, qn̄ maior ꝓpō conuertitur vlr. Idē. 4. phy. cō. 35. & 42 Idē. 2. coeli. com. 21.

Quoniam & faciunt artes materiam, aliæ quidem ſimpliciter, aliæ vero operi accōmodam. et vtimur, tāquam propter nos, omnibus, quę ſunt. ſumus enim quodammodo et nos finis. dupliciter enim eſt id, cuius cauſa. dictum eſt aūt in ijs, qui de Philoſophia.

Nos ſumus ꝗdāmodo finis omnium.

Et ēt artes faciunt materiā, quędā ſimplr, et quędā ſm ꝑparationem, vt ſit apta in operatione. nos autem vtimur illis, ſm ꝙ omnes ſunt propter nos, nos enim ipſi etiam ſumus finis quodammodo. illud enim, quod eſt ꝓpter quid, dr̄ duobus modis. et hoc dictum eſt in noſtris ſermonibus de Philoſophia.

Hæc eſt ratiocinatio, qua declarat ꝙ oportet naturalem cōſyderare de materia, & intendit ꝙ artes operatiuę hn̄t ſolicitudinē circa materiā, quædā, quia faciunt illam, ſicut faciūt formam, vt ars Ædificatoria: qm̄, ſicut facit domum, quæ eſt forma, ita facit lateres, quæ ſunt materia domus. quędā aūt, quia ꝑparant materiā ad recipiendū formā, vt ars Nauficatiua: qm̄ cū hoc ꝙ facit formā nauis, ꝑparat ligna ad recipiēdā formā nauis. et, qa ſcīa in ente naturali ē ſilis opationi in rebus artificialib⁹, neceſſe ē, ſi opatio artiū pēdet de materia, aut ſm ꝙ faciunt illā, aut ſm ꝙ ꝑparāt illā, vt cōſyderatio ſciæ naturalis pēdeat de materia cum hoc, ꝙ cōſyderat de forma. ſed tacuit cōſequens, qa intelligiẗ ex hoc, quod dixit Et ēt artes, &c. i. & qa oēs artes faciunt materiam, aut ſimpliciter, aut ſm ꝑparatiooē, neceſſe eſt vt Naturalis cōſyderet de materia. ſcīa. n. hæc eſt ſilis opationi illi. D. d. nos autē vtimur, &c. i. & ideo, quia oos ſumus finis oīum rerū factarū ab artibus quodāmo, iō vtimur omnibus. Et intendebat ꝙ fiois dr̄ duobus modis, aut ſicut dicimus, ꝙ forma eſt finis materiæ, & illud, ad quod ꝑuenit res, eſt finis rei, aut ſicut dicimus, ꝙ illud, cui⁹ eſt res, eſt finis rei: & ſm hoc dicimus, ꝙ homo eſt finis rerum creatarū propter ipſum. Et, cum ootificauit ꝙ illud, quod eſt ante finē ſm primū modum, eſt notū cum fine, declarauit ꝙ ita eſt in ſecundo modo, & ꝙ eadem eſt cauſa in hoc.

Pro hoc vide cōmē. 37. 2. de aīa.

Duę igiẗ * ſunt artes, quæ dominanẗ ipſi materię, et quę ſunt cognoſcētes, ea, quę vtitur, et Factiua, quę Architectonica eſt. quapropter et quæ vtiẗ Architectonica quodāmodo eſt. differt autem, quatenus hęc qdē, q̄ formā cognoſcit, Architectonica ē, alia autē vt effectrix materię. gubernator. n. qualis ſit forma aliqua temonis cognoſcit, et pręcipit, alius āt ex quo ligno, et qbus ex motibus ē. In ijs igiẗ, quæ ſunt ſm artē, nos facimus materiam propter opus, ſed in Phyſicis eſt.

* a. l. duę ſt. Vide contr. Zim.

Et artes cōtinētes materiā, et cognoſcētes illā ſunt duę: et de arte opationis eſt Geometria operatiua: et iō ars opatiua attribuitur ēt quodāmodo Geometrię opatiuę. ſed tn̄ differunt: illa. n. attribuiẗ Geometrię opatiuæ, ſm ꝙ cognoſcit formā, iſta aūt ſm ꝙ ſcit materiam. gubernator enim ſcit formam remi, qūo debet eē, et ꝑcipit fieri hmōi, et iſta alia ſcit de qbus lignis, et qbus motibus ꝑficitur. Quod aūt fit ꝑ artem, nos facimus materiā in illa propter illud, quod intendimus, in rebus autem Naturalibus eſt exiſtens.

25 Artes operatiuæ ſunt duobus modis, aut facientes artificium, aut vtētes illo. & ſunt principales, ſ. quia ꝑcipiunt eis, quæ ſuot ſub eis operari. &, cum ars, quæ eſt ſub eis, perficit operatiooem, tunc principalis vtiẗ eo, quod fecit. Et, qa pōt aliquis dicere ꝙ iſtę artes nō ſciūt materiam, incœpit declarare ꝙ iſtæ etiam ſciunt materiam: & iſtā vocat Geometriam opatiuam: et dixit Et artes cōtinētes, et c. i. cognoſcētes materiā, nō facientes eam, ſunt duæ, vna aūt eſt, quæ vtiẗ, q̄ nō facit formam

Artes opatiuæ ſunt duobus modis. Idē. 1. Ethicorum cap. 1.

formam, neq; materiã, ſed ꝓcipit illi, quæ eſt ſub operari: et iſta dr̃ Geometria opationum ſimplr̃, & principalis ſimplr̃. Secunda vero eſt quodãmodo vtens. i. ꝓcipit, & quodãmodo facit. & hoc intẽdebat, cum dixit & de arte opatiua eſt Geometria opatiua. &. q. d. & de arte operatiua eſt ars, quæ vtitur. i. ꝓcipit. D. d. & ideo ars, quæ vtit̃, &c. & ſi ſit operans, tñ attribuit̃ Geometriæ operationũ ſm̃ ꝙ vtitur, non ſm̃ ꝙ facit.

Et, quia vtraq; ars eſt Geometria operationũ, incœpit facere dr̃ias inter illas, & dixit ſed differunt, &c. ſ. ſed hæ duæ artes differũt, qm̃ prima principalis nouit formã, & ꝓcipit iuxta illam, & ſilr̃ materiã: alia aũt nouit materiam, & præcipit circa illam tm̃, formam autẽ facit. Deinde induxit exemplũ de duabus artibus, & dixit gubernator enim, &c. i. & ars, quæ vtitur ſimpliciter, quæ ſcit vtrunq;, eſt ſicut ars gubernandi nauẽ: ſcit enim formã remi, quæ debet eſſe, & ꝓcipit ipm̃ fieri ſm̃ illã formã. iſta aũt alia ars, quę vtit̃ quodãmodo, & facit alio modo, eſt ſicut ars faciendi naues: iſta. n. facit formã, & ſcit materiã. ſcit. n. ex qbus lignis erit melior forma nauis, & qũo debent abſcindi, & ꝓcipit arti, quæ eſt ſub ea facere hoc, quæ non vtitur omnino.

Documẽtũ.

Et intẽdebat per totum hoc declarare ꝙ materia eſt nota in oĩbus artibus principalibus, & nõ principalibus, cum artes ſint tribus modis, aut operans ſimplr̃, aut vtens ſimpliciter, aut vtens quodãmodo, & operans alio modo, & oẽs ſciunt materiã. D. d. in hoc ãt, quod fit ꝑ artem, &c. i. & nõ eſt dr̃ia in hoc inter artem, & naturã, ſed ars, ſicut facit formã, facit materiã: natura aũt facit formã, non materiã, cũ ſit exiſtens, qa eſt æterna. & ſilr̃ inueniĩ in quibuſdam artibus, ſ. quarum materia eſt naturalis, qm̃ ars non facit illam.

Materia eorũ ẽ, quæ ad aliquid.

Amplius, eorũ, quæ ad aliqd, materia eſt. ad aliã. n. formã alia materia. Quouſq; ergo Phyſicũ oportet cognoſcere formã, & ipm̃ quid eſt? An quẽadmodũ Medicũ neruum, aut Fabrũ æs, vſq; ad aliquid: alicuius enim gratia vnũquodq;. & circa ea, quæ ſunt, ſeparabilia qdem forma, in materia autem: * hõ enim hominẽ generat, & ſol. quomodo autẽ ſe habeat hæc ſeparabilis, & quid ſit, Philoſophiæ primæ eſt officium determinare.

*2. l. hõ gdẽ. Sol, et hõ generãt hoies.

Et ẽt materia eſt de caplo relationis. diuerſa. n. in forma diuerſant̃ in materia. Vſquequo igit̃ oportet Naturalẽ ꝑuenire in ſciẽtia formę & qditatis? dicamus, qm̃ quẽadmodũ Medicus ꝑuenit in ſciẽtia neruorũ, et Opãs cuprũ in ſciẽtia cupri ꝑuenit ad illud, ꝑꝑ qđ ẽ vtrũq;, ſilr̃ eſt de iſtis ẽt. oportet. n. ipm̃ ſcire eam eſſe formã abſtractam: ſed eſſe eius eſt in materia: homo enim generat̃ ab homine, & ſole. diſpoſitio autẽ in abſtracto quæ ſit, & quid ſit, eſt primæ Philoſophiæ.

26 Intendit ẽt declarare ꝙ oportet Naturalẽ cõſyderare de forma, qa cõſyderat de materia. qm̃ materia eſt de genere relationis: dr̃. n. in reſpectu formæ. & ſilr̃ vr̃ eſſe de forma, oportet igit̃ cõſyderãtẽ de materia cõſyderare de forma, & cõſyderãtẽ de forma conſyderare de materia. & ẽt materia eſt ꝑꝑ formã: et oportet cõſyderantẽ de aliquo cõſyderare de illo, ꝑꝑ qđ eſt. Et dixit diuerſa. n. in forma diuerſant̃ in materia. Hæc ẽ rõcinatio, qua declarat ꝙ materia dr̃ in reſpectu formæ, & q. d. et iõ diuerſat̃ materia ꝑ diuerſitatẽ formarum, adeo ꝙ materia aĩaliũ eſt alia à materia vegetabilium, et materia hoĩs eſt alia à materia aliarũ ſpecierũ. Et, cũ declarauit ꝙ naturalis cõſyderat de forma per ſe, & de materia ꝑꝑ formã, incœpit q̃rere quſq; debet cõſyderare de forma. & dixit Quouſq; igit̃, &c. i. ad quẽ igit̃ ordinẽ oportet Naturalẽ ꝑuenire in ſcĩa formarũ, & nõ ꝑtrãſire illũ. ſ. in ſcĩa qditatis, nõ in ſcĩa eius, quod ẽ eẽ: ſed ſunt hic multi ordines formarũ, ſ. abſtractę à materia, & nõ abſtractæ. D. d. dicamus igit̃, qm̃ quẽadmodũ Medicus, &c. i. & eſt manifeſtũ, qm̃ quẽadmodũ Medicus oportet ipm̃ ꝑuenire de cognitiõe formarũ exiſtentiũ in ſuo ſubiecto, de quo cõſyderat, vt neruis, & carne, ad cognitionem quiditatis vltimarũ formarum exiſtẽtiũ in ſua materia non ſeparabiliũ ab ea, ſilr̃ oportet Naturalẽ ꝑuenire in cõſyderatione de formis ad vltimã formã, ꝑꝑ quã fuit materia. v. g. ad formã hoĩs. D. d. oportet. n. ipm̃ ſcire, &c. i. oportet Naturalẽ ꝑuenire ꝑ ſuã cõſyderationẽ ad formã abſtractã, ſ. vltimã, ſi eſſe eius eſt in materia, anteq̃ ꝑueniat apud cõſyderationẽ de forma hoĩs: ſed hõ generat̃ ab hoĩe, & à ſole, & vtrũq; eſt forma in materia. Et dixit hic quaſi cõtradicẽdo dicẽtibus formas ſeparari, & inuendo ꝙ formæ naturales ſunt in materia. D. d. diſpoſitio aũt in abſtracto, &c. i. cõſyderatio aũt de diſpõnibus formarũ abſtractarũ, ſm̃ ꝙ ſunt abſtractæ, & de qditatibus earũ, eſt ꝓprie Primę Philoſophiæ, nõ ſciẽtię Naturalis. Et notandũ ꝙ cõſyderatio in eſſe iſtarum formarũ eſt in ſcĩa Naturali, nõ in p̃a Philoſophia: ſicut exiſtimat Aui. qm̃ in hac ſcĩa apparet iſtud genus formarũ eẽ, deĩde p̃a Philoſophia cõſyderat de qditatib9, & diſpõnibus earũ. & hoc ẽ rectũ. impoſſe. n. eſt aliquã ſcĩam vlem, & particularẽ declarare ſubiectũ eẽ, ſiue ꝑ ſignũ, ſiue per demõſtrationẽ: quod nõ eſt itam cauſis ſui ſubiecti: qm̃ declarat eas per ſignum, non per demonſtrationem ſimplr̃. ſcientia igit̃ Naturalis cõſyderat de eſſe formarũ, quouſq; perueniat ad ultimam formarũ materialiũ, & primam abſtractarum, aut ad formas formarũ, quæ ſunt mediæ in eſſe inter illas: ſicut exiſtimatur de forma hominis vltima.

Materia diuerſat̃ ꝑ diuerſitatẽ formarũ. Idẽ. 1. de aĩa cõ. 11. &. 2. de aĩa cõ. 60.

Documentũ Cõſyderatio ĩ eẽ iſtarũ formarũ abſtractarũ ẽ ĩ ſcĩa naturali, nõ ĩ p̃a Philoſophia. Idẽ. 1. phy. cõ. vltimo. et. 8. ph. c. 3. et. 12. meta. cõ. 5.

Forma hoĩs vltia eſt media ĩter abſtracta, et materialia. Oppoſitũ. vide. 2. meta: cõ. 19. vbi hr̃ nõ dari medrũ inter abſtractũ et materiale. vide con. Zim.

Summa Tertia, in qua agitur de Cauſis, & earum in plura membra diuiſione.

Caput Primum, in quo, quot, quę ue ſint cauſę determinatur.

Determinatis aũt his, cõſyderandũ eſt de cauſis, & quæ, & quot numero ſunt. Cũ. n. ſciendi gr̃a hoc negociũ ſit: ſcir̃ aũt nõ prius opinamur vnũquodq;, q̃ vtiq; cœperimus ꝑꝑ qd circa vnũquodq;, hoc aũt eſt accipere primã cauſam: manifeſtum ꝙ & nobis hoc faciendũ eſt & de generatione, & corruptiõe, & de omni phyſica mutatione: vt ſcientes ipſorum principia, reducere ad ipſa tentemus quæſitorum vnumquodq;.

His igit̃ determinatis cõſyderandũ eſt de cauſis, quę, et quot ſunt. Intẽtio. n. iſtius cõſyderationis, qa eſt ſciẽtia: & nos nõ credimus aliqd ſcire abſq; eo, ꝙ prius determinemus illa, ex quibus eſt, & hoc eſt ſcire ſuas cauſas primas: manifeſtum eſt ꝙ oportet nos etiã facere hoc in generatione, & corruptione,

& in omni trāſmutatione naturali: ita quòd, cum ſciuerimus principia eorū, quæremus reddere ad illa vnumquodq; eorum, de quibus erimus perſcrutati.

27 Et, cum determinauimus iſta, quæ debent pcedere hanc ſcientiam, oportet ēt perſcrutari de cauſis rerum naturalium, quæ ſunt, & quot. Et hoc eſt neceſſe, qm̄ intentio iſtius cōſyderationis de ſcīa rer̄ naturaliū, eſt ſcientia certificata perfecta: & nos non credimus ſcire aliquid perfecte, niſi cum ſciamus ipſum cum ſuis cauſis primis, donec perueniamus ad ſuas cauſas propinquas: & hoc erit, cum prius determinauimus numerū cauſarum quærendarum in illo genere, quæ ſunt, & quot ſunt: ergo manifeſtum eſt quòd ſimiliter debemus facere in hac conſyderatione naturali: ita quòd, cum prius ſciuerimus cauſas cōmunes omnibus reb⁹ naturalibus, & numerum earum, quæremus in vnoquoq; eorum, de quibus loquimur illas cauſas eſſe. Et cum dixit & hoc eſt determinare ſuas primas cauſas, intendit q̧ iſta ſcientia perfecta acquiritur ab aliquo, quando prius ſciuerit cauſas rei primas, donec perueniat ad cauſas eius propinquas.

Nos nō credim⁹ ſcire aliqd pfecte, niſi cū ſciam⁹ ipm̄ cū ſuis cāis primis, donec puenjam⁹ ad ſuas cās ppinquas. Idē. 1. phy. & cō. 1 & tex.

Cauſarū gña

Vno igitur modo cauſa dicitur, ex quo fit aliquid cum inſit: vt æs ſtatuæ, & argentum phialę, & horum genera. Alio aūt modo forma, et exemplum. hæc autem eſt ratio ipſius quod quid erat eſſe, et huius genera, vt ipſius diapaſon duo ad vnum, et omnino numerus, & partes, quæ in ratione.

Dicamus igitur q̧ cauſa dr̄ vno modo de illo, ex quo fit res, & eſt in ea. v.g. cuprū idoli hominis, & argentum idoli anuli, & genera iſtorū. Et dicitur alio modo de forma, & imagine. & eſt ratio ſignificans q̄ditatem rei, & genera iſtius. v.g. quòd genus eius, quod eſt diapaſon, eſt proportio binarij ad vnum, & vniuerſaliter numerus, & partes concluſæ in toto.

28 Et cā dr̄ multis modis. dr̄. n. cauſa materialis, vt cuprum idoli, & argentū anuli. & dixit & eſt in ea, vt faciat drīam inter materiā, & priuationē. Et dr̄ alio modo ſm formā, vt figura, & imago in cupro. & hæc eſt cauſa, quam dat ratio ſignificans q̄ditatem rei, ſ. definitio. & dixit hoc, quia definitiones cōponunť ex forma vl̄i, quæ eſt genus, & ,ppria, quæ eſt drīa. D.d. & genera iſtius. i. & iſta forma cōis, quæ poniť in definitione, ita ſe habet ad ,ppriam differentiā, ſicut cōe ad propriū v.g. qm̄ forma cōis, quæ eſt quaſi genus propinquum ad diapaſon, eſt ,pportio duorū ad vnū. & genus concludens, & proprium ei ęquiuocať in Arabico: & vnū eſt numerus proprius, & vltimum eſt forma.

Definitiones cōponūť ex forā vl̄i, quę eſt genus, & ,ppria, quæ ē drīa. Idem. 7 meta. 45.

Amplius vnde principiū mutationis primum, aut quietis: vt conſultor cauſa, & pater filij, & omnino faciens facti, & mutans mutati. Præterea, vt finis. hic autem eſt id, cuius gratia, vt ambulandi ſanitas. propter quid enim ambulat? dicimus, vt ſanus ſit: &, ita locuti, opinamur aſſignaſſe cauſam. & quæcunq;, iam mouente alio, intermedia fiūt ipſius finis: vt ſanitatis macies, aut purgatio, aut medicamenta, aut organa. omnia nanq; hæc finis gratia ſunt: differūt tm̄ abinuicē, q̄a alia q̄dem ſunt opera, alia vero organa.

Et diciť etiam illud, ex quo eſt principiū primū trāſmutationis, & quietis. v.g. qm̄ cōſulens alicui eſt cā, ſilr̄ pr̄ filij, & vniuerſalr̄ agens acti, & tranſmutans trāſmutati. Et dr̄ ēt ſm finē intētū. & hoc eſt illud, ,ppter quid: v.g. ſanitas apud ambulationē. cū enim dr̄ q̄re ambulat Sortes? dicemus propter hoc, q̧ ſuū corpus ſaneť: & hoc dicto reddimus cām. & ſilr̄ illa, quæ ſunt apud motū alterius inter illud, & finē intētū. v.g. ſanitas ex diminutione, & purgatione, & potatione medicinæ, & inſtrumentis. qm̄ omnia iſta intēdunť propter finem: ſed differunt, qm̄ quædam ſunt actiones, & quædam inſtrumenta.

Cum induxit cauſam materialem, & formalem, induxit etiam cauſam agentem, & finalē, & dixit Et dr̄ etiam de fine intento. i. & dr̄ cauſa etiam de cauſa finali: vt ſanitas, quę eſt cauſa exercitij. & ſignum eius eſt, qm̄, cum aliquis interrogat nos, q̄re ambulat Sortes? dicimus reſpondendo, propter hoc q̧ ſit ſanus. D.d. & ſimiliter illa, &c. i. & ſimiliter omnia, quorum vnumquodq; eſt vltimum motus eius, quod eſt ante ipſum, ex illis multis, quæ ſunt inter primū agens, et vltimum finē, ſ. qm̄ vnūquodq; eorū eſt finis eius, quod eſt ante, & oīa ſunt pp̄ vltimum finem, v.g. ambulatio, quæ eſt pp̄ extenuationem, & extenuatio pp̄ ſanitatem. & ſimiliter potio medicinæ, & phlebotomia eſt propter extenuationem humoris vincentis in corpore, & hoc eſt ,ppter ſanitatē. D.d. qm̄ omnia iſta intenduntť propter finē. i. qm̄ oē, quod eſt ante finem, eſt propter finē v.g. qm̄ iſta, quæ diximus, intenduntur propter ſanitatem: ſed differunt, qm̄ quædā ſunt actiones, vt ambulatio, & quædam inſtrumēta, vt phlebotomia. 29

Oē, quod eſt ante finē, eſt ,ppter finē.

Cauſæ igitur ferè tot modis dicuntur. Accidit aūt, cum multipliciter dicanť cauſæ, & multas eiuſdem cauſas eſſe, non ſm accidēs: vt ſtatuæ, & ars ſtatuaria, & æs, non ſm alterum quid, ſed quatenus eſt ſtatua: ſed nō eodem modo: ſed hoc q̄dem vt materia, illud aūt vt vnde eſt motus. Sunt aūt quædam & adinuicem cauſæ: vt laborare cauſa eſt bonę habitudinis, et hæc laborādi: ſed non eodem modo: ſed hoc q̄dē vt finis, illud aūt vt principium motus. Amplius aūt eadem cauſa cōtrariorum eſt. quod enim p̄ſens cauſa huius eſt, hoc et abſens facimus aliquando cauſam contrarij. vt abſentiam gubernatoris nauis ſubuerſiōis, cuius erat p̄ſentia cauſa ſalutis.

Cāæ ſūt ſibi īuicē cauſę.

Eadē cā contrariorū eſt.

Iſti igiť ſunt modi, ſm quos ferè dicuntur cauſæ. Et accidit, ſi cauſæ ſint multis modis, vt plures cauſæ ſint vnius rei, et non per accidens. v.g. quoniam cauſa idoli hominis eſt ars ſtatuandi, et cauſa eius eſt cuprum, et hoc nō eſt alio modo, ſed ſm quòd eſt ſtatua: ſed non eodē modo ſunt cauſæ: ſed hoc ſm materiam, hoc autē ſm q̧ eſt principium motus.

Et

Et ſunt aliqua, quę ſunt cauſę ſui adinuicem. v.g. quoniam labor eſt cauſa bonæ cõſiſtentiæ corporis, & bona conſiſtentia eſt cauſa laboris: ſed non eodem modo: bona. n. exiſtentia corporis eſt cauſa ſm finem, labor autem ſm ꝙ eſt principium motus. Et etiam idẽ eſt cauſa duorum contrariorum. abſentia. n. eius, cuius præſentia eſt cauſa alicuius rei, eſt cauſa ſui contrarij. v.g. quoniam abſentia gubernatoris eſt cauſa ſubmerſionis nauis, eius præſentia erat cauſa ſalutis.

30 Cum numerauit modos quatuor cauſarum, incepit dicere diſpoſitiones earum, et quomodo ſe habent ad cauſata, et ad ſeinuicem, & dixit ꝙ accidit ꝙ plures iſtarum cauſarum q̃ vna ſunt cauſæ vnius rei. v.g. qm̃ cauſa ſtatuæ eſt cuprum, & agens: ſed duobus modis diuerſis: cuprum. n. ſm materiam, artifex vero, vł ars ſm agẽs. et ſilr figura ſtatuæ eſt cauſa ſm formam, & illud, propter quod fuit facta eſt cauſa ſm finẽ. Et contingit etiam ꝙ eadem cauſa eſt cauſa duorũ cõtrariorum, ſed duabus diſpoſitionibus diuerſis. v.g. qm̃ gubernator eſt cauſa ſaluationis nauis, & ſubmerſionis: ſaluationis qdẽ ipſo præſente: ſubmerſionis aũt ipſo abſente. Cauſæ etiam habent ſe adinuicem, ita ꝙ vtraq; duarum cauſarum in ſpecie diuerſarum eſt cauſa reliquæ, ſed duobus modis diuerſis. v.g. qm̃ labor eſt cauſa ſanitatis ſm agens, ſanitas autem eſt cauſa laboris ſm finem. & ſilr materia eſt cauſa formæ, ſm ꝙ forma non poteſt inueniri niſi per illam, forma autem eſt cauſa materiæ, ſm ꝙ materia nõ poteſt eſſe in actu & demonſtrata, niſi per illam, & præcipue prima materia.[a] D.d. iſti igitur ſunt modi, &c. et dixit ferè, quia poſſibile eſt inuenire aliqua, quæ collocantur in numero iſtorum quatuor modorum, vt illa, quæ aſſimilanẽ iſtis, & inueniuntur in eis. et ideo dixit ferè. quia notat dubitationem, quouſq; declaretur hoc per inductionem, cum fuerit declaratum ſm quot modos dicitur vnumquodq; eorum. & dixit. Alexan. ꝙ dixit hoc ad excipiendum cauſas, quæ ſunt per accidens.

[Margin:] Ea idẽ eſt cã contrariorũ ſz diſpõnes diuerſas. Id. 5. met. cõ. 2. & . 2 . cœ . 92.

[Margin:] Quomõ materia ſit cauſa formæ, & forma materiæ. vide cõſile. 1. phyſi. 70. & . 3. 61. & . 2. d ala. 4. a Expõ primorum verborũ lex.

Omnes autem nunc dictæ cauſæ in quatuor cadũt modos manifeſtiſſimos. Elemẽta. n. ſyllabarum, & materia factibilium, & ignis, & huiuſmodi corporum, & partes totius, & ſuppoſitiones concluſionis, vt id, ex quo, cauſæ ſunt. Harum autem aliæ quidem ſunt vt ſubiectum, vt partes, aliæ autem, vt quod quid erat eẽ, & totum, & compoſitio, & ſpecies. Semen autem, & medicus, & conſultor, & omnino ipſum faciens omnia ſunt vnde principium mutationis, aut ſtatus, aut motus. Alię autem vt finis, et bõum aliorũ. id. n. cuius gratia, optimum, & finis aliorum vult eſſe. differat autem nihil idem dicere bonum, vel apparens bonum.

[Margin:] Cãrum quatuor gña.

[Margin:] Vide contr. Zimarræ.

[Margin:] Idẽ ſupra te. 25. & . 2. me. t. 8. et. 5. me. tex. 3.

Et iſtę cauſæ, quas diximus, omnes collocantur in quatuor modis, q̃ ſunt valde manifeſti. Literæ. n. dictionum, & materia artificiorum, et ignis, et ſimilia corporum, et partes totius, et propoſitiones cõcluſionis ſunt cauſę ſm illud, ex quo ẽ generatio. Sed quędam ſunt quaſi ſubiectum, vt partes, et quædam quaſi quiditas, ſ. vniuerſum, creatio, et compoſitio, et forma. Sperma autem, et ſemẽ, et medicus, et ſol, et vniuerſaliter agens, omnia ſunt illud, ex quo eſt principium trãſmutationis, et quietis. Et quędã ſunt quaſi finis intenta per alias res, et bonum. illud. n. propter quid debet eſſe nobilius cæterorũ, et cauſæ eorum. et non eſt differẽtia in hoc, quòd dicamus ipſum eſſe bonum, aut dicamus ipſum exiſtimari bonum.

31 Cum numerauit genera cauſarum ſm exemplum, incepit notificare quomodo vnaquęq; cauſarũ collocatur ſub iſtis quatuor generibus, & dixit Et iſtæ cauſæ, &c. i. & omnis cauſa, aut eſt ſm materiam, aut ſm formam, aut ſm agens, aut ſm finẽ. D.d. Lr̃æ. n. et c. ideſt, omnia. n. iſta ſunt cauſæ ſm illud, ex quo fit generatum. ſyllabę. n. generãtur ex literis, & ſimilr corpora partium conſimilium compoſita generanẽ ex igne, & ex alijs elñtis. & hoc intendebat, cum dixit et ignis, & ſilia corpora. i. & ignis, & alia elementa ſunt materia corporum cõſimilium, quæ generatur ex eis. D.d. & partes totius, i. & partes ſunt totius quaſi materia. D.d. & propoſitiones concluſionis, i. & qm̃ concluſio generatur ex propoſitionibus, aſſimilantur igitur materiæ. Et omnia iſta conueniunt in hoc ꝙ ſunt materia, & differunt in hoc, qm̃ quædam ſunt materia ſm compoſitionem, vt lr̃ę ſyllabarum, & lapides domus, & quædam ſunt ſm alterationem, vt panis ſanguinis, & quędam ſm alterationem, & compoſitionẽ, vt acetum, & mel oximellis, & quatuor elementa omnium compoſitorũ. & hæc duo ſunt fundamenta materiæ, i. compoſitio, & alteratio, & tertium, compoſitũ ex eis. partes autem, & totũ poſuit alium modũ à compoſitione, vt reputo, ſm ꝙ intendebat partes, quæ ſunt in potentia, non quæ ſunt in actu, aut ſm ꝙ intendebat vniuerſum congregatum tm̃. compoſitio. n. eſt congregatio propria partium: fit. n. ex qualitate, & ordine, & poſitione. propoſitiones autem aſſimilantur materiæ, quia ſunt in potentia concluſio, & concluſio eſt eis quaſi forma. D.d. ſed quædam ſunt quaſi quiditas, i. ſed iſtarum cauſarum quędam ſunt quaſi demõſtrantes quiditatem rei, & iſtæ inueniuntur ſm numerum differentiarum, quibus differt illud, quod accipiẽ in quiditate, et ſunt tria, vt forma vniuerſi partium, et forma compoſitionis partiũ, & forma oximellis, mellis & aceti: & ideo dixit vniuerſum, & compoſitio, & forma. Et intendit per formam, quę eſt ſm alterationem, & aut ſine compoſitione, aut cum compoſitiõe. & intendit per vniuerſum congregationem partium tm̃. & intendit per compoſitionem congregationẽ illarum trium diſpoſitionum in partibus, ſ. figurę, ordinis, & poſitionis. Et, cum numerauit cauſas, quæ collocantur ſub cauſa materiali, & formali, dixit Sperma autem, & ſemen, &c. i. ſperma autem animaliũ, & ſemen vegetabilium, & medicus ſanitatis, & vlr agens acti, omnia collocantur ſub cauſa, quæ eſt principium tranſmutationis, & ſuæ ceſſationis. Deinde induxit genus, quod eſt ſm finem, & dixit Et quædam ſm finem, i. & ſunt quædam cauſæ, quæ ſunt quaſi finis intentus per operationes, & quaſi bonum intentũ. Deinde induxit ratiocinationes ſuper hoc, & dixit illud enim propter quid, &c. i. quoniam illud propter qd, quia eſt nobilius illis, quæ quęruntur propter illud, eſt bonum intentum per illas res. & ideo eſt cauſa omniũ illarũ, agens. n. & materia non ſunt niſi propter finem: & ſimiliter

[Margin:] Materia, ſm cõpõnẽ, ſm alterationẽ, ſm alteratio nem & compoſitionem.

[Margin:] Propões aſſilanẽ materiæ, qa ſũt i potẽtia cõclõ, & conclõ eſt eis quaſi forã. Idẽ infra 74. Forma. Vniuerſum. Cõpoſitio, & Forma.

& ſimiliter formæ nō ſunt niſi propter vltimum finē. D.d.& non eſt dr̄ia, etc. i. non eſt dr̄ia inter hoc, ꝙ deſcribemus iſtam cauſam, quod eſt bonum intentum p illa, quæ ſunt ante illam in rei veritate, aut illud, quod exiſtimatur eſſe bonum, licet non ſit bonum in rei veritate. & dixit hoc, vt deſcriptio ſit communis rebus voluntarijs, & naturalibus, quoniam vltimum intentum in rebus voluntarijs multotiens videtur bonum, & non eſt in rei veritate, intentum vero in rebus naturalibus eſt bonum verum.

Vltimū itentū I reb⁹ volūtarijs multotiēs vr̄ bonū, & nō eſt in rei veritate, intentum ṽo I reb⁹ naturalibus eſt bonū verū. vide p hoc. iß. 12. meta.

Cā prior, poſterior.

Cauſæ igitur tales, et tot ſunt ſpecie. Modi autem cauſarum numero quidē ſunt multi, in capita vero contracti et hi pauciores. dicuntur. n. cauſæ multipliciter. et ipſarum, quæ ſimilium ſpecierum ſunt, prior ac poſterior alia, alia, vt ſanitate medicus, et artifex, et ipſo diapaſon duplum, et numerus, et ſemper quę continent ad ſingulares.

Iſtæ igitur ſunt cauſæ, et tot ſunt ſpēs earum. Modi autem cauſarum ſunt multi, ſed cum adunantur fiunt pauciores. cauſæ. n. ēt dicuntur multipl'r. dicitur. n. in cauſis, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, ꝙ vna cauſa eſt prior, aut poſterior alia. v. g. qm̄ cauſa ſanitatis eſt medicus, & cauſa eius eſt ars, & cauſa eius, quod eſt diapaſon, eſt duplum, & cauſa eius eſt numerus, & ſimiliter ſemper in reſpectu comparatio continentis ad particularia.

32 Intendit per modos cauſas, quæ diuiduntur per accidentia. Et, cum notificauit ꝙ modi cauſarum concluduntur ſm̄ genera eorꝝ, incœpit numerare eos, & dixit dicitur. n. in cauſis, &c. i. cauſæ enim, quę ſunt eiuſdem ſpeciei quatuor ſpecierum dr̄ cauſæ ſm̄ prius, et poſterius. v. g. in cauſis agētibus, medicus, & ars: medicus. n. eſt poſterior, ars autem eſt prior. Et ſil'r in cauſis formalibus. v. g. qm̄ forma diapaſon eſt duplū, & forma dupli eſt numerus, & forma numeri eſt quātitas. & ſil'r inuenitur ſemper proportio inter vl'e, & particulare. & hoc intendebat, cum dixit & ſil'r ſemper, &c. i. & ſil'r ſemper inuenitur comparatio cōis ad proprium, ſ. qm̄ cōe eſt prius ſm̄ formam, aut ſm̄ genus proprio. & hoc accidit priori, & poſteriori i vnaquaq; ſpecierum cauſarꝫ, ſ. ꝙ prius eſt quaſi cōe ad poſterius. Et prius, & poſterius in materijs manifeſta ſunt, et ſil'r in finibus. extenuatio enim eſt finis exercitij, & finis extenuationis eſt ſanitas.

Cā p ſe, per accidens.

Vide comm. Zim.

Amplius autem vt accidens, & horum genera: vt ſtatuæ aliter Polycletus, & aliter ſtatuarius: quoniam accidit ſtatuario Polycletum eſſe. & continentes etiam accidens: vt ſi homo cauſa ſit ſtatuæ, aut omnino animal. ſunt autem accidentium alia alijs remotius, & propinquius: vt ſi albus, & muſicus cauſa dicantur ſtatuæ.

Et etiam ſm̄ accidens, & genera iſtorum. v. g. qm̄ cā ſtatuæ eſt Polycletus quodāmō, et alio modo faciens ſtatuas: accidit. n. artifici ſtatuarum ꝙ fuit Polycletus. & continentia ſunt per illud, quod eſt accidens. ver. g. quoniam homo eſt cauſa ſtatuæ, & vl'r animal. & accidentia quædam ſunt remotiora, quædam propinquiora. v. g. quoniā albus, & muſicus ſunt cauſa ſtatuæ.

33 Cum declarauit ꝙ in oībus ſpēbus cauſarum inueniunt duo modi, ſ. prius & poſterius, Icœpit etiam declarare alios duos modos cauſarū, ſ. per ſe, & per accidens, & dixit Et etiam ſm̄ accidens, i. & iſtæ cauſę diuiduntur ſm̄ accidens: & genera iſtarum collocanſ in hoc modo. v. g. cum dicitur ꝙ Polycletus fecit ſtatuā, & ꝙ artifex ſtatuarꝫ fecit ſtatuā. hoc. o. ē p ſe, illud aūt p accn̄s. accidit. n. artifici ſtatuarꝫ ꝙ fuit Polycletus, quoniam noo fecit ſtatuam ſecundum quòd eſt Polycletus, ſed ſecundum hoc ꝙ habet de arte ſtatuarum. D.d.& continentia, &c. i. & illa, quæ cootinent cauſas, & ſunt genera cauſarum, ſunt cauſæ per accidens. v. g. qm̄ homo eſt cauſa ſtatuæ per accidens, et vl'r animal: homo aūt eſt cauſa ſtatuæ per accidens, quia accidit artifici, qui eſt cauſa per ſe, ꝙ fuit hō, aut aīal. Et, cum narrauit ꝙ in illo, quod eſt per accidēs, inuenitur propinquum, & remotum, dedit exemplū, & dixit. v. g. dicere ꝙ albus, & muſicus ſunt cauſa ſtatuæ. albus enim eſt remotior, ꝗ muſicus: licet vterq; ſit cauſa per accidens: quia album eſt communi⁹ homioe: ergo eſt remotius quàm muſicum.

Cā potētia, in actu.

Præter omnes autem, & proprie dictas, & ſecundum accidens, aliæ quidem vt potentes dicuntur, alię vero vt operantes: veluti ædificandæ domus ædificator, aut ædificans ædificator.

Et omnes cauſæ, quæ dicuntur cōuenienter, & quæ dicuntur per accidens, quædā dicuntur cauſæ, quia poſſunt, & quædam dicuntur cauſæ, quia agunt. v. g. quoniam cauſa domus eſt ædificator, dum ædificat.

34 Et omnes cauſæ, quæ dn̄r per ſe, & quæ dn̄r per accidens, & propinquæ, aut remotæ dn̄r eſſe, aut actu, aut potentia. v. g. qm̄ ædificator eſt cauſa domus: ſed, cum ædificat, eſt cauſa in actu, &, cum non ædificat, eſt cauſa in potentia. & hoc intēdebat cum dixit, v. g. qm̄ cauſa domus eſt ędificator, &c. i. qm̄ cauſa domus eſt ædificator: ſed dum ædificat eſt ædificator in actu, & dum non ædificat eſt ædificator in potentia. ſed tacuit hoc, quia intelligitur per oppoſitum.

Perinde autem dicetur & in ijs, quorum cauſæ ſunt ipſæ cauſæ, atque in ijs, quæ dicta ſunt. vt huius ſtatuæ, aut ſtatuę, aut ēt omnino imaginis, & æris huius, aut æris, aut omnino materiæ, & in accidentibus ſimiliter.

Et, ſm̄ ꝙ narrauimus, dicitur etiam in rebus, quarum cauſę ſunt cauſę. v. g. cauſa ſtatuæ iſtius hominis, aut cauſa ſtatuę hominis, aut cauſa ſtatuę vl'r, & etiā cauſa iſtius cupri, aut cauſa cupri, aut cauſa materię vniuerſaliter, & ſimiliter eſt de accidentibus.

35 Et ſicut hoc dicitur in cauſis, ſil'r dicitur I cauſatis, ſ. ꝙ quædam propinqua ſunt, & quædam remota, & quædam per ſe, & quædam per accn̄s. et hoc intendebat, cum dixit Et, ſm̄ ꝙ narrauim⁹, dicitur etiam, &c. i. &, ſicut iſta inueniuntur in cauſis, inueniuntur I eis, quorum ſunt illæ cauſæ, ſ. in cauſatis. D. induxit exēplum in propinquo, & remoto in cauſatis, & dixit. v. g. cauſa ſtatuæ, &c, i, quoniam faciens ſtatuam iſtius

hois

hominis, & faciens ſtatuam dicitur faciens ſtatuam hominis, & dicitur faciens ſtatuam vniuerſaliter. ſtatua igitur hominis huius eſt cauſatum propinquum, ſtatua vero ſimpliciter eſt cauſatum remotum. Et ſimiliter, cum dicitur quòd hoc eſt cauſa cupri, aut cauſa materiæ. cuprum enim eſt cauſatum propinquum, materia autem eſt cauſatum remotum. D.d. & ſilr de accidentibus, i. quoniam in cauſatis accidētibus inuenitur propinquum, & remotum: ſed ſicut inuenitur in eis per ſe. & hoc capitulum inuenitur in libro Alex. manifeſtius q̃ hic ſit. & eodem modo dicitur i rebus, quarum cauſæ ſunt cauſæ, etiā ſicut iſta narrata, v.g. huius ſtatuæ dicitur in reb⁹ pluribus q̃ dicitur ſtatuæ vlr, & huius cupri magis q̃ cupri, & vlr materiæ, & in accidentibus etiam eodem modo.

Amplius aūt cōnexæ & hæ, & illę dicenť: vt nō Polycletus, neq; ſtatuarius, ſed Polycletus ſtatuarius. Attamen oēs hæ ſunt multitudine q̄dem Sex: dictæ aūt dupliciter. aut .n. vt ſinglare, aut vt genus, aut vt quod ſm accn̄s, aut vt accn̄tis genus, aut vt connexæ hæ, aut vt ſimplr dictæ: oēs autem, aut actu exiſtentes, aut ſecundum potentiam.

Et dicunť etiam cōpoſitè iſti cū illis, v.g. nō dicere Polycletum, neq; dicere artificem ſtatuarū, ſed Polycletū artificē ſtatuarū. Sed omniū iſtorū numerus eſt Sex: modi vero, ſm quos dn̄r, ſūt Duo. ſunt.n. aut quaſi pars, aut quaſi genus, aut quaſi accn̄s, aut quaſi genus accn̄tus, aut diciť cōpoſite, aut ſigillatim; & omnia dicentur, aut actu, aut potentia.

36 Inducit hic tertium modum cauſarum, & eſt, quoniam quidam iſtoꝝ modorum dicuntur ſigillatim, & quidam compoſitè. & hoc intēdebat, cum dixit Et dicuntur etiam, &c. D. induxit exemplum compoſiti ex eo, quod eſt per ſe, & ex eo, quod eſt per accidēs, et dixit. v.g. non dicitur, &c. i. v.g. compoſitum ex eo, quod eſt per ſe, & ex eo, quod eſt per accidens: non ita ꝙ dicatur ꝙ homo eſt factor ſtatuarum, ſed ꝙ Polycletus artifex ſtatuarum fecit ſtatuam. Et, cum numerauit ſecundū exemplum modos cauſaꝝ, fecit ſummam de numero eorum, & dixit Sed oīum iſtoꝝ, &c. i. ſed iſta, quæ numerauimus ſm drīas, q̄bus diuiduntur, ſunt ſex, ſ. ſm propinquitatem, & remotionem: & per ſe, & ꝑ accidens: & compoſitionem, & diuiſionē, ſm drīas, in quibus conueniūt, et ſunt duæ, ſ. potentia, & actu: qm̄ vnuſquiſq; eorum ſex eſt potētia, & actu. erunt igitur oēs modi cauſarum duodecim. D. d. aut ſunt quaſi pars, aut quaſi genus. & intendit ꝑ partem quaſi cauſam proqinquam, & per genus quaſi remotam: propinquum.n. eſt quaſi pars, i. propria, remotū autem eſt quaſi genus: & maxime cauſæ, quę ſunt ſm formam, & ſm materiam. D.d. aut quaſi accidēs, aut quaſi genus accidentis. i. aut quaſi cauſa, quæ eſt per accidens propinquum, aut quaſi cauſa, quę eſt per accidens remotum: & hoc vocauit genus accidentis.

Differunt aūt tm̄, ꝙ actu q̄dem exiſtētes, et ſingulares, et ea, quorum ſūt cauſę, ſimul, ſunt, & nō ſunt. vt hic medens cū hoc, qui ſanať, & hic ędificator cum hoc, quod ędificať. quæ aūt ſunt ſm potentiam, non ſemꝑ: corrumpiť.n. non ſimul domus, & ędificator.

Et differentia inter hęc duo eſt, quoniam cauſę, quę agunt particularia, ſunt, et nō ſunt cum eis illa, quorum ſunt cauſę. v.g. quoniā iſte medicus, cum hoc curato, & iſte ędificator cum hoc ędificato. in potētia vero nō ſemper ſunt ita: corruptio enim domus non eſt cum corruptione ędificatoris.

Vult dare drīam inter cauſas, quę ſunt in potentia, & quæ ſunt in actu, & dixit Et drīa inter hęc duo, etc. & drīa inter cauſas, quæ ſunt actu, & quæ ſunt potentia, eſt, qm̄ quæ ſūt actu, inueniuntur cum illis, quorū ſunt cauſæ, & deficiunt cum illis. v.g. qm̄ iſte medicus nō eſt curator in actu, niſi cum hoc curato in actu. cauſæ autem in potentia ſunt, licet cauſata non ſint: nō.n. corrumpitur domus inſimul cum ędificatore. Et hoc capitulum inuenitur in libro Alexan. manifeſtius ſic. & differunt in hoc, quoniam cauſæ, quæ agunt particularia, ſunt, aut non ſunt inſimul cum illis, quorum ſunt cauſę. v.g. quoniam iſte curator cum hoc curato, & iſte ædificator cum hoc ædificato. in potentia autē nō ſemꝑ: non.n. corrūpiť domus, & ædificator ſimul. 37

Cā in actu ſit ē cū effe. Idē. 5. meta. t. cō. 1.

Oportet autem ſemper cauſam vniuſcuiuſq; ſummā quęrere, vt & in alijs. vt homo ędificat, qm̄ ędificator eſt: ędificator autem eſt ſm ędificandi artem. hęc igiť prior cauſa eſt: & ſic in omnibus. Amplius aliæ quidem genera ſunt generum, alię autem ſingularia ſingularium: vt ſtatuarius q̄dem ſtatuę, hic autem huiuſce. Et potentię q̄dem poſſibilium, actu autem exn̄tes ad actu exn̄tia.

Vlīū cāę ſūt vles, et ſingularū ſingulares.

Et oportet quęrere in vnaquaq; rerū cauſam eius, quę eſt extremum vltimum, ſicut quęritur in alijs rebus. v.g. qm̄ homo ędificat, quia eſt ędificator: & eſt ędificator, quia habet artem ędificandi. hęc igitur cauſa eſt prior: & ſilr de eis omnibus. Et etiam genera ſunt cauſę generum, & particularia cauſę particularium. v.g. qm̄ artifex ē cauſa ſtatuę, & iſte artifex eſt cauſa huius artificiati. Et potentię ſunt cauſę potentiarum, & quę agunt ſunt in reſpectu actorum.

Cum notificauit numerum modorum cauſarū, incœpit narrare qui iſtorum modorum ſunt quærendi principaliter, & dixit Et oportet quærere, &c. i. oportet intendere, principaliter de cauſis cauſam vltimam in quæſtione, non vltimam in eſſe: & illa eſt cauſa propinqua: vltima.n. in eſſe eſt cauſa remota. v.g. qn̄ aliquis interrogat, quare ædificat aliquis homo? & dicetur, quia eſt ædificator: &, cū dicitur, & quare eſt ædificator? dicetur quia habet artem ædificandi: & hic ceſſat quæſtio. D.d. & ſilr de alijs, i. de ſpēbus cauſarū, ſ. qm̄ oportet quærere ſemper cauſam priorem. Cum dedit iſtud præceptum, notificauit etiam aliam diſpōnem de cauſis: & eſt, qm̄ aliæ ſunt vles, aliæ particulares: quemadmodum cauſatorum alia vlia, alia particularia: & ꝙ opinandū eſt ꝙ particulare eſt cauſa particularis, & vle cauſa vlis. Et dixit hoc, præſeruādo ſe à Platonica opinione, ſ. ꝙ vlia ſunt cauſæ particularium. v.g. qm̄ artifex ſimplex eſt cauſa ſtatuæ ſimplr, & iſte artifex demonſtratus eſt cauſa iſtius ſtatuę demonſtratę. D. induxit aliam diſpōnem de cauſis, et di- 38

Idē. 5. meta. t. c. 3.

xii Et potentiæ ſunt cauſæ potentiarum, i. & cauſæ, quæ ſunt in potentia, ſunt cauſæ eorum, quę ſunt in potentia, & quæ ſunt in actu ſunt cauſæ eorum, quæ ſunt in actu. & hoc intendebat, cum dixit & quæ agunt in reſpectu actorum, i. & cauſæ, quæ ſunt in actu, dicuntur in reſpectu actorum, quæ ſunt in actu.

Caput Secundum, in quo de Caſu, & Fortuna tractatur.

QVot igitur cauſæ, & quomodo cauſæ ſunt, ſint nobis determinata ſufficiēter. Dicitur autem & Fortuna, & Caſus de numero cauſarum eſſe: & multa & eſſe, & fieri propter fortunā, & caſum. Quo igitur modo in his cauſis eſt fortuna, & caſus, & vtrum idem ſint fortuna, & caſus, aut diuerſum, & omnino quid ſit fortuna, & caſus, conſyderandum eſt.

Iam igitur determinauimus cauſas quot ſunt, & ſm quot modos ſunt ſufficienter. Et in numero cauſarū eſt Caſus, et Ex ſe. dicitur enim in pluribus fieri, & eſſe caſu, & ex ſe. Oportet igitur conſyderare ſm quot modos collocantur caſus, & ex ſe in iſtis cauſis, & vtrum caſus, et ex ſe ſint idem, aut diuerſa, et vniuerſal'r qd ſit ex ſe, et quid caſus.

39 Intendit per quot ſunt numerū ſpērum. D. d. Et in numero cauſaꝝ, &c. i. & quia apparet de Caſu, et de illo, quod dicitur fieri Ex ſe, ꝙ collocant̄ in numero cauſarum, oportet nos perſcrutari de eis conſyderādo ſm quot modos poſſunt collocari in cauſis, & vtrum ſint idem ſm definitionem, aut diuerſa. & hoc ſciemus, ſi ſciuerimus ſubſtantiā vtriuſq;: perſcrutatio. n. de ſubſtantia vtriuſq; perſcrutationem continet in ſe de eis, vtrum ſint diuerſa, aut idem. & ideo dixit & vl'r quid ſit ex ſe, & quid ſit caſus. Et, quia iſta præſcrutatiō non poteſt fieri niſi concedendo caſum, & ex ſe eſſe, q̄ plures Antiqui negabāt, incœpit prius dicere opiniones eorum, & contradicere eis: quemadmodum multi etiam Antiqui attribuebant omnia caſui, & ei, quod eſt ex ſe. Et hoc capitulū ſic debet legi. quia & in numero cauſarum eſt caſus vſq; ad finem capituli.

Multi Antiq attribuebant omnia caſui.

Quidam. n. et ſi ſint, an non, dubitant. nihil. n. fieri à fortuna dicunt, ſed omnium eſſe aliquam cauſam determinatam, quęcūq; dicimus à caſu fieri, aut à fortuna. vt veniendi à fortuna in forum, et reperiendi quem volebat quidem, non autem putabat, cauſa eſt velle, cum venerit, emere. ſimiliter autem et in alijs, quę à fortuna dicūtur, ſemꝑ aliquam eſſe accipere cauſam, ſed non fortunam.

Quidam. n. dubitauerunt in eis vtrū ſint, aut non. et dixerunt ꝙ nihil ſit caſu, ſed omne, quod dicitur fieri ex ſe, aut caſu, habet aliquā cauſam terminatam. v. g. qm̄ iuit cauſa emendi aliquid ad forum, ita ꝙ inueniat aliquem hominem, quem diligebat inuenire, ſed non cogitabat ipſum inuenire illic, eſt ipſum velle ire ad forū dicunt. et ſimiliter omnia, quę dicuntur fieri caſu, habent cauſam exiſtentem, quę non eſt caſus.

Et ꝑſcrutatio de caſu, & de eo, quod eſt ex ſe, eſt neceſſaria. quidam. n. negabant ea eſſe, et dicebant ꝙ nō ſunt niſi noīa tm̄. habet. n. vnumquodq; eorum, quæ dñr fieri caſu, aut ex ſe, cām notam, cui poſſit attribui. v. g. qui uadit ad forum, & inuenit illic hoīem, quē diligebat inuenire, ſed non iuit, vt inueniret ipſum, cauſa inueniendi eum non eſt niſi exitus à foro, aut voluntas eundi altās. et ſiſr eſt de omnibus alijs, quę dñt fieri caſu, ſ. quia habent cauſam terminatam. Et ſermo eius ſic debet legi. v. g. qm̄ cauſa eundi aliquem ad forum, ita ꝙ inueniat aliquem hoīem, quē diligebat, ſed non cogitabat ipſum inuenire illic, i. quia non cogitabat inuenire ipſum illic eſt propter ipſum velle ire ad forum. Et iſte ſyllogiſmus componitur ſic. Si caſus eſt, cauſa eſt: ſed non eſt cauſa, quia non eſt terminatus, & cauſæ ſunt terminatæ: ergo caſus non eſt. 40

Qm̄, ſi aliquid eſſet fortuna, inconueniēs vtiq; perq̄ vere videbitur, et dubitabit vtiq; aliqs propter qd nullus Antiquorum ſapiētum cauſas de gñatione, et corruptione dicens, de fortuna quicq̄ determinauit, ſed (vt videt̄) nihil opinabantur illi eſſe à fortuna.

Et dicunt et etiam, ſi caſus haberet rationem, eſſet inopinabile, & locus ambiguus, quomodo Philoſophi Antiqui, loquētes de cauſis generatiōis. & corruptionis, nihil dixerunt de caſu. vr̄ igitur ꝙ illi non tacuerūt, niſi quia non opinabantur aliquid fieri caſu.

Inducit teſtimonium ſuꝑ hoc ꝙ caſus nihil eſt. qm̄, ſi eſſet, aliqs Antiquoꝝ locutus fuiſſet de natura illius: ſed nullus eoꝝ fuit locutus de eo: ergo nō eſt. Et cum, induxit has duas rōnes deſtruētes caſum eē, & ex ſe, incœpit contradicere, & primo primæ rationi. 41

Sed et hoc mirabile. multa. n. et fiunt, et ſunt à fortuna, et caſu, quę non ignorātes ꝙ licet referre ad aliquam cauſam unūquodq; eorū, q̄ fiūt, ut Antiquus ſmo dixit, deſtruēs fortunam, horum tm̄ alia quidem eſſe dicunt oēs à fortuna, alia uero non à fortuna.

Sed hoc eſt mirabile, ſ. ꝙ plura fiunt caſu, & ex ſe. & licet non ignoremus quomodo reducitur vnumquodq; iſtorum ad aliq̄ cauſam gñationis, vt Antiqui dixerunt negantes caſum, tm̄ oēs dicimus ꝙ rerum quędam fiunt caſu, & quædam non fiunt caſu.

Dicit mirabile eſt quòd oēs homines conueniunt quòd hic ſunt aliqua, quæ fiunt caſu, cū hoc, quòd nullus ignorat ea reduci ad cauſas generationis. nos enim, & illi conuenimus in hac diuiſione entium, ſcilicet qm̄ quædam fiunt caſu, quædam non fiunt caſu. 42

Quocirca & quodammodo erat facienda ipſis mentio. At vero neq; illorum quidem aliquid opinabantur eſſe fortunam, vt amicitiam, aut litem, aut ignem, aut intellectum, aut aliquid aliud taliū. Inconueniens eſt igitur, ſiue non putauerunt eſſe, ſiue putantes

reliquerunt,

Empedocles.

Κοσμοποιία.

reliquerunt, præſertim aliquando vtentes. vt Empedocles non ſemper aerem ſegregari ſuperius dicit, ſed vt accidit. dicit enim in mundi fabrica. Sæpe alias aliter, ſed tunc ſic forte cucurrit. & partes animalium à fortuna fieri plurimas ait.

Oportet igiť omnino ꝙ illi dixiſſent aliqd de eo. Et non viderunt etiã ꝙ caſus ſit aliqd illarum rerum, ſ. amicitiæ, aut litis, aut intelligentiæ, aut ignis, aut aliorũ ſiſium. Et malum eſt, ſi non opinabantur ipſum eſſe aliqd exiſtens, & malũ eſt etiã, ſi opinabanť ipſum eſſe, & nihil dixerũt de eo, licet fortaſſe vtantur illis in verbis ſuis, vt fecit Empedocles, cum dixit ꝙ aer non ſemper excutitur ad ſuperius, ſed quomodocũq; ſit. dicit. n. cum loquitur de factura mundi, hæc verba ſic. Accidit caſu, vt creuit in illo tempore, & fortè eſt alio modo. & dicit in membris animalium plura accidunt caſu.

43 Cum declarauit ꝙ illud, quod Antiqui induxerunt in negãdo caſum ipſum eſſe vnũ ſuper hoc, ꝙ ſit caſus, incoepit dicere etiã ꝙ ratio, quam induxerunt de hoc ꝙ Antiqui nihil locuti fuerunt de caſu, non eſt rõcinatio, neq; demonſtratiua, neq; probabilis, ſed ſolũmodo accuſatio Antiquorum, quia debebant loqui de illo, & dicere aut ꝙ nihil aliud eſt à cauſis notis, aut ꝙ eſt aliquid aliud ab eis. Et hoc intendebat, cũ dixit Oportet igiť omnino, &c. i. & hoc, ꝙ Antiqui dimiſerunt loqui de illo, nõ eſt rõcinatio ſuper hoc, ꝙ nõ ſit, ſed eſt accuſatio eorum, qui debebãt dicere aliquid de eo. D. d. & non viderunt etiam, &c. i. cum hoc, quod apparet; ꝙ apud eos non eſt vna illarũ cãrum, quas dicunt, vt amicitiæ & litis apud Empedoclem, & intelligentiæ apud Anaxagoram, aut ignis, aut aliorũ corporum apud eos, q non cõcedunt niſi cauſas materiales tm̃. & hoc intẽdebat cum dixit, ſ. amicitiæ, &c. D. d. & malum eſt, &c. i. & malum eſt eos non opinatos fuiſſe ipſum eſſe aliquid exiſtens, ſed eſt vna illarũ cauſarum, & non notificare hoc: ſicut etiã eſt malũ opinari ipſum eſſe aliquid aliud ab eis, & nihil dicere de eo omnino. D. d. ꝙ apparet ex Empedocle, & alijs ꝙ apud eos eſt aliquod additum illis cauſis. & ratiocinať ſuper hoc ex eo, ꝙ Empedocles attribuit aliqua caſui. dixit. n. ꝙ congregatio mundi, & eius ſegregatio fuit ex amicitia, & lite: ſed hoc, ꝙ congregatio fit in aliquo tpe proprie, & ſegregatio in alio dicit eẽ caſu. et ſiľr attribuit motũ aeris ſuperius in quibuſdã tpibus, et nõ i quibuſdã caſui. & dicit etiam ꝙ cã cõgregationis, ex qua fit caput ꝑprie, et cõgregationis, ex qua fit manꝰ, eſt caſus. & coactus eſt ad hoc, qm̃, cũ poſuit cauſam congregationis amicitiam ſimpliciter, non potuit dare cauſam, propter quam accidit aliqua congregatio, & non alia: & ideo attribuit hoc caſui. apparet igitur ex Empedo. ipſum ponere caſum eſſe aliud à ſuis principijs: ergo oportet ipſum dicere quid ſit caſus.

Cõgregatio mundi fit ſm Empedo. ex amicitia, & ſegregatio ex lite. Idē. 8. phy. c. 8.

Sunt aũt quidam, q & cœli huius, & mundanorũ omniũ cauſam eſſe ponũt Caſum. à caſu. n. fieri dicũt reuolutionẽ, et motũ, q diſcreuit, et cõſtituit in hunc ordinẽ vniuerſũ.

Et quidam alij poſuerũt cauſam iſtius cœli, & omnium mundanorum Ex ſe. dixerũt enim ꝙ ex ſe fuit ex circulo motus, q diſtinxit, & conſtituit totũ ſm hunc ordinem.

Vult deſtruere ſermonem dicentiũ ꝙ Caſus eſt cauſa vltima oĩum, & incoepit inducere inopinabile contingens iſtis, & eſt hoc, ꝙ ponunt cauſas cœli, & oĩum entium caſum, & ex ſe, & dixit Et quidam alij, &c. D. īduxit illud, ex quo cõtingit hoc, & dixit dicũt. n. etc. i. qm̃, cum poſuerunt ꝙ ex ſe, & caſu fuit reuolutio corporis cœleſtis, & motus, qui largitur alijs entibus ordinem contingit eis, vt oẽs cãæ inuenianť i eis ex caſu. qđ. n. iueniť ex illo, quod iueniť ex caſu, iueniť ex caſu. 44

Et valde hoc ipſum admiratione dignum eſt, ꝙ dicant ipſa qdem animalia, ac plantas à fortuna nec eſſe, nec fieri, ſed aut naturam, aut intellectum, aut quippiam tale aliud eſſe cauſam. nõ. n. quoduis ex ſemine vnoquoq; fit, ſed ex tali quidem olea, ex tali autem homo: cœlum autem, & diuiniora ſenſibilium à caſu fieri: talem autem cauſam nullam eſſe, qualem animalium, & plantarum.

Conſiſe primo de pub. alaliũ. cap. 1.

Non quoduis ex ſele vnoquoque fit ſiſe 8. ph. c. 46. & 12. meta. t. 18.

Et hoc ipſum eſt mirabile, ſ. dicere in animalibus, & vegetabilibus ea non fieri, nec moueri caſu, ſed hñt cauſam, aut naturã, aut intelligentiã, aut aliud ſiľr. non. n. generatur quodlibet ex quolibet ſemine, aut ex ſpermate, ſed ex hoc ſemine gñatur oliua, & ex hoc ſpermate gñatur hõ. & dicunt de cœlo, & de corporibus, q̃ ſunt de genere aliorum corporum diuinorũ, ea fieri ex ſe, et non hr̃e cãm omnino vt animalia, et vegetabilia.

45 Cum induxit primum inopinabile contingens eis, induxit aliud, & dixit Et hoc, quod dicunt, valde eſt mirabile, ſ. opinari ꝙ aĩalia, & vegetabilia, & alia, quę ſunt viliora corporibus cœleſtibus, non gñantur, nec corrumpunť caſu, ſed ex cauſis terminatis, aut natura, aut intelligentia, aut alijs cauſis, cum appareat ꝙ non quodlibet generetur ex quolibet, & opinarí cum hoc de corporibus cœleſtibus, quę ſunt pricipia iſtorum, & quæ eis largiunť ordinẽ, ea fieri ex ſe, & non habere cauſam oĩno, quam animalia, & vegetabilia habent.

Vide cõſiſe 2. cœ. t. c. 50 Aĩalia, & vegetabilia ſũt viliora corporibꝰ cœleſtibꝰ. ꝓ hoc vide. 2. cœ. cõ. 61. & te. cõ. 50.

Atqui, ſi ſic ſe habeat hoc ipſum, dignum eſt conſyderatione, & bene ſeſe habet dici aliquid de hoc ipſo. Nam pręterq̃ ꝙ et alioq abſurdũ eſt quod dr̃, adhuc abſurdius eſt dicere hæc, cũ videãt in cœlo nihil a caſu factũ, in ijs aũt, quę non à fortuna, multa contingere à fortuna. attamẽ par erat contrariũ fieri.

Et ſi hoc eſt ita, exigit per ſe cõſyderationem, et rectum eſt loqui de illo aliquantulũ. Iſte. n. ſermo, licet ſit irrõnabilis omni modo, tñ maximum inopinabile cõtingit etiã eis ex hoc loco, ſ. ex hoc, ꝙ nõ inueniunt in cœlo aliqd, quod ſit ex ſe, et inueniũt in eis, quorum gñatio non eſt caſu, pl'a, quæ accidunt caſu. et neceſſe eſſet contrarium.

46 Quia iſte ſermo deſtruit primum principium eſſe, ideo induxit ſermonem in forma ſignificante ꝙ neceſſe eſt pſcrutari de hoc, & dixit [a] Et, ſi hoc eſt ita, etc. et notificat ꝙ perſcrutari de hoc magis eſt neceſſarium,

a Cõſyderatio aſſerẽtiũ oĩa fieri a caſu, ñ ẽ ꝓpria ſciæ nſtæ.

q̃ perſcrutari de natura caſus. & dixit et rectum eſt loqui aliquantulum. quia iſta conſyderatio non eſt propria huic ſcientiæ, ſicut dixit fingens ꝙ ens eſt vnum. Et, quia iſte ſermo eſt īopinabilis, dixit Iſte. n. ſermo, licet ſit, &c. i. & rectum eſt loqui cum iſtis. qm̃, et ſi ſermo eorum eſt irrationabilis, tñ maxima inopinabilia accidunt eis, ſ. qm̃ attribuunt oĩa, quę apparent in cœlo, caſui, & cũ hoc ꝙ nunq̃ ſenſerunt, neq; ſentient aliquid in eis fieri caſu: & attribuunt quæ apparent ĩ omnibus, quæ ſunt ſub cœlo, ordini, & non caſui, cũ hoc ꝙ plura eorum ſunt, quæ fiunt caſu. et oportet ponentem caſum eſſe principium ponere contrarium.

Sunt autem quidam, q̃bus Fortuna videt̃ q̃dem eſſe cauſa, immanifeſta autẽ humano intellectui, tanq̃ diuinum quiddam exiſtẽs, & fœlicius. Quare conſyderandũ eſt & q̃d ſit vtrũq;, & ſi idem, an aliud & caſus, & fortuna, & q̃mo in determinatas cãs incidunt.

Et alij exiſtimauerunt ꝙ Caſus eſt aliqua cauſa, ſed eſt ſubtilior q̃ vt apprehendatur à mente hominis, quia eſt res diuina nobilis. Oportet igitur ꝑſcrutari de vtroq; q̃d ſit, et vtrũ caſus, et ex ſe ſint idẽ, aut diuerſa, et q̃mo reducuntur ad cauſas, quas diſtinguimus.

47 Cum notificauit ꝙ quidam negant ipſum eſſe, & quidam nimium extollunt ipſum, ita ꝙ attribuũt cœlos ei, incœpit inducere tertiam ſectam, & ſunt illi, qui concedunt ipſum eſſe, & dicunt ꝙ nullus ſcit quiditatem eius, ſed eſt res diuina. & tacuit iſtos, quia iſte ſermo eſt irrationabilis, ſ. vt ſit hic cauſa ignorata naturaliter. & etiam cõtradictio eoꝝ eſt demr̃ando eis q̃d ſit caſus. & ſermo eius reſiduus manifeſtus eſt per ſe.

Ex hoc ſumit ꝙ nihil eſt naturaſr ignotũ. Idem 1. de gñatione. cõ. 19. et 3. de anima. c. 9.

Primum igitur, cum videamus alia quidẽ ſemper ſimr̃ fieri, alia autem frequenter, manifeſtum eſt ꝙ neutri horum cauſa fortuna dicitur. id. n. quod à fortuna, neq; eius eſt, quod ex neceſſitate, et ſemꝑ, neq; eius, quod eſt frequenter. ſed qm̃ quædam fiunt & ꝑter hæc, & oẽs hęc dicũt eſſe à fortuna, manifeſtum ꝙ aliq̃d eſt Fortuna, & Caſus. talia. n. à fortuna, & quæ à fortuna talia eſſe ſcimus.

Dicamus igit̃ primo, ꝙ nos videmus res quaſdam eſſe ſemꝑ eodem modo, & quaſdã in maiori parte. manifeſtum eſt igitur ꝙ caſus non dicitur eſſe cauſa alicuius iſtorum duorum modorum, et ꝙ caſus non eſt illud, quod eſt neceſſarium, & ſemꝑ, nec illud, q̃d ẽ in maiori parte: ſed, q̃a ſunt hic aliqua, quæ fiũt extra iſtos duos modos, & homines dicunt iſta fieri caſu, manifeſtũ eſt ꝙ Caſus ẽ aliquid, quod ẽ Ex ſe. ſcimus. n. ꝙ quicquid eſt tale fit caſu, & quicquid fit caſu eſt tale.

48 Primo perſcrutatur de natura, quę īuenitur ex caſu. qm̃, cum fuerit declaratum hic eſſe naturam propriam ei, declarabitur ipſum eſſe, & declarabitur poſt quæ cauſa eſt: cauſata. n. ſunt notiora apud nos cauſis. Et incœpit diuidere res in aliqua, quæ ſunt ſemper, & alia, quæ ſunt in maiori parte, & poſuit ꝙ neuter iſtorum duorum modorum fit caſu, Et hoc, quod poſuit, manifeſtum eſt per ſe. qm̃, cum poſuerimus ꝙ non omnia ſunt neceſſaria, ſequitur vt quædã ſint poſſibilia ĩ & poſſibile diuiditur in illud, quod eſt poſſibile ĩ maiori parte, & in illud, quod non eſt poſſibile in maiori parte. et ſimiliter etiam manifeſtum eſt ꝙ illa, quę fiũt in maiori parte, non dicuntur fieri caſu. ſi igitur caſus, & ex ſe ſit aliquid, neceſſe eſt vt ſit in rebus, quæ non ſunt poſſibiles in maiori parte. Et poſitio iſtius ſermonis eſt poſitio ſylli hypo. & cõponit̃ ſic. Caſus aut eſt in rebus necc̃ijs, aut poſſibus in maiori parte, aut ĩ illis, q̃ fiunt in minori ꝑte, ſed non inuenit̃ in necc̃ijs, neq; in poſſibus in maiori ꝑte, ergo nec̃io inuenit̃ in eis, q̃ ſunt in minori parte. Deinde īduxit teſtimonium hominum, & dixit & hoĩes dicunt, &c. & rõcinatur ſuper hoc etiam ex conuerſione exiſtente etiam inter iſta. manifeſtum eſt. n. per ſe, ꝙ illud, quod non eſt neceſſarĩũ, neq; poſſibile in maiori parte fit caſu, & quod fit caſu non eſt neceſſarium, neq; poſſibile in maiori parte. ſed iſta, quæ non ſunt neceſſaria, neq; poſſibilia in maiori parte, quædã ſunt poſſibilia æqualiter, & quędam in minori parte, Quęrendum igitur, vtrum caſus inueniatur in vtroq;. Sed, ſi exiſtimauerimus ꝙ potẽtia iſtius ſermonis eſt potentia ſyllogiſmi hypothetici diuiſiui, neceſſe eſt ſm̃ Ari. vt caſus ſit in vtroq;. Sed Poſteriores Peripatetici, vt narrauit Auicẽ. dicunt ꝙ caſus inuenit̃ in eis, quæ ſunt poſſibilia in minori ꝑte, non in eis, quæ ſunt æqualiter. & hæc eſt ſnĩa Themiſtij. Auicẽna aũt dicit ꝙ caſus ẽ in vtroq;. & narrauit ꝙ illi ratiocinantur ſuper hoc, dicẽtes ꝙ illa, quæ ſunt & non ſunt æqualiter, cum attribuuntur potentiæ actiuæ, ſunt vt ambulatio, et quies. cum. n. aliquis ambulat, non dicimus ꝙ ambulatio eius fuerit caſu, neque, ſi quieuerit, quòd quies eius fuerit caſu. Auicenna autem contradixit huic ſic. Non eſt impoſſibile inuenire vnum, quod dicatur eſſe neceſſarium in reſpectu alicuius, & caſuale in reſpectu alterius: & ſimr̃ erit poſſibile in maiori parte in reſpectu alicuius, & in minori parte in reſpectu alterius. Et quaſi intẽdit ꝙ ambulatio, ſi attribuitur potentiæ motiuę in loco, erit caſualis, quia non eſt in natura iſtius potentiæ mouere pluſq̃ quieſcere: &, ſi attribuitur ad appetitum, qui facit motum, non erit caſualis. Sed, ſi hoc fuerit, non erit hoc contingens vt ĩ paucioribus naturaliter, neq; vt in pluribus, neq; neceſſarium, quod eſt inopinabile. Et manifeſtum eſt ꝙ, qm̃ dicimus ꝙ contingit mihi ꝙ comedi cum ſacietate, & hoc eſt caſu, & dicitur ſine caſu, vt me comedere per appetitum. ergo contingens æquale impoſſibile eſt vt inueniatur ex eo altera duarum actionum, niſi ex altera cauſa coniuncta cum eo: qm̃ neutra actio eſt dignior vt ſit reliqua. &, cũ ita ſit, actio nõ inuenitur ex eo, quod eſt contingẽs ęqualiter, niſi ex aliqua cauſa extrinſeca coniuncta cum eo. Iſta igitur cauſa, ſi fuerit vt in pluribus, tunc illa actio non dicetur fieri caſu, ſ. ſi prouentus illius actionis ab eo fuerit in maiori parte, erit in pluribus, & ſi fuerit in minori parte, erit ĩ paucioribus. cum igitur actio prouenit ab aliquo contingente per ſe, & primo, neceſſario aut eſt in minori parte, aut in maiori. à contingente autem æqualiter nulla actio prouenit, ſm̃ quòd eſt contingens æqualiter, qm̃ natura eius eſt natura materię, non natura formæ. Actiones igitur, quæ nõ ſunt neceſſariæ, neq; contingentes vt in pluribus, neceſſario proueniunt in minore parte. & ſm̃ hoc caſus non erit in contingenti æqualiter, neq; etiam Ariſt. dimiſit vnum modum actionum, in quibus inuenit̃ caſus.

Et debes ſcire ꝙ dr̃ia inter cõtingens vt ĩ pluribus, & neceſſarium non eſt ꝙ cõtingens vt in pluribus habet impedimentum vt in paucioribus, & nec̃ium non habet impedimentũ, vt dicit Aui. ſm̃. n. hoc ſequitur,

Idẽ. 1. phy. c. 2.

Caſus nõ ẽ ĩ neceſſarijs, neq; in his, quæ ſũ vt in ꝑlib⁹. idem 2. Gen. t. c. 39.

Digreſſio

Op. Themiſtij. et rõ opinionis.

Auicẽna cõtra Themiſtium.

Auerrois contra Auicennam.

A cõtingẽte æqualr̃ nulla actio ꝓuenit, ſm̃ ꝙ ẽ cõtigẽs ęqualr̃. Nota ꝙ ex hoc ſoluitur rõ Auicen.

vt omnia ſint naturaliter neceſſario: immo contingẽs vt in pluribus eſt illud, in cuius natura eſt poſſibilitas vt actio eius deficiat in minori parte: et ideo inuenitur illic impedimentum extrinſecum. neceſſarium vero, quia non habet hoc in ſua natura, ideo non inuenitur impedimentum illi extrinſecum. ſi ergo non inuenitur impedimentum extrinſecum ei, quod eſt contingens vt in pluribus, contingeret tunc vt poſſibilitas in illo eſſet ocioſa: &, ſi inuenitur ei, quod eſt neceſſariũ impedimentum, tunc eſſet impedimentum ocioſum: & natura nihil agit ocioſe. Et, cum contingentia dr̃ de cauſa agente, & recipiente, perſcrutandum eſt de iſtis perfecte. Dicamus igitur ꝙ prima materia eſt parata ad recipiendum duo contraria æqualiter, & ideo receptio vtriuſq; contrariorum eſt ei naturalis. & ſilr̃ apparet de aĩa concupiſcibili, ſ. ipſam eſſe pręparatam ad actiones contrarias ęqualiter. Iſtud igitur contingens non habet cauſas agentes contraria æqualiter in omni tempore, ſ. illud, quod eſt naturale, & ſi nõ, tunc natura ageret ocioſe. vnde neceſſe eſt vt illæ actiones attribuantur agenti, ſ. quod facit alterum contrariorum ita, ſm ꝙ in pluribus, non caſu. &, ſi eſſet hic aliquid, quod agit, & non agit æqualiter, tunc natura ageret ocioſe: potentia. n. ad eſſe, & non eſſe eſſet æqualis in eo ꝑ ſe. Et, cũ dicimus ꝙ potẽtia ad eſſe in prima materia eſt æqualis potentiæ ad non eſſe, intendimus quòd duo contraria inueniuntur in ea in temporibus ęqualibus oppoſitis, vt pluuiam eſſe, & non eſſe æqualiter, ſed hic in hyeme, & hic in æſtate. et cauſatum alternatio agentium hæc duo contingentia æqualiter eſt neceſſe in temporibus æqualibus, & actio earum in cauſatis eſt in maiori parte, & ſunt corpa cœleſtia, & ideo ſunt cãæ corũ, quæ ſunt, & nõ ſunt æqualr̃. Apparet igr̃ ex hoc, ꝙ contingens æqualr̃ non inuenit̃ in potentijs agẽtibus ꝑ ſe, ſed in potẽtijs paſſiuis, & in eis, quarum ꝑparatio ad receptionem duorum contrarioꝝ eſt ęqualis, ſiue ſit aĩa, aut non aĩa. in potẽtijs aũt paſſiuis, q̃ dignius recipiunt alterum contrarioꝝ q̃ꝫ reliquum, non eſt contingentia æqualiter: & tamen contingens æqualiter inuenitur in paſſione, non in actione. nõ. n. inueniuntur actiones, quę ſunt ęqualiter. paſſiuum. n. non exit ad actum niſi à potentia actiua. & hęc eſt cauſa, quare Ariſt. dimiſit in hoc capitulo contingens ęqualiter, ſermò autem dicens ꝙ omnia ſunt neceſſaria nullus eſt, & in Metaphyſica cõtradicitur. [a]

Prima materia ẽ parata ad recipiendum duo cõtraria æqualiter. Idẽ. 9. meta. 17. &. 4. cœ. c. 35. &. 2. de gña tione. 51.

Recapitulo

Sermo dicẽs ꝙ oĩa ſũt neceſſaria nullus eſt.

a In Cod. An. addita ſũt hęc verba, & hoc ẽ cõtra ponẽtes ꝑdeſtinationẽ ĩ oĩb⁹. ſed forte eſt gloſſa.

Eorum autem, quæ fiunt, alia quidẽ propter aliquid fiunt, alia vero non. horum aũt, alia quidem ſm electionem, alia vero nõ ſm electionem. ambo autẽ ſunt in ijs, quæ propter aliquid. Quare manifeſtum eſt ꝙ in ijs, quæ ſunt præter neceſſarium, & quod frequenter, ſunt quædam, circa quæ contingit eſſe id, quod eſt propter aliquid. Sunt autem propter aliquid, & quæcunq; ab intellectu vtiq; aguntur, & quæcunq; a natura.

Et poſtea illa, quæ ſunt, quædam propter aliquid, & quædam non. quædam. n. ſunt ꝑ cognitionem, vel voluntatem, & electionẽ, & quædam non. ſed hæc duo collocantur in eis, quæ ſunt propter aliqd. Declaratum eſt igitur ꝙ in eis, quæ ſunt extra neceſſarium, & extra illud, quod eſt in maiori parte, ſunt aliqua, in quibus poſſibile ẽ inuenire aliqd, quod eſt propter aliud. Et illa, quę ſunt propter aliquid, ſunt omnía, quæ facta ſunt per cognitionẽ, & omnia, quæ ſunt à natura.

Cum declarauit ꝙ caſus, & ex ſe ſunt in rebus, quæ ſunt in minori parte, & illa, quæ ſunt in minori parte, quædam ſunt à rebus, quæ non ſunt propter aliquid, vt actiones, quæ fiunt ſine cognitione, vt caſus capillorum à confricatione barbæ, hoc. n. fit in minori parte, & quædam fiunt in minori parte, ſed à rebus, quæ ſunt propter aliquem finem, ſed ſequitur ex eis aliud ab illo fine, vt inuentio debitoris in foro, hoc. n. eſt in minori parte, ſed fit ex itinere ad forum, quod fuit ꝓpter aliquem finem. Et, cum hoc fecit, incœpit in hoc ſermone declarare quod caſus, & ex ſe ſunt in rebus, q̃ ſunt in minori parte, quæ fiunt à rebus, quæ ſunt propter aliquam cauſam, ſed errauerũt in illa cauſa, & fuit inuenta ab eis alia cauſa, & dixit Et poſtea, &c. i. poſtea illa, ex quibus ſunt res, quæ ſunt in minori parte, quædam ſunt propter aliud, & ſunt actiones, quę ſunt à cognitione, & voluntate, & quædam ſunt non propter aliud, et ſunt actiões ocioſę. D. d. ſed hęc duo, &c. i. ſed caſu, & ex ſe fiunt ex rebus, quæ ſunt propter aliquid, ex quibus inuenitur aliud in minori parte. D. d. Declaratum eſt igitur, &c. i. &, cum ſit declaratum de rebus, quæ fiunt in minori parte, ꝙ quædam fiunt ex rebus, quę ſunt propter aliud, & quędam fiunt à reb⁹, quæ non ſunt propter aliquem finem, manifeſtum eſt ꝙ in illis, quæ non ſunt neceſſaria, neq; cõtingentia in maiori parte, inueniuntur aliqua, quæ ſunt in minori parte, quæ fiunt à rebus, quæ ſunt propter aliquã cauſam, i. propter aliquem finem. Et, cum declarauit ꝙ illa, quæ ſunt in minori parte, ſunt duobus modis, modo, ſ. qui fit ex aliquo, quod eſt propter aliquem finẽ, & modo, qui fit non per aliquem finem, & ꝙ illa, quæ fiunt ꝓpter aliud, ſunt res perfectæ à natura, & à cognitione, incœpit declarare ꝙ in primo modo eſt caſus. 49

Cõtinuatio.

Expõ text⁹

Huiuſcemodi igr̃, cũ ſm accñs fiunt, à fortuna dicimus eſſe. vt. n. & quod eſt, aliud quidem per ſeipſum eſt, aliud autẽ ſm accidens, ſic & cauſam contingit eſſe. vt ipſius domus per ſe quidem cauſa eſt ædificatiuum, ſm accidens autem album, aut muſicum. itaq; per ſe cauſa definita eſt, quæ vero ſm accidẽs indefinita. infinita. n. vni accident. ſicut igitur dictum eſt, cũ in ijs, quę propter aliqd fiunt, hoc fiat, tunc dicitur à caſu, & à fortuna.

Cãæ ꝑ ſe ſũt finitæ, ſt cãę ꝑ accñs ſunt infinitæ.

Quod igitur eſt tale, cum fuerit per accidens, dicemus ipſum fieri caſu. & quemadmodum ens quoddam eſt per ſe, & quoddã per accidens, ſilr̃ poteſt eſſe cauſa. v. g. qm̃ cauſa eſſentialis domus eſt ædificator, accidentalis vero muſicus. et cauſa eſſentialis eſt terminata, accidentalis vero non terminata. eidem. n. poſſunt accidere infinita. & eſt, ſicut diximus, qm̃, quando in rebus, quæ ſunt propter aliqd fuerit hoc, quod narrauimus, iam dicitur eſſe tunc ex ſe, & caſu.

Et illa, quæ ſunt talia ex rebus, quæ ſunt propter aliquid, qñ ex eis fit aliud per accidens, dicitur ꝙ illud fit caſu. Deinde dixit & quemadmodum ens quoddam eſt per ſe, &c. i. & quemadmodum ens quoddam eſt per ſe, & eſt ſubſtantia, & quoddam eſt accidens ei, & eſt accidẽs, ſilr̃ eſt de cauſa, ſ. quoniam cauſa, quædam 50

dicitur

dicitur cauſa per ſe, vt ædificator domus, & quædam per accidens, vt ædificator, cui accidit ꝙ fuit muſicus, in eo ꝙ muſicus. dicitur. n. ꝙ muſicus eſt cauſa domus per accidens, i. quia inuenitur in cauſa, quæ eſt per ſe.

Et dr̃ia inter illud, quod agit caſu, & īter cauſam, quę eſt per accidens, vt dixerunt expoſitores, eſt, qm̃ cauſa, quæ eſt per accidens, vt Muſica, aut Medicina, nō operatur in domum oīno, neq; agit ī illam, ſed dicitur cauſa per accidens, quia accidit cauſæ agenti, & dicitē * illud agens ꝑ accidens, quia ex eo fit aliquid per accidens, non illud propter quod eſt, & eſt illud, quod fit ex eo per ſe. D. d. cauſa autem per accidens, &c. cauſa, quæ eſt per accidens, non eſt terminata, cum poſſibile eſt vt accidant cauſæ, quæ eſt per ſe, infinita per accidens. Et prædixit hoc, vt notificet poſt ꝙ cā agēs per accidens illud, quod fit ex ipſa, eſt etiam cauſa non terminata: qm̃ illa acta, facta per accidens poſſunt fieri à pluribus cauſis diuerſis. inuenire. n. debitorem poteſt eē abire ad forum, & ire ad ſcholas, & à pluribus. D. d. & eſt ſicut diximus, &c. et, cū declarata ſunt iſta, & expoſita, manifeſtum eſt ꝙ, cum à rebus agentibꝰ, quæ ſunt ꝑpter aliquam actionem, fuerit iſte modus actionis, fit ex eis ꝑ accñs, & ſunt cauſæ eius agentes ꝑ accñs, & dr̃ ſm̃ hunc modum fieri caſu, et ex ſe.

* al. caſu.

Cā ꝑ accñs nō ē terminata. Idē 1. h°. cō. 44. & 8. ph. 15. & 46

Ipſa autem adinuicem horum differentia poſterius determinanda eſt. nunc vero hoc ſit manifeſtum, ꝙ vtraq; ſunt in ijs, quę propter aliquid ſunt. vt cauſa recipiendi argentum veniſſet, reportaturus pecuniam, ſi ſciuiſſet: venit autem non huius gratia, ſed accidit veniſſe, & feciſſe hoc reportādi gratia: hoc autem neq; vt frequenter venientē ad locum, neq; ex neceſſitate. Eſt autē finis reportatio, non cauſarum, quæ in ipſo, ſed eligibilium, & ab intellectu, & dicit tunc à fortuna quidem veniſſe. ſi autem proponens, & huius gratia, aut ſemper veniens, aut frequenter reportans, non à fortuna.

Differentia autem, quæ eſt inter hæc duo in ſe, determinanda eſt poſt. ſed in hoc loco manifeſtum eſt ꝙ ambo collocantur in eo, quod eſt propter aliquid. v. g. qm̃ iſte homo iret ad talem locum, vt acciperet à debitore ſuam pecuniam, ſi ſciret hoc: ſed nō propter hoc iuit ad illum locū, itio eius ad illum locū propter hoc, quod accipiet ſuam pecuniam, fuit accidens ei: & hoc erit, quando itio eius ad illum locum non fuerit conſueta ei, neq; neceſſaria. Et finis, i. accipere pecuniam nō eſt ex cauſis, quæ ſunt in ipſa natura rei, ſed ex cauſis, quæ ſunt ſine voluntate, & ſine cognitione, & tunc dicitur ꝙ contingunt caſu. ſi igitur fuerit per voluntatē, & itio illic fuerit propter hoc ſemper, aut in maiori parte, tunc accipere pecuniam non erit caſu.

51 Differentia aūt inter hęc duo, &c. i. inter caſum, & ex ſe. D. d. ī hoc autem loco. i. quod declaratum eſt ex eis eſt, qm̃ collocantur in cauſis, quæ ſunt propter aliquid, ſ. agētibus. hoc. n. ita ſe habet ad illa, ſicut genus, & illud, quod habet ſe ad illā, ſicut dr̃ia eſt, vt ſint cauſæ agentes per accidens. D. induxit exemplū, & dixit v. g. &c. i. & cauſæ agentes, quę ſunt propter aliqđ eſſe cauſas alicuius per accidens, & ſunt illa, quę dicuntur caſu, & ſunt, ſicut, ſi aliquis homo habet debitorē, & eſt in aliquo loco, quem neſcit eſſe ibi: &, ſi ſciret, tunc iret ad illum. accidit igitur illi homini tendere ad illum locum ad faciendum aliud, cuius cōſuetudo fuit vt fieret in illo loco. iſte igitur homo, qñ tenderit ad illum locum, & inuenerit ſuum debitorem in illo, & acceperit pecuniam ab eo, dicetur ꝙ inuētio eius fuit caſu: et manifeſtum eſt ꝙ, cum exiuit ad illum locum, nō intēdebat accipere pecuniam. exitus igitur eius ad illum locum fuit cauſa acceptionis pecunię per accidēs, cum voluntas eius non intendebat accipere illam pecuniam. Et hoc intendebat, cum dixit non eſt ex cauſis, quæ ſunt in ipſa natura rei, i. in natura exitus ad illum locum, cum non ſit conſuetudo ad inueniendum debitorem illic: ſed eſt cauſa per accidens, cum non cogitabat, neq; intendebat illud: & tunc dicitur ꝙ acceptio pecuniæ eſt per accidens. ſi autem itio eius ad illū locum fuit ad hoc, vt inueniret ſuum debitorem in illo loco, quia debitor eſt aſſuetus īueniri illic, aut ſemper, aut in maiori parte, & inuenit illum, tunc itio erit cauſa acceptiōis pecuniæ per ſe, & nullus dicit ꝙ acceptio pecuniæ fuit per accidens. Et hoc intendebat, cum dixit ſi igitur fuerit per voluntatem, &c. i. ſi igitur itio eius ad illum locum fuit ꝑ voluntatē ad accipiendū illic pecuniam à debitore, quia conſuetudo eſt vt illic accipiatur pecunia ab eo ſemper, aut in maiori parte, & iuerit, & acceperit pecuniam ab eo, tunc non dicetur quòd acceptio pecuniæ fuit per accidens. & cauſa vtriuſq; eſt vna, & eſt itio. cauſæ igiť agētes collocanť in caſu, & ex alia, cū fuerint cauſæ alicuius per accñs.

Manifeſtum itaq; ꝙ fortuna cauſa eſt ſm̃ accidens in ijs, quæ ſecundum electionem, eorum, quæ propter aliquid ſunt. quapropter circa idem & intellectus, & fortuna eſt. electio. n. non ſine intellectu eſt.

Quid ſit fortuna.

Circa idē & itellĕ, & fortuna verſantur.

Declaratum eſt igitur quòd caſus eſt cauſa per accidens in rebus, quæ ſunt voluntariæ, & ex eis, quę ſunt ꝑpter aliquid. & ideo cognitio, & caſus ſunt in eodem. voluntas enim non eſt ſine cognitione.

Hæc eſt definitio caſus, ſm̃ ꝙ apparuit ex ſermone prædicto. & dixit ꝙ eſt cauſa per accidens, vt diſtinguat inter illud, & cauſam eſſentialem. Et cum dixit in rebus, quæ ſunt voluntariæ, intendit in rebus paucioribus, quæ ſunt voluntariæ, & eſt dr̃ia, qua diſtinguitē ſubiectum caſus ab eo, in quo non contingit caſus. Et, cum dixit ex eis, quæ ſunt propter aliquid, diſtinguit inter ipſum, et actiones ocioſas. per has igitur tres differentias perficitur definitio caſus, & contentus eſt ad dicendum illa, quæ ſunt voluntariè, vt diſtinguat caſum ab eo, quod fit ex ſe. & forte tacuit hoc, quia notum eſt quòd illud, quod fit ex natura, in hoc eſt, ſicut illud, quod fit ex voluntate. Deinde d. & ideo cognitio, & caſus ſunt in eodem. ideſt &, quia caſus eſt cauſa per accidens in rebus, quæ ſunt à voluntate, & propter aliquid, ideo ſubiectum caſus, & cognitionis eſt idem: quoniam ſubiectum caſus, & voluntatis eſt idē: & voluntas non eſt extra cognitionem. & ſimiliter intelligendum de natura, ſ. quòd ſubiectum caſus, & rerum intentarum in eis eſt idem. 52

Volūtas nō ē extra cognitionē. Idem. 12. meta. cōmen. 39.

Indefinitas igitur cauſas neceſſe eſt eſſe, à quibus fiat quod eſt à fortuna. vnde videtur fortuna indefiniti eſſe, & immanifeſta homini.

mini. Et eſt, vt nihil à fortuna videatur vtiq; fieri. omnia enim hæc recte dicuntur, quoniam rationabiliter. eſt enim vt fiat à fortuna, ſecundum accidens enim fit.

Et cauſæ, ex quibus eſt illud, quod eſt caſu, neceſſe eſt vt ſint non terminatæ, & ideo exiſtimaẽ q caſus etiam eſt non terminatus, neq; manifeſtus homini. Et quodammodo rectum eſt exiſtimari q nihil fit caſu. qm̃ oẽs iſti ſermones, quia ſunt recti, ſunt neceſſarij in illo. eſt. n. hic modus latens eius, quod fit caſu, & quoniam non fit, niſi per accidens.

53 Et cauſæ, quæ ſunt caſu, non ſunt terminatæ, quia ſunt cauſæ per accidens, & vt in paucioribus. Et intendebat per hoc notificare quòd cognitio non continet caſum, & quòd nulla ſcientia ſpeculatiua perſcrutatur de illo, cum nullum ens intentum naturaliter proueniat ex eo, & entia, quæ ſunt ab eo, non poſſunt habere cauſas terminatas. D. d. neceſſe eſt vt ſint non terminatę. ſ. in ſe, i. extra mentem, cum non ſint cauſæ vt in pluribus, ſed in paucioribus eorum, quæ fiũt ex eis. D. d. & ideo exiſtimatur, &c. i. quòd ſcientia eius eſt non terminata apud nos: quoniã ex eo, q in ſe eſt cauſa, ſ. non terminata, ideo ſcientia eius eſt non terminata. D. d. & rectum eſt quodammodo exiſtimare, &c. i. propter latentiam ſuæ naturæ exiſtimatur ipſum nõ eſſe, & cauſa latentiæ eius eſt, quia eſt per accidens, & quod eſt per accidens eſt in minori parte, & quod eſt in minori parte exiſtimatur non eſſe. & hoc intendebat, cum dixit eſt enim hic modus, &c.

Nulla ſcīa ſpeculatiua p̄ſcrutatur de ente p̄ accidēs. ſ. 6 met. cc. 4.

Et eſt cauſa, vt accñs, fortuna, vt autẽ ſimpl'r nullius. vt domus ædificator quidẽ cauſa eſt, ſm accidens aũt tibicen. et vt veniens referat argentũ, non huius cauſa veniens, infinitæ ſunt multitudine: etenim videre aliquẽ volens, & perſequens, & viſurus, & fugiẽs.

Caſus igitur eſt cauſa ſm q eſt accidẽs, ſimpliciter autẽ non eſt cauſa alicuius omnino. v. g. quoniam cauſa domus eſt ædificator p̄ ſe, per accidens vero muſicus. & hominem ire ad aliquem locum, donec apprehendat pecuniã, abſq; eo, q propter illam pecuniã iuit ad illum locum, habet cauſas infinitas. v. g. velle inuenire illic aliquem amicum, aut quærere fugientem, aut fugere quęrentem.

54 Dicit q caſus eſt cauſa agens per accidens, & non ſimpliciter. cauſa enim eſſentialis eſt vna eius, cuius eſt cauſa, cauſæ autem per accidens ſunt infinitæ. verbi gratia quoniam cauſa domus per ſe eſt ædificator, per accidens vero ſunt infinitæ, verbi gratia muſicus, & medicus. & ſimiliter cauſæ caſus ſunt infinitæ. ire enim ad aliquem locum, vbi contingit inuenire debitorem, à quo apprehenditur pecunia, habet cauſas infinitas. vadit enim illuc propter cauſas diuerſas, verbi gratia ad quærendum aliquem amicum, aut fugiendum aliquem inimicum. Et iſte ſermo eſt quaſi ĩ prima figura. & vna propoſitio eius eſt, quòd illud, quod eſt caſu habet cauſas infinitas: ſecunda autem, q cauſę infinitæ collocantur in cauſis, quæ ſunt per accidens: & concluditur quòd caſus eſt cauſa per accidens. exẽplum igitur, quod induxit de domo, & ędificatore, induxit ad verificandum maiorem propoſitionem, & exemplum, quod induxit de debitore, induxit ad verificandum minorem.

Cā eſſentialis ē vna eius, cu' eſt cā, ſed cāę per accidens ſunt infinitæ.

Et dicere eſſe aliqd p̄ter rationem fortunã recte eſt. ratio. n. eſt aut eorum, quę ſemp̄ ſunt, aut eorũ, quæ frequenter: fortuna autẽ eſt in ijs, quæ fiunt p̄ter hæc. quare, cũ indefinitæ ſint quæ ſic ſunt cauſæ, & fortuna indefinita eſt. Attamen etiã in q̄buſdã dubitabit vtiq; aliq̄s, nunquid quæuis ſint fortunæ cauſæ, vt ſanitatis, aut ſpiritus, aut æſtus, ſed non detonderi. ſunt. n. aliæ alijs proximiores earum, quæ ſm accidens, cauſarum.

Cum igit̃ cauſæ, quę ſunt ſm hunc modũ, ſunt non terminatę, caſus etiã eſt non terminatus. Sed hõ dubitat in vnaquaq; earum, vtrũ cauſæ caſus ſunt quæcũq; cauſæ ſint ex eis, ex quibus fit aliquid caſu. v. g. q cauſa ſanitatis fuit aduentus venti, & ſolis, non euacuatio. cauſę. n. quę ſunt p̄ accidens, quędam ſunt propinquiores quibuſdam rebus.

Hoc, quod dicit, manifeſtũ eſt per ſe. qm̃, cum cauſæ fuerint non terminatæ, cauſatum etiam erit non terminatum, ſed, licet homo concedat q cauſæ caſus ſunt non terminatæ, dubitat in cauſis vniuſcuiuſq; eorum, quæ fiunt, quæ earum attribuitur caſui, & quæ non. quoniam quia cauſæ caſus ſunt cauſæ per accidens, & cauſæ, quæ ſunt per accidens, quædã ſunt propinquæ, & quædam remotæ, remotæ autem magis ſunt de capi. accidentis, q̃ propinquæ, & propinquę magis ſunt de eo, quod eſt per ſe, ideo conſyderans reuoluit ſe in iſtis cauſis. cum autem differentia fuerit manifeſta in eis, non reuoluetur, ſ. inter cauſam eſſentialem, & accidentalem. vt cum dicimus q cauſa ſanitatis caſualis eſt aduentus venti, & ſolis, nõ euacuatio: manifeſtum eſt enim quòd aduentus venti eſt cauſa ſanitatis per accidens, euacuatio autem per ſe. exemplum igitur, quod induxit, non eſt de cauſis, quæ faciunt dubitare de caſu, ſed de eis, quę non faciunt dubitare, et induxit exemplum loco ſecundi modi, & quaſi dicat & cauſarum in quibuſdam dubitatur, & nõ poſſunt diſtingui illæ, quæ ſunt caſu ab illis, quæ ſunt per ſe, & quædam nõ, vt cum dicitur q cauſa ſanitatis fuit aduentus vẽti, & ſolis, non euacuatio. Deinde induxit cauſam dubitationis accidẽtis in iſtis cauſis, & dixit cauſę enim, quæ ſunt per accidens, &c. & hoc eſt ita. quoniam, cũ in quolibet genere ſunt aliqua nota naturaliter, & aliqua ignota, & caſus eſt vnum generum entium, accidit in eo etiam tale accidens. ſ. quoniam in eo eſt, quod eſt manifeſtum per ſe ipſum eſſe cauſam, & quod non eſt manifeſtum per ſe. Themiſtius vero exponit hoc capitulum ita, q intendebat notificare q cauſæ caſus quædam ſunt propinquæ, & quædam remotæ, & q hoc intendebat per exemplum, cum dicit quòd cauſa ſanitatis fuit aduentus venti, &c. quaſi intendit q alterum iſtorum eſt propinquius reliquo. Et in quibuſdam libris inuenimus non abradere caput. & ſecundum hoc intendit, quòd cauſæ remotæ, quæ ſunt per accidens, non numerantur in cauſis caſus. abradere enim caput eſt cauſa, caſualis remota: ſol autem, & ventus eſt cauſa propinqua. 55

Fortuna autem Bona quidem dicitur, cũ bonum aliquid euenit. Mala autem, cũ ma-

lum aliquid. Proſperitas vero fortunę, et Infortuniũ, cum magnitudinem hñt hęc. Quocirca, & cum parum abeſt, vt qs malum, aut bonũ capiat magnum, eſt vel infortunatum eē, vel bene fortunatum: qm̃, tanq̃ exiſteret, dicit intellectus. quod. n. parum, tanq̃ nihil diſtare vr̃. Amplius autem incerta eſt ꝓſpera fortuna rõnabiliter. fortuna. n. incerta ē. neq;. n. ſemper, neq; frequẽter poſſibile eſt eſſe eorum, quæ ſunt à fortuna quicquam.

Quod parũ, tanq̃ nihil diſtare vr̃.

Et dicit̃ ꝙ Caſus eſt Bonus, cum finis eius fuerit laudabilis, & dr̃ ꝙ eſt Malus, qñ finis eius fuit illaudabilis, & dr̃ Bonitas caſus, & Malitia caſus, qñ iſti fines fuerint maximi. Et iõ q ferè venit ad maximũ malũ, aut maximũ bonũ, dr̃ fortunati caſus, aut infortunati: intellectus. n. profert res ſm̃ ꝙ ſunt, aut ferè. illud. n. quod diminuit̃ quaſi nihil eſt. Sed fortunitas caſus eſt res non certa. quod. n. fit caſu non eſt ſemper, neq; in maiori parte.

56 Et dicitur ꝙ caſus eſt Bonus, cum finis eius fuerit laudabilis, & econtra. Bonitas autem caſus eſt, quando illud laudabile fuerit maximum. & ſimiliter Malitia caſus dicitur, quando illud illaudabile fuerit maximum. Et quaſi intendit ꝙ bonitas, & malitia caſus vſitãtur, quando caſus fuit maximus, magis q̃ vſitantur bonus caſus, & malus caſus. & forte hoc eſt in vſu hominum. D. d. & ideo qui ferè venit, &c. i. & propter hoc, quod diximus ꝙ malitia, & bonitas caſus dicitur in maximis caſibus, ideo dicuntur in eo, qui ferè venit ad maximum malum, & euadit ab ipſo, quod eſt Fortunati caſus, & qui ferè venit ad maximum bonum, et non attingit ipſum, dicitur ꝙ eſt Mali caſus. illud. n. quod eſt propinquum ad habendum, & exiſtimatur oĩno haberi, eſt apud intellectum quaſi habitũ. & hoc intendebat, cum dixit intellectus. n. &c. i. & homines tenent illa, quæ ſunt propinqua ad habendũ, quaſi habita, quia itellectus profert res, ſm̃ ꝙ ſunt in ſe. ſed forte diminuit in aliquo modico, & exiſtimatur ꝙ nõ diminuit in aliquo, ſicut accidit in iſtis rebus, quæ ſunt propinquæ ad eſſe, deinde impediuntur à caſu. intellectus enim ponit eas quaſi exiſtentes. Et induxit totum hoc ad demonſtrãdum ꝙ non dicunt malitiam, & bonitatem caſus, niſi de finibus exiſtentibus ĩ actu, aut de illis, quæ ſunt quaſi exiſtentes in actu. Deinde dixit Sed fortunitas caſus eſt nõ certa res. et dixit hoc, ne homo decipiatur in ſua vita humana ex hoc, quod accidit ei de bonitate caſus.

Sunt igitur ambo cauſæ, quemadmodum dictum eſt, ſecundum accidens, & fortuna, & caſus, in ijs, quæ poſſunt fieri non ſimpliciter, neq; frequenter. & horum, quæcunq; vtiq; fient in ijs, quæ propter aliquid. Differunt autẽ, quoniam caſus in plus eſt. quod enim eſt à fortuna, eſt & à caſu: hoc autẽ non omne à fortuna eſt. Fortuna enim, & quod à fortuna eſt, ijs ineſt, quibus & fortunatos eſſe inerit, & omnino actio.

Caſus igitur, & ex anima ambo ſunt cauſæ per accidens in rebus cõtingentibus, non ſimpliciter, neq; vt in pluribus, & iſtorum in eis, quæ ſunt propter aliquid. Sed differunt, quoniam ex anima dicitur de pluribus eis, de quibus dicit̃ caſus. omne. n. quod eſt caſu, ex ſe eſt, & non omne, quod eſt ex ſe, eſt caſu, caſus enim, & illud, quod eſt caſu, inueniuntur in rebus, in quibus poteſt contingere bonitas caſus, & vniuerſaliter in rebus, quæ poſſunt operari.

Cum declarauit naturam cõem caſus & eius, ꝙ eſt ex ſe, incœpit date differentiam inter illa, et primo dedit definitionem continentem illa, & dixit Caſus igit̃, & ex anima, &c. ideſt et intendit per contingentia entia, & ꝑ hoc, ꝙ dixit non ſimpl̃r, i. nõ illa, q̃ ſunt neccia, neq; illa, quę ſunt ĩ maiori parte, ſed ĩ eis, quę ſunt neq; neccia, neq; vt in pluribus, et ex iſtis etiam in eis, q̃ ſunt ꝑpter aliquid. D. dixit Sed differũt, &c. i. & ex ſe dicitur, magis generale q̃ caſus. omne. n. quod eſt caſu, dicitur eſſe ex ſe, & omne, quod eſt ex ſe, non dicit̃ eſſe caſu, ſed nõ ſm̃ ꝙ illud, quod ſignificat illud, quod eſt ex ſe, eſt quaſi genus eius, quod eſt caſu, ſed ex ſe. et caſus in rei veritate ſunt duæ ſpecies, quarum altera eſt in rebus voluntarijs, & ſecunda in rebus naturalibus. ſed vtitur vno nominum iſtarum duarum ſpecierum communiter, & proprie, & eſt ex ſe. quandoq; igitur ſignificat caſum in rebus naturalibus tantum, & quãdoq; ſignificat caſum in rebus naturalibus, & voluntarijs: caſus autem non ſignificat niſi illud, quod fit in rebus voluntarijs tantum. D. d. caſus enim, &c. caſus enim ſignificat illa, in quibus caſus poteſt dici bonus, & ſunt vniuerſaliter res operatiuæ. 57

Quocirca & neceſſe eſt circa agenda eſſe fortunam. Signũ autem eſt, qm̃ videt̃ vel idẽ eſſe cũ fœlicitate Proſpera fortuna, aut ꝓpe. fœlicitas aũt actio q̃dã eſt. eſt. n. bona actio. Quare quibuſcunq; non contingit agere, ijs neq; à fortuna aliquid facere continget.

Fœlicitas ẽ quędã actio.

Et ideo neceſſe eſt, vt caſus ſit ex rebus, q̃ fiũt. Et ſignũ eius eſt, qm̃ exiſtimat̃ ꝙ Bonitas caſus, & fortunitas maximorum eſt aliqua opatio: creſcit. n. in operatione. Ex quo ſequit̃, vt quicquid non intendit opationẽ, impoſſibile eſt vt faciat aliquid caſu.

Et quia bonitas caſus inuenitur in rebus voluntarijs, neceſſe eſt vt caſus ſit in rebus voluntarijs, nõ naturalibus. D. d. Et ſignũ eius eſt, quia exiſtimat̃, &c. i. & ſignum eius, quod Bonitas caſus eſt in rebus operatiuis, eſt, qm̃ bonitas caſus ē fortunitas eorum, qui maximam habẽt fortunitatem: fortunitas autem non eſt niſi in actionibus. nihil. n. aliud eſt niſi actiones finium laudabilium. & hoc intendebat, cum dixit inuenitur. n. in operatione. Et, cum declarauit ꝙ bonitas caſus eſt fortunitas: & fortunitas non inuenitur niſi in homine: ergo caſus nõ inuenitur niſi in actionibus hominis voluntarijs tm̃. & ideo dixit poſt. Ex quo ſequitur, &c. i. cum poſuerimus ꝙ caſus inuenitur in rebus volũtarijs, ſequitur vt omnia, quę non habent voluntatem, neq; intentionem, vt non habeant caſum. 58

Fortũitas ñ ẽ niſi ĩ actionib⁹. Idem. 12. me. c. 19.

[a] Ob idq;, neq; inanimatũ q̃ppiam, neq; beſtia, neq; puerulus, quicq̃ facit à fortũa, qm̃ nõ hñt electionem: neq; proſpera fortuna,

a Fortũa ñ ẽ ĩ reb⁹ aĩa carẽtib⁹, neq; ĩ ĩfantibus, neq; in brutis. Idem. 1. Eth. cap. 13. &. 10. Ethi. cap. 10.

neq;

neq; infortunium,his ineſt, niſi ſm ſſītudinē. vt dixit Protarchus fortunatos eſſe lapides,ex qbus ſunt arę, ꝙ honorent̄, copulati aūt cū his cōculcent̄. Pati aūt à fortuna ineſt quodāmodo & his,cum agens aliquid circa hæc agat à fortuna: aliter autem non eſt.

Et ꝑpter hoc nihil agit caſu aliquid illud, quod nō habet animam, neq; brutum, neq; infans,qm̄ non habent electionem,neq; habēt fortunitatem caſus,neq; infortunitatem niſi ſm ſimilitudinē,ſm ꝙ dixit Protarchus, quoniam lapides,ex quibus fiunt idola,ſunt fortunati,quia ſunt glorioſi, & alij lapides incedunt ſuper ipſos. Paſſio enim caſus eſt iſtius etiam quodammodo,qñ aliquod agēs egerit aliquid caſu: alio vero modo non.

59 Cum declarauit ꝙ caſus eſt in rebus, quæ ſunt ſm cognitionem, incœpit declarare ꝙ ſequitur ex hoc, vt caſus non inueniatur in aliqua operatione rerum non animatarum, & non habentium cognitionem, & dixit Et propter hoc, &c. i. et propter hoc, quod declaratum eſt, ꝙ caſus eſt in actionibus intētis, manifeſtum eſt, ꝙ caſus non inuenit̄ in rebus carentibus aīa, neque in aīalibus brutis, neq; in infantibus, quia non habent cognitionem. D. induxit exemplum, & dixit & in iſtis non inuenitur caſus, quia fortunitas, aut infortunitas non attribuitur alicui iſtorum, niſi trāſumptiue ſm paſſiones contingentes eis ex habentibus voluntatem, vt accidit quibuſdam lapidibus vt fiant idola glorificata, aut altaria. Et hoc intendebat, cum dixit Paſſio autem eſt caſus iſtorum, i. quoniam non habēt caſum in actione, ſed in paſſione ſecundum actiones eorum, quorum actionibus accidit caſus, & ſunt habentes voluntatem.

L. Alter. & inalatis.

Sed caſus & alijs animalibus, et inanimatorum multis. vt equus caſu, dicimus venit, qm̄ ſaluatus qdem eſt veniens, nō ſalutis autē gratia venit. & tripes caſu cecidit: ſtetit. n. ſedendi cauſa, ſed non ſedendi cauſa cecidit.

Ex ſe autem eſt in alijs animalibus, etiam in pluribus carētibus anima. v. g. quoniam dicimus ꝙ equus venit ex ſe, & ſaluatur ex ſuo aduentu, ſed aduentus eius ad nos non fuit propter ſuam ſalutem. & dicimus quòd ſcānum habēs pedes cecidit ex ſe ſuper ſuos pedes, ita vt ſit aptū, vt ſedeat qs ſuꝑ ipſum, ſed cadere nō fuit, vt quis ſederet ſuꝑ ipſum.

60 Vult narrare ꝙ ex ſe inuenitur in operationibus carentium volūtate, vt accidit equo, quem cœpit inimicus, qui euaſit ad nos, & fugit ad nos propter cōſuetudinē, & accidit ei ſaluari ex ſe. dicimus. n. ꝙ iſte equus ſaluat̄ ex ſe, quia non intendebat ꝑ ſuū aduentum ſalutē. & ſilr, qñ accidit vt cadat ſcamnum ſuper ſuos pedes, ita ꝙ ſit aptum vt ſedeatur ſuper ipſum: dicimus enim ꝙ ipſum cadere ſuper pedes fuit ex ſe.

Quare manifeſtum eſt ꝙ in ijs, quæ ſimpliciter propter aliquid fiunt, cum non eius, quod euenit, gratia fiunt, cuius extra eſt cauſa, tunc à caſu dicimus. à fortuna autem horum, quæcunque à caſu fiunt, eligibilium, in habentibus electionem.

Manifeſtum eſt igitur ex hoc, ꝙ illa, quæ ſunt ſimpliciter, & propter aliquid, cum nō fuerit propter aliquid illud, quod accidit ex eis ex cauſa extrinſeca, dicitur eſſe ex ſe, & quòd ex iſtis, quæ fiunt ex ſe, ex habentibus voluntatem, & ꝑ voluntatem, dicit̄ eſſe caſu.

Et, cum ex ſe eſt cauſa per accñs, & eſt ex cauſis, quæ ſunt propter aliquid, manifeſtum eſt ꝙ illa, quæ ſunt propter aliquid ſimplr, qñ ex eis non fuerit illud, propter quod fuerint, ſed ex eis fuerit aliquid, quod innatum eſt prouenire ab alijs extrinſecus eſſentialr, manifeſtū eſt ꝙ illa dicunt̄ fieri ex ſe. &, ſi iſta fuerint actiones habentium cognitionem, & proueniunt ex cognitione dicuntur proprie caſus. &, ſi fuerint actiones nō habentium cognitionem, & proueniunt ex habentibus cognitionem, ſed nō ex cognitione, dicuntur cōmuniter ex ſe. Et, cum dixit quę ſunt ſimpliciter propter aliquid, intendebat quæ in ſua natura, & ſua ſubſtantia ſunt propter aliquid, non ſm quid. & quaſi intendit hic per ſimpliciter cōitatem, & vniuerſitatem. D. d. cum non fuerint propter aliquid, i. cum non ſeqtur illud, ꝑpter quod fuerit. D. d. quod aūt accidit, etc. i. quod autem fit ex talibꝰ, ex eis, quorum cauſę eſſentiales ſunt extrinſecæ, illud dicitur fieri ex ſe, cum non inuenitur à cauſis, à quibus innatum eſt inueniri, ſed à rebus, à quibus non eſt inueniri innatum. & ſecūdum hoc dicimus in iſtis cauſis, quòd ſunt ex ſe. 61

Quid ſit Fruſtra

Signum aūt eſt ipſum Fruſtra. qm̄ dicitur, cum non fiat quod ꝑpter aliud eſt, illius gratia. vt ambulare, ſi purgationis gratia eſt. ſi vero non facta fuit ambulanti, fruſtra dicimus ambulaſſe, & ꝙ ambulatio, fruſtra fuit. tāq̄ hoc ſit Fruſtra, quod natū ē alterius gr̄a, cum non perficiat illud, cuius gratia erat, natumq; erat. qm̄, ſi aliquis ſe lotum dicat fruſtra, quia non defecit ſol, ridiculus vtiq; erit: non enim erat hoc illius gratia.

Et ſignum eius, quod diximus, eſt ꝙ dicit̄ aliquid eē Ocioſum, qñ aliquid, quod eſt ꝑpter aliud, non eſt ꝑpter illud aliud. v. g. qm̄, ſi homo ambulat ad laxandum ventrem, & non laxatur, dr̄ ꝙ ambulauerit ocioſe, & ꝙ eius ambulatio fuit ocioſa. hoc. n. eſt Ocioſum, ſ. vt illud, quod innatum eſt ꝑuenire ad aliud, non ꝑueniat ad illud, ꝑpter quod fuit. qm̄, ſi aliquis dixerit ꝙ introitus in balneum fuerit ocioſus, quia ſol non eclipſatur, ſermo eius erit riſibilis: qñ hoc nō fuit ꝑpter illud.

Et ſignum ꝙ illud, quod eſt ex ſe, inuenitur à rebus quæ non ſunt innatæ, vt ab eis inueniatur illud, quod attribuitur caſui, qñ ab eis inuenitur aliud caſu in loco finis intētę, eſt, qm̄ iſta dicuntur fieri ocioſe. Ocioſum enim dicitur in rebus, quæ ſunt propter aliud, ſed ab eis non inuenitur illud. v. g. qñ homo ambulat ad laxandum ventrem, & non laxat, tunc. n. dicitur ꝙ eius ambulatio fuit ocioſa. illa autem, quæ non ſunt ꝑpter aliqua, cum non ſequunt̄ ſe adinuicem, non dicunt̄ fieri ocioſe. ſi. n. aliquis dixerit ꝙ introitus balnei fuerit ocioſus, quia ſol non eclipſatur, eſſet deriſibilis: eclipſis enim non ſequitur introitum balnei. Et, cum declarauit ꝙ ocioſa eſt illa cauſa, à qua nō inuenit̄ eius finis, et 62

vult concludere ex hoc, q ex ſe inuenitũ à talibus cauſis, induxit minorẽ ꝓpõnem, & eſt, q ex ſe eſt fruſtra.

Si igitur caſus iuxta nomẽ eſt, cum ipſum fruſtra fit. decidit enim non percutiendi gratia lapis. à caſu igitur decidit lapis, quoniam cecidiſſe potuit vtique à quodam, & percutiendi gratia.

Et ſilr eſt de automato. i. ex ſe, quoniã ſm ſuum nomen non eſt, niſi quando fuerit automatum, i. quando res fuerint fruſtra. v. g. qm̃, ſi lapis ceciderit, & interfecerit, tunc ipſum cadere non fuit ad interficiẽdum. ex ſe igitur cecidit adeo, quòd interfecit, quoniã poſſibile eſſet vt aliquis proijceret ipſum, & intendiſſet propter ipſum interficere.

63 Dicit Et ſilr eſt de automato, i. ex ſe. et intendit qm̃ eſt fruſtra. hoc. n. nomen deriuatur apud eos ab hoc aduerbio fruſtra, & dicũt: qm̃ ex ſe eſt fruſtra: & illud, quod eſt fruſtra, eſt illud, cuius finis non eſt ab eo: ergo ex ſe fit ex rebus, ex quibus non inuenitur earum finis. Deinde induxit exemplum, quo declarauit q illud, quod fit ex ſe, innatum eſt inueniri per ſe ab alijs, & dixit. v. g. quoniam, ſi lapis ceciderit, et interfecerit hominem, hoc erit ex ſe, cum lapis per ſuũ deſcenſum ad inferius non eſt innatum interficere hominem: ergo hoc fuit ab alio, à quo non eſt innatum fieri: eſt. n. innatum fieri à lapide, ſi aliquis homo proiecerit lapidem ad interficiendum alium hominẽ. Documentũ Et debes ſcire q res fiunt fruſtra, quando ex eis non inuenitur aliquid, & tunc dicuntur fruſtra in rei veritate. & quandoq; inuenitur ex eis aliquid, ſed nõ fuit propter illud, & hoc eſt illud, quod deriuatur ab hoc aduerbio fruſtra in idiomate Græcorum.

Vide contr. Zimarræ. Maxime autem eſt ſeparatum quod à fortuna eſt in ijs, quæ natura fiunt. nam, cum fit aliquid præter naturam, tum non à fortuna, ſed magis à caſu factum eſſe dicimus. eſt autem et hoc alterum: huius enim extra eſt cauſa, illius vero intra.

Et hoc magis differt ab eo, quod eſt caſu, in rebus, quæ ſunt per naturam. cum. n. fuerit in curſu extra naturam, tunc non diceretẽ eẽ caſu, ſed dignius diceretẽ ex ſe. ſed hæc eſt alia intentio naturę ab illa: illud. n. cauſa eius eſt extrinſeca, hoc aũt cã eius eſt intrinſeca.

64 Et diuerſitas eius, quod eſt ex ſe, ab eo, quod eſt caſu, magis apparet in rebus naturalibus, ſ. q hoc magis apparet in naturalibus, quàm in habẽtibus animas irrationabiles. naturalia. n. quando currunt extra naturam, vt generatur homo habens ſex digitos, non dicimus q hoc accidit caſu, ſed ex ſe. D. d. ſed hic eſt alius modus naturæ: cauſa. n. illius eſt extrinſecus, & hominem generari cum ſex digitis eſt ex materia.

Quid igitur ſit caſus, & qd fortuna dictũ eſt, & quo à ſeinuicem differant. At de modis cauſarum, in quibus ẽ vnde principium motus, vtrũq; ipſorum eſt. aut. n. eorũ, quæ ſunt natura, aut ab intellectu, cauſa ſemp eſt. ſed horum multitudo indeterminata eſt.

Iam igitur narrauimus ex ſe, quid ſit, & caſus, & in quo differunt. Et vtrunq; collocatur ex modo, ſm quem dicitẽ cauſa in modo continente illud, ex quo eſt principium motus. illud. n. quod eſt p naturam, aut p cognitionem, ſemp eſt cauſa. ſed numerus iſtorũ non eſt numerabilis, neq; determinatus.

Includit hîc illa, quę iam declarauit de caſu, & ex ſe, & dixit Iam igitur narrauim⁹, i. cõmuniter, & in quo differunt, i. ſm vocem, & ſm rem, et eſt declaratum q vtrunq; collocatur de ſpeciebus cauſarum ſub ſpecie, quæ eſt illud, ex quo eſt principium motus, & eſt cauſa mouens, & agens. D. d. quod. n. fit per naturã, etc. i. et hoc eſt ita, qm̃ oẽ, quod fit caſu, fit aut à cauſa naturali, aut à cauſa voluntaria, cum non ſit hic tertia cauſa agẽs alia ab iſtis duabus cauſis. D. d. ſed iſta ſunt innumerabilia, & nõ terminata, i. ſed cãæ rei, quæ fit caſu, licet ſint ex cauſis agentib⁹, tñ ſunt non terminatæ, & innumerabiles, qa caſus fit ex eis p accñs, & nõ ſunt innatæ vt ſequatur ab eis niſi illud, quod impeditẽ à caſu, & eſt actio prouenientes à natura p ſe, aut à cognitione. 65

Ex hoc hr q natura, & intelľs cã ſũt effectiua omniũ eorum, quæ cõſtãt.

Qm̃ autem caſus, atq; fortuna cauſæ ſunt eorũ, quorũ aut intellectus cã ſit, aut natura, cũ ſm accñs cauſa aliqua fit horum ipſorum, nihil autem ſm accñs eſt prius ijs, quę per ſe ſunt, manifeſtum eſt q neq; cauſa per accidens prior eſt ea, quæ eſt per ſe.

Nihil ſm accñs ẽ prius ijs, quæ ſunt p ſe. vide 4. meta. 10. 14. & 1. c. 14. & 4. phy. 43.

Et, quia ex ſe, & caſus ſunt duæ cauſæ rerum, quarũ cauſæ ſunt intellectus, & natura, & eſt cauſa illarũ earundẽ rerum p accñs, & nihil, quod eſt p accñs, eſt prius illo, quod eſt p ſe, ita q ſit hoc ẽt neceſſarium in cã, manifeſtum eſt q cã p accñs non p̃cedit cãm per ſe.

Quia caſus, & ex ſe ſunt duæ cauſæ, ſ. natura, & intellectus, & natura, & intellectus ſunt cauſæ duæ hoc modo, ſ. ſm q dicuntur cauſæ caſus per accidens, & nihil, quod eſt per accidẽs, eſt prius illo, quod eſt per ſe, manifeſtum eſt quòd cauſa, quæ eſt per accidens, non eſt prior cauſa, quæ eſt per ſe. 66

Poſterior itaq; caſus eſt, atque fortuna & intellectu, & natura. quare ſi quàm maxime cœli cauſa eſt caſus, neceſſe eſt prius intellectum, & naturãm eẽ & aliorum multorum, & huius vniuerſi cauſam.

Ex ſe igitẽ, & caſus ſunt poſteriores ab intellectu, et natura. ex quo ſequitẽ ſi cauſa cœli ꝓprie eſt ex ſe, vt neceſſario intellectus, & natura ſint duę cãę prius cœli, et aliarũ rerũ.

Cum declarauit q ex ſe, & caſus ſunt poſteriores in hoc, q ſunt cauſæ ab intellectu, & natura, dixit ex quo ſequitẽ, ſi intellectus, & natura ſunt duæ cauſę, ſm quas caſus, & ex ſe, vt prius ſint cauſæ cœli per ſe, & aliarũ priusq; cœli. & totum hoc eſt impoſſibile. 67

Quod autem ſint cauſę, & q tot numero, quot dicimus, manifeſtũ eſt. tot. n. numero ipſum ꝓpter quid comprehendit. Aut. n. ad ipſum, qd eſt reducitẽ ipſum ꝓpter quid vltimũ in immobilibus, vt in Mathematicis. ad

definitionem

definitionem.n.recti,aut commenſurabilis, aut alius cuiuſpiam reducitur vltimum.

Et manifeſtum eſt ꝙ hę ſunt cauſæ exñtes, & ꝙ ſunt tot,quot diximus.qõ.n.per quare cõtinet iſtũ numerum. Quare.n.aut reducit̃ ad qd eſt res, & eſt vltimũ eorũ,ad quæ reducũt in rebus immobilibus. v.g.in Mathematicis. non.n.reducunt̃,niſi ad definitionem recti,aut ſimetri,aut ad aliud ab iſtis.

68 Cum poſuit prius ꝙ genera cauſarum ſunt quatuor, & notificauit ꝙ caſus,& fortuna non ſunt aliæ cauſæ ab illis,& ꝙ collocantur in genere, quod eſt mouẽs, ſ. in eo,quod eſt per accidens,non per ſe,reuerſus eſt ad certificandum cauſas eſſe quatuor,et dixit Et manifeſtum eſt,&c.i.& declarauit ꝙ hæ ſunt cauſæ exiſtentes,& ſunt tot,quot diximus. quærere.n.per hanc cõiunctionem,Quare,non vſitat̃ niſi iſtis quatuor modis,non in pluribus:& ꝙ vniuerſalis interrogatio cõtinet iſtum numerum. Et,cũ narrauit hoc dixit, Quare.n.aut reducitur,&c.i.interrogare.n.per quare, aut reſpondere ei eſt,aut per quid eſt,ſ.per cauſam formalẽ.iſta.n.cauſa eſt vltimum eorũ, ad quæ peruenit interrogatio per quare,in rebus immobilibus, & apud illam ceſſat qõ,& reſponſio. Et intendit per res imobiles ea,quæ ſunt in materia ſm eſſe,non aũt ſm definitionem,ſicut eſt definitio in Mathematicis: iſta enĩ conſyderant de formis,& ideo cauſę in eis ſunt ſm formam. Et deinde iduxit exemplum de Mathematicis, & dixit.v.g.&c.i.ver.g.quęſtiones accidentes ĩ Mathematicis: quoniam omnes reducuntur ad definitionem,vt ad definitionem ſimetri,& aſimetri,aut recti, aut circularis,aut aliud ab iſtis.

Aut ad mouens primum. vt ꝑpter quid certauerunt? quoniam furati ſunt. Aut cuius gratia? vt dominentur. Aut in ijs, quæ fiunt,materia. Quod igitur cauſæ hæ, & tot ſint manifeſtum eſt.

Aut reducitur ad primum motorẽ. v. g. quare pugnant? dicetur, quia deprędabantur. Aut reducitur ad illud ꝑpter quid. v. g. vt regnarent. Aut reducitur in rebus generabilibus ad materiã. Apparet igitur quòd cauſæ ſunt quatuor, & quot ſunt.

69 Hoc,quod dixit,manifeſtum eſt per ſe,& eſt declaratio ad confirmandum per ſyllogiſmum dialeticum. Dialeticus.n.ponit ꝙ interrogatio per quare reducit̃ ad iſtas quatuor cãs,ita ꝙ hoc eſt manifeſtum ꝑ ſe. Et ſermo componit̃ ſic.Cauſæ ſunt illæ, quæ inducuntur ad quare: & illa,quæ inducunt̃ in reſponſione ad q̃re, ſunt quatuor: ergo cauſæ ſunt quatuor. Et exemplũ reſponſionis ad quare ſecundum materiam,cum dicitur,quare corrumpitur animal, eſt cum dicitur, quia compoſitum eſt ex contrarijs.

Cũ aũt cauſę quatuor ſint,de omnibus eſt Phyſici cognoſcere,et ad oẽs,reducẽs ipſum ꝑp qd,aſſignabit phyſice materiã,formã,ipſum mouẽs,& id,cuius gr̃a. Veniũt aũt tres in vnam plerũq;. ipſum.n.qd eſt,& id,cuius gr̃a,vna eſt:ipſum vero vñ motus primũ ſpẽ eadem eſt his:homo. n. hominem generat.

Tres cauſæ pleruncp in vnã veniũt.

Et,quia cauſæ ſunt quatuor,oportet Naturalem ſcire omnes, & reducere quæſtionem per quare ad illas omnes, & complere reſponſionem de eis ſm curſum naturalem, ſ.ſm materiam,& formam, & motorem, & propter quid. Et multotiens reducuntur tria ad unum. quod.n.eſt aliquid eſt, etiam illud,propter quid eſt:& illud, ex quo primò eſt motus,eſt forma,& hoc eſt unum:homo enim generat hominem.

Quòd oportet Naturalem dare in rñſione ad quare oẽs cauſas quatuor:qm̃ in ſcĩa naturali apparet materia,& in quo eſt materia,ſunt oẽs cauſæ. D. d. multotiens reducuntur tria ad vnum,i.& accidit in ſcientia naturali vt tres cauſæ,ſ. agens, & forma, & finis ſint vnum ſm ſubiectũ,& plures ſm definitionem.& hoc accidit.qm̃,cum Naturalis voluerit reddere cauſas generationis,non cauſas gñabiluim,& gñatio eſt ab ęqli in ſpẽ.v.g.qm̃ homo gñatur ex hoĩe,ideo gñans, & gñatum ſunt vnũ ſm formam. & forma generata eſt finis mot⁹ materię ab agẽte,& ſic iſta forma erit agẽs, et finis,& forma.& qa hoc non eſt verum in reb⁹,quę non generant̃ ab ęquali ſibi in ſpecie,neque in finibus rerum generabilium,ideo finis generationis eſt alia à fine generati.v.g.qm̃ finis hominis in generatione eſt inuenire ſuam primam perfectionem,& finis eius,ſm ꝙ eſt ens,eſt ipſum eſſe in ſua vltima perfectione. & ideo dixit Et multotiens,& intẽdit per illa tria Agẽs, & Formam,& Finem,ſicut diximus. 70

In quo ẽ materia ſũt oẽs cãæ.

Finis gñationis alter ẽ a fine rei gñatæ. Idẽ ſupra 24.et.8.me. cõ.12.&. 4. cœli.22.

Atq; omnino quęcũq; mota mouẽt,quęcunq; aũt nõ,[a] nõ amplius Phyſicę ſunt:nõ.n.in ſeipſis hñtia motũ,aut principium motus,mouẽt,ſed immobilia ſunt. Quãobrem Tria ſunt negocia, hoc quidẽ circa mobile, illud vero circa mobile quidem,ſed incorruptibile, aliud autem circa corruptibilia.

a Phyſicus quęcũq; mota mouet cõſyderat, quęcunq; ẽ o ñ. non amplius phyſicę ſũt. vide ꝓ hoc cõ.xi.primi libri.

Et vlr oẽ,quod,cũ mouet,mouet̃,qđ autem non eſt ita, non eſt de ſcientia Naturali. omne.n.quod eſt huiuſmodi,nõ mouet, qa in eo eſt motus,aut principium motus,ſed mouet, quia eſt immobile. Et ideo modi ſcientiæ ſunt Tres. Vnus. n. conſyderat de eo,quod mouet̃,ſed eſt corruptibile, Secundus autem conſyderat de eo,quod mouet̃, ſed nõ eſt corruptibile, Tertius aũt conſyderat de eo,quod non corrumpit̃,neq; mouet̃,

Ideſt oẽ,quod,cũ mouet, mouetur,q̃runt̃ ĩ eo q̃tuor cauſæ,cũ ſit de ſcĩa Naturali:quod aũt mouet,ſed non mouet̃,neq; ex ſe,neq; ex alio,eſt mouens,et non motum:& iſta eſt forma abſtracta à materia. D.d.nõ mouet,qa in eo eſt motus,&c.i.non mouet, quia eſt motũ ab alio,et nõ eſt motũ ex ſe.[b] Hoc aũt,quod dixit, ꝙ modi ſcĩæ ſunt tres,habet qõnem. Vnus.n.modorũ trium ſcientiæ eſt ſcĩa,quæ conſyderat de rebus mobilibus:& eſt ſcĩa Naturalis. Secundus eſt,q conſyderat de rebus immobilibus,ſed ſunt ĩ mobilibus: & eſt ſcientia Mathematica: mobilia autem corruptibilia, et mobilia incorruptibilia ſunt vnius ſciẽtiæ.[c] Et ideo forte hic non intendit dicere modos artium ſpeculatiuarum,ſed dicere modos entium diuerſorũ,de quorum vnoquoq; oportet dicere ꝑ ſe. iſta enim genera, quæ dixit, ſunt gña diuerſa. &[d] ſcientia Diuina non conſyderat de rebus abſtractis tãtum,ſed & de rebus 71

b Quæſtio. Cõueñ diuiſionẽ ſcĩarum vide. 6. met.t.c. 2.
c Solutio.
d Scĩa diuina ñ cõſyderat de rebus abſtractis tñ, ſed ẽt de rebus exiſtib⁹ ſm ꝙ exiſt. Oppoſitum vide.7.met. 19. vbi dẽ ꝙ de exiſtibus ñ eſt demſatio,neq; definitio. Vide con. Zim.

Cũ ens diuidit ſm cõſyderationem demõſtratiuã, intrabit vna nã i duas artes. conſiſe hẽ ſupra.te. cõ.18.

exiſtẽtibus, ſm ꝙ exiſtunt. et ideo, cum ens diuiditur ſm conſyderationem demonſtratiuam, intrabit vna natura in duas artes, vt conſyderatio Mathematici, et Diuini de numero, et ſimiliter conſyderatio Mathematici, & Naturalis in corpore, & linea, & ſuperficie. Hic igitur non intendebat diuidere artes, ſed dicere genera entium, quę ſunt diuerſarum naturarum, &, cum conſyderantur, inueniuntur, ſicut dixit, tria.

Quare ipſum ꝓpter quid, & ad materiam reducẽti reddit̃, & ad ipſum quod quid eſt, & primum mouens. de gñatione enim maxime hoc modo cauſas cõſyderant, qd poſt quid fiat, & quid primum fecit, aut quid paſſum eſt, & ſic ſemper quod deinceps eſt.

Neceſſe eſt igit̃ vt reſponſio ad quare reducat̃ ad materiam, & ad quid eſt, & ad primum motorem. perſcrutari enim de generatione eſt hoc modo, ita ꝙ conſyderet̃ quid eſt poſt quid, & quid eſt primum, quod egit, & quid recepit actionẽ, & ſimiliter cõſyderat̃ in ſequentibus vnum poſt aliud ſemp.

72 Cũ dixit ꝙ Naturalis perſerutatur de quatuor cauſis, incœpit perſcrutari hic, & prius de materia, & d. Neceſſe eſt igitur, &c. i. & oportet igit̃ Naturalẽ apud interrogationẽ ꝑ quare rñdere per materiã, & per primum motorem: cognitio. n. gñationis nõ perficit̃, niſi dando has duas cauſas. v. g. qm̃, cum quærimus ſcire gñationẽ hoĩs, primo quærimus ex quo gñatur, & à quo gñatur. D. d. ita ꝙ conſyderemus, &c. i. cum perſcrutati fuerimus in aliquo genere de iſtis duabus cauſis, oportet primo perſcrutari de primis cauſis illius entis actiuis, & paſſiuis. d. poſtea de alijs cauſis ſm ordinem, donec pꝑueniat ad cãs rei propinquas, ſ. incipiẽdo à primo motore, & perueniendo ad vltimũ motorẽ: & ſilr incipiendo à prima materia, & perueniendo ad vltimã materiã, ꝓpriam illi enti, de quo perſcrutat̃, & ideo oportet in hoc libro ꝑſcrutari de prima materia, & primo motore. D. d. & quid eſt primum, quod egit, &c. i. & incipiemus apud conſyderationẽ de iſtis cauſis, et ordinẽ earꝫ, à primo agẽte, et à primo patiẽte, deinde deſcendemus ſm conſecutionẽ, & continuationem, donec perueniamus ad cauſas propinquas.

Vide cõſiſt. 1. de gñatione. cõ. 14.

Idẽ. 1. phy. cõm. 1. & 8. meta. cõ. 12.

Vide con. Zimar.

Ex hoc loco pꝫ Deum mouere vt efficiens.

Duplicia aũt ſunt principia mouẽtia phyſice, quorũ Alterũ non Phyſicũ eſt: non. n. hẽt motus principiũ in ſeipſo. tale autẽ eſt, ſi aliqd mouet, quod non moueẽ, vt id, qđ penitus eſt immobile, & qđ omniũ primũ eſt.

Prima principia ſunt duo, vnum non Naturale, qm̃ in eo non eſt principium motus. & quod eſt tale mouet, & non moueẽ, vt illud, quod nõ mouetur aliquo modo omnino, & eſt primum omnium rerum.

73 Cum declarauit ꝙ oportet Naturalem conſyderare de cauſis motiuis, incœpit inducere modos earum, & dixit ꝙ ſunt naturalis, & nõ naturalis, & hoc intendebat cum dixit non Naturalis. & intendebat per hoc ꝙ conſyderatio de quiditate iſtius motoris non eſt naturalis, ſed ſolũmodo conſyderat de hoc motore, in probando ipſum eſſe tãtum. Et, cum narrauit quòd iſte motor non eſt naturalis, dedit cauſam, & dixit non. n. eſt in eo principium motus. & iſte ſermo componitur ſic in ſecunda figura. Primus motor non habet principium motus, à quo mouetur: ſed motor naturalis habet in ſe principium motus, ꝑ quod mouetur: ergo primus motor nõ eſt naturalis. D. d. & quod eſt tale, etc. i. huiuſmodi motor neceſſe eſt, ſi fuerit, ipſum mouere abſq; eo, ꝙ moueatur. et non eſt ita de motore naturali. Deinde exponit ꝙ intendebat per hoc, quòd dixit, & non mouet, & dixit vt illud, quod non mouetur aliquo modo omnino. & intelligo per hoc, quod dico, quod non mouetur. i. quod non recipit motũ oĩno naturalr. D. induxit ſecundũ proprium iſtius motoris, & dixit ꝙ primum eſt oĩum rerum. & hoc neceſſe eſt, ſi oẽs motores, qui ſunt ſub eo, non mouent niſi moueant̃ ab eo, et ipſe mouet abſq; eo, ꝙ moueatur.

Cõſyderatõ de quiditate primi motoris nõ ẽ Naturał, ſed ſolũmõ conſyderat ꝺ hoc motore i ꝓbãdo ipm ẽẽ.

tũ. Idẽ ſupra cõ. 26. & 1. hꝰ cõ. vltio. & 8. hꝰ. c. 3. & 1. de gñatione cõ. 14. & 2. met. c. 4. & 12. meta. cõ. 5.

Et ipſum quid eſt, & forma: finis. n. eſt, & cuius gratia. Quare, cum natura propter aliquid ſit, & hãc cognoſcere oportet, & penitus reddendum eſt ipſum ꝓpter qd. vt ꝙ ex hoc neceſſe eſt hoc fieri. hoc aũt ex hoc, aut ſimplr, aut frequẽter. & ſi debet hoc fieri, vt ex ꝓpoſitionibus concluſio. & qa hoc erat quod qd erat eſſe. & quia melius eſt ſic, non ſimpliciter, ſed ad vniuſcuiuſq; ſubſtantiam.

Et cõſyderat de quiditate rei, et creatione eius, quia eſt finis, & propter quid. Et, quia igitur natura agit, et ꝓpter aliud, oportet ſcire hoc etiam, & oportet complere reſpõſionẽ ad quare ſm oẽs modos. v. g. qm̃ ex hoc neceſſe eſt vt ſit hoc. & hoc eſſe ab hoc, aut eſt ſimplr, aut in maiori parte: ſi. n. hoc fuerit, neceſſe eſt, ſi fuerit futurum. v. g. qm̃ ex ꝓpoſitionibus eſt concluſio. & hoc eſt quiditas rei. & hic eſt modus nobilior, non ſimpliciter, ſed ſm eſſentiam vniuſcuiuſq;.

Dicit & oportet Naturalem conſyderare etiam de quiditate, & forma rei: forma. n. eſt in generatione quaſi finis, & quaſi ꝓpter quod eſt aliqd. &, quia concedere hoc fundat̃ ſuꝑ hoc, ꝙ natura agit oẽ, quod agit, ꝓꝑ aliqd, ſicut diſpõ i arte, & hoc eſt maximũ fundamentũ iſtius ſcię, dixit Et, quia igit̃ natura agit propter aliqd, oportet ſcire hoc, i. Naturalẽ. D. d. et oportet cõplere rñſionem, etc, i. oportet Naturalẽ complere rñſionem ad interrogationem per quare, per cãm agentẽ, & materialem ex oĩbus modis, ex quibus accidit, vt cãę ſint cauſæ agentes. qm̃ de gñibus entium eſt ꝙ ex agente ſequitur actum nečio, & hoc eſt in rebus æternis, et ꝙ ex agẽte ſequit̃ actũ in maiori parte, & hoc ẽ in rebus gñabilibꝰ, & corruptibilibꝰ. D. d. & hoc eẽ aut eſt ſimplr, i. cõſecutio nečia. et. q. d. et oportet Naturalẽ attribuere cãs cauſatis modo attributionis illarꝫ cãrꝫ cauſatis ſuis. v. g. qm̃, ſi aliquis dixerit ꝙ ex tali cauſa prouenit tale cauſatum, oportet dicere ꝙ hoc aut eſt neceſſario, aut in maiori parte. & iſta diſpoſitio inuenitur de quatuor cauſis in agente, & materia, ſ. ꝙ cauſata earũ ſequunt̃ cauſas in maiori parte, & hoc eſt in agente naturali. Et, cum notificauit hoc, incœpit declarare modum nečitatis exñtis inter iſta entia, & ſuas cauſas, & dixit hoc. n. neceſſe eſt vt ſit, ſi fuerit futurũ, i. ſed iſta, quæ ſequũtur ſuas cauſas in maiori parte, cum fuerint poſita eẽ, ſequit̃ neceſſario vt cauſæ eorum ſint, ſ. qm̃, prinª in eis ſequent̃ vltima, & non conuertit̃. v. g. qm̃, ſi fuerit concluſio, neceſſe eſt vt ſint propõnes, & non conuertitur. & dixit ſi igitur hoc fuerit neceſſario, intendebat cauſas. &, cum dixit ſi hoc fuerit futurum, intendebat cauſata, & quaſi dicat, cauſa. n. neceſſe eſt, vt ſit, ſi cãtũ fuerit neceſſe vt ſit, v. g. qm̃ ꝓpoſitiones

74

Maximũ fũdamẽtũ iſtius ſciæ ẽ naturã agere ꝓꝑ finẽ. Idẽ cõſequẽti. & c. 84.

In æternis ex agẽte ſequitur actum neceſſario. ſꝫ i gñabilibꝰ, et corruptibilibꝰ ex agẽte ſeqꝰ actum i maiori pte ex quo pꝫ in æternis eſſe agens. Vide cõtiſe. 2. ca. de ſuba orbis, ſed vide oppoſitũ. 12 met. cõ. 44.

neceſſe

neceſſe eſt vt ſint, ſi concluſio erit. D. d. hoc. n. eſt quiditas rei. i. iſta. n. cauſa, quæ, cum ponatur eſſe, ſequitur necẽo vt priora in gñatione ſint, eſt quiditas, & forma rei. cum. n. fuerit forma, neceſſe eſt vt pri⁹ ſit materia, & agens. D. d. & hic eſt modus nobilior. ideſt, & forma eſt in rebus naturalibus, vt ens ſit in diſpoſitione nobiliori, ſecundum quòd eſt illud ens, non nobilius ſimpliciter: oobilius enim in eſſe noo eſt oobilius ſimpliciter. Et dixit hoc, vt notificet quòd forma oon ſequitur oaturam materiæ neceſſario, vt opinati ſunt Aotiqui naturalium, ſed natura inuenit eam propter hoc, quòd ens ſit in ſua natura oobilius, et ideo forma, quæ ſequitur oaturam entis, non eſt dicta nobilior, vt forma Mathemanica: nõ enim dicimus ꝙ lineę exeuntes à oentro circuli ad peripheriam ſunt æquales, vt circulus ſit nobilior, ſed hoc contingit naturæ circuli. & ideo nobiliusnoo inuenitur in formis Mathematicis: hoc eñ, ſ. nobilitas nõ accidit formis, niſi ſm ꝙ ẽ finis.

Cum forma rei fuerit, neceſſe eſt vt prius ſit materia, & agens.

Fořa ñ ſeqꝉ naturã materiæ neceſſario, vt opinati fůt Antiq. Idẽ infra cõ. 8⁰. et quæ ibi.

In fořis Mathematicis ñ reperiꝉ nobilitas, qa nobilitas ñ accit fořæ, niſi ſm ꝙ eſt finis. Idẽ. 3. met. t. c. 3. Et vide ibi Cõ. qũo hoc itelligẽdum ſit.

Caput Tertium, in quo ſoluuntur dubia de Cauſa Finali.

DIcendum igitur primum quidẽ ꝙ natura earum cauſarũ eſt, quæ ſunt propter aliquid, poſtea de neceſſario qũo ſe habet in Phyſicis. ad hanc. n. cauſam reducunt oẽs, quia cum calidum tale natura ſit, & frigidum, & vnumquodq; talium: hæc autem ex neceſſitate ſunt, & fiunt, & apta natura ſunt. etenim etiam, ſi aliam cauſam dicant, ſolum tangentes valere ſinunt, hic quidem litem, et amicitiam, ille vero intellectum.

Oportet nunc igitur loqui primo de hoc, ꝙ natura eſt de cauſis, quæ agũt propter aliquid, deinde poſt loquemur de neceſſario, et qũo ſe habet in rebus naturalibus, q̃ agũt propter aliquid. oẽs. n. ad hãc cauſam reducunt, & dicunt ꝙ calidum eſt tale, & frigidũ eſt tale, et ſilr vnumquodq; ſimilium, neceſſe eſt vt ei generẽtur iſta. qm̃, & ſi imponũt aliud, & quidam dicit amicitiam, & litem, & qdam intelligentiã, tm̃ inſpiciũt, ſicut fulgur tm̃, deinde dimittunt ipſum, & vadunt.

75 Quia iſta propoſitio eſt maxima, & fundamentum in hac ſcientia, & in ſcientia Diuina: quoniam, ſi Naturalis noo conceſſerit eam, negat principium finale, & negat materiam oẽ propter formam, ex quo ſequitur ipſum negare agens: geoerans enim non generat, niſi propter aliquid, & ſimiliter mouens mouet propter aliquid: &, cum ſequitur formam, ſequitur neceſſario materiæ oaturam: & ſi non, naſcitur caſu, et ſic nõ erit agens: aut, ſi erit, erit fruſtra: et ſimiliter, ſi Diuinus nõ conceſſerit eam, non poterit probare quòd Deus habet ſolicitudinem circa iſta, quę ſunt hic, ideo incœpit Ariſt. dicere ꝙ natura agit propter aliud, & ꝙ ab hoc debet incipere hic, & poſtea loquetur de neẽitate, ad quam Antiqui reducebãt gñationem, vtrum ſit in rebus naturalibus, & qũo ſe habet ad cauſas, quę agunt ꝓpter aliud. Et hoc intendebat, cũ dixit & qũo ſe habet in rebus oaturalibus, &c. D. d. oẽs. n. &c. i. oẽs. n. Antiqui reducebant, &c. i. attribuebant oĩa gñabilia ad iſtam cauſam, ex qua inueniꝉ neceſſitas in rebus, et eſt materia. dicebant. n. qm̃ ex neceſſitate calidi, et naturæ frigidi, & humidi, & ſicci neceſſe eſt inuenire oĩa iſta gñabilia, ſ. ꝙ propter hoc, ꝙ calidum innatum eſt admiſceri cũ frigido, & humidum cũ ſicco, neceſſe eſt vt ab iſtis qualitatibus inueniãꝉ oĩa gñabilia ſine aliqua cauſa extrinſeca admiſcente, & dãte vnicuiq; enti compſonem propriam. & ſilr dicebant, qm̃, quia calidum innatum eſt aſcendere ſuperius, frigidum deſcendere inferius, ideo calidum, cum aſcendit ad ſuperiora plantarũ, fiẽt flores, et folia: ſicut etiam, cum frigidum deſcenderit ad inferius, fient radices. & ſilr faciebãt de oĩbus, de quibus nitebãtur reddere cauſas actionum, quemadmodum nitebantur in hoc in generatiooe eorum. eadẽ enim eſt diſpoſitio de cauſis generationis, & de cauſis actionum. qui enim attribuit generationẽ neceſſitati, attribuit actiones neceſſitati, & qui attribuit eam fini intento, attribuit generationem fini intento. Et, quia quidam iſtorum dicunt agens eſſe io prima gñatione mundi, non in oĩbus gñationibus, vt Empedocles amicitiam, & litem, & Anaxagoras intelligentiã, dixit quoniam, & ſi imponũt. i. & dicimus ꝙ iſti homines reducũt oĩa ad cauſam materialẽ, quia iſti, & ſi ponunt cauſam aliam, ſ. agentem, vt Empedocles, & Anaxagoras, tamen modicum perceperunt eam, & conceſſerunt eam in principio generationis, deinde dimiſerunt eam in alijs rebus.

Qđ Deus hẽat ſolicitudinẽ circa iſta, quæ ſůt hic, vide. 12. met. cõ. 37.

Cap. 3. Initium

Habet aũt dubitationẽ, qd prohibeat naturã non ꝓpter aliqd facere, neq; quod melius eſt, ſed ſicut pluit Iuppiter, nõ vt frumẽtũ augeat, ſed ex neceſſitate. quod. n. ſurſum latũ eſt, frigefieri oportet: et quod frigefactũ eſt, aquã factũ, deorſum venire: augeri autẽ, cũ hoc fiat, accidit frumẽtũ. ſilr aũt et, ſi cuipiã perit frumentum in area, non huius gr̃a pluit, vt pereat, ſed hoc accidit. Quare quid prohibet ſic et partes ſe hr̃e in natura, vt dẽtes ex neceſſitate oriri, anteriores qdem acutos, aptos ad diuidendum, maxillares autem latos, & vtiles ad terendũ cibum, cũ non ꝓpter hoc facti ſint, ſed acciderit. ſilr aũt eſt & de alijs partibus, in quibus vr̃ ineſſe ipſum ꝓpter aliquid. Vbi igiꝉ omnia acciderint, perinde atq; ſi ꝓpter aliquid facta forẽt, ea quidẽ ſeruata ſunt, à caſu conſiſtentia apte, quęcunq; vero nõ ſic, periere, pereuntq;, queãdmodum Empedocles dicit ea, quę prima hominem referunt, & taurum parte ſecunda.

a. i. geminos

aĩs. bouigena priora viri.

Et eſt hic qõ. dicet. n. aliquis, quid ꝓhibet vt natura non propter aliquid agat, neq; vt aliqd ſit nobilius, ſed ſicut pluuia venit à cœlo, non vt creſcant meſſes, ſed ex neceſſitate. quod. n. aſcendit, neceſſe eſt vt infrigidetur: et, cum infrigidatur, fit aqua, et deſcendit: et, cum hoc fuerit, accidit vt meſſes creſcant. & eodem modo, ſi ſemen corrumpatur in aceruo, aduentus pluuiæ non fuit ad hoc, vt ſemen corrumperetur, ſed hoc fuit per accñs. Ita nihil prohibet vt membra corporis talem habeãt diſpoſitionem in natura. v. g. vt dentes anteriores neceſſario ſint acuti ad incidendum cibum, & molares ſint lati ad molendum cibum, & non propter hoc fuerunt, ſed hoc accidit caſu. & eodẽ modo ẽ de alijs membris,

membris, in quibus exiſtimatur eẽ illud, ꝓpter quod fiunt. v. g. cum conueniunt omnes res, illa conuenientia, ſi eſſet propter aliquid, illic erit ſalus, & permanẽtia. accidit. n. eis ꝙ fuerint conuenientes actioni ex ſe. & illud, cui nõ accidit hoc, corrumpitur, & deſtruitur, vt accidit in vaccis, quas dixit Empedocles, quod quaſi pepererunt vaccas, quarum ſuperiora erant homines.

76 Et hęc eſt quæſtio. Dicet. n. aliquis ꝙ nihil prohibet: ꝙ natura non agat propter aliquid, neq; vt aliquid ſit, nobilius. qm̃ quemadmodum pluuia videtur ꝙ nõ venit à Deo vt creſcant meſſes, ſed contingit neceſſario ex natura materiæ. neceſſe eſt. n. vt vapores calidi, & humidi aſcẽdant ad locum frigidum, & vt infrigidentͬ illic, & fiant aqua, et contingit neceſſario vt deſcendat ad inferius, &, ſi inuenerit triticum ĩ terra ſeminatum, accidet ei, vt creſcant meſſes, & ſi inuenerit ipſum in aceruo, corrũpet ipſum. quẽadmodum igiͬ aduentus pluuię non fuit, vt corrumperet triticum in aceruo, ſimiliter nõ fuit vt creſcerent meſſes, ſed vtrunque fuit per accidens. &, cum ita eſt de pluuia cum ſemine, nihil prohibet, vt hoc, ꝙ membra corporis ſint conuenientia ad ſalutem corporis, ſit huius diſpoſitionis in natura, ſ. ꝙ hoc accidat eis caſu, ſicut accidit meſſibus creſcere per pluuiam. v. g. quoniam dentes neceſſe eſt in hoc, vt aĩal ſaluetur, vt anteriores ſint acuti, vt ſint apti ad incidendũ cibum, & poſteriores lati ad molendum cibum, ſed non propter hoc fuerunt, ſed accidit eis caſu ex natura materię. et eodem modo poſſet quis dicere ꝙ ita eſt de alijs vtilitatibus membrorum, de quibus exiſtimatur ꝙ membra fiunt propter illas vtilitates. et dicunt. v. g. accidit vt actiones membrorum conueniant hoc modo conuenientię, quę non ſecus eſſet, ac ſi iſta membra eſſent in principio propter iſtas actiones, & vtilitates illic. & eodem modo aĩalia habebunt ſalutem, nõ ꝙ illa conuenientia fuerit intẽta, ſed accidit caſu iſte modus. dicunt & illud, cui non accidit caſu iſte modus cõuenientię, deſtrueͬ, & corrũpeͬ, vt accidit in vaccis Empedoclis. accidit. n. eis hoc, quod non oĩa mẽbra eoꝝ fuerint apta ad actiones hoĩs, neq; ad actiones vaccaꝝ, et ideo cito moriebanͭ. Et dixit ſed quẽadmodum pluuia, &c. i. ſed quẽadmodum põt aliqs dicere ꝙ pluuia venit à cœlo, non vt meſſes creſcant, ſed de neceſſitate materiæ. D. dixit ꝙ. n. aſcendit, etc. i. et ex hoc poteſt quis opinari ꝙ pluuia eſt de neceſſitate. D. dixit &, cum hoc fuerit, &c. i. &, cũ aduentus pluuiæ eſt de neceſſitate materiæ, ergo crementũ meſſium eſt ꝑ accñs. D. dixit & eodem mõ, &c. i. apparet, qm̃ quẽadmodum pluuia corrũpit triticũ in aceruo, ſiſr facit ipſum creſcere, et, quia ipſum corrumpere eſt ꝑ accidens, neceſſe eſt vt ipſum facere creſcere ſit ꝑ accidens. Aduerſarius. n. concedit ꝙ ipſum corrumpere eſt per accidens. D. d. ver. g. i. v. grã, &c. vt anteriores dẽtes ſint acuti, nõ ad incidẽdum cibũ, ſed ex neceſſitate materię, ex qua gñantur, & molę etiam ſunt latæ ad molendum cibum. & hoc etiam accidit eis de neceſſitate materiæ, & non fuit intentum apud naturam. D. d. verbi gratia conueniunt, &c. i. ver. gr. cõueniunt vtilitates omnium membrorum in animali gñato tali conuenientia, ac ſi eſſet intẽta à natura, illic erit ſalus, & ꝑmanentia illius ſpẽi aĩalium: & illud, cui non accidit hoc, corrumpeͬ, et deſtrueͬ, vt accidit vaccis Empedoclis. D. d. accidit enim eis, etc. ideſt accidit membris animalium, quòd fuerint conuenientia actionibus ex ſe, & caſu, non quia membra fuerunt generata propter illas vtilitates.

Ratio igitur, qua dubitauerit aliqs, hęc eſt & ſi qua talis alia eſt. Sed impoſ'e eſt iſta hoc ſe hr̃e modo. Hæc. n. & omnia, quæ natura ſunt, aut ſemꝑ ſic fiunt, aut frequẽter, ſed eorũ, quæ fiunt à fortuna, & caſu, nihil. neq;. n. à fortuna, neq; à caſu videͬ pluere ſæpe hyeme, ſed ſi ſub cane, neque caumata ſub cane, ſed ſi hyeme. Si igiͬ aut à caſu vñr, aut ꝑꝑ aliquid eẽ, ſi nõ poſ'e eſt eſſe hæc aut à fortuna, aut à caſu, ꝑꝑ aliqd vtiq; erũt. at vero natura ſunt hmõi omnia, quẽadmodum et ipſi dixerint, qui hæc dicunt. eſt itaq; ipſum propter aliquid in ijs, quæ natura fiunt, & ſunt.

Hoc igiͬ, & ſiľe facile facit dubitationem. Et impoſ'e eſt vt ſit hoc mõ. Iſta. n. mẽbra, et omnia, q̃ ſunt ꝑ naturã, ſunt in eo, ꝙ ſunt, aut ſemꝑ, aut in maiori parte, & nihil omnino ẽ tale eorũ, q̃ gñantur caſu, & ex ſe. impoſ'e. n. ẽ exiſtimare ꝙ caſu mľtipliceͬ: pluuia in hyeme, immo in aſcẽſu canis, aut ꝙ caſu vigoreͬ calor apud aſcenſum canis, immo in hyeme, ſi fuerit calor. Si igiͬ iſta venerint ex ſe, aut caſu, aut ꝓpter aliquid: & impoſ'e eſt vt ſint caſu, & ex ſe: ergo neceſſe vt ſint ꝑꝑ aliquid. ſed omnia iſta cõcedũt dicẽtes hoc, nedũ alij ea fieri ex natura. neceſſe igiͬ eſt vt illud, qđ ẽ ꝑꝑ aliqd, ſit in rebus exñtibus ꝑ naturam.

Cum induxit quæſtionem deſtruentem cauſam finalem, incepit declarare ꝙ ĩpoſſibile eſt dicere ꝙ iſtæ vtilitates, & cauſæ finales, quæ apparent in generabilibus ſint ex neceſſitate materię, & caſu, & dixit Et impoſſibile eſt, &c. i. & impoſſibile eſt vt congregatio iſtarum vtilitatum in omnibus membris indiuidui generati ſit caſu. membra. n. & oĩa, quę generantur à natura, gñantur in aliqua diſpoſitione, aut ſemper, aut in maiori parte: monſtruoſa. n. accidunt raro. et, cum poſuit ꝙ iſta membra gñantur à natura, & ꝙ illud, quod gñatur à natura, gñatur ĩ eadem diſpõne, aut ſemper, aut in maiori parte, ſequitur ꝙ iſta membra generanͭ in illa diſpõne conuenienti, in qua ſunt, aut ſemꝑ, aut in maiori parte: & omne, quod fit caſu, & ex ſe, non fit ſemper, neque in maiori parte, ſed raro. Syllogiſmus igitur ſic componitur. Cõuenientia, quę eſt inter mẽbra, aut eſt ſemꝑ, aut in maiori parte: & quod eſt ſemper, aut in maiori parte nõ eſt caſu: ergo iſta conueniẽtia non eſt caſu. D. dixit Si igitur iſta, &c. i. ſi igiͬ iſta cõuenientia aut eſt caſu, aut à natura propter ſalutem aĩalis, & iam apparuit ex ſermone prædicto ꝙ non eſt caſu, remanet vt ſit propter aliquid, & eſt ſalus aĩalis. D. d. ſed omnia iſta, &c. i. qm̃, cum coniunctum fuerit huic propoſitioni, quam concedunt, ſ. ꝙ res exiſtẽtes ſunt à natura, ſ. hoc, ꝙ res exiſtẽtes ſunt propter aliqd, concludetur in tertia figura ꝙ quædam eorum, q̃ ſunt à natura, ſunt propter aliquid. & eſt verum. non. n. oẽ, quod eſt à natura, eſt propter aliquid. Et tacuit ſolutionem quæſtionis dictæ de pluuia, quia iam notificauit ꝙ deſcenſus pluuię in hyeme eſt in maiori parte, & apud aſcenſum canis eſt in minori parte, & calor ẽ cõtrario, ex quo ſequiͬ neceſſario vt pluuia ſit propter aliquid. et etiam apparet ex hoc ſermone quòd meſſes non creſcũt à pluuia caſu, cum hoc fit in maiori parte, corruptio aũt tritici in aceruo eſt in minori parte, & 77

hoc,

Mõſtruoſa, & quæ ſunt caſu, & ex ſe, raro contingunt. Idẽ ſupra c. 48. Idem. 1. Cœli 118.

Nõ oẽ, qđ ẽ à natura, eſt ꝓpter aliqd.

hoc, ꝙ pluuia eſt de neceſſitate materiæ, nõ facit vt nõ ſit propter aliquid. &, ſi conceſſerimus ꝙ non eſt propter meſſes, declarabitur quòd eſt propter aliud, & eſt æqualitas generationis in elementis: &, ſi non, corrũperetur mundus. & Alexander dicit ꝙ pluuia non eſt propter meſſes, qm̃ meſſes ſunt ab arte, & non à natura: ſed [a] natura complet multa, quæ ſunt per artem, & ars multa, quæ ſunt per naturam.

Pluuia ẽ pp̄ æqualitatẽ generationis in elẽtis. Vide pro hoc. 85. 4. phy.

a Nã cõplet multa, quę ſũt ꝑ artẽ, & ars multa, quę ſũt ꝑ nãm. Idem infra. t. c. 79.

Amplius in quibuſcunq; finis aliquis eſt, huius gratia agit̃ quod prius, quodq; conſequens eſt. ergo, vt agitur, ſic aptũ natura eſt, et, vt aptũ natura eſt, ſic agitur vnũquodq;, niſi qd impediat. agitur autem ꝓpter aliqd, & aptum itaq; natura eſt huius gratia. vt, ſi domus eorũ, quæ natura fiunt, eſſet, ſic vtiq; facta eſſet, vt nunc ab arte. ſi autem quæ natura, non ſolum natura, ſed & arte fierent, ſimiliter vtiq; fierent, vt apta natura ſunt. propter ergo alterum, alterum.

Et ẽt illa, in quibus eſt finis intenta ꝓpter illum finem, agitur primũ, quod agit̃, et in illa, quæ ſunt poſt. & neceſſe eſt vt vnũqdq; eorum, quæ agunt, ſic agat, et ſimiliter eſt natũ ut agat, et ſicut eſt natũ ut agat, ita agit, niſi impediatur. quod aũt agit ꝓpter aliqd eſt natum, vt agat ꝓpter aliquid. v. g. qm̃, ſi domus generet̃ per naturã, tunc generatio eius eẽt, ſicut generatio eius ab arte. & oẽ, quod eſt ꝑ naturam, & eſt ꝑ artem, eſt eodem modo ſm ꝙ eſt natũ. neceſſe eſt igit̃ in hoc illud, quod fuit neceſſe in ſuo compari.

78 Nititur in hoc ſermone declarare ꝙ illa, quæ habẽt finem, qñ aguntur, ſunt ꝓpter finẽ, et dixit Et ẽt, &c. i. & etiam oĩa, in qbus eſt finis intenta per aliquas actiones, prima, quæ agitur ex illis actionibus, agitur propter illum finem, & actiones, quæ ſunt poſt ſecundum ordinem, ſunt propter illum finem. deinde addidit aliã propoſitionẽ, & vult declarare ſuam cõuerſam, & dixit neceſſe eſt vt aliquid agat, &c. i. qñ aliquid agit aliquam actionẽ, ſicut agit illam actionem, ita eſt natum vt agat illã actionem, i. ꝙ natura eius exigit illã actionem. Et, cum poſuit hoc, quod intendebat, incœpit declarare etiam ex hoc, ꝙ actio nati debet eſſe in maiori parte, & dixit & ſicut eſt natum, &c. i. qm̃ qui agit aliquã actionem, eſt natum vt agat illam, ita ꝙ eſt natum ad agendum illam actionem aut ſemꝑ, aut in maiori parte: & hoc erit, qñ non impediet̃ ab aliquo. & ſequitur ex hoc vt illud, quod eſt natum, agat, niſi impediatur ab aliquo. Et, cum poſuit has ꝓpoſitiones, ſ. ꝙ omne, quod agit aliquam actionẽ, eſt natum, et creatũ ꝓpter illam, & ꝙ omne, quod eſt natum, actio eius eſt in maiori parte, aut ſemper, & cõiungit huic, ꝙ omnia naturalia vident̃ agere ꝓpter aliquid, ſequitur vt ſint nata, vt agant ꝓpter aliquid, & ꝙ hoc ſit in maiori parte. Et ſyllogiſmus ſic componit̃. Naturalia agũt propter aliqd: & omne, quod agit ꝓpter aliqd, eſt creatũ, & natum ad illam actionẽ: ergo naturalia ſunt nata ad hoc, vt agãt ꝓpter aliquid: & omne, quod eſt natum, agit in maiori parte: ergo quod eſt naturale nõ agit ꝓpter aliquid caſu. ſed dimiſit maiorem ꝓpoſitionem, ſ. ꝙ naturalia agunt ꝓpter aliquid. Deinde incœpit demonſtrare ꝙ hoc apparet in arte, & natura eodem modo, ſ. ex iſtis ꝓpoſitionibus. qm̃, quia manifeſtum eſt in arte, ꝙ illa, quæ ſunt ante finem, ſunt ꝓpter finem, & iam poſuimus cum hoc aliam ꝓpoſitionem, & eſt, ſicut eſt diſpoſitio in natura, & eſt, ꝙ illud, quod agit ꝓpter finem, ſic eſt diſpoſitio in arte, ut agat pp̄ finem, apparet ꝙ nõ eſt differentia in hoc inter artem, et naturam. & ꝙ, ſi domus generaret̃ à natura, tunc oĩa, quæ ſunt ante domum, pp̄ domum generarent̃ à natura: ſicut eſt diſpoſitio in arte, cũ omne, quod agit pp̄ aliqd eſt natũ, vt agat pp̄ aliquid, & quod eſt natũ, vt agat pp̄ aliquid, illud habet finem. & hoc intendebat, cũ dixit, v. g. &c. Deĩde dixit & oẽ, quod ẽ ꝑ naturã, &c. i. cauſa in hoc, ꝙ eadem eſt diſpoſitio in arte, & natura in hoc eſt, ꝙ omne, quod eſt generatum ꝑ naturã, aut per artẽ eſt, ſm ꝙ eſt natũ ut ſit illud ab eo, nõ caſu. Et, cum declarauit ꝙ eadem eſt diſpoſitio in arte, & natura, induxit concluſionẽ ſequentem ex hoc, & dixit neceſſe eſt igitur in hoc. &c. i. oportet igit̃ inuenire in natura illud, quod inuenitur in arte de cauſa finali.

Et omnino ars alia qdem perficit, quæ natura nõ põt efficere, alia vero imitat̃. ſi ergo quæ ſm artem ſunt, propter aliquid fiãt, manifeſtum ꝙ & quæ ſm naturã. ſimiliter enim ſe habent inter ſeſe in ijs, quæ ſm artem, atq; in ijs, quę ſm naturã, poſteriora ad priora.

Ars alia pficit, q nã non põt efficere, alia vero imitatur.

Et vr̃ uidemus ꝙ ars in qbuſdam rebus ꝑficit diminutionẽ naturæ in eis, in qbus natura debilitat̃ ad ꝑficiendum actionẽ, & in quibuſdam rebus ſequit̃ illam. ſi igit̃ quod agitur per artem, agitur propter aliquid, manifeſtum eſt ꝙ ſimiliter eſt de eo, quod eſt ſm curſum naturalem. relatio enim primorum ad vltima eſt eadem in eo, quod eſt ſm artẽ, & in eo, ꝙ eſt ſm curſum naturalem.

Cum declarauit ꝙ eadem eſt diſpoſitio in arte, & in natura, ſ. in hoc, ꝙ vtrũq; agit pp̄ aliquid, incœpit confirmare ſimilitudinem inter artem, & naturam in hoc. qm̃, ſi natura ageret aliqd pp̄ aliquid caſu, tunc ars nõ perficeret diminutionem naturæ, neq; ars aſſimilaret̃ in pluribus ſuis actionibus naturæ. [a] quod enim innatum eſt exiſtere caſu, non eſt innatum exiſtere per intentionem. V. g. qm̃, ſi ſanitas prouenirer à natura caſu, tunc ars non compleret diminutionẽ naturæ in hoc ita, ꝙ ſanitas fieret ab ea in maiori parte. ſimiliter, ſi ſanitas ꝓueniẽs ab exitu ſanguinis à naribus in criticis, eſſet ꝑ accidens, tũc ſanitas ꝓueniens à phlebotomia, quã ꝑcepit ars medicinæ, qa vult ſe aſſimilari naturæ, prouenirer ꝑ accidens. quia agitur ars qñq; eſt loco naturæ, & ars agit pp̄ aliquid, neceſſe eſt vt natura agat pp̄ aliquid. & quia ars etiam ſequit̃ naturã, & agit pp̄ aliqd, neceſſe eſt vt natura agat pp̄ aliquid. Et intendit ꝑ prima, illa, quæ ſunt ante finem, & per poſtrema, ipſum finem. & intendit ꝙ, ſi prima ſunt in arte per ſe propter vltima, neceſſe eſt vt ita ſit in natura: immo dignius: ars enim in hoc aſſimilatur naturę.

79 Eadẽ ẽ diſpõ in nã, & ĩ arte in agendo pp̄ aliqd. Idẽ ſup. cõ. precedẽti, & prio phy. cõ. 70. & quę ibi.

a Quod innatũ eſt exiſtere ꝑ caſu, non eſt innatũ exiſtere ꝑ intentionẽ. ſed oppoſitũ ſup. 1. c. 61. vide conn. Zim.

Maxime aũt manifeſtũ eſt in cæteris animalibus, q̃ neq; arte, neq; inqrẽdo, neq; deliberãdo faciũt. Quapp̄ dubitant qdã, vtrũ intellectu, aut quodã alio operent̃ & Aranei, & Formicæ, & hmõi. paulatim autem ſic procedenti, & in plantis apparent conferentia quædam fieri ad finem, vt folia propter fructus cooperimentum. Quare, ſi & natura, et

propter

propter aliqd Hirundo nidum facit, & Araneus telam, & plantæ folia gratia fructuum, & radices nõ ſurſum, ſed deorſum, gratia nutrimenti, manifeſtum quòd eſt cauſa talis in ijs, quæ natura fiunt, & ſunt.

Et hoc apparet multũ in alijs animalibus, quæ agunt non per artem, neq; per rõnem, & cognitionem. Et ideo quidam dubitant, vtrum hoc, quod agunt, agãt per intellectũ, aut per aliud, vt Aranei, & Apes, & ſimilia. &, ſi tu conſyderaueris, videbis in vegetabilibus, nedum in animalibus aliqua, quæ ſunt ꝓpter aliquam vtilitatem in fine intentam. v. g. qm̃ folia ſunt ad cooperiẽdum fructum. Si igitur natura, & ꝓpter aliquid facit Hirũdo ſuum nidũ, & texit Araneus ſuã domum, & folia ſunt ꝓpter fructum in vegetabilibus, & ramuli radicibus, & venæ oriuntur ad inferius, non ad ſuperius, quærẽtes cibum, manifeſtum eſt quòd iſta cauſa inuenitur in eis, quæ ſunt per naturam, & quæ generantur per illam.

80 Cum induxit rõnes ſuper hoc, ꝙ natura agit ꝓpter aliquid, & non ſunt naturales, cum ſit manifeſtum per ſe ꝙ natura agit pp aliquid, & tales rõnes uſitant̃ cum Aduerſario, ſ. cum negantibus principia naturalia, incœpit inducere modum certificationis iſtarum ꝓpoſitionum, ex qbus componunt̃ illæ rõnes, & incœpit à rebus, in qbus hoc eſt manifeſtum valde, & ſunt habẽtia aĩas: actio enim iſtorũ, quia ꝓuenit ab imaginatione, & cõprehenſione eius, quod agit, ſcit̃ neceſſario ꝙ iſta agunt ꝓpter finẽ, ſicut eſt diſpoſitio in Hirundinibus & Apib⁹. Et iõ dixit & hoc apparet multũ, &c. i. quæ faciunt actiones artificiales non ꝑ artem, neq; per cognitionem. qm̃, ſi ageret hoc ꝓpter cognitionẽ, tũc transferret̃ de aliquo in aliqd. &, quia hoc latuit quoſdam, exiſtimauerunt ea agere ꝑ cognitionem, & intellectum. Et, cum demonſtrauit hoc in rebus, in qbus apparet hoc multũ, incœpit demonſtrare hoc ẽt in eis, quæ ſunt magis latentia: qm̃ ſic acquirit̃ cognitio melius. i. qm̃, ſi hoc conſyderauerit primo de actionibus habentium aĩas, & poſt de vtilitatibus mẽbrorum, videbit ꝙ natura generat hæc membra propter vtilitates exiſtentes in ſuis naturis. & hoc inuenitur in plãtis, nedum in aĩalibus. folia enim vident̃ eſſe in vegetabilibus ad cooperiendum, & ad cuſtodiẽdum fructus. qñ enim arbor denudat̃ à folijs, corrumpitur in maiori parte fructus, aut nõ erit in diſpoſitione meliori. Et, cum verificauit iſta ꝑ inductionẽ, poſuit ea antecedẽs, & poſuit vniuerſalitatem conſequens, & dixit Si igit̃ natura, & ꝓpter aliquid, &c. & dixit hoc reſeruando ſe, ne aliqs exiſtimet ꝙ iſtę actiones ſunt per intellectũ. qui. n. ponit ꝙ iſtæ actiones ſunt ꝑ intellectum non ſequitur apud ipm̃ iſtud conſequens. Et iſte ſyllogiſmus eſt in forma hypothetici. et potẽtia ei⁹ eſt potẽtia inductionis. et iſte modus inductionis eſt demonſtratiuus, quia ꝑ conſyderationem acqrimus certificationem, et vniuerſalitatem, ante q̃ compleantur oĩa particularia. & ſm̃ hoc inductio habebit introitum in demonſtratione. iudicium enim vl'e non acquiritur in pluribus rebus, niſi poſt maximam cõſyderationem de pluribus indiuiduis: & hoc diuerſat̃ ſm̃ magis, & minus ſm̃ naturam principij, & naturam cõſyderantis.

Rõnes phãtes nãm agere pp aliqd nõ ſũt nãles. cũ ſit manifeſtũ p ſe ꝙ nã agit. pp aliqd. Conſiſt ſop. cõ. 74.

Apes, & Hirũdines agũt actiones artificiales ſine arte, & cognitiõe. Oppoſitũ. 2. de aĩa. c. 156. Vide con. Zim.

In inductione diminuta acquiri certitudo, et vl'itas, añq cõpleãtur oĩa particularia. p hoc uide pulchre Auer. 2. priorũ, cap. 31. & in. 8. phyſi. com. 33.

Et quoniam natura duplex eſt, alia qdem vt materia, alia vero vt forma, finis autẽ eſt hæc, propter finem autem cætera, hæc vtiq; erit cauſa, cuius gratia.

Et cũ natura eſt duobus modis, ſ. ſm̃ materiã, & ſm̃ creationem, & finis eſt creatio, & alia reſidua ſunt propter finem, ergo creatio eſt cauſa propter quid.

81 Et, quia natura dr̃ de materia, et forma, declaratum eſt ꝙ forma eſt finis in generatione, & oĩa, quę ſunt añ finem, ſunt ꝓpter finem, neceſſe eſt vt oĩa, quæ ſunt ante formam, ſint ꝓpter formam. Et iſte ſermo componitur ſic. Forma eſt finis: & finis eſt illud, ꝓpter quod ſunt omnia, quæ ſunt ante finem: ergo forma eſt illud, propter quod ſunt oĩa, quæ ſunt ante illam. & neceſſe eſt vt forma ſit finis in generatione, quia ſequitur ab agente, aut ſemper, aut in maiori parte: & ſequitur ex hoc, vt materia ſit propter formam.

Oĩa, quę ſũt añ finẽ, ſunt pp finem.

Peccatum aũt fit & in ijs, quæ fiunt ſm̃ artem. ſcripſit enim non recte Grãmaticus, & propinauit non recte Medicus medicamentum. quare manifeſtũ eſt ꝙ cõtingit & in ijs, quæ ſm̃ naturam fiunt. Si igitur ſunt quædã ſm̃ artem, in quibus quod recte fit ꝓpter aliquid fit, in ijs aũt, quæ peccant̃, alicuius quidem gratia aggredit̃, ſed fruſtratur, ſimiliter vtiq; ſe habet & in Phyſicis, et monſtra peccata ſunt illius, quod propter aliquid agit. & in ijs igit̃, quę à principio, vtiq; compoſitionibus bouigena, ſi nõ ad quendam terminũ, ac finẽ poterant venire, corrupto vtiq; principio aliquo fiebant, vt nunc ſemine.

Sed accidit peccatum in eo, quod fit ꝑ artem. Grãmaticus enim barbarizat quãdoq;, & Medicus nocet in dando medicinã. manifeſtum eſt igit̃, quia poſſibile eſt ſimil'r accidere in eo, quod eſt ſm̃ curſum naturalẽ. Et in his, quæ fiunt per artem illud, quod cadit recte, eſt pp aliquid, & illud, in quo accidit, peccatum, quærit̃ pp aliquid, ſed quærẽs nõ inuenit ſuam intẽtionẽ, & ſimiliter eſt de natura, & mõſtruoſa ſunt res extraneæ ab illo, pp quod ſunt. illa enim vacca, cuius ſuꝑiora fuerũt homo, à principio fuit ex corruptione alicuius principij ſuorũ principiorũ, ita ꝙ non fuit poſſibile ꝑuenire ad terminum, & ad finem intentum, ſicut inuenimus nunc in ſperma, quod corrumpitur.

Quia illi dicebãt ꝙ cauſa ordinis in generatione eſt 82
caſus, quemadmodũ cauſa monſtruoſitatis eſt caſus, incœpit dare differentiã inter attributionẽ illius caſus ad naturam, & iſtius ad illam. cauſa enim illius caſus, quem illi dicunt, eſt natura, cauſa aũt iſtius eſt impedimentum naturæ, & peccatũ eius à non veniendo ad illam intentionem. Deinde incœpit aſſimilare artem naturæ in hoc, ꝙ caſus accidit in vtroq;, & dixit Sed accidit peccatum, &c. i. quemadmodũ poſſibile eſt vt accidat peccatum in arte, vt Grãmaticum barbarizare, & Medicum errare in potione, ſimiliter poſſibile eſt vt

hoc

hoc accidit à natura. & dixit hoc, quia aliquis pōt dicere, ſi natura agit propter aliqd, impoſſibile eſt vt accidat hic caſus omnino: & ſic, aut non erunt monſtruoſitates omnino, aut monſtruoſitates erunt intentæ à natura. & ideo notificauit ꝙ iſtæ monſtruoſitates accidunt ex errore naturæ, ſicut accidit in arte. Et, cū poſuit ꝙ in actione naturæ eſt rectitudo, & peccatū, ſicut eſt in actiōe artis, incœpit declarare quòd rectitudo in actione naturæ eſt pp aliquid, & peccatum eſt, qñ natura errat ab illo, pp quod agit, et poſuit hoc ī arte, q̄ſi añs, et in natura, quaſi conſequens, et dixit illud, quod fit recte, &c. i. cum actio recta in arte eſt actio inducēs ad finem intentū ſine aliquo impedimēto, peccatū aūt in eo eſt, qñ non inducit ad illum finem quærendū, ſed ad aliud, nō intentū, ſiſr eſt de peccato naturæ, et eius rectitudine. Et, cum declarauit ꝙ in natura pōt accidere peccatū, ſicut in arte, incœpit declarare ꝙ monſtruoſitates ſunt de peccato naturæ. et, ſi cōceſſerimus vaccas Empedoclis eſſe, tunc poneremus hoc ex peccato naturæ: non ꝙ illa agat caſu, vt illi dicebant. Et dixit monſtruoſitates, &c. i. monſtruoſitates prouenientes à natura ſunt ex pctō naturæ, & exitu illius actiōis ab illo, ꝓpter quod fuerunt ꝑ aliquod impedimentū; quod fecit eam errare à fine. cauſa igitur illius vaccæ, quam Empedo. dicit, ſi fuerit verum, eſt q̄a in prima generatione corruptum fuit aliquod principiorū in eo adeo, ꝙ natura non potuit inducere illud principiū ad finem intentū: ſicut inuenimus mōſtruoſitates in animalibus accidere ex corruptione ſpermatis: nō ꝙ fuit hæc actio naturæ ſine aliquo accidente, vt dicunt illi, qui attribuunt actionem naturæ caſui.

Mōſtruoſitates accidūt ex errore naturæ, ſicut accidit in arte. Idē. 12. met. c. 13. & 6. Ethicorū, tex. com. 6.

Amplius neceſſe eſt ſemen fieri primum, ſed non ſtatim animalia. & ipſa maſſa quidē mollis prius ſemen erat. Amplius & in plantis ineſt ipſum propter aliqd, minus autē diſtinctum eſt. Vtrum igitur & in plantis fiebāt, ut bouigena uiriprora, ſic uitigena oleoprora? An nō. inconueniens. n. ſed tñ oportebat, ſi quidem & in animalibus.

ὀυλοφυὲς

Et ēt oportet in generatione animalis, vt primo præcedat ſperma, deinde generetur, & non generaſ ſubito. & totū generatū primo eſt ſperma. Et ēt in vegetabilibus videmus pp quid, & ſi minus appareat. Vtrū igitur, ſicut in vaccis generaſ vacca, cuius ſuperiora ſunt hominis, ſimiliter in vite generaſ vitis, cuius ſuperiora ſunt oliuæ, aut nō. hoc enim eſt inopinabile. ſed oporteret vt hoc eſſet, ſi ita eſt in animalibus.

83 Dicit Et ēt. & hoc eſt, vt mihi videſ, tōcinatio ſup hoc, ꝙ generatio aīalis non eſt caſu. qm̄, cum poſuerimus ꝙ oē aīal generatum ex ſpermate, non generatur niſi ex ſpermate, ſequitur neceſſario vt generatio eius ex ſpermate ſit per ſe, & neceſſario. ergo generatio eiꝰ ex ſpermate nō eſt caſu. ergo ſperma eſt propter aīal, aut ita ꝙ ſit agens, aut materia, aut vtrunq;. D. d. deinde generatur, &c. i. et neceſſe eſt vt ſperma præcedat generationem aīalis tpe, & ꝙ generetur ex eo in tēpore terminato: & primus ordo eius in generatione eſt ſperma, & vltimus aīal. & inuebat per hoc, ꝙ aīal ꝑ ſe ſit à natura. cum enim poſuerimus ꝙ aīal eſt hñs ſperma, neceſſe eſt vt ſperma ꝓcedat ipſum: ſperma igitur eſt prius naturaliter aīali: eſt igitur cā eius ꝑ ſe. & ſimiliter, cum cōceſſerimus ꝙ ex ſpermate non ſit ſubito, ſed in tpe terminato, apparebit ēt ꝙ generatio eius eſt mediantibus alterationibus neceſſarijs in generatiōe aīalis, & ꝙ initium iſtius motus eſt à re terminata, ſ. à ſpermate, & ad rem terminatam, ſ. aīal, et pertranſit ſuper media terminata. & totum hoc demōſtrauit ꝙ generatio eius ex ſpermate eſt per ſe. D. d. & etiam videmus, &c. i. & non hoc inueniſ ſolūmodo in aīalibus, ſ. illud, quod eſt pp cauſam finalem, ut ſp̄ma in aīalibus, ſed hoc ēt inueniſ in vegetabilibꝰ, licet minus, ſ. qm̄ in eis inuenitur pp quid, & eſt materia eius, & cauſa eius agens. Et, cum declarauit hoc fundamentū, & eſt ꝙ nō generatur aliquid ab aliquo caſu, & ꝙ ita eſt de vegetabilibus, ſicut de aīalibus, reuerſus eſt ad contradicendum Empedocli, & dicit Vtrum igitur, &c. i. ſi igitur hoc, quod dicit Empedocles, eſt verū, ꝙ quædam vacca fuit, cuius ſuperiora fuerūt hoīs, et inferiora vaccæ, per locum à maiori neceſſe eſt vt vitis generetur, cuius ſuperiora ſint oliuę: ordo enim in aīalibꝰ magis eſt, q̄ in vegetabilibus. D. d. hoc enim eſt inopinabile, i. vt ſit vitis, cuius ſuperiora ſunt oliuæ. ſed hoc inopinabile ſequitur, ſi poſuerimus hoc, quod Empedocles dicit de generatione aīalium. Et iſte ſermo eſt q̄ſi hypotheticus continuus, in quo deſtruitur conſequens, & cōcluditur oppoſitum añtis, & accipiſ per locū à maiori: qm̄, ſi hoc inueniſ in aīalibus, circa quæ maior eſt ſolicitudo, quanto magis in vegetabilibus.

Ordo ī aīalibus magis ē, q̄ in vegetabilibus.

Amplius oportebat et in ſeminibus fieri, vt accidit. Omnino aūt deſtruit ſic dicēs ea, quæ natura ſunt, & naturam. Natura enim ſunt quæcunq; ab aliquo in ſeipſis principio continue mota perueniunt ad aliquem finē. ab vnoquoq; aūt non idē q̄buſq;, neq; quis, ſemꝑ tñ ad eundem, niſi aliqd impedierit.

Et ēt oportet vt diſpoſitio in modis ſpermatis, & ſeminum in generatione eorū, quę generanſ ex eis, ſit caſu, et quocunq; accidit. Et vſr qui hoc dicit, deſtruit illud, quod eſt ꝑ naturam, & ipſam naturam. quod enim eſt ꝑ Naturā eſt illud, quod mouet cōtinue ab aliquo principio in ipſo, donec perueniat ad finē. & non oē principiū vniuſcuiuſq; rei earum, quæ ſunt ꝑ naturā, habet vnum finē, neq; eſt ad quēlibet finē, ſed vnū principiū ſemꝑ inducit ad vnum finē, niſi impediatur.

Vult ēt demonſtrare ex diſpōnibus entium, ꝙ natura agit propter aliquid, & dixit Et oportet, &c. i. & ſi generatio vniuſcuiuſq; ſpeciei eſſet caſu, & caſus eſt cauſa nō terminata, poſſibile eſſet vt vna ſpēs generaretur à quolibet ſemine à qualibet mixtione elemētorum: & hoc eſt cōtra ſenſum. &, q̄a iſtud principiū eſt ex primis principijs ſciæ Naturalis, & nō oportet Naturalem loqui de eo cū negante ipm̄, ſm ꝙ eſt Naturalis, ſed ſm ꝙ eſt Primus Philoſophus, aut ſm ꝙ eſt Diſputator, dixit & vſr, &c. i. & iſte ſermo deſtruit ſubiectum iſtius ſciæ, quod eſt natura, & illud, quod generatur per naturam. quod enim fit ꝑ naturam, & à natura mouet continue in generatione vniuſcuiuſq; entis. incœpit enim à principio terminato, & ꝑuenit ad finē terminatum. D. d. & non ex oī principio, &c. i. & non omne pnm̄ habet vnum finem, neq; q̄libet finis eſt ab vno principio. quod aūt generatur caſu nō generatur à natura, cum non generetur à principio terminato, neq; ad finem terminatum. ſi igitur generata generenſ hoc modo, ergo nō ē natura, neq; generanſ à natura. &, cū 84

Nām agere pp finē ē principium iſtius ſciæ. Idē ſup 74. & 76.

Nō oē principiū habet vnū finē, neque q̄libet finis ē ab vno principio.

poſuit

poſuit ꝙ natura agit ex ꝓnᵒ terminato, & ad finem terminatũ, & hoc non eſt ſemper, dixit niſi impediat,

Id autem, cuius gratia, & quod huius gratia, fient vtiq; à fortuna. ſicuti dicimus quòd à fortuna venit hoſpes, lotuſq; abiuit, cũ tanquam gratia huius veniens egerit, non autẽ gratia huius venerit, & hoc ſm accidens. fortuna enim eſt earum, quæ ſunt ſm accidens cauſarum, quemadmodũ & prius diximus. ſed, cum hoc ſemper, aut frequenter fiat, nõ ſm accidẽs, neq; à fortuna eſt: in phyſicis autem ſemper ſic, niſi quid impedierit.

Et illud, propter qd qñq; eſt caſu. v.g. hoſpes uenit caſu, & intrauit balneum, & receſſit. & dicimus hoc, cum actio eius quaſi aduentus eius fuerit ꝑꝑ illam: ſed aduẽtus eius non fuit ꝓpter illam: hoc enim eſt per accidens, cum caſus ſit de cauſis, quæ ſunt per accidens, vt diximus ſuperius. ſi igitur hoc eſt ex eo ſemper, aut in maiori parte, non eſt ꝑ accidens, neq; caſu: & res naturales ſemper ſunt in eodem curſu, niſi abſcindantur.

85 Cum declarauit ꝙ finis inuenitur in rebus naturalibus per ſe, non caſu, incœpit facere rememorationem de hoc, quod ꝑdixit. qm̃ qñq; à caſu inueniũtur fines, ſed ꝑ accidẽs, cũ ſint in minori parte: fines aũt, exiſtentes à natura, impoſſibile ẽ ut dicant̃ fieri à caſu, cũ ſint ſemꝑ, aut in maiori parte. Et dixit. v.g. &c. i. v.g. qm̃ intẽdit quieſcere nobiſcum, & accidit ꝙ intrauit balneum, &, receſſit. introitus enim balnei cauſa eius fuit hæc ꝙ intendebat quieſcere apud nos, & eſt finis ſuæ quietis apud nos, ſed nõ quieuit apud nos ꝑꝑ iſtum finẽ. D.d. & hoc erit, &c. i. & dicimus ꝙ aliqd eſt propter caſum, cum fuerimus exiſtimantes ꝙ actio eius, quam egit. v.g. introitus balnei fuit ꝓpter aduentum eius ad nos: ſed in rei veritate non fuit ꝓpter ſuum aduentum ad nos, cum non intendebat hoc. D.d. hoc enĩ eſt ꝑ accidẽs, &c. i. iſtę enim actiones, quas fecit ex ſuo aduentu, ſunt per accñs, cum caſu accidunt ex ſuo aduentu, & declaratũ eſt ex ſermone ꝑdicto ꝙ caſus eſt de cauſis, quę ſunt ꝑ accñs. D.d. ſi aũt hoc, &c. i. ſi aũt introitus balnei ex ſuo aduentu fuit ſemꝑ, aut in maiori parte, qm̃ intenderit per ſuũ aduentum introitũ balnei, non dicimus ꝙ introitus balnei à ſuo aduentu fuit per accñs, aut caſu. deinde poſuit quod ꝓuenit à natura. eſt aũt ſemper, aut in maiori parte. & dixit & naturalia, &c. Et ſyllogiſmus ſic componit̃. Propter quid prouenlens à natura, aut eſt ſemꝑ, aut in maiori parte: & ꝓpter quid ꝓueniens ab aliquo ex ſe non ꝓuenit ab eo, aut ſemꝑ, aut in pluribus: ergo ſeqtur in ſecunda figura ꝙ illud ꝓpter quid, prouenlens à natura, non prouenit à caſu. Et vl̃r, quia iſti hoĩes concedunt ꝙ illud, quod prouenit à natura ex iſtis finibus, ꝓuenit à caſu, et non concedunt ꝙ illud, quod prouenit à caſu, proueniat in minori parte, & cõcedunt ꝙ iſti fines non prouenĩũt à natura in maiori parte, & hoc cõtingit eis ex hoc, quod declaratũ eſt de natura caſus, ideo reuerſus eſt cũ eis ad verificandum iſtam ꝓpõnem: quia eſt ꝓpoſitio, in qua eſt diſputatio: in prima autẽ poſuit hoc, quaſi notũ per ſe. ipſe igit̃ in illis, q̃ ſunt manifeſta per ſe, qñq; ponit ea pro manifeſtis apud eos, q innati ſunt recipere illud, quod eſt notum per ſe, & quandoq; vtitur in declaratione eorum propoſitionibus famoſioribus eis ad confirmandum: & ideo iterauerit ſermonem in hoc, vt mihi videtur.

Idẽ ſupra. te. cõ. 40.

Ariſ. ea, quę ſũt manifeſta ꝑ ſe qñq; ponit ea ꝓ manifeſtis apũd eos, q innati ſunt recipe illud, qđ ẽ manifeſtũ ꝑ ſe, & qñq; vtit̃ ĩ declõne eorũ ꝓpõnibus famoſiorib⁹ eis ad confirmandum.

Inconueniens autem eſt nõ opinari propter aliquid fieri, niſi uideãt ipſum mouens deliberaſſe. Attamen etiam ars non deliberat. nanq;, ſi eſſet in ligno nauis faciẽdæ ars, haud ſecus, atq; natura, faceret. quare, ſi in arte ineſt ipſum propter aliquid, & in natura ineſt. maxime autem manifeſtum eſt, cũ qs medetur ipſe ſibiipſi. huic enim ſimilis ẽ natura. Quod igitur cauſa ſit Natura, atq; ita vt propter aliquid, manifeſtum eſt.

Et malum eſt etiam, quòd non opinantur ea fieri propter aliquid, ſi nõ inuenerint agens cogitare in ſua actione, & ipſi inuenerunt ſine cogitatione artem. &, ſi ars ædificandi naues eſſet in ipſis lignis, tunc operatio eorum eſſet ad modum operationis naturæ. ex quo ſequitur, ſi in arte eſt propter aliquid, vt etiam ſit hoc in natura. & magis, quo declaratur hoc, eſt in illo, qui curat ſe in medicina. & natura aſſimilatur huic. Manifeſtum eſt igitur ꝙ Natura eſt cauſa, & quod eſt cauſa propter aliquid.

Demonſtrat hoc inopinabile contingens ei, qui nõ cõcedit cauſam finalem eſſe in natura, ꝑꝑ hoc, ꝙ in natura non eſt cogitatio, & finis non inuenitur apud eos, niſi in cogitatione, & eſt, qm̃ cõtingit eis, vt iſta cauſa non inueniatur in rebus artificialibus carentibus cogitatione, et dixit Et malum eſt etiam eos non opinari ꝙ actiones non ſunt ꝓpter aliquid, niſi agens agat à cogitatione, & ipſi inueniunt artẽ agere propter aliquid, cum hoc, ꝙ agens non cogitat. Et dixit hoc in artibus, quæ non vtuntur cogitatione, vt texere, & ſuere, non ſicut ars medicinæ, & nauigandi. Deinde reuerſus eſt ẽt ad declarandũ ꝙ natura in hoc conuenit cũ arte, declarãdo ꝙ illud, per quod põt qs exiſtimare eas diuerſari, ꝙ non diuerſent̃ in eo, & per hoc ꝑficitur ſermo in cognitione modi ſimilitudinis inter illas, & dixit &, ſi ars ædificandi, &c. i. manifeſtũ eſt ꝙ nõ eſt dr̃ia prĩa hęc inter naturam, & artem, ſed ars agit extra, & natura intra. ſi igitur eſſemus imaginati ꝙ ars eſt in re, tũc neceſſario cõtingeret agere, ac ſi eſſet extra. &, ſi hoc eſſet nõ eẽt illic dr̃ia inter naturã, et artẽ. et intẽdebat ꝑ hoc ꝙ, ſi actio artis ꝑꝑ aliquid eſſet, quia ẽ extra, neceſſe eſſet, ſi imaginati eſſemus artem intra, vt nõ ageret ꝓpter aliquid: ſed, quia notũ eſt per ſeipſam agere propter aliquid, ſiue ſit extra, ſiue intra, manifeſtũ eſt ꝙ hoc eſt, ſm ꝙ ſemꝑ agit, aut in maiori parte. ars igit̃ cõuenit in hoc cum natura. Deinde induxit illud, qđ ſequitur ex hoc, & dixit ex quo ſequitur, &c. et iſta cõſecutio eſt manifeſta ex hoc, ꝙ declarauit, ꝙ illud, in quo differt ars à natura, nihil oꝑatur in hoc, ꝙ agit ꝑꝑ aliqd, et, cũ ĩduxit teſtimoniũ ſuꝑ hoc, ex hoc, ꝙ, ſi ars eſſet in ipſa re, tunc ageret, ac ſi eẽt extra, dixit, & hoc magis declaratur, &c. & eſt, quoniam ars inuenitur in Medico, qui curat ſe agere in illud, in quo eſt ars, ac ſi eſſet extra. &, ſi hoc non eſſet, tunc ars nõ ageret propter aliquid, quia eſt extra. &, cum deſtructũ eſt quòd actio extrinſeca operatur in hoc, non eſt differentia in hoc inter artem, & naturam. 86

Ars agit extra. Idem. 12. meta. cõ. 18. Tertio đ aĩa 18. Idem ſuꝑ c. 1. & quæ ibi.

Caput

Caput Quartum, ad quam cauſam neceſſitas in rebus naturalibus referatur determinans.

QVod autem ex neceſſitate eſt vtrum ex ſuppoſitione ſit, an & ſimpliciter. Nunc enim opinantur quod ex neceſſitate eſt eſſe in generatione. quemadmodum, ſi aliquis murum ex neceſſitate exiſtimaret eſſe factum, quoniam grauia quidem deorſum ferri apta natura ſunt, leuia autem ſuperne, quapropter lapides qdem deorſum, ac fundamẽta, terra autem ſurſum propter leuitatem, ſupra autem maxime ligna, leuiſſima enim ſunt.

Et conſyderãdum eſt de neceſſitate vtrũ ſit à poſitione, aut ſimplr. Opinãtur enim ꝙ neceſſitas in generatione eſt ſm modum, ſi aliquis exiſtimaſſet ꝙ paries eſt neceſſario, quia grauia innata ſunt deſcendere inferius, & leuia aſcendere ſuperius, & ideo lapides, & fundamentum eſt inferius, tectum, & lateres ſupius, quia ſunt leuiora, & ſupra omnia ligna, quia ſunt leuiſſima.

87 Et, cum declarauit ꝙ natura agit ꝓpter aliquid, & ꝙ exiſtentia finis in rebus naturalibus, & conuenientia membrorum in ſalute entis naturalis non eſt caſu, & oẽs Antiqui, dicentes cauſam materialẽ tm̃ eſſe, nituntẽ ex illa reddere cauſas formarũ & actionum. opinabanẽ enim ꝙ formæ ſequuntur de neceſſitate naturam materiæ, et ꝙ diuerſitas earũ eſt ex diuerſitate materiæ. ipſe igitur vult deſtruere hoc: qm̃ ipſe opinabatẽ ecõtra, ſ. ꝙ materia ſeqtur formam: & dixit Et cõſyderandũ eſt, &c. i. & conſyderandũ eſt de neceſſitate, exiſtente in rebus naturalibus, vtrum ſit ex poſitione formæ, ſ. ꝙ, cum poſuerimus ꝙ forma ſit, ſequitur vt materia ſit, aut neceſſitas inuenitur ſimplr, i. ex materia: qm̃ iſta neceſſitas non eſt ꝓpter aliquid, ſed ſimplr, ſ. ex ſe non ex alio. D. d. opinãtur enim iſti, &c. i. iſti enĩ, qui opinabanẽ ꝙ neceſſitas eſt in generatione generati ex materia, ſimiles ſunt in hoc, ꝙ opinanẽ de reb⁹ naturalibꝰ eis, qui opinãtur in rebus artificialibus quòd domus generaẽ ita, ꝙ fuerit cuſtodiens à calore, & frigore ex neceſſitate, qa partes graues, quę ſunt in ea, deſcendunt ex neceſſitate naturæ grauis inferius, & partes leues, quæ ſunt in ea, aſcendũt de neceſſitate etiam ex natura leui, & partes mediæ exiſtunt mediocriter, vt ligna ſuperius, & lapides inferius, & terra, & lutum in medio. Et ex hoc exemplo apparet ꝙ natura eſt ſimilis arti. qui enim dicit ꝙ homo generaẽ ex hac generatiõe, qa neceſſe fuit vt partes graues, quæ ſunt in eo, deſcenderent, & leues aſcenderent, eſt ſicut qui dicit hoc in domo. & iſti non euadunt per hunc ſermonẽ ab eſſe caſu in generatione entiũ. qm̃, ſi partes graues deſcenderent in plantis, & aĩalibus ex neceſſitate ſuæ naturæ, & leues aſcenderent, tunc cõuenientia actionum partium grauium, & actionum partium leuium in ſalute illius ſpeciei erit caſu. licet hoc in pluribus rerum naturalium videatur è conuerſo. animalia enim teſtea, ſi natura non intendiſſet cuſtodiam, deberet deſcendiſſe in eis pars teſtea.

Antiq dixerũt fo:as eẽ pp mãs, et diuerſificari ꝑpter mãs. ſed Ariſto. tenet oppoſitum. Idẽ ſup. 74. & 75. Idẽ 1. de aĩa. 53. & 2. de aĩa. 16. & 60. Idẽ infra in hoc. 2. cõ. 88. et 90 & 91.

Attamen non ſine his quidem factus eſt, non tñ propter hæc, niſi vt propter materiã, ſed cauſa abſcondendi quædam, & ſaluandi. Similiter vero & in alijs omnibus, in quibuſcunq; ipſum propter aliquid eſt, non ſunt qdem ſine ijs, quæ neceſſariam habẽt naturã, nõ tamẽ ſunt ꝓpter hęc, niſi vt materia ſunt, ſed pp aliqd vt pp qd ſerra eſt talis? vt hoc, & huius gratia ſit. hoc tamẽ cuius gratia, nõ poteſt fieri, ſi non ferrea ſit. neceſſe eſt igiẽ ferreã eſſe, ſi ſerra erit, & opus ipſius. ex ſuppoſitione igitur neceſſarium eſt, ſed non vt finis. nam in materia neceſſarium eſt, id aũt, cuius gratia fit, in ratione.

Et verum eſt certe ꝙ paries nõ eſſet ſine iſtis, ſed eſſe eius non fuit propter iſta, niſi intelligas per hanc ꝑpoſitionem propter, materiam, ſed propter cuſtodiam, & ſalutem, et propter iſtas fuerunt illa. Et eodem modo eſt de omnibus, quæ ſunt propter aliquid. non enim ſunt ſine illis, quę habent aliquam naturam neceſſariam, ſed eſſe eorum non ꝓpter hoc exiſtimatur materia, ſed ꝓpter aliquid. ver. gratia ſerra quare eſt talis? & dicetur, vt agat aliquid, aut propter aliquid. & quod agit hoc, & eſt ꝓpter illud, nõ eſt aptũ niſi ſit ex ferro. ex quo ſequiẽ neceſſario vt ſit ex ferro, ſi fuerit ſerra, & ſua actio fuerit eius actio. ex poſitione igiẽ eſt neceſſitas, nõ ex fine intenta. neceſſitas enim eſt in materia, & illud pp quid eſt in definitione.

Et verum eſt ꝙ paries nõ põt eſſe ſine illis grauib⁹, & leuibus, quæ ita hñt ſe ad illum quaſi materia, ſed eẽ parietis non fuit ꝓpter hanc cauſam, quæ eſt graue, & leue, niſi quis intelligat ꝑ hanc prępoſitionem propter, cauſam finalem intentam per artem, & eſt cuſtodia, & ſalus. tunc enim erit verum dicere, reſpondendo ad quare fuit paries, ꝙ paries fuit ꝓpter ſuam cãm. 88
Deinde dixit Et eodem modo, &c. i. & eodẽ modo eſt de oĩbus, quæ generanẽ ꝓpter aliquem finem intentũ. qm̃ impoſſibile eſt vt ſit aliquid ſine illis, quæ habent naturam neceſſariam in eſſe eius, ſed eſſe eius à tali materia, ſ. neceſſariã generatione ſua non facit exiſtimare ꝙ ꝓpter materiam fuit tale, ſed opinandũ eſt ꝙ ipſum eſſe tale eſt ꝓpter aliquid. & intendebat hoc, cũ dixit ſed eẽ ei⁹, &c. i. ſed ipſum eſſe hmõi, ſ. quia illa ſunt neceſſaria in ſuo eſſe, ꝓpter hoc non debet quis exiſtimare ꝙ materia eſt cauſa eſſe eius, ſed opinandũ eſt ꝙ eẽ eius eſt ꝓpter aliquid. Et in libro Alex. dr ſed nõ ꝓpter iſta, ſed ꝓpter materiam. i. & illa, quæ ſunt ante finem in re, non dicuntur eſſe cauſæ finis, niſi ſm modũ, ſm quem materia eſt cauſa finis, immo finis eſt cauſa eius principalr. Et, cum poſuit ꝙ ſignum, ꝙ paries, et alia corpora generata non generanẽ ex neceſſitate materiæ, licet materia ſit neceſſaria in eẽ eius, hoc ſ. ſignificat ꝙ, cum aliquis interrogauerit quare eſt aliquid, non reſpondebitur per materialẽ cãm, ſed finalem, notificauit hoc per exẽplum, & dixit. v. g. qm̃, cum aliqs quæſiuerit, quare ſerra habet multos dentes? & diceẽ, vt ferret ligna, aut propter ferrationẽ, & non diceẽ ꝙ habet multos dentes, quia eſt ex ferro, licet ſerra non poſſit eſſe niſi ex ferro. & hoc intendebat cum dixit, et hoc, ꝓpter qd eſt nõ eſt aptũ, &c. i. licet hoc, ꝓpter qd

ſunt

fuit ſerra, non aptetur, niſi ſerra ſit ex ferro. Deinde induxit illud, quod eſt quaſi concluſio iſtius ſermonis, et, dixit ſeqtur igitur neceſſario ut ſit ex ferro, &c. i. ſequitur igitur ex hoc, quod dicimus, ꝙ ſerra eſt ꝓpter ſuã actionem, & ꝙ actio eius non põt eſſe, niſi ſit ex ferro, vt neceſſitas in ſerra ſit ſm poſitionem, ſ. ſm poſitionẽ finis, non ſm materiam. & hoc intendebat, cum dixit ex poſitione igiẽ erit neceſſitas ſm finem intentum. i. ex poſitione igitur finis quærenda erit neceſſitas materiæ cõuenientis illi actioni, & neceſſitas eſſe rerũ ſequẽtium materiam, nõ ꝙ eſſe iſtorum eſt ꝓpter finẽ, neq; ꝙ finis eſt ex neceſſitate materiæ. illa enim, quæ inueniuntur in rebus naturalibus de neceſſitate non ꝓpter aliquid, vt mors aĩalis propter materiã, & illa, quæ inueniuntur in eis propter aliqd, ſunt propter formã, & definitionem: & ideo nõ ſunt neceſſaria ſimplr. & hoc intẽdebat, cum dixit neceſſitas enim eſt in materia, & propter quid eſt in definitione. Et innuebat per hoc, diuerſitatem eſſentiæ rerum ſequentium eſſentiam ex neceſſitate materiæ, quæ non intenduntẽ ꝓpter aliqd: ex quibus Antiqui errauerunt, & exiſtimauerunt ꝙ oĩa, quæ accidunt rebus, ſunt de neceſſitate materiæ.

Quæ in reb⁹ nãlib⁹ iueniũtur ex neceſſitate, & non pp aliqd, ſũt pp mãm, & quæ inueniũtur in eis pp aliqd ſũt pp formã. Vide adẽ. 3. de aĩa com. 60.

Et hoc cõponitur in ſecunda figura ſic. Res neceſſariè non intentæ, ſunt ex materia: & res intentæ nõ neceſſariè, non ſunt ex mã: ergo res intentæ, non ſunt neceſſariè nõ intentæ. Quòd aũt res intentæ non ſint ex materia manifeſtum eſt. qm̃ res intẽtæ ſunt ex forma; & ideo non ſunt neceſſariæ generationis: & forma nõ eſt propter materiã: ergo res intentę nõ ſunt ꝓpter materiam. Et potentia totius ſermonis ꝓdicti eſt in tertia figura ſic. Qñ in reb⁹ generabilibus interrogatur, quare generatur, non rñdetur per cãm materialem: & qñ in rebus generabilibus interrogatur quare, reſpondetur per cauſam finalẽ: ergo cauſa finalis eſt alia à cauſa materiali. Et oẽs iſte rõnes ſunt contra eos, qui nõ concedunt illud, quod eſt notum per ſe. ſi enim cauſa finalis ſequeretur neceſſario cauſam materialem, tunc ad quæſtionẽ per quare reſponderetur cauſa materialis. hæc enim eſt diſpoſitio entis neceſſarij ſimpliciter, ſ. vt non ſit propter ſuã actionẽ, ſed actio eius propter ipſum. & iſte modus neceſſitatis inuenitur in rebus ęternis. & iſta eſt neceſſitas ſimpliciter, quam Antiqui ęſtimabãt eẽ in rebus naturalib⁹ generabilibus, & corruptibilibus. ſi igiẽ formæ ſequerentur materiã de neceſſitate, tunc omnia eſſent neceſſaria.

Hęc ẽ diſpõ entis neceſſarij ſimplr. ſ. vt nõ ſit pp ſuã actionẽ, ſed actio ei⁹ pp ipm. qđ quõ intelligẽdã ſit. vide. 2 cæ. cõ. 17. & 21. & 12. meta. 16.

Eſt aũt neceſſarium et in Diſciplinis, & in ijs, quę ſm Naturam fiunt, quodãmodo ſimiliter. cum enim rectũ hoc ſit, neceſſe eſt triãgulũ duobus rectis æquales habere. ſed nõ, ſi hoc eſt, illud eſt. ſed ſi hoc nõ eſt, neq; illud rectum eſt. In ijs autem, quæ ꝓpter aliquid fiunt, econtrario, ſi finis erit, aut eſt, & id, qđ eſt ante, erit, aut eſt. ſi vero nõ, ſicut ibi, ſi nõ ſit concluſio, principium non erit, ſic & hic finis, & id, gratia cuius. * principium enim & hoc eſt, non actionis, ſed cogitationis, ibi autẽ cogitationis, actiones enim nõ ſunt.

* a. l. addit, (nõ erit, aut nõ eſt.)

Et neceſſarium eſt in Doctrina, & in eis, quę ſm curſum Naturalẽ ſunt quodã modo ſimilia. qm̃, quia rectum eſt tale, neceſſe eſt vt anguli, & triãguli ſint æquales duobus rectis. & nõ, quia fuerit tale, fuit illud. ſed hoc, ſi non eſſet tale, illud non eſſet rectum. Et illa, quæ ſunt ꝓpter aliquid, ſi finis intenta per illa fuerit ꝓſens, aut futura fuerit, illa etiam, quę ſunt ante, erunt pręſentia, aut futura. & ſi non ſunt, quemadmodum igitur illic, ſi cõcluſio non fuerit, non erit principium, ſimiliter hæc eſt diſpoſitio finis, & illud propter qd. hoc. n. ẽt eſt principiũ, ſed nõ eſt principiũ opationis, ſed cogitationis, & principiũ illic eſt cogitationis, qa illic nõ eſt operatio.

89 Ideſt et neceſſitatem eſſe in Doctrina, et in Naturalibus eſt conſimile quodãmodo, ſ. qm̃ in vtroq; inuenitur neceſſitas ex poſitione. Et dixit quodãmodo, quia ex prioribus in doctrina conſequuntur poſteriora, cũ concluſio, quæ eſt poſterior in ſciẽtia ſm tp̃s, ſequitur ex ꝓpoſitionibus, quę ſunt priores in eſſe, aut illa, quę ſunt priora in tp̃e, ſequuntur poſteriora. Et ſimilitudo inter illa eſt. qm̃, ſi ꝓpoſitiones fuerint, erit concluſio neceſſario, & non ſeqtur è contrario: &, ſi finis fuerit, erunt illa, quæ ſunt ante finem. & in hoc diuerſantẽ hæc duo. ꝓpoſitiones igitur ſm hunc modum aſſimilãtur fini, concluſio aũt aſſimilatur eis, quæ ſunt ante finem. Et, cum dixit ꝙ neceſſitas eſt in eis conſimilis, incœpit declarare ſimilitudinem, & dixit qm̃ quia rectum eſt tale, &c. & in doctrina inuenitur aliquod ſimile neceſſario, quod eſt in generatione, qm̃ ex eſſe ꝓpoſitionum ſequitur eſſe concluſionis. v.g. quia angulus extrinſecus in triangulo valet duos intrinſecos ſibi oppoſitos, & cum angulo ſequẽti valet duos rectos, hæc eſt cauſa in hoc, ꝙ anguli triãguli ſunt æqles duobus rectis. ꝓpoſitiões igitur ſunt illa, ꝓpter quę eſt res, cõcluſio vero eſt illud, quod eſt ante illud, ꝓpter quod eſt. & intendebat ꝑ rectum triangulum rectorũ laterũ. & intendebat per tale, hoc, qđ extrinſecus valet duos intrinſecos, & cum ſequente valet duos rectos. D.d. et non, quia hoc eſt tale, fuit illud tale. i. & nõ, quia anguli trianguli valent duos rectos, eſt neceſſe vt angulus extrinſecus ſit talis. i. qm̃ hæc non eſt cauſa illius. D.d. ſed, ſi hoc nõ fuerit, &c. i. ſi non fuerint anguli æquales duobus rectis, triangulus non erit rectorum laterum.

D.d. & illa, quæ ſunt pp aliquid, &c. i. & diſpoſitio concluſionis cum ꝓpoſitionibus eſt diſpoſitio eorum, quæ ſunt ꝓpter aliquid, & cum illo, ꝓpter quod ſunt. cum enim fuerit finis, ꝓpter quem ſunt in actu, erunt illa in actu. &, ſi fuerit finis in potentia, illa erunt in potẽtia, licet nondum ſint in actu. & hoc intendebat, cũ dixit &, ſi non ſunt. & ſimiliter, cum concluſio fuerit in actu, propoſitiones erunt in actu, &, ſi concluſio fuerit in potentia, ꝓpoſitiones erunt in potentia. Et, cũ declarauit ꝙ ita ſe habent ꝓpoſitiones cum cõcluſione, ſicut finis cum his, quę ſunt ante finem, dixit & quemadmodum illic, &c. i. quemadmodum, ſi nõ fuerit concluſio, non erunt ꝓpoſitiones, ſimilr, ſi non fuerint illa, quæ ſunt ante finẽ, non erit finis. illa enim, quæ ſunt in doctrina quaſi finis, ſunt ꝓpoſitiones, & illud, quod eſt qſi illa, quæ ſunt ante finem, eſt cõcluſio. D.d. hoc enim eſt principium, &c. & innuit ꝓpoſitiones, quæ ſunt principiũ doctrinæ. D.d. ſed nõ eſt principiũ operationis, ſed cogitationis. & ꝓſeruat ſe, ne quis dicat ꝙ nõs videmus ꝙ ad quædam principia ſequuntur vltima, & ſunt principia doctrinæ. & hoc eſt contra poſitũ in natura. & reſpõſio ad hoc eſt, qm̃ hoc nõ eſt principiũ operationis, ſed principium cogitationis, ſermo aũt eſt de principijs opationũ. et accidit vt ex pricipio cogitatiõis ſequatur illud ꝓpter qd. [a] principiũ enim in cogitatione eſt finis in operatione, & finis in cogitatione eſt pñm in operatione. D.d. & pñm illic, &c. i. in doctrina ſpeculatiua. & dixit hoc, quia ſunt doctrinę opatiuę, et accidit eis, vt illic ſint duo pncipia, principium

a Pricipiũ i cogitatiõe ẽ finis I operatione, et finis in cogitatiõe ẽ principiũ ĩ opõne. Idẽ 7. met. c. 23. & 3. de aĩa tex. cõ. 49.

tipium, ſ. cogitationis, & principium operationis, & ſimiliter finis cogitationis, & finis operationis.

Quare, ſi erit domus, hęc neceſſe eſt fieri, aut exiſtere, aut eſſe, aut omnino materiã, q̃ ꝑꝑ aliqd eſt. vt lateres, & lapides, ſi domus. non tñ ꝑꝑ hæc eſt finis, niſi vt materiã, neq; erit ꝑꝑ hæc, omnino tñ, ſi nõ ſint, neq; dom⁹, neq; ſerra erit: illa qdẽ, ſi nõ ſint lapides, hæc vero, ſi nõ ſit ferrũ. neq; enim ibi principia, ſi non triangulum duobus rectis. Manifeſtũ eſt igiť ꝙ neceſſarium eſt in Phyſicis, quod vt materia dicitur, & motiones eius.

Neceſſe eſt igitur vt, ſi domus erit, vt iſta ſint neceſſario, aut vt ſint, aut ꝙ erũt p̃ſentia, et vſr materia, q̃ eſt ꝑꝑ aliqd. v. g. qm̃ lapides erũt, ſi erit domus, ſed nõ ꝑꝑ iſta ẽ finis intẽta, ſed ſm ꝙ eſt materia, ſed illa, ſi nõ fuerint, nõ erunt iſta. domus igiť non erit, ſi lapides nõ fuerint: neq; ſerra erit, ſi ferrũ nõ erit. illic. n. principia nõ erũt, ſi anguli triãguli nõ fuerint æquales duobus rectis. Manifeſtum eſt igiť ꝙ neceſſariũ in rebus naturalibus eſt illud, quod dr̃ de materia, & eius motibus.

90 Ideſt, Neceſſe eſt igitur, ſi domus fuerit in actu, vt illa, ex qbus domus fit, ſint ante domum. & hoc intẽdebat, cũ dixit vt iſta ſint neceo. i. ut iſta, ex qbus domus fit, ſint neceio in eẽ, aut gñata añ gnõnẽ domus: & hoc duob⁹ modis, aut ut ſint p̃ſentia cũ ea, aut ꝙ erũt p̃ſentia. D. d. & vſr materia. i. & vſr iſta eſt diſpõ materię cũ illo, ꝑꝑ qđ fuit materia. Deĩde dixit. v. g. i. v. g. qm̃ lateres, & lapides neceſſe eſt vt ſint, ſi dom⁹ fuerit: ſed non ex lateribus, & lapidibus ſeqtur neceſſario vt ſit finis intentus. v. g. domus. neq; hñt introitum in fine, niſi ſm materiam, ſ. ſm ꝙ materia eſt vna cauſarũ rei, cuius eſt materia. D. d. & non erit ꝓpter iſta. i. & forma nõ erit per materiam, ſed per agens. D. d. ſed illa. i. materia. D. d. ſi iſta nõ fuerint. i. forma, & finis. D. d. illic enim, &c. et ꝙ accidit ex hoc in generatione eſt ſimile ei, ꝙ accidit in Doctrina, in Doctrina enĩ etiã nõ erunt propoſitiones, ſi concluſio non fuerit. v. g. qm̃ ꝓpoſitiones ex qbus declaratur ꝙ anguli trianguli valent duos rectos, non erunt, ſi nõ fuerint æquales duobus rectis. & iam ꝓdixit hoc, ſed iterauit illud ad rememorationem. In libro vero Alex. neq; illic etiam erũt principia, ſi triangulus habuerit angulos ęquales duobus rectis. i. qm̃ non ſequitur ꝙ, ſi concluſio ſit, ꝙ propoſitiones ſint. Deinde dixit Manifeſtũ eſt igiť, &c. i. manifeſtum eſt igiť ꝙ neceſſitas in reb⁹ nãlibus notat materiã, & illud, quod ſeqtur materiã de motib⁹, et nõ notat formam, ſ. qm̃ materia inueniť propter formã, non forma ꝓpter ipſam, cum non ſequitur materiã.

Idē ſupra. t. c. 89.

Idē ſupra. 87 & quæ ibi.

Et vtræq; quidem Phyſico dicendæ ſunt cauſæ, magis autem ea, cuius gr̃a. cauſa enim hæc materiæ eſt, ſed non hæc ipſius finis. Et finis is, cuius gratia, & qui principiũ eſt, à definitione, & ratione petitur, ſicut in ijs, quæ ſm artem. qm̃, ſi domus eſt tale, hæc oportet fieri, & eſſe ex neceſſitate. & qm̃ ſanitas hoc eſt, hæc oportet fieri ex neceſſitate, & eẽ, ſic & ſi hõ eſt hoc, hæc, ſi vero hæc, hæc.

Et oportet Naturalẽ intendere has duas cauſas, ſed magis debet intẽdere cauſam, quę eſt propter quid. qm̃ iſta eſt cauſa materiæ, Ipſa autem non eſt finis, propter quẽ & principiũ eſt de definitione, & ratione, ſicut eſt in rebus, quæ ſunt per artem. verbi gratia, qm̃, qa domus eſt tale, neceſſe eſt vt ſit hoc. & qa ſanitas eſt talis, neceſſe eſt vt ſit hoc. & ſilr, quia hõ eſt talis, neceſſe eſt vt ſit hoc.

Et oportet Naturalem reddere vtrãq; cauſam, quia 91
conſtitutio rerum naturaliũ eſt ex ambabus, ſ. ex materia, & ex illo, propter quod eſt materia. D. d. ſed magis debet, &c. i. oportet Naturalẽ ſolicitari magis circa cauſam finalem, cum propter cauſam finalem ſit cã materialis, & non ꝓpter cauſam materialem eſt cauſa finalis. Deinde dixit & principiũ eſt ex definitione, & rõne. i. principiũ, ex quo ſequiť, ſi fuerit neceſſitas materiæ, eſt illud, quod cõtinet definitio, & forma in rebus cõpoſitis. Et itẽdebat ꝑ hoc ꝙ, cũ definitio rei fuerit poſita, ſeqtur materia neceſſario in eſſe eius. definitio enim cõtinet formam cõem, & propriam. Deinde dixit ſicut eſt in rebus artificialibus. i. v. g. quia definitio domus eſt cõtinens, cooperiens, defendẽs à calore, & frigore, neceſſe eſt vt ſit compoſita ex tecto, & pariete. &, quia definitio hoĩs eſt animal rationale, neceſſe eſt vt ſit cõpoſitum ex carne, & oſſe: quia definitio ſanitatis eſt diſpoſitio in membro, qua agit ſuã actionem in mẽbro, neceſſe eſt vt iſta diſpoſitio ſit complexio. & hoc intẽdebat, cũ dixit ꝙ domus eſt tale, &c.

Definitio cõtinet form: cõem, & ꝓpriã. Idẽ. 7. meta. 43.

Fortaſſis aũt & in rõne ẽ neceſſariũ. determinanti. n. opus ſecandi ꝙ diuiſio hmõi eſt, hæc aũt non erit, niſi hẽat dẽtes tales, hi vero non, niſi ferrea ſit. ſunt enim & in rõne quędam partes, vt materia rationis.

Et rectum eſt vt neceſſarium intret in definitione etiam. & hoc erit quando definierimus actionem ſerrationis, qm̃ eſt ſcindere tali modo, ꝙ nõ optať, niſi ſerra habeat dentes tali modo: & hoc impoſſibile ẽ vt ſit hoc modo, niſi ſit ex ferro. in definitione enim etiã quædam partes ſunt, quaſi materia.

Quia definitiones continent genera, et differentias, 92
& genera ſunt formæ vniuerſales, & differentiæ formæ propriæ, & eſt declaratum ꝙ materia ſequitur neceſſario ex forma, rectũ eſt ut definitiones in hac ſcientia ſint principium apparentiæ neceſſitatis materiæ. &, quia ex quibuſdam definitionibus non ſolummodo apparet conſecutio materiæ, ſed etiam in eis intrat materia, dixit Et rectum eſt, &c. i. & rectum eſt vt in qbuſdam definitionibus nõ ſequatur neceſſariũ ex poſitione definitionis, ſed intrat in definitiõe quaſi pars. in talibus igitur definitionibus apparet materia, quaſi pars, non ſm conſecutionem. D. d. ſi enim definierimus, &c. hoc eſt exemplum definitionis, in qua apparet materia. ſerratio enim, quia nõ cõpletur niſi ꝑ formã, & materiã ferrę, iõ intrat materia in definitiõe. ferrę enim, ſi dixerimus ipſam eſſe inſtrm̃ hñs dentes, nõ erit definitio, donec dicamus ipſam eſſe ex ferro.

In definitiõibus naturalibus apparet materia, vel manifeſte, vł cõſecutiue. Vide idẽ ſupͣ cõ. ꝓcedẽn. & .1. de aĩa c. 16. & quæ ibi.

In huius Secundi Libri fine, procemij loco ipſius Tertij legebantur quædam, quæ, cum ex Pauli Iſraelitæ, & Ant. Codicis ſententia. 60. com. Primi phy. pars eſſent, ideo ea ex hoc ad illum deportauimus locum.

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV LIBER TERTIVS, *cum Auer. Commen.*

SVMMAE LIBRI.

In Prima probatur ad profeſſorem huius ſcientiæ neceſſario attinere tractare de accidentibus communibus rerum naturalium.

In Secunda notificatur quid ſit Motus.

In Tertia inueſtigatur de infinito, declaraturq́; quo pacto in entibus reperiatur.

Ignorato motu neceſſe ẽ naturã ignorari.

Vide duas con. Zim. Infinitum apparet primũ in cõtinuo.

QVoniam aũt natura quidem ẽ principiũ motus, et mutationis: methodus ãt nobis de natura ẽ: nõ latere nos oportet qd ſit motus. neceſſarium enim eſt, ignorato ipſo, ignorari & naturã. Cũ aũt determinauerimus de motu, tentãdũ erit eodem aggredi modo de iјs, quæ cõſequenter ſunt. Videť aũt motus cõtinuorũ eſſe: infinitũ aũt apparet primũ in cõtinuo: quapropter & definientibus continuum accidit vti ſæpenumero ratione infiniti: cum in infinitum diuiſibile continuum ſit.

Quia natura ẽ principiũ motus, & qetis, & trãſmutationis: & in hac ſciẽtia intẽdimus naturã: oportet nos narrare primo motũ qd ſit. Deinde, cũ determinauerimus hoc, determinabimus vnũquodq; cõſequẽniũ hoc modo. Et exiſtimať ꝙ motus eſt de rebus continuis: & primum eorum, quæ ſequuntur ſciẽtiam de continuo, eſt de infinito: & ideo accidit multoties, cum definierimus continuũ, vti in eius definitiõe infinito: illud enim, qd diuiditur in infinitum, eſt continuum.

1 Cõtinuatio.

INcœpit notificare cauſam, ꝓpter quã cõtingit ei loqui in hoc libro de motu, & de rebus, quæ ſequuntur motũ. qm̃, cum cõſyderatio eius ſit de natura, cuius definitio eſt principiũ motus, & qetis, fuit neceſſe ei declarare ſm quot modos dicitur principium, & ꝙ dr̃ de materia, & forma, ſ. pᵐ pnᵐ materiale, & formale: ſed primum principiũ materiale potuit declarare, ãteq̃ perſcrutareť de motu, & accidẽtibus motus, principium aũt, quod eſt primus motor nõ potuit pſcrutari de eo, niſi poſt perſcrutationẽ de motu. & incœpit hic declarare ꝙ ex definitione naturæ apparet ꝙ perſcrutatio de motu eſt neceſſaria, & quod oportet Naturalem perſcrutari de vnaquaq; illarum partium acceptarũ in definitione, et. dixit Quia natura, &c. i. &, quia iam apparuit ex p̃dictis ꝙ definitio naturæ eſt principiũ mot⁹, & quietis. i. tranſmutationis, & non tranſmutationis: & intendimus in hoc libro perſcrutari de natura, cũ intẽtio hui⁹ libri ſit loq de rebus cõibus oibus reb⁹ naturalibus: & iã locuti ſumus de primo principio, quod eſt quaſi materia oium rerũ naturalium: oportet nos igitur loq de motu qd ſit, &, cũ determinauerim⁹. i. definierimus motũ, determinabimus poſt vnũquodq; eorũ, q̃ accipiunť in definitione motus, et quæ ſequũtur motũ. Et, cum dixit hoc, incœpit dicere illa, quæ ita ſe habent ad motum, & dixit Et exiſtimatur, & c. i. vtrũ diuiditur in indiuiſibilia ſemp, aut in aliqua diuiſibilia. Deinde incœpit narrare ẽt ꝙ conſyderatio de continuo exigit ẽt cõſyderationẽ de infinito, et dixit et primũ eoꝝ, &c. i. & pᵐ eorũ, quæ apparẽt ex cõſyderatione de cõtinuo, eſt cõſyderare de infinito. D. dedit cãm in hoc, & dixit & ideo accidit multotiens, &c. i. quia infinitũ cõtingit continuo, aut eſt definitio eius, accidit multoties, cum definierimus continuum, accipere in ſua definitione infinitum. continuum enim eſt illud, quod diuidiť in infinitum. Deinde induxit teſtimoniũ ſup hoc, & dixit quod [a] enim diuiditur in infinitum eſt continuum. i. & diximus ꝙ definitio cõtinui eſt illud, qd diuidiť in infinitum: quia illud, quod diuidiť in infinitũ eſt continuum (quod enim p̃dicatur ſm qd, qñ conuertitur, eſt definitio.) Et dixit, vt mihi vr̃, accidit multotiens ꝙ iſta definitio cõtinui apud dicentes ipſum non cõponi ex partibus indiuiſibilibus eſt cõceſſa: dicẽtes aũt ꝙ cõtinuum cõponiť ex ptibus indiuiſibilibus nõ cõcedunt hanc definitionem. Et. q. d. ideo accidit pluribus eorum, q vtuntur definitione continui, accipere in definitione eius infinitum. Et forte dixit hoc, quia cõtinuum põt habere aliã definitionem, vt in qua dr̃. cõtinuum eſt illud, in cuius medio poteſt poni terminus communis duabus partibus.

Princip'um, qd eſt prim⁹ motor, ñ poquit pſcrutari, niſi poſt pſcrutationẽ de motu. Idẽ 8. phy. 4. ſ. &. 6. c.

Expõ lře.

Idẽ. 1. phy. 1 proemio ſuo. et ibidẽ. c. 4.

Quod p̃dicatur in qd, qñ cõuertiť, eſt definitio.

a Cõtinuum diuidiť in infinitũ. Idẽ infra. 11. cõ. & que ibi. Idẽ 6. phy. tex. cõ. 69.

Idẽ in p̃dicamẽtis ca. de quãtitate.

Adhæc aũt ſine loco, & vacuo, & tẽpore, impoſſibile eſt motum eẽ. Manifeſtũ igitur eſt ꝙ & ꝓpter hæc, & proterea ꝙ cũctis ſunt cõmunia, & vniuerſalia hæc omnibus, cõſyrandum erit, cum propoſuerimus de vnoquoq; iſtorum. poſterior enim eſt de proprijs ſpeculatio ea, quæ de cõibus eſt.

Speculatio de ꝓprijs poſterior ẽ ea, quæ de cõibus. Idem. 1. phy. tex. 57.

Et, cũ hoc impoſſibile eſt vt motus ſit, ſi locus, et tempus non fuerit. Manifeſtum eſt igitur quòd propter hoc, & propter hoc, quòd iſta ſunt communia omnibus, oportet perſcrutari de vnoquoq; eorum. conſyderatio enim de proprijs eſt poſt cõſyderationẽ de rebus communibus.

Cum declarauit ꝙ ex definitione naturæ apparebit ꝙ oportet Naturalem pſcrutari de motu, & conſequentibus motum, & dixit ꝙ illorũ, quæ ſequunť motum, quæ ſunt ꝓpinqua ſubſtantię eius, eſt cõtinuum, & ꝙ infinitum ſeqtur continuũ, incœpit dicere, Et, qa locus, & tẽpus ſequuntur motum in rei veritate, & vacuum, vt dicunt qdã Naturales, oportet ẽt conſyderare de iſtis tribus cum cõſyderatione de illis tribus p̃dictis. Et dixit Manifeſtũ eſt igitur, &c. i. manifeſtũ eſt igitur ꝙ ex hoc, quod diximus, ꝙ iſta apparent in definitione naturæ, &, quia ẽt iſta ſunt cõia oĩbus rebus naturalib⁹, [a] oportet nos in hoc libro loqui de iſtis rebus: cum iſte liber ſit primus liber, in quo loquitur de rebus naturalib⁹: & de cõmuni oportet loqui prius q̃ de proprio: & ideo fuit neceſſe loqui de iſtis rebus in hoc libro. Et hinc expreſſit ſuam intentionẽ in [b] hoc libro, et illa, quæ ſunt ſubiecta iſtius cõſyderationis: et ſunt cauſæ communes, & accidentia communia, quæ apparent ex definitione naturæ. 2

a Oportet pri⁹ loq de cõi q̃ de ꝓprio. Idẽ ꝓemio ſuo in. 1. phyſi. & ibidem c. 27. & tex. Idẽ. 2. de aĩa cõ. 10. & ibidẽ. c. 1. Idem 1. de ptibus Aĩaliũ. ca. 1. et. 2. & de Generatiõe, et Corruptiõe, tex. com. 2.

b Idẽ ſup. c. 1. & que ibi.

Summa

Summa Secunda, in qua notificatur quid ſit Motus, & traditur eius definitio.

Caput Primum, de ſuppoſitis ante Motus definitionẽ præintelligendis.

vide contr. Zim.

PRimum aũt, ſicuti diximus, de Motu. Eſt igiẽ eorũ, quæ ſunt, aliud qdem actu ſolũ, aliud vero potentia. Et eorum, quę ſunt actu, hoc quidem hoc aliquid, illud vero tantũ, aliud aũt tale. & in alijs entis prædicamentis ſimiliter. Eorũ aũt, quæ ſunt ad aliquid, aliud qdem ſm ſuperabundantiã, & defectum dicitur, aliud aũt ſm actiuum, et paſſiuum, atq; omnino motiuum, & mobile. motiuum enim motiuum mobilis eſt: & mobile à motiuo eſt mobile.

Et incipiemus ſicut diximus de Motu. Et dicamus ꝙ rerũ quædam ſunt in perfectione, & quædam in potẽtia. Et iſtorum quoddam demonſtraẽ eſſe hoc, quoddam demonſtraẽ eſſe huius quãtitatis, & quoddã demonſtratur eſſe huius diſpoſitionis, aut attribuiẽ hoc modo alicui aliorum p̄dicamentorũ entis. Relatiuorum aũt quędam dñr ſm magis, & minus, & quædam ſm agens, & patiens, & vniuerſaliter ſm mouens, & motum. mouens enim eſt mouẽs motum: & motum eſt motum à mouente.

3 Cum voluit definire motũ, incœpit de illis, quæ ita ſe hñt ad id, qđ vult definire, quaſi* ꝓpõnes. & icœpit primo diuidere ens, ſm actũ, & potẽtiã: & ſunt duo genera, extra q̃ nõ põt motus eẽ, aut nõ eẽ mediũ inter illa, deinde poſuit ſecundã ꝓpõnem, & eſt ꝙ entia diuidunẽ in decẽ p̄dicamẽta, ad hoc, ꝙ vult ẽt declarare ꝙ motus inueniẽ in quatuor eoꝝ tm̃. Deinde poſuit tertiã ꝓpõnem, & eſt ꝙ p̄dicamentũ relationis qñq; relatio in eo eſt ſm magis, et minus, vt duplũ, & dimidiũ, & multũ, et paucũ, & qñq; eſt relatio in eo ſm agẽs, et patiens: quẽadmodũ. n. duplũ dr̃ in reſpectu dimidij, & dimidiũ in reſpectu dupli, ſimiliter agẽs dr̃ in reſpectu patiẽtis, & patiens in reſpectu agentis. Et induxit hoc ad declarandũ ꝙ [a] motus eſt actio motoris in moto, & ꝙ nõ hẽt eẽ niſi in moto, & iõ accipit tem motũ, quaſi drĩam motus. D. dixit & quoddam demõſtratur eſſe hoc, i. indiuiduũ ſubſtãtiæ, quoddã huius quãtitatis, i. indiuiduũ quãtitatis, & quoddã huius diſpoſitiõis, i. indiuiduũ qualitatis. D. d. ſm magis, & minus, i. relatiuũ, quod eſt i q̃titate. D. dixit ſm agẽs, & patiens. & intendit relatiuũ, quod inueniẽ in p̄dicamẽto agere, & pati. Et dixit & vr̃ ſm [b] mouens, & motũ, q̃a mouens, et motũ ſunt * pfectiora q̃ agẽs, & patiẽs, cum omne agens ſit mouens, & non conuertitur.

* a.l. petitiões.

a Motus eſt actio motoris in moto, & nõ hẽt eẽ niſi in moto. Idẽ 5. phyſi. c. 3. & 8. ph. cõ. 4. Idẽ infra. I hoc. 3. 4. & 6. 18. 19. 22. 25.

b Mouẽs, & motũ ſunt pfectiora q̃ agens, & patiẽs, cum oẽ agẽs ſit mouẽs, & nõ econtra. Idẽ 1. de generatione. t. cõ. 45. & 12. meta. com. 25.

* a.l. cõiora.

Motus in 4 p̄dicamẽtis.

Nõ eſt aũt motus p̄ter res. Mutaẽ enĩ ſemꝑ id, quod mutaẽ, aut ſm ſubſtantiam, aut ſm quãtũ, aut ſm quale, aut ſm locum. cõe vero in his nihil eſt accipe, ſicuti diximus, qđ neq; hoc, neq; quantũ, neq; quale, neq; aliorũ p̄dicamẽtorũ vllũ ſit. q̃re neq; motus, neq; mutatio vllius erit p̄ter ea, quæ dicta ſunt, cum nihil ſit præter ea, quæ dicta ſunt.

Et non eſt motus extra ipſas res. tranſmutatum enim ſemꝑ tranſmutaẽ, aut in ſubſtantia, aut in quãtitate, aut in q̃litate, aut in loco. & nihil inueniẽ oĩno cõe iſtis. q. d. ꝙ non eſt ita, neq; vnũ aliorũ p̄dicamentorũ. vnde neceſſe eſt ꝙ non eſt motus, neq; tranſmutatio oĩno alicuius, niſi iſtorum, quæ diximus.

Hoc etiam eſt quartum fundamentũ ad hoc, quod vult de definitione motus, & eſt, ꝙ motus inueniẽ in pluribus vno prædicamento. Et dixit Et non eſt motus, &c. i. & nõ inueniẽ motus extra decẽ p̄dicamẽta. qm̃ tranſmutatũ ſemꝑ tranſmutatur, aut in p̄dicamento ſubſtãtiæ, aut quãtitatis, aut qualitatis, aut vbi, aut in alio p̄dicamẽto: & tranſmutatio non inuenitur niſi in tranſmutato: ex quo ſequiẽ vt motus ſit in pluribus vno p̄dicamento. Et iſte ſermo componiẽ ſic. Motus eſt in moto: & motũ eſt in pluribus vno p̄dicamento: ergo motus eſt in pluribus vno prædicamento. & nihil inuenitur, &c. i. impoſſibile eſt inueniri aliqđ vnũ cõmune iſtis prædicamẽtis, in quibus inuenitur motus, v. g. aliquod cõe iſtis quatuor, quod non ſit vnum eorum, neq; aliorũ prædicamentorũ: ex quo ſequitur vt motus *ſit in alia natura à p̄dicamentis, & vt *dicatur vniuoce. Et intendebat declarare. qm̃, quia [c] motus non dicitur vniuoce, ideo non habet definitionem dictam vniuoce, ſed ſm prius, & poſterius, ſed tñ tales definitiones intrant in artibus demonſtratiuis. Et [d] quæritur de hoc, ꝙ dixit hic, ꝙ motus non inuenitur in vno prædicamento, & dictum eſt in libro de prædicamentis ipſum eſſe in prædicamẽto paſſionis. & ſm hoc autem non debemus computare p̄dicamentũ paſſionis, aut non debemus dicere ipſum inueniri pluribus vno prædicamento. Ad hoc autem dicamus, [e] qm̃ motus ſm ꝙ nõ differt à pfectione, ad quam vadit, niſi ſm magis, et minus, neceſſe eſt vt ſit de genere illius pfectionis. [f] motus enĩ nihil aliud eſt q̃ generatio partis poſt aliam illius perfectionis, ad quam intendit motus, donec pficiatur, & ſit in actu. vnde neceſſe eſt vt motus, qui eſt in ſubſtantia, inueniatur in genere ſubſtãtiæ: & motus, qui eſt in quantitate, in genere q̃titatis: & ſimiliter, qui eſt in vbi, & qualitate. ſm autem quod eſt via ad perfectionem, quæ eſt alia ab ipſa perfectiõe, neceſſe eſt vt ſit genus per ſe. via enim ad rem eſt aliud ab ipſa re. & ſm hoc fuit poſitum p̄dicamentum per ſe. & iſte modus eſt famoſior, ille aũt eſt verior. & ideo Ariſto. induxit illũ modum famoſum in p̄dicamentis, & iſtum modum verũ in hoc libro.

4

c Motus nõ hẽt definitionẽ vniuoce dictã, ſed ſm priꝰ & poſteriꝰ, & tales definitiones intrãt artibꝰ demõſtratiuis. Vide cõſile 2. de aĩa. c. 30. & 3. de aĩa. c. 5. & de finitione aſg. & 4. met. c. 2. Vide cõſimile ſup. 2. phyſi. c. 3. de definitiõe naturæ.

* a.l. nõ ſit.

* a.l. vnũ dicatur.

d Digreſſio, qua quærit vtrũ motus ſit in pluribꝰ p̄dicamẽtis.

Solutio.

e Motus nõ dĩt a pfectione, ad quã uadit, niſi ſm magis, & minus, & iõ neceſſe ẽ vt ſit de genere illius pfectionis. Idem 5. phyſi. com. 9. & 1.

f Motꝰ nihil aliud ẽ q̃ generatio partis poſt aliã illiꝰ pfectiõis, ad quã intendit motꝰ, donec pficiaẽ, & ſit actu. Si oppoſitũ vr̃ dicere. 4. phy. cõ. 84. Vide conſilẽ ſicut hic. 5. phyſi. com. 47. Vide cont. Zim.

Vnumquodq; aũt dupliciter ineſt omnibus. vt Hoc, aliud enĩ eſt forma ipſius, aliud vero priuatio: & ſm Quale, hoc enim eſt album, illud autem nigrum: & ſm Quantum, aliud enim perfectum eſt, aliud vero imperfectum. ſimiliter aũt & ſm Lationẽ, hoc enim ſurſum, illud vero deorſum, aut aliud qdem leue, aliud vero graue. quare motus, et mutationis ſpecies tot ſunt, quot entis.

5 Et vnũquodq; iſtorũ omniũ eſt duobus modis. v. g. qm̃ illud, quod demonſtraẽ eſſe Hoc, demonſtratur ꝑ formam, & demõſtratur ꝑ priuationem: & ſilr̃ in Qualitate aliqđ, enim eſt albũ, & aliquod nigrũ: & ſimilr̃ in

Quantitate aliquod eſt pfectū, & aliqd dimi nutum, in Trāſlatione aliquod eſt ſupius, & aliquod eſt inferius, aliquod leue, & aliquod graue. vnde neceſſe eſt vt tot ſint ſpēs motus & trāſmutationis, quot ſunt ſpēs entis.

5 Cum poſuit ꝙ definitio motus eſt ambigua, quia inuenitur in pluribus prædicamentis vno, incepit declarare etiam ꝙ non propter hoc ſolum eſt motus talis, ſed & quia motus inuenitur in vnoquoq; generū motus in duo, vnum nobilius, et aliud vilius. motus enim, qui eſt in eodem genere de viliori oppoſitorum ad nobilius eſt nobilior, & qui eſt à contrario eſt vilior, vt motus de non eſſe in eſſe, & de eſſe in non eſſe. Et dixit Et vnumquodq; iſtorū, &c. i. & vnuſquiſq; quatuor motuum inuenitur in eodem prædicamēto duobus modis, qm̄ tranſmutatum in ſubſtantia, cuius trāſmutatio eſt completa, qñq; demonſtratur in eſſe, i. in forma, & qñq; demonſtratur in priuatione formæ. motus enim, in cuius fine demonſtratur ꝙ motum habet formam, dr̄ generatio, et in quo priuatur forma, dr̄ corruptio. & ſimilr̄ in fine tranſmutationis in qualitate, qñq; demōſtrat̄, ſm ꝙ eſt albū, & qñq;, ſm ꝙ eſt nigrum: & ſilr̄ in quantitate, qñq; ſm ꝙ eſt diminutum, & qñq; ſm ꝙ eſt perfectum: & ſilr̄ in tranſmutatione, qñq; finis trāſmutatiōis eſt eſſe ſupius, & qñq; eſt inferius. D. d. & aliquod leue, & aliquod graue. forte eſt exemplū de motu in vbi. i. ꝙ motum in loco qñq; mouet ad hoc, vt ſit leue ēt in actu, i. aſcendens ſuper alia corpora, & quandoq;, vt ſit graue in actu, i. vt ſit ſub alijs corporibus. Et forte eſt exemplū de generatione, & corruptione. elementa enim tranſmutantur de grauitate in leuitatem, & de leuitate in grauitatem. D. d. neceſſe eſt igitur ex hoc, &c. ideſt neceſſe eſt igitur ex hoc, quod diximus, vt ſpēs vltimæ motus ſint tot, quot ſunt ſpecies rerum motarum: & ſunt octo, vt hic apparebit, duæ ſ. in vnoquoq; ꝑdicamēto. Vtrū autem inueniatur motus in alio prędicamento ab iſtis quatuor perſcrutabitur in Quinto.

Motus, q eſt i eodē genere de viliori oppoſitorū ad nobili⁹ ē nobilior.

Pria expō.

Secunda.

5. phyſi. t. c. 10.

Caput Secundum, in quo traditur Motus definitio ex rebus proprijs.

Motus definitio. vide infra tex. 9. 10 16. & 21.

DIuiſo autem ſm vnumquodq; genus, hoc qdem eſſe actu, aliud aūt potētia; eius, quod potentia exiſtit actus, quatenus huiuſmodi, Motus eſt. vt alterabilis qdem, quatenus alterabile Alteratio: augmentabilis autem, & oppoſiti decreſcibilis (nullum enim eſt commune nomen in vtriſq;) Augmentum, & Decrementum: generabilis autem, & corruptibilis Generatio, & Corruptio: eius vero, quod fertur, Latio.

Et, cum vnūquodq; iſtorum generū diuidatur in illud, quod eſt actu, & illud, quod eſt potētia, tunc Motus erit pfectio eius, quod eſt in potētia, ſm ꝙ eſt tale. verbi gratia, quoniam perfectio alterati, quando alteratur, eſt Alteratio, & perfectio augmētati, & ſui oppoſiti, & eſt diminuti: & non habent vnum nomē cōmune ambobus, quod eſt Augmētum, & Diminutio: & perfectio generati, & corrupti eſt Generatio, & Corruptio: & perfectio tranſlati eſt Tranſlatio.

Cum numerauit illa, quæ debent præcedere hoc, quod dicit de definitiōe motus, incœpit definire eum, & dixit Et, cùm vnumquodq;, &c. i. cum vnūquodq; generum motus diuidatur in potētiam, & actum. qm̄ vnumquodq; eorum quandoq; eſt in potentia, quandoq; eſt in actu: & manifeſtum eſt ꝙ motus eſt perfectio rei motæ: ergo manifeſtum eſt, ſi non fuerit perfectio eius, ſm ꝙ eſt in actu, neceſſario erit pfectio eius, ſm quòd eſt in potentia. Et addidit in definitione, ſm quòd eſt in potentia. quia omne motum, ſecundum ꝙ eſt in actu, & habet potentiam, habet duas perfectiones, perfectionem, ſ. in actu, non ſm ꝙ eſt motum, & perfectionem, ſm ꝙ eſt in potentia, quæ dicitur motus. Deinde incœpit demōſtrare conuenientiā iſtius definitionis vnicuiq; generum motuum, & dixit. v. g. qm̄ perfectio alterati, &c. i. v. g. quoniam perfectio alterati, ſm ꝙ eſt in potentia, eſt illud, quod dicitur alteratio: & perfectio augmentati & diminuti, ſm ꝙ ſunt in potentia, eſt illud, quod dicitur augmētum, & diminutio: & perfectio generati, & corrupti, ſm ꝙ ſunt in potentia, eſt generatio & corruptio: & pfectio tranſlati, ſm ꝙ eſt in potentia, eſt illud, quod dicitur tranſlatio. Et manifeſtum eſt ꝙ iſta definitio motus eſt communis motui nouo, & æterno. & ſimiliter etiam apparet ex hac definitione cōtinuatio motus. motus enim, quādo quieſcit, erit perfectio eius, quod eſt in actu, vnde videmus ꝙ motus augmēti, & alterationis ſunt plures motus. non enim poſſumus dicere ꝙ augmētatum eſt motum vno motu de initio augmēti vſq; ad finem: apparet enim motus eius in tempore ſenſibili. et ſimiliter eſt diſpoſitio in pluribus alterationibus. & impoſſibile eſt vt in toto tempore augmenti ſit motum, & nō comprehendatur à ſenſu. motus igitur Augmenti de initio motus ad finem componitur pluribus motibus, & pluribus quietibus, in vno autem motu tranſlati, qui eſt de principio ad finem, non interponitur quies. & ideo continuatio eſt manifeſtior in eo. & credimus hoc in augmento, & alteratione, quia videmus aliquā augeri per annū vno digito. & remotum eſt vt ille digitus diuidatur p omnes partes tēporis illius anni, qm̄ minimū tempus ſenſibile non habet ex eo partem ſenſibilem, cum non creſcat planta continue. 6

Idē 4. meta. com. 18. Documētū.

Quæ potentia ponat̄ in dīnitiōe motus. Vide 9. meta. cō. xj.

Digreſſio.

Definitio motus cōis eſt motui nouo & antiquo.

Mot⁹ augmēti ā initio mot⁹ ad finē cōponit̄ ex plibus motib⁹, & ex plibus quietib⁹. Vide ꝑ hoc 8. phy. com. 23.

Caput Tertium, in quo traditur Motus definitio ex rebus communibus.

QVod aūt hoc ſit motus, hinc manifeſtum. Cū enim ædificabile, quatenus tale ipſum dicimus eē, actu fuerit, ædificatur, & hoc eſt ædificatio, ſimiliter autem & medicatio, & volutatio, & ſaltatio, & adoleſcentia, & ſeneſcentia.

Plato autem duo infinita, magnum, et paruum. Qui autem de natura, omnes ſemper ſubijciunt alteram quādam naturam dictorum elemētorum infinito, vt aquam, aut aerem, aut medium horum. Eorum vero, qui finita faciunt elementa, nullus infinita facit. Quicunq; autem infinita faciunt elementa, quemadmodum Anaxagoras, et Democritus, ille quidem ex ijs, quę ſunt ſimilium partium, hic aūt ex omniſeminario figurarum tactu cōtinuum infinitum eſſe dicunt.

τῆς πανσπερμίας

Plato autem dicebat ꝙ infinita ſunt duo magnum, & paruum. Naturales autem omnes ponunt infinitum aliam naturam ab ea, quæ dicitur elementum. v. g. aqua, aut aer, aut aliquod medium. Eorum autem, qui ponunt elementa finita, nullus ponit res infinitas. Illi autem, qui ponunt elementa infinita, vt Anaxagoras, & Democritus, dicunt ꝙ infinitum eſt continuum per contactū, Anaxag. quidem ex partibus conſimilibus, Democritus uero ex illo, quod uocat radicem omnis figuræ, & ſemen omnis figurę.

Hic incœpit narrare ſententiam Platonis de natura infiniti, & dixit ꝙ Plato nō poſuit cauſam infiniti rem vnam. 27

vnam, ſ. par, ſicut fecerunt Pythagorici, ſed duo, ſ. magnum, & paruum: magnum autem eſt cauſa additiõis in infinitum, & paruum cauſa diminutionis. Et, cum narrauit ſententias eorum, qui poſuerunt infinitũ differentiam ſubſtantialẽ, incœpit narrare ſententias eorum, qui poſuerunt ipſum accidens naturæ elementi, & dixit Naturales autem, &c. i. Naturales autem philoſophi omnes ponunt infinitum accidens principijs, & elementis rerum mobilium. qui. n. dicunt elementũ eſſe aquam, aut aerem, aut aliquod medium inter hęc, ponit infinitum exiſtere ĩ magnitudine illius rei, cuius eſt elemẽtum. & dixit ab eis, quæ dicuntur elementũ. i. quia poſuerunt infinitũ eſſe in hoc medio, nõ in alijs elementis. D. d. Eorum autem, qui ponunt, &c. i. eorum, qui ponunt elementa finita in numero, & in magnitudine, nullus concedit infinitum eſſe. Illi autem, ꝗ ponunt elementa infinita numero, cõtingit eis corpus infinitum eſſe continuum per contactum elementorũ ĩfinitorum ſui adinuicem: qm̃, cum fuerit poſitum hic eſſe partes infinitas exiſtentes inſimul, neceſſe erit vt ex eis fiat vnum corpus continuum ſm cõtactum. D. d. Ana. autem, &c. i. contingit Anaxagoræ corpus eẽ continuum infinitum ex corporibus infinitis cõſimilium partium, Demo. vero ex partibus infinitis in numero & figura, quas vocat radices, & ſemia figurarũ.

Atq; ille qdem quãlibet partẽ eẽ ſil'r miſcellam toti ex eo, quia videt quodlibet ex quolibet fieri. hinc. n. dicere vr̃ & ſimul aliqñ oẽs res fuiſſe, vt hæc caro, & hoc os, & ſic quodlibet. & omnia itaq;, & ſimul igitur. principium. n. diſgregationis non ſolum in vnoquoq;, ſed et omnium eſt. cum enim oẽ, quod fit, ex tali fiat corpore: omnium autem ſit gñatio, verum non ſimul: etiã quoddam principium eſſe oportet generationis. hoc autem eſt vnum, quem ille vocat intellectũ. intellectus aũt à principio quodã operatur, cũ intellexit. quare neceſſe eſt ſimul omnia aliqñ fuiſſe, & cœpiſſe aliquando moueri.

Quoniam quãcunq; partem acceperis, inuenies eam mixtam ad modũ totius, quodlibet. n. generatur ex quolibet. videtur igiť ꝙ neceſſe ẽ ex hoc dicere in aliqua hora omnia eſſe inſimul. v. g. qm̃ iſta caro eſt, et iſtud os eſt, & ſil'r quodlibet membrũ. omnia igiť mẽbra ſunt, ergo ſunt inſimul. principiũ. n. in vnaquaq; rerum non eſt principium diſtinctionis, tm̃, ſed cuiuslibet. qm̃, quia illud, quod generať, generať à corpore, quod eſt tale, & oẽ habet generationem, ſed non ſunt inſimul, ergo neceſſe eſt, vt gñatio habeat aliquod principium. & hoc eſt vnum, & eſt illud, quod vocat intelligentiam. & intelligentia ab aliquo principio intelligit, & eſt quando intelligit, ergo neceſſe eſt vt omnia in aliqua hora ſint inſimul, et vt incipiant in aliqua hora moueri.

28 Et contingit Anaxagoræ corpus infinitum eſſe in actu ex partibus cõtiguis, quia dixit Quoniã quamcunq; partem acceperis ex mundo, inuenies eam mixtam cum quolibet, ſicut eſt diſpoſitio in toto mundo, & dixit hoc, quia opinabatur ꝙ quodlibet generatur ex quolibet, & ꝙ totum generatur ex toto, et ꝙ generatur ex ſimili, non ex priuatione, neq; ex diſſimili. D. d. videtur igitur, &c. i. videť igitur ꝙ contingit dicẽti hunc ſermonem vt omnia ſint inſimul in aliqua hora, ſ. anteq̃ à toto diſtinguatur aliquod eorum, quæ ſunt conſimilium partium, vt eſt in hora, in qua à toto nihil diſtinguebatur, vt dicimus in iſtis partibus ea eſſe, anteq̃ ab eis diſtinguatur aliquid. Et hoc intẽdebat, cum dixit. v. g. &c. i. v. g. qm̃ iſta caro eſt, anteq̃ ab ea diſtinguatur aliquid, & ſil'r iſtud os, et ſic omnia in illa hora erunt in toto, & tunc totum erit compoſitum ex partibus conſimilibus infinitis. Et, cũ narrauit ꝙ ex hoc ſequitur vt omnia in aliqua hora ſint iſimul, dixit principium. n. &c. i. & hoc contingit ꝙ neceſſariũ eſt vt ſit hoc principium, quod diſtinguit res ex inuicem, non ab iſtis partibus tm̃, ſed à toto. Et in alia translatione dicitur. principium. n. ſegregationis non eſt in vnoquoq; tm̃, ſed totius. Et eſt neceſſe vt ſit hic prĩcipium diſtinguens ſm hãc opinionem. qm̃ illud, quod generatur apud ipſum, generatur à cauſa exiſtente in re, à qua generatur: & oẽ habet gñationem, ſed omnia nõ generantur inſimul: ergo neceſſe eſt vt oẽ generatum totale, quod eſt principium diſtinctionis adinuicem, habeat principium agens, quod Anaxagoras vocat intelligentiam, i. & iſtud principium, quod eſt intelligentia, ab initio temporali intelligit, & eſt illa hora, in qua intellexit. mundus. n. apud ipſum eſt nouus. ex quo ſequitur vt, cum intellexit, & incœpit diſtinguere, vt omnia in aliqua hora ſint inſimul, ſ. antequã intelligentia incœpit diſtinguere. & ſic in toto in illa hora erunt res infinitæ inſimul.

Cõtra opiõnẽ iſtã Anaxagoræ vide Philoſo- phã. 2. phy. a. t. cõ. 35. vſq; ad tex. c. 41. & 3. cæ. p lõgũ pceſſum, & 1. de Gñatiõe proprie, & 1. meta. a t. cõ. 16. vſq; ad tex. c. 19.

Democritus autem nullum aliud ex alio fieri primorum dicit, ſed tamen ipſum commune corpus omnium eſſe principium, magnitudine ſm partes, figuraq; differens.

Democritus vero non dicit ꝙ in principijs nõ erit aliquid ex aliquo alio, ſed ipſum corpus commune omnibus videtur ipſum eſſe diuerſum ſecundum ſuas partes in quãtitate, et figura.

29 Dicit Democritus vero, quia apud ipſum nullũ elemẽtorum generatur ex eis adinuicem, ſed ex partibus indiuiſibilibus, ſed opinatur ꝙ in † { corpore cõi oĩbus, quod eſt cõpoſitum ex partibus ĩdiuiſibilibus, } diuerſantur ſm diuerſitatem partium in quantitate, & figura. ex quo ſequitur vt totum apud ipſum ſit infinitum, ſ. corpus cõe. opinatur. n. ꝙ generatio eſt ꝑ congregationem partium, & corruptio per ſegregationem earum, & ꝙ entia diuerſantur ſecũdum diuerſitatem partium in poſitione, & figura, & ordine.

† a. l. corpore oĩum, oĩb' qđ ẽ cõpoſitio ex indiuiſibilibus, ſed

Opiõnẽ Democriti. vide ẽt. 3. phy. 35. & idẽ. & 1. de Gñatione. t. c. 7. & inde, & 1. de aĩa. te. c. 20.

Quod igitur conueniens, ſit Phyſicis hæc ſpeculatio manifeſtum eſt ex his. Rationabiliter autem & principiũ, ipſum ponunt oẽs. Neq;. n. fruſtra poſſibile ipſum eſſe, neque aliam ipſi ineſſe potentiam, niſi vt principium. omnia. n. aut principium ſunt, aut ex principio. infiniti autem nõ eſt principium: eſſet. n. ipſius vtiq; finis. Amplius autem & ingenitum, & incorruptibile, principium quoddam cum ſit. quod. n. ſit neceſſe eſt accipere finem. & finis, omnis eſt corruptionis. Quare, ſicuti dicimus, non huius principium,

Infinitum, an principiũ

Oĩa aut pĩcipiã ſũt, aut ex pĩcipio.

pium, ſed hoc aliorũ videt̃ eſſe, & continere omnia, et omnia gubernare, vt affirmãt quicunq; nõ faciunt pręter infinitũ alias cauſas, vt intellectũ, aut amicitiã, & hoc eſſe diuinũ. immortale. n. eſt, perireq; non põt, vt affirmãt Anaximãder, et plurimi Phyſiologorũ.

Declaratum eſt igit̃ ex hoc, ꝙ iſta conſyderatio ẽ neceſſaria Naturalibus, et neceſſario poſuerunt omnes ipſum principiũ. Non igit̃ fruſtra dixerunt ipſum eſſe, & ipſum non habere alium gradum, niſi gradum principij. oẽ. n. aut eſt principium, aut à principio. ſed infinitum non habet principium: qm̃, ſi haberet, eſſet finitum. Et, ſi eſt principium, infinitum, eſt neq; generabile, neq; corruptibile. generatum. n. habet vltimum, & vltimũ cuiuslibet generatiõis ẽ corruptio. Et ideo exiſtimat̃ ſm̃ hunc ſermonem ꝙ iſtud nõ habet principium, ſed eſt principium aliarum rerum, & continet quodlibet, et regit quodlibet, vt dicit qui nõ concedit alias cauſas p̄ter infinitum, vt intelligentiam, & amicitiã, & litem, & ꝙ hoc eſt Deus. eſt. n. immortalis, & incorruptibilis, ſicut dixit Anaximander, & plures loquentes de Natura.

30 Dicit Declaratũ eſt igitur ex hoc, ꝙ Naturales dixerunt de infinito, ꝙ conſyderatio de illo eſt Naturali neceſſaria. gñatio. n. quia vr̃ eſſe infinita, oportet Naturalem reddere cauſam illius, & cauſam infinitatis in generabilibus. in primo. n. aſpectu videtur ꝙ hoc non ſit, niſi infinitum ponatur principium in principijs generationis. D. declarauit ꝙ hoc, in quo conueniunt, ſ. in ponẽdo principium, eſt neceſſariũ eius naturæ, ſi concedatur ipſum eſſe, & dixit Non. n. fruſtra, &c. i. et recte poſuerũt ipſum principium oẽs, qui conceſſerũt ipſum eſſe, neceſſe eſt. n. vt non ſit fruſtra, ſed propter aliquam actionem, & impoſſibile eſt ponere ei actionem, aut ipſum habere ordinem aliquem, niſi ordinẽ principij. D. incœpit declarare hoc, & dixit oẽ. n. aut eſt principium, aut ex principio, &c. i. oportet ponentem infinitum eſſe ponere ipſum principiũ. quia infinitum, cum ſit vnum entium: & oẽ ens aut eſt cauſa, aut cauſatum: neceſſe eſt vt infinitũ ſit, aut cauſa, aut cauſatum. D. deſtruxit alteram partem, & dixit Sed, ſi habuerit prin^m, erit infinitum. et ita inuenitur in libro. &, ſi ſit verũ, intendit ꝙ, ſi infinitũ habuerit prin^m, neceſſe eſt vt illud prin^m etiam ſit infinitum, qa impoſſe eſt vt aliquod infinitum ĩueniatur ab aliquo finito, & ſic erunt duo infinita. et hoc non eſt conceſſum. alietas enim exigit finitatem, quia exigit diſcretionem, & diſcreta, ſm̃ ꝙ ſunt diſcreta, ſunt infinita. & vr̃ videt̃ de ĩfinito ꝙ dignius eſt principiũ, q̃ illud, quod fit ex principio. & etiam oẽ habens principium, cum illud principium ponatur extrinſecum, continget vt illud, cuius eſt principium, ponatur, & ſit finitum in parte, extra quam eſt aliud, & ſic infinitum erit finitum. & ideo q ponit ꝙ infinitum eſt aliquid à principio extrinſeco, continget ei neceſſario vt illud, quod ponit infinitũ, ſit finitum. &, ſi poſuerit etiam ipſum eſſe principium in re, cõtinget formam eſſe infinitam, & materiam infinitam. quod eſt impoſſibile. & ideo melius eſt ponere ipſum principium, vt ſit neq; generabile, neq; corruptibile. Et in alia tranſlatione eſt, ſ. & infinitum non habet principiũ, quia tunc eſſet finitum. et hoc eſt manifeſtum. D. declarauit ꝙ, ſi fuerit pricipium, ſequit̃ vt ſit neq; generabile, neq; corruptibile, & dixit Et, ſi fuerit principium, &c. i. & neceſſarium eſt vt generatum etiam habeat finem, & magnitudinem, quam, cũ habuerit, complebitur generatio, quẽadmodum neceſſe eſt ipſum habere principium in magnitudine, ex qua incœpit generari. &, cum habuerit principium, et finem in magnitudine, eſt finitum. & ſilr̃ habet corruptionem. vltimum. n. generationis eſt principium corruptionis. & hoc intendebat, cum dixit et vltimũ, etc. Et in alia tranſlatione dicitur. generatio. n. habet complementum neceſſario, & omnis corruptio habet cõplementum. & intendit ꝙ iſti motus ſunt finiti. Et, cũ declarauit ꝙ qui cõcedit ipſum eſſe, oportet ipſum ponere ipſum eſſe principium, & non generabile, neque corruptibile, declarauit ꝙ recte opinati ſunt illi, q non concedunt cauſam agentem in hoc, ꝙ poſuerunt primum pricipium, et iſti ſunt oẽs Antiqui, pręter Ana. & Empe. Ana. n. ponit cauſam agentem, ſ. intelligentiam, Empe. vero litem, & amicitiam. & hoc intendebat, cum dixit vt dicit, qui non concedit, &c. vt intelligentia, quã concedit Anaxa. cum infinito, aut amicitia, & lis, quas concedit Emped. ſed, vt mihi vr̃, nõ ponit infinitũ, & ſermo eius in hoc manifeſtus eſt per ſe.

Prima expõ ſup illo ꝓbo & ſi hẽt.

Nõ põt eſſe duo infinita, quia alietas exigit finitatem, qa exigit diſcretionẽ, & diſcreta, ſm̃ ꝙ diſcreta, ſunt finita.

Secunda expoſitio ſup idem.

Oẽs Antiqui negauerũt cãm agẽtem, praeter Empedoclẽ, & Anaxagoram.

Caput Secundum de rationibus, quæ infinitum eſſe apparenter concludunt.

ESſe autem aliquid infinitum fides ex qn̄que maxime continget conſyderantibus. Ex tẽpore. hoc enim infinitum. Et ex ea, q̃ eſt in magnitudinibus, diuiſione. vtuntur. n. & Mathematici infinito. Amplius ex eo, quia ſic ſolum non deficit generatio, & corruptio, ſi infinitum ſit vnde auferatur id, quod fit. Amplius ex eo, quia finitum ſemper ad aliquid finitur, quare neceſſe eſt nullum eſſe terminum, ſi ſemper terminari ſit neceſſe alterum ad alterum.

Infinitum, an ſ rõne rerũ.

Et contingit conſyderantibus de infinito credere aliquid eſſe infinitum ex quinq; rebus proprie. ſ. Ex tempore. tempus. n. eſt infinitum. Et ex diuiſione menſurarum. Mathematici. n. & alij vtuntur in eis infinito. Et etiam ex hoc, quia hoc modo eſt poſſibile ꝙ nunquam deficiant generatio, et corruptio. Et etiam quia finitũ ſemper finitur ad aliquod. ex quo ſequitur vt non ſit finis omnino, ſi eſt neceſſe aliquid finiri ad aliud.

Et iſtę quinq; rationes ſunt probabiles, & quędam ſunt veræ, & quædam falſæ, & earum, quæ ſunt verę, quædam ſunt notę per ſe, & quędam non. illa igit̃, quę eſt nota per ſe, & accidit ei, ꝙ fuit probabilis, eſt de tẽpore. nullus. n. poteſt intelligere tempus eſſe finitum, neq; in initio, neq; in fine. qui. n. ponit tẽpus generari, aut corrumpi, continget ei ponere ante illud tempus, tempus. generatum. n. nihil aliud eſt q̃ illud, quod eſt in inſtanti præſenti, & ſilr̃ corruptum, & inſtans præſens neceſſario exigit tempus pręteritum, et futurum, & vr̃ generatum, & corruptum eſt illud, cuius extrema exceduntur à tempore. ſi igitur tempus ponatur generatum, & corruptum, continget vt ſit illud concluſum in tempore excedente ipſum in duabus extre- 31

Vide cõſſte 8. ph. 10. & 11.

mitatibus,

8. ph. t. c. 10. Diuiſio menſurarũ in infinitũ ſẽ l duo media ẽ principiũ maximũ inter Mathematicos, & vr ẽẽ per ſe notũ. Idẽ ĩfra. cõ. 39. et 60. et 56. Sed vide oppoſitum. 6. ph. ad principiũ, vbi demõſtratur hoc, Sed hic ſoluit, ſi bñ aduertis. Vide ꝙ hoc calcẽ cõ. 70. h⁹ tertij, & primo cœli. cõ. 48. Vide contr. Zimarræ.

mitatibus. & ideo, vt dicit Ariſt. oẽs Antiqui conueniunt ꝙ tempus ſit æternum, præter Platonem. Diuiſio autem menſurarum in infinitum ſemper in duo media eſt principium maximum ĩter Mathematicos, & videtur eſſe notum per ſe. ſed qui ponit ꝙ magnitudines componuntur ex magnitudinibus indiuiſibilibus, non concedet hanc diuiſionem, ſed tamen vnum eorum, qbus deſtruitur iſta opinio, eſt hoc principiũ, & deſtruitur per principia naturalia, & illic exiſtimaẽ ꝙ hoc demonſtratur in ſcientia Naturali. Et non eſt remotum, vt iſtud principium ſit notum per ſe, et magnitudines componi ex indiuiſibilibus, aut diuiſibilibus ſit ignotum naturaliter, ſed, cum fuerit declaratũ eas non componi ex indiuiſibilibus, tunc ſcientia de hoc principio erit certificata. ſequitur. n. ex hac poſitione ꝙ magnitudo diuiditur ſemper in diuiſibilia, vt declarauit Ariſ. in. 6. forte igitur Geometer ponit hoc principium, & Naturalis diſſoluet hanc quæſtionẽ, vt dicamus ꝙ iſtud principium indiget demonſtratione. & hoc erit in hac ſcientia, & de hoc perſcrutabitur in ſexto. D. d. Et etiam, quia hoc ſolũmodo, &c. & iſta eſt Tertia ratiocinatio, et eſt neceſſaria, ſed non eſt nota per ſe, ſed tamen eſt conceſſa ei, qui concedit generationem eſſe ex ente, & corruptionem eſſe in nõ ens. & intendit etiam hoc ſm hunc ſolum modum, ſ. ponere infinitum, quia poſſumus dicere ꝙ generatio, et corruptio nunquam deficiũt. qui. n. negat infinitum non poteſt dicere ꝙ nunꝗ̃ deficiet generatio, et corruptio. Quarta autem ratiocinatio, & eſt hæc, ꝙ exiſtimatur ꝙ infinitum finitur ad aliud extra ipſum, eſt ratiocinatio ſamoſa falſa, quoniam hoc accidit finito.

Maxime autem, & proprijſſimum, quod cõem facit dubitationem omnibus. ob id. n. ꝙ illud, quod in cogitatione eſt, non deficit, & numerus vr̃ infinitus eſſe, & mathematicæ magnitudines, & quod eſt extra cœlum. Infinitum autem cum ſit quod extra eſt, & corpus infinitum eſſe vr̃, & mundi. cur. n. magis vacui hic, quam ibi (quare ſi vno in loco, & vbiq;) neceſſe eſt eſſe molem. ſimul autem, ſi & vacuũ eſt, & locus infinitus, & corpus infinitum neceſſe eſt eſſe. poſſe enim ab ipſo eſſe nihil differt in perpetuis.

a. l. qd enim

Poſſe ab ipſo eſſe nihil differt ĩ perpetuis.

Et maximum eorum, quæ faciunt omnes dubitare, & dignius eſt exiſtimatione. opinari. n. aliquid, quia nõ ceſſat, ideo numerus exiſtimaẽ infinitus, & ſilr̃ menſuræ mathematicæ, & quod eſt extra cœlum. &, ſi vacuum eſt infinitum, exiſtimatur corpus eſſe infinitum, & mundos eſſe infinitos. nihil. n. coget vt locus mũdi ſit in hoc loco vacui dignius, q̃ in alio loco eius, ſi igitur corpus eſt in vno loco, poſſibile eſt vt ſit in omni loco. & cum hoc, ſi fuerit vacuum, et locus infinitus, neceſſe eſt vt ſit corpus infinitũ. in æternis enim non eſt differentia inter poſſibile, & illud, quod eſt.

32 Hæc eſt cauſa Quinta, quæ facit exiſtimare infinitũ eſſe, & eſt, qm̃, qñ homo opinatur aliqd, poſſibile eſt ipſum opinari aliud extra illud, vñ exiſtimatur ꝙ hoc, quod accidit in opinione, ſequitur naturam entis. Et dicit & facit oẽs dubitare in hoc, ꝙ exiſtimatur infinitum eſſe hoc maxime, ſ. opinio. hęc. n. eſt cauſa in hoc, ꝙ exiſtimatur ꝙ numeri ſunt infiniti in additione, & ſilr̃ etiam menſuræ, & in hoc, ꝙ exiſtimatur ꝙ extra cœlum eſt vacuum infinitum. &, ſi ſit poſſibile vt vacuum ſit infinitum, & vacuum eſt illud, in quo corpus poteſt eſſe, poſſibile eſt vt in eo ſit corpus ĩfinitum, et mundi infiniti. D. d. nihil. n. coget, &c. & hæc eſt rõcinatio in hoc, ꝙ ex vacuo ſequitur vt ſint plures vno mundo, immo mundi infiniti. qm̃ nullus locus vacui eſt dignior, vt in eo ſit mundus, q̃; alius, ergo poſſibile eſt vt in eo ſint mũdi infiniti. Et poſſibile ĩ rebus æternis, quas non continet tempus, eſt neceſſarium. quod enim eſt poſſibile vt ſit, & vt non ſit, eſt in indiuiduis ſpecierum, quæ continet tempus. & hoc intendebat, cum dixit, in ęternis. n. &c. i. qm̃, cum poſuerimus hoc eſſe vacuum infinitum, aut locum infinitum, non ſequitur ex hoc infinitum corpus eſſe poſſibile, aut impoſſibile, ſed ſequitur ex hoc corpus infinitum eſſe. & ſilr̃, cum fuerit poſſibile mundos eſſe infinitos, erit neceſſarium: æterna enim nõ continentur à tempore. &, cum fuerit poſſibile aliquid eſſe de natura rerũ ęternarum, illud erit neceſſarium non contingens.

Poſſe ĩ rebus ęternis, q̃s ñ cõtinet tẽps, ẽ neceſſariũ. Idẽ. 2. cœ. 13 & 34. cõm. Idẽ. 12. met. c. 10. Idẽ hic infra cõ. 71.

Æterna nõ cõtineẽ a tẽpore. Idẽ. 4. phy. t. c. 118 & q̃s ibi.

Habet autem dubitationem ipſa de infinito conſyderatio. Etenim non eſſe ponentibus multa impoſſibilia accidũt, & eſſe. Amplius autem vtro ſit modo, vtrum vt ſubſtantia, an vt accidens per ſe alicui naturæ, an neutro modo, ſed nihilominus ſit infinitum, aut infinita multitudine.

Et certe in conſyderatione de infinito eſt quæſtio. Qm̃, ſi aliquis poſuerit ipſum non eſſe, cõtingerent ei plura impoſſibilia. Et, ſi poſuerit ipſum eſſe, quomodo igitur ponit ipſum, vtrum ſubſtãtiam, aut quod in ſe accidit alicui naturæ, aut quod non eſt ſecundum alterum iſtorum, & ſiue infinitum ponat vnum, aut plura in numero.

Dicit ꝙ conſyderare de infinito inducit maximam perſcrutationem. declaratum eſt. n. ꝙ, ſi aliquis ponat ipſum non eſſe, contingent ei plura impoſſibilia, et eorum vnum eſt tempus non eſſe, neq; motum, neq; diuiſionem mẽſurarum, neq; additionem numerorum. perſcrutandum eſt igitur quomodo eſt, vtrum ſm ꝙ eſt ſubſtantia, aut ſm ꝙ accidit alij naturæ, aut ſm ꝙ non eſt alterum iſtorum indifferenter, ſiue ponamus finitum vnum in magnitudine ĩfinitum, aut plura infinita in numero, ſcilicet quando poſuerimus quòd infinitum accidit alij naturæ. 33

Caput Tertium, quot modis dicatur Infinitum.

MAxime autem Phyſici eſt cõſyderare ſi eſt magnitudo ſenſibilis infinita. Primum igitur determinandũ eſt quot modis dicitur Infinitũ. Vno igitur modo, quod impoſſibile eſt tranſire, ex eo, quia non eſt aptum natura tranſiri, vt vox inuiſibilis. Aliter autem, trãſitum habens inconſumabilẽ. Aut quod vix. Aut quod natura aptum eſt habere, nõ tamen habet tranſitum, aut finẽ. Amplius, infinitum oẽ aut eſt ſm appoſitionẽ, aut ſm diuiſionem, aut vtroq; modo.

Quot modis dr̃ ĩfinitum.

Et

Et oportet Naturalem cõſyderare vtrum quãtitas ſenſibilis ſit infinita. Oportet igitur primo determinare ſm quot modos dicitur infinitum. Vnus igitur eorũ eſt illud, in quo non eſt poſſibile incipi, quia non eſt innatũ acquiri, ſicut dicitur ſonum eſſe inuiſibilem. Et dicitur de illo, cuius proceſſus non habet finem. Aut de eo, cuius proceſſus eſt cum labore, & fatigatione. Et dicitur de illo, quod eſt aptum vt procedatur in ipſo, ſed nos nõ poſſumus procedere, & peruenire ad finẽ. Et etiam dicũtur modi eẽ infiniti, aut in additione, aut diuiſione, aut in vtroq;.

34 Et oportet Naturalem conſyderare vtrum ſit poſſibile vt magnitudo ſenſibilis ſit infinita, aut non. et ꝑus oportet ꝑſcrutari de hoc ſm quot modos dr̃ infinitũ, quorum Vnus eſt illud, in quo non poteſt procedi, qa nõ habet longitudinem, neq; finitam, neq; infinitam, vt dr̃ ꝙ color, aut punctus eſt infinitus. & iſte modus ꝓriuationis eſt vt aliquid careat illo, quod nõ eſt innatum, neq; ſuum genus hr̃e, ſi habeat genus, vt, cum dicit̃ Deum eſſe non corpus. D. d. Et dr̃, &c. i. de illo, quod habet quantitatem, & longitudinem in actu, ſed non habet finem. & de iſto modo ꝑſcrutabit̃ hic. D. induxit tertium modum, & dixit Et de illo, cuius proceſſus eſt cum labore. i. et dr̃ infinitum trãſumptiue de illo, quod non ꝑtranſitur, niſi cum labore propter longitudinem ſpatij, ſed habet finẽ, vt cum dicitur ꝙ via longa eſt infinita. D. induxit quartũ modum, & dixit Et de illo, quod poſſibile eſt vt in illo procedat̃, ſm ꝙ eſt quantum finitum, ſed non poſſumus pertranſire illud propter rem extrinſecã, vt cũ dicit̃ ꝙ profunditas maris eſt infinita. & tertius modus, & iſte dñr infiniti trãſumptiue. D. induxit quintum modũ, & eſt illud, quod dicitur eſſe īfinitum, ſm ꝙ actus in eo ſemper ſeruat potentiam, & eſt illud, quod poteſt eſſe tm̃, non ſecũdus modus, ſ. numerus, & dixit Et etiã, &c. i. & iſte modus infiniti eſt ille, qui dr̃ in additione actionis prouenientis à re, aut paſſionis: In additione autẽ actionis, vt gñatio, in paſſione vt diuiſio menſuraꝝ in partes. & iſte modus īfiniti manifeſtum eſt ꝙ eſt alius à 2°, ſ. q habet quantitatem in actu, ſed non hẽt finem.

Ex hoc loco pꝫ Auerroim velle ꝙ verę priuationis aptitudo ad gñs dr̃ referri.

Caput Quartum, probans non dari Infinitum.

Pars Prima, in qua argumentatur contra ponentes Infinitum eſſe quid per ſe exiſtens.

Separabile igit̃ eẽ à ſenſibilibus infinitũ, ipſum quid exiſtens infinitum, non eſt poſſe. Si. n. neq; magnitudo eſt, neq; multitudo, ſed ſubſtãtia ipſum eſt infinitum, & nõ accidẽs, indiuiſibile erit. diuiſibile. n. aut magnitudo erit, aut multitudo. ſi autem indiuiſibile, nõ infinitum, niſi ſicut vox inuiſibilis eſt. At neq; ſic dicũt eſſe affirmantes eſſe infinitũ, neq; nos quęrimus, ſed vt intrãſibile.

Nunc autem dicamus ꝙ impoſſibile eſt vt infinitum ſit ſeparatum à ſenſibilibus, & ſit exiſtens per ſe infinitum. Si. n. infinitũ non eſt menſura, neq; numerus, ſed eſt ſubſtãtia, non accñs, neceſſe eſt vt ſit indiuiſibile. mẽſura. n. eſt illud, quod eſt diuiſibile, & numerus. &, ſi eſt indiuiſibile, non eſt infinitum, niſi eo modo, quo dicitur, ꝙ ſonus eſt indiuiſibilis. Sed non hoc modo vtuntur infinito dicentes ipſum eſſe, nec etiam nos perſcrutamur de hoc modo, ſed de illo, cuius intentio eſt ipſum eſſe non pertranſibile.

Cum narrauit ꝙ oportet Naturalem perſcrutari de infinito, vtrum ſit corpus ſenſibile infinitũ, aut corpa ſenſibilia infinita in actu, īcœpit primo perſcrutari ſm exercitium diſputatiuum de infinito, quod ponit̃ ſubſtantia ſeparata à ſenſibilibus, vt plures Antiqui opinabantur, & dixit Nunc autem dicamus, &c. i. qm̃ impoſſibile eſt vt infinitum ſit aliquod ſeparatum à ſenſibilibus demõſtratis, ſm ꝙ eſt ſubſtantia, cuius quiditas eſt in infinito. D. induxit rõnem deſtruentem infinitum poſitum hoc modo, & dixit Qm̃, ſi infinitum, &c. i. qm̃, ſi illa natura, quæ dicitur infinita nõ ſit de genere menſuræ, neq; de genere numeri, ſed fuerit ſubſtantia per ſe, neceſſe eſt vt ſit indiuiſibilis. diuiſibilitas. n. rei eſt ſm ꝙ eſt menſura, aut numerus. Et iſte ſermo eſt in ſecunda figura ſic. Infinitum ſeparatũ non eſt numerus, neq; quãtum: & oẽ diuiſibile eſt numerus, aut q̃tum: ergo infinitum eſt indiuiſibile. D. dixit & infinitum non eſt numerus. & hoc ſic concluditur. Infinitum eſt ſubſtantia: & quantum, & numerus non eſt ſubſtantia: ergo infinitum non eſt quantũ, neq; numerus. Et, cũ declarauit ꝙ ſm hoc infinitum eſt indiuiſibile, īcœpit declarare ꝙ ex hoc ſequitur vt non dicatur infinitum niſi per accidẽs, ſicut dicitur de puncto, & dixit ergo infinitum, etc. i. et, cum fuerit indiuiſibile, tunc nõ dicet̃ infinitum, niſi ſicut dicitur de illo, quod non eſt innatum recipere finitatem, aut infinitatem, vt punctus, & color. Et iſte ſyllogiſmus eſt in ſecunda figura ſic. Infinitum hoc modo eſt indiuiſibile: & infinitum verum eſt diuiſibile: ergo infinitum hoc modo non eſt verum infinitum. Quòd autem infinitum verum eſt diuiſibile ſic declarabitur. verum infinitum, ſcilicet illud, quod eſt innatum dici infinitũ, eſt quantum, aut numerus: & oẽ quantum, aut numerus eſt diuiſibile: ergo verum infinitum eſt diuiſibile. 35

Diuiſibilitas rei ẽ ſm ꝙ ẽ menſura, aut nũerus. Idẽ. 5. met. te. c. 18.

Et, cum declarauit ꝙ cõtingit ei ſm hoc ꝙ infinitum eſt punctus, aut color, aut alia natura, incœpit declarare quòd iſte modus infiniti non ſignificat naturam terminatam, neq; Antiqui dicentes infinitum eſſe ſubſtantiam exiſtentem per ſe intẽdebant hoc. iſte. n. modus non ſignificat in re, quod eſt ſubſtantia magis, q̃ quod eſt pũctus, neq; quod eſt pũctus magis, q̃ quod eſt color. ſi igitur fuerit hæc ſubſtantia exiſtens per ſe, tunc illa nõ dicetur infinita, niſi ſicut dicitur punctus. & manifeſtum eſt ꝙ Antiqui non intendebant hoc. et ideo dixit Sed non hoc modo, &c. i. ſed dicentes infinitum non intendebant iſtum modum. neq; etiam perſcrutatio noſtra eſt de tali infinito, quod eſt per accidens, ſed de illo, quod eſt infinitum per ſe, quod eſt quantum non pertranſibile.

Si vero ſm accidens eſt infinitum, nõ erit vtiq; elementum eorum, quæ ſunt, vt infinitum. ſicut neq; inuiſibile locutionis, quanuis vox ſit inuiſibilis. Amplius quomodo contingit aliquid eſſe ipſum infinitum, ſi non eſt & ſecundum numerum, & magnitudinem, quorum ẽ per ſe paſſio quædam infinitum? adhuc enim minus eſſe neceſſe eſt, quam numerum, aut magnitudinem.

Et etiam, ſi infinitũ eſt per accidens, non

eſt

eſt elementum entium in eo, quod eſt infinitum, quemadmodum inuiſibile non eſt elemētum idiomatis viſi, & ſonus eſt inuiſibilis. Et etiam qũo eſt poſſe, vt infinitũ ſit exñs per ſe, & numerus, & menſura, q̃ ſunt illa, qbus accidit infinitum, nõ ſunt exñtia per ſe.

36 Hic incœpit declarare ꝙ, ſi ponatur ipſum eſſe ſubſtantiam, erit per accidens, & ſic ſi ponatur principiũ, & elementum erit elementum per accidens, & dixit Et ſi infinitum, &c. i. et, ſi infinitum, vt declaratum eſt ex hoc ſermone, eſt ſm ꝙ eſt infinitum ꝑ accidens, nõ eſt elementum entium, in eo ꝙ eſt infinitum, vt Antiqui ponunt: ſed, ſi fuerit elementum, erit ſm ꝙ eſt ſubſtantia vt ſonus non eſt elementum dictionum, ſm ꝙ eſt inuiſibilis, ſed ſm ꝙ eſt audibilis. quod igitur exiſtimauerunt ꝙ ex hoc, ꝙ eſt principium, & elementũ, ſequitur vt ſit infinitũ, eſt falſum, ſi conceſſerimus aliquid eſſe tale, ſ. ſubſtantiam infinitam exiſtentem per ſe. ꝙ aũt infinitum eſt ſubſtantia per accidens manifeſtum eſt. qm̃ ſubſtantia exiſtens per ſe infinita eſt elementum per accidens, ſm ꝙ eſt infinita, et nullum elementorum eſt elementum, ſm ꝙ accidit ei aliqd: ergo in ſecunda figura, ſubſtãtia infinita non eſt elementũ, ſm ꝙ eſt infinita. Prima propoſitio manifeſta eſt ex prædictis, ſecunda vero manifeſta eſt per ſe. Et, cum declarauit ꝙ ſm ꝙ eſt infinitum non eſt principiũ, incœpit deſtruere aliquid eſſe exiſtẽs per ſe infinitum & dixit. Et etiam, &c. i. &, ſi infinitum eſt exiſtens per ſe quanto magis vt illud, cui accidit infinitum, ſit exiſtẽs per ſe, ſ. ſubiectũ. v. g. numerus, & menſura, ſed ſubiectum non eſt exiſtens per ſe, quanto magis infinitum non erit exiſtens per ſe. & iſta declaratio eſt Logica, et demonſtratiua quodammodo. Quòd autem ſubiectũ infiniti eſt dignius vt ſit ſeparatum magis q̃ infinitum declaratur per duas propoſitiones ſic. Infinitum dicit̃ in ſubiecto: & oẽ, quod dicitur in ſubiecto, ſubiectum eius eſt magis exiſtens per ſe q̃ illud. ergo ſubiectum infiniti magis eſt exiſtens per ſe q̃ infinitum, ſed quantum, et numerus ſunt ſubſtantia infiniti: ergo quantũ, & numerus ſunt magis ſeparabilia q̃ infinitum. deinde cõponitur in ſyllogiſmo hypothetico. Si infinitum eſt ſeparatum, quantum & numerus erunt magis ſeparata. deinde deſtruetur conſequens, & concludetur antecedens. & in hoc ſermone ſunt duo ſyllogiſmi cathegorici, & vnus hypotheticus.

Manifeſtum autẽ et ꝙ non contingit eſſe infinitum, vt actu exiſtens, & vt ſubſtãtiam, ac principium. erit. n. qcquid ipſius accipiatur, infinitum, ſi partibile eſt. infinito. n. eẽ, & infinitum idem eſt, ſi ſubſtantia infinitum ſit, & non de ſubiecto. quare aut indiuiſibile eſt, aut in infinita diuiſibile. multa autem infinita eſſe idẽ impoſſibile eſt. At vero, vt aeris aer pars eſt, ſic et infinitum infiniti, ſi quidem ſubſtantia eſt, & principiũ. Impartibile, ergo, et indiuiſibile eſt. At eẽ tale neqt quod actu eſt infinitũ. quantũ. n. qd eẽ neceſſe eſt.

Et manifeſtum eſt ꝙ impoſſe eſt infinitum ſit, ſicut illa, quæ ſunt in actu, & quaſi ſubſtantia, & principium. qm̃ neceſſe eſt vt quodcũq; acceperis ex eo ſit infinitũ, ſi eſt diuiſibile. qm̃, ſi infinitum eſt ſubſtãtia, & non dicitur in ſubiecto, tunc quiditas infiniti, et infinitum erit idem. ergo neceſſe eſt, aũt vt ſit indiuiſibile diuiſionibus, quarũ nulla eſt nõ infinita, & ſic erunt plura infinita, & infinitũ idẽ. quod eſt impoſſe. Quemadmodum. n. pars aeris eſt aer, ſilr pars infiniti eſt infinita, ſm ꝙ eſt ſubſtantia, & principium, & ſic erit Indiuiſibile. Sed impoſſe eſt vt illud, quod eſt in actu infinitum, ſit indiuiſibile. neceſſe enim eſt, vt ſit aliquod quantum.

Ideſt, & manifeſtũ eſt ex hoc, quod ego dico, ꝙ impoſſibile eſt vt infinitum, ſm ꝙ eſt infinitũ, ſit de natura ſubſtantiarum, & principiorũ exiſtentium in actu, quæ non ſunt in ſubiecto. D. dixit neceſſe eſt enim vt quodcunq; acceperis, &c. i. quãcunq; partem. D. induxit cauſam ſuper hoc, & dixit qm̃, ſi infinitũ, &c. i. qm̃, ſi infinitum fuerit ſubſtantia, et non dicit̃ in ſubiecto, tunc definitio eius, quod dicitur infinitum, & definitio infinitatis erunt eædem. ex quo ſequitur necio, ſi fuerit diuiſibile, vt ponunt, vt definitio totius, et partis ſit eadem. pars. n. iſiniti, ſi definitio diſpõnis, & diſpoſiti eſt eadem, neceſſe eſt etiam vt ſit infinita. definitio. n. partium ſubſtantiarum cõſimilium partium, & definitio ſubſtantiæ ſunt eædem. v. g. qm̃ pars aeris eſt aer, & pars aquæ eſt aqua. D. d. & ſic erunt plura, &c. i. &, cum pars iſiniti eſt infinita, erunt plura infinita, ſed impoſſibile eſt vt iſinitum ſit magis q̃ vnũ. D. confirmauit hoc, & dixit Quemadmodum. n. pars aeris eſt, &c. i. & ſilr neceſſe eſt vt pars infiniti ſit etiã infinita, ſm ꝙ accidit ſubſtãtiæ, & principio. D. d. erit igitur indiuiſibile. i. et cum hoc impoſſibile contingit, ſi fuerit diuiſibile, ergo eſt indiuiſibile. ſed impoſſibile eſt vt aliquid, quod eſt in actu infinitum, ſit indiuiſibile: quod. n. eſt infinitum, neceſſe eſt vt ſit aliquam habens quãtitatem, & ſic ponũt ipſum Antiqui. Et, cum poſuit ꝙ illud, quod dicitur iſinitum, neceſſe eſt vt ſit quantum, incœpit declarare quid ſequitur ex hoc. 37

Definitio p-tium ſubſtã cõſil.ũ partium, & definitio ſubſtæ ſũ eædem.

Secũdum ergo accidens eſt infinitũ. Sed ſi ſic, dictum eſt ꝙ non contingit ipſum principium dicere, ſed illud, cui accidit, vt aerẽ, aut par. Quare abſurde enuntiant dicentes, ſicuti Pythagorei dicunt. ſimul. n. ſubſtantiam faciunt infinitum, & partiuntur.

Per accidens igitur eſt infinitum. Si igitur eſt ſm hunc modum, iam diximus ꝙ impoſſibile eſt ipſum dici principium, ſed principium eſt illud, cui accidit, & eſt aer, aut par. Apparet igitur ꝙ iſte ſermo eſt inopinabilis, cum conueniat ei, quod dicunt Pythagorici. dicentes enim ipſum ponunt infinitum ſubſtantiam, & cum hoc diuidunt ipſum.

Dicit &, cum infinitum eſt quantum, vt ponunt, & ſm ꝙ eſt in ſe, tunc eſſe infinitum, ſm ꝙ eſt infinitum, eſt per accidens: qm̃ ſuum eſſe eſſentiale eſt, ſm ꝙ eſt quantum, & accidit in quanto, ꝙ fuit infinitum. D. d. Si eſt igitur hoc modo, &c. i. quia nihil dicitur principium, ſm ꝙ accidit ei aliquid per accidens. Et dixit, vt mihi videtur, iam diximus, innuendo illud, quod prædixit, qm̃, ſi infinitum dicit̃ de illo, quod non innatum eſt recipere finitatem, neq; infinitatem, & fuerit elementum ſm hunc modum, neceſſe eſt vt elementũ ſit elementum per accidens. potẽtia. n. illius ſermonis, & potentia iſtius, quã probauit hic, & ſi poſuerint ipſum eſſe quantum, eſt eadem potentia, qm̃, ſi poſuerit ipſum 38

ipſum eſſe quantum, & non fuerit oẽ quantum infinitum, tunc infinitum erit accidens quanto, & non erit in eo, ſm ꝙ eſt quantum. & ſic, ſi quantū ponatur elementum, ſm ꝙ eſt infinitum, tunc elementum erit elementum ſm accidens, ſiue illud accidens fuerit propinquum, aut remotum. ſi autem infinitum eſſet accidẽs eſſentiale quibuſdam ſpeciebus quanti, non contingeret eis iſta redargutio. eſt.n. aliquod elemẽtum ſm accidens, qñ illud accidens fuerit eſſentiale, vt dicimus ꝙ ignis, & aqua ſunt elementa ſm primas qualitates. D.d. apparet igitur, &c. i. apparet igitur ꝙ iſte ſermo eſt improbabilis, cum ſit conueniens ei, quod dicunt Pythagorici. ponunt enim infinitum eſſe ſubſtantiam liberatam à quantitate, deinde diuidunt illam.

Sed fortaſſis hæc quidem eſt vlis quęſtio magis, ſi contingit infinitum et in Mathematicis eſſe, & in intelligibilibus, & in ijs, quæ nullam habent magnitudinem. Nos aũt conſyderamus de ſenſibilibus, ac de ijs, quorum facimus ſcientiam, vtrum in illis eſt, an non eſt corpus infinitum in augmentum.

Infinitum an i ſẽſibilib⁹.

Sed perſcrutatio, vtrum ſit poſſibile vt infinitũ ſit in Mathematicis, & intellectis, quæ non habent menſuram omnino, eſt perſcrutatio vniuerſalis. Et perſcrutatio noſtra eſt de illo, quod eſt in ſenſibilibus, & de illo, quod continetur in hac arte, & eſt conſyderare vtrum in iſtis ſit corpus infinitum in augmento, aut non.

39 Cum deſtruxit vt infinitum ſit ſubſtantia exiſtens per ſe denudata à quantitate, & iſta perſcrutatio non eſt propria huic ſciẽtiæ ſed eſt de Mathematica, dixit Sed perſcrutatio, &c. i. ſed perſcrutatio de vtrum inueniatur infinitum in intellectis, aut in quantitate, ſm ꝙ eſt non in materia eſt ſcientiæ Diuinæ, quæ perſcrutatur de infinito in intellectis, ſm ꝙ conſyderat de intellectis, ſm ꝙ ſunt intellecta, ſ. ſm quòd ſunt abſtracta à menſura, & perſcrutatur de infinito in menſuris, ſm ꝙ ſunt abſtractæ à materia, & eſt principiũ, quod ponit Mathematicus, ſ. infinitum eſſe in tribus menſuris. poſſibile eſt enim apud ipſum lineam exire in infinitum, & ſilr ſuperficiem, & corpus. Naturalis vero perſcrutatur de infinito, quod accidit menſuris, ſm ꝙ ſunt in materia. Et hoc intendebat, cũ dixit Et perſcrutatio noſtra eſt de infinito, &c. i. vtrum ſit mẽſura ſenſibilis infinita, & primo vtrum corpus ſenſibile infinitum ſit, qm̃, ſi hoc fuerit, erit linea ſenſibilis infinita, & ſuperficies ſenſibilis infinita. &, quia iſta ſcientia conſyderat de infinito, quod eſt in actu, &, quod eſt in potentia, dixit & iſta ſcientia continet, &c. & intendit per augmentum additionem.

Arſ de metaphyſica.

Perſcrutatio vtrũ infinitũ ſit in intellectis, ſm ꝙ ſunt intellecta, eſt ſciẽ Diuinæ.

Pars Secunda, in qua probatur non dari Magnitudinem infinitam actu, rõnibus cõibus, & proprijs.

Logice igiť ſpeculantibus ex huiuſmodi videbitur vtiq; non eſſe. Si enim eſt corporis ratio planitie terminatum, [a] non vtiq; erit corpus vllum, aut intelligibile, aut ſenſibile infinitum.

a Nõ ẽ corp⁹, aut intelligibile, aut ſẽſibile infinitũ. Idẽ. 1. cœli. 36.

Qui aũt cõſyderat de hoc cõſyderatione Logica, ex iſtis videt ꝙ nõ eſt in eis. cũ ratio corporis ſit ipſum eſſe terminatum per ſuperficiẽ, impoſſe eſt igiť vt aliquod corpus ſit infinitũ, neq; intelligibile, neq; ſenſibile.

40 Cum declarauit ꝙ propria perſcrutatio huius ſcientiæ eſt, vtrum ſit hoc corpus ſenſibile infinitum i actu, incœpit deſtruere hoc, & dixit Qui autẽ, hoc.n. corpe qñq; vtiť ipſe ſm modũ ſermonũ Dialecticæ, & qñq; ſm ſermones Demonſtratiuos. Et iſte ſermo cõponitur ſic. Oẽ corpus continetur ab vna ſuperficie, aut à pluribus: & oẽ, quod cõtinetur ab vna ſuperficie aut pluribus, eſt finitum: ergo oẽ corpus eſt finitũ. & hoc in prima figura. Et propoſitio dicẽs, ꝙ oẽ corpus continetur ab vna ſuperficie, aut à plibus declarať ſic. Oẽ corpus eſt figuratum: & oẽ figuratũ, aut eſt rotundũ, aut non: ergo oẽ corpus aut eſt rotundum, aut non. ſed omne rotundũ continetur ab vna ſuperficie: & nõ rotundũ continetur à ſuperficiebus finitis pluribus vna: ergo oẽ corpus continetur ab vna ſuperficie, aut à pluribus. ſed oẽ, quod eſt tale, eſt finitum: ergo omne corpus eſt finitum. Sed qui conceſſit corpus infinitum eẽ, non conceſſit ipſum habere figuram. Et hoc videtur manifeſtum per ſe. omne.n. corpus aut habet figuram ſphæricam, aut non. et ideo, ſi poſuerimus hoc eſſe corpus infinitum, non erit verum dicere ipſum eſſe ſphæricum, aut non ſphæricum, ſicut non eſt verum dicere punctum eſſe ſphæricum, aut non ſphæricum. D.d. terminatum per ſuperficiẽ. i. terminatum per vnamquãq; ſuperficierum, aut rotundam, aut rectam.

Oẽ corp⁹ cõtineť ab vna ſupficie, aut a pluribus.

Oẽ corp⁹ figuratũ. ſed oppoſitũ vide de cœlo 1. cœli. cõm. 6⁹. & tex. Vide con. Zimar.

At vero neq; nũerus ſic, vt ſepatus, & infinitus. numerabile.n. eſt numerus, aut hñs numerũ. ſi ergo numerabile põt numerari, & pertranſire vtiq; poſſe erit infinitum.

Quod numer⁹ nõ ſit infinitus actu.

Neq; numerus etiam poteſt eſſe ſeparatus, et infinitus. numerus.n. et illud, cuius eſt numerus, eſt numeratũ. ſi igiť numeratum põt numerari, poſſe eſt peruenire ad infinitum.

41 Cum declarauit vlr ꝙ infinitũ non eſt quantũ continuum, incœpit declarare etiam vlr ꝙ infinitum non eſt quantum diſcretum, v.g. numerus, & dixit Neque numerus, &c. i. neq; etiam eſt poſſibile inuenire numerum in actu ſeparatum à materia, aut non ſeparatum eſſe infinitum. numerus. n. & numeratum in actu eſt numeratum in actu, aut eſt poſſibile vt numeretur in actu, ſ. vt perficiatur numerari. &, cum poſuerimus ꝙ ois numerus eſt numerabilis, & oẽ numerabile poſſibile eſt vt numeretur tũc, cum poſuerimus ꝙ inueniť aliquis numerus infinitus, neceſſe erit vt infinitum numereť, quod eſt impoſſe. ergo non eſt hic numerus infinitus. Et forte etiam iſta propoſitio eſt de genere propoſitionum notarũ per ſe, ſ. ꝙ ois numerus eſt numeratus, & ꝙ oẽ numeratum in potẽtia, cum fuerit in actu, poſſe eſt vt ſit numeratũ in actu. ſed iſta propoſitio eſt cõis, nõ eſſentialis. ꝙ autem infinitum impoſſibile eſt, vt ſit numeratum in actu manifeſtum eſt per ſe.

Forte iſta ꝓpõ eſt de numero propõnũ notarũ p ſe, ſ. ꝙ ois numerus eſt numeratus.

Phyſice aũt magis ſpeculantibus ex hiſce manifeſtũ erit. neq;.n. cõpoſitum põt eſſe, neq; ſimplex. Cõpoſitum igiť non erit infinitũ corpus, ſi finita multitudine elẽta ſint. neceſſe eſt.n. plura eſſe, & ęquari ſemp contraria, & non eſſe vnum eorũ infinitum. eſt .n. quocunq; ſuperať, quæ in vno corpore eſt potẽtia, ab altero (vt ſi ignis finitus ſit, aer aũt infinitus, ſit aũt ęqualis ignis ad aerẽ ęqualẽ, potẽtia quãtũlibet multiplicatus, ſolũ aũt

numerum

numerum aliquem hñs) tñ manifeſtum eſt ꝙ infinitum excedet, & corrumpet finitum.

Qui autem poſuit ſuam cōſyderationem magis naturalē ex iſtis declarabit qm̃ impoſſibile eſt corpus infinitum eſſe, neq; compoſitum, neq; ſimplex. Compoſitū vero, ſi elemēta fuerint finita in numero. neceſſe eſt. n.
41 vt cōtraria valeant ſibi ſemp. impoſſe igit̃ eſt vt vnū eorū ſit infinitū, ſi potētia, q̃ eſt in aliquo illorum eorū, fuerit diminuta à potētia, quæ eſt in alio corpore, ſm aliquā quantitatem, & ignis, v. g. fuerit finitus, & aer fuerit infinitus, & menſura ignis fuerit multiplex menſuræ aeris in potentia quacunq; multiplicitate, manifeſtum ē quòd infinitum excedet finitum, & corrumpet ipſum.

42 Cum deſtruxit hoc ꝑ ſermones dialecticos, incœpit deſtruere hoc deſtructione ꝓpria ſciæ naturali, dicēs Qui aūt ponit ſuā conſyderationē magis ꝓpriā ſciẽ naturali ex iſtis ꝓpōnibus declarabit. D. icœpit dicere ꝙ īpoſſibile ē corpus infinitū eſſe cōpoſitū, aut ſimplex. &. q. d. & ſignū eius, ꝙ īpoſſibile eſt corp⁹ naturale eē infinitū, eſt, qm̃, ſi fuerit, aut eſt cōpoſitū, aut ſimplex: ſed non eſt cōpoſitum, neq; ſimplex: ergo corpus infinitum nō eſt. D. incœpit declarare ipſum eſſe nō cōpoſitū, & dixit ſi igit̃ fuerit finita numero, &c. i. ſi cōpoſitū infinitū neceſſe eſt vt ſit infinitū, aut qa vnū elementorū, ex qbus cōponit̃, aut plura vno ſunt infinita ī magnitudine, aut qa elemēta, ex qbus cōponit̃, ſunt finita ī magnitudie, ſed īfinita ī numero. D. īcœpit deſtruere ipm̄ eſſe infinitū, qa vnū eorū eſt infinitū ī magnitudine, et dixit Si igit̃ elementa, &c. i. ſi cōpoſitum fuerit compoſitū ex elemētis finitis. v. g. qnq;, aut ſex, īpoſſibile eſt vt vnū eorū ſit infinitū, i. ī magnitudine.

D. induxit rōnem ſup hoc, & dixit neceſſe eſt. n. &c. & iſte ſermo eſt in prima figura ſic. Elementa ſunt cōtraria: & cōtraria debent eſſe æqpotentia: ergo elemēta, ex qbus cōponit̃ corpus compoſitū infinitum, ſunt æqpotentia: ſed æqpotentia īpoſſibile eſt vt quædam ſint finita, & quædā infinita: ergo elementa, quæ ſunt in compoſito, impoſſibile eſt vt vnū eorū ſit infinitū. D. induxit rōnem ſup hoc, ꝙ elemēta ſunt æqpotētia, & dixit qm̃, ſi po², &c. i. qm̃, ſi po² cōtraria, q̃ eſt in altero illorū elementorū, exñte ī magnitudine æqli alicui magnitudini alterius elementi, fuerit minor potentia exñte ī magnitudine æquali alterius elemēti, & debilior illa in q̃titate terminata. v. g. ꝙ potentia ī vna palma ignis fuerit dupla potentiæ, q̃ eſt in vna palma aeris, qm̃ tūc, ſi totus ignis fuerit finitus, et totus aer fuerit infinitus, cōtinget neceſſario vt aer corrūpat ignem: & ſic elementum finitū non obſeruabit̃ cum elemēto infinito: quare mūdus corrumpet̃. Et poſuit ꝙ potētia partis terminatæ elementi finiti eſt maior po² partis æqualis illi ex infinito. qa pōt aliqs dicere ꝙ totum elementū infinitū non corrūpet finitū, niſi poſuerimus ꝙ potētiæ duarū partiū æqualiū in q̃titate ſint æquales in qualitate. & ideo dixit ꝙ idē ſequit̃ & ſi potentiæ partiū æqualium in q̃titate fuerint diuerſæ in contrarietate. non. n. accidit vt quędam excedat quandam, niſi quantitate finita, cum ſit manifeſtum per ſe ꝙ quanto magis augmentatur quantitas corporis, tanto magis augmentabitur potentia eius: & cum corpus diuiſibile habuerit quantitatem infinitam, neceſſario habebit potentiam maiorē potentia corporis finiti maioris. Et oēs iſtæ propoſitiones ſunt manifeſtæ ꝑ ſe, niſi propoſitio dicens elementa eſſe contraria: & accepit illam, aut ſm famoſitatem, aut conceſſam, qa declarabitur in hac ſcia. & hoc eſt rectius, quia ſic contradictio erit demonſtratiua, non diſputatiua. &, cum deſtruxit partem dicētem, compoſitum eſſe infinitum, quia vnum elementorum, ex quibus componitur, aut plura vno, ſunt infinita in quantitate, reuerſus eſt ad ſecundam partem, ſ. vt vnum eorum ſit infinitum.

Cōtraria debēt eē æqpotentia.

Eſt manifeſtū ꝑ ſe ꝙ q̃to magis augmētat' q̃titas corporis, tāto magis augm̃tabit' potentia eius.

2. de gñatione & corruptione. t. cō. 49. & hic. t. cō. 44.

Vnumquodq; autem infinitū eſſe eſt impoſſibile. Corpus. n. eſt, quod omniquaq; dimēſionem habet. Infinitum autem, quod infinite extenſum eſt. Quare infinitum corpus vndequaq; extenſum erit in infinitum. 44

Et impoſſe eſt etiā vt vnūquodq; eorū ſit infinitū. Corpus. n. eſt illud, quod habet dimenſionē ad oēs partes. & Infinitū eſt illud, quod hēt dimēſionē infinitā. Ex quo ſequit̃ vt corpus infinitum habeat dimenſionē infinitā ad oēs partes, & ſic elementorū vnū infinitorū implebit totū. ubi igr̃ erūt reliqua?

Dicit Et impoſſe eſt etiā vt compoſitū ſit infinitū, 43
quia vnūquodq; elementorū, ex quibus componitur, eſt infinitum. qm̃ corpus eſt illud, quod habet dimenſionem in oībus partibus: & infinitum eſt illud, quod habet dimēſiones infinitas: ex quo ſequitur vt corpus infinitum ſit infinitum in omnibus partibus. Et hoc eſt neceſſe. qm̃, cum aliquid fuerit cōpoſitum ex duobus, neceſſe eſt vt definitio illius compoſiti ſit compoſita ex definitionibus illorum duorum. v. g. quia definitio corporis eſt illud, quod expāditur ad oēs partes: & definitio infiniti eſt illud, quod non habet finē: ideo definitio corporis infiniti eſt illud, quod extēditur ad omnes partes in infinitum. & iſte locus eſt verus. & quia, ſi vnum elementorum fuerit infinitum, impoſſibile erit vt cum ipſo ſit aliud elementum finitum, nedum infinitum, dixit & ſic vnum elementorum infinitorum, &c. Et hoc, quod dixit, manifeſtū eſt ex hoc, quod poſuit ꝙ infinitum debet eſſe infinitum in oībus tribus dimenſionibus, & ſunt ſex partes. & hoc intendebat per omnes partes. &, ſi nos poſuiſſemus ꝙ infinitum eſt infinitum in quadam parte, continget infinitum eſſe maius infinito. poſſe. n. eſſet ponere ī parte, in qua eſt infinitum, aliud corpus contiguum: & tūc congregatū ex duobus corporibus erit maius vno corpore, & vtrūq; eſt infinitum, ſcilicet congregatum, & ipſum infinitum. quod eſt impoſſibile.

Cum aliqđ fuerit cōpoſitum ex duob⁹, neceſſe ē vt definitio illi⁹ cōpoſiti ſit cōpoſita ex definitionib⁹ illorum duorum. vid conſilt. 2. de aīa. c. 158.

Ex hoc patet contra Modernos vnū infinitū nō eē maius alio aliquo mō. qr, cum aliqđ corp⁹ fuerit infinitū ſm qđ ſtatim erit infinitū ſimplr: ſicut ex hoc loco colligit' infra. c. 45. vide tñ ꝑ hoc. 1. cœ. c. 39. quō corpus infinitum imaginari queat, et quō non.

At uero neq; unum, ac Simplex eſſe contingit infinitum corpus, neq;, ſicut dicūt qdā, id, quod ꝑter elementa eſt, ex quo hęc generant, neq; ſimpliciter. Sunt. n. qdā, q hoc faciūt infinitū, ſed nō aerē, aut aquā, ne cętera corrumpant̃ ab infinito. hñt. n. ad ſeinuicem cōtrarietatem, ut aer qdem frigidus eſt, aqua uero humida, ignis autem calidus, quorum, ſi unum eſſet infinitum, corrupta iam fuiſſent alia. nunc autem dicunt aliud eſſe id, ex quo hæc ſunt.

Nota cōtra Ponētē corporeitatis formā coæternā in prima materia.

Quòd aūt impoſſe eſt ꝙ infinitum ſit vnū corpus Simplex ſic declarabit̃. hoc. n. nō eſt poſſe, neq; ſm dicentem ipſum eſſe aliqd extra elnta, ex quo res gñantur, neq; ſimplr. Quidā. n. ponunt infinitū, vt diximus, et nō

ponunt ipſum aquã, aut aerẽ, ne illud, quod ponunt infinitũ, corrumpat alia. ſunt.n. contraria adinuicem. v.g. q̃m aer eſt frigidus & aqua humida, & ignis calidus. &, ſi aliquod iſtorũ eẽt infinitũ, tũc alia corrũperent. nũc igit̃ dicunt hoc eẽ aliqd, ex quo gñatur iſta.

44 Cum deſtruxit q corpus infinitum ſit compoſitũ, quia illa, ex quibus componitur, ſunt īfinita in magnitudine, antequã deſtrueret ſecundam partem de compoſito infinito, & eſt illud, quod eſt īfinitum, quia partes eius ſunt infinitæ in ſpecie, incœpit deſtruere corpus ſimplex eẽ infinitũ, & dixit Quòd aũt impoſſe eſt, &c. i. ex hoc, quod dicam. &, quia hoc intelligitur duobus modis, aut, quia illud corpus eſt extra quatuor elemẽta, & ex eo gñantur elementa, vt qdam dicunt, aut qa illud corpus eſt vnũ elemẽtorũ quatuor, deinde dixit non. n. eſt poſſe, &c. i. & impoſſe eſt vt corpus infinitũ eſſet, ſiue ſm ponẽtes ipſum eſſe extra mundũ, ſiue ſimpliciter, ſ. ſi quocũqȝ modo ponaĩ ſiue extra, ſiue ītra, ſiue vnũ elementorũ, ſiue aliud. D. narrauit cãm, pp quam qdam poſuerunt ipſum extra elemẽta, & dixit, Quidam. n. ponunt infinitum, &c. i. in modo, in quo pōt plus cōſeruari, ſ. vt ſit extra elemẽta. & ſermo eius ī hoc manifeſtus eſt, q̃m manifeſtũ eſt iſta eẽ cōtraria. quare, ſi vnũ eorũ erit infinitũ, nec̃io corrumpẽtur reliqua. et ideo iſti fugierũt in hoc q ſit vnũ elementorũ.

Impoſſibile aũt eſt eſſe tale, non qa infinitũ, (de hoc. n. cōe aliqd dicendũ eſt, de omni ſilr & aere, et aqua, et quolibet) ſed qa nō eſt tale ſenſibile corpus, p̃ter vocata elementa. oẽ nãqȝ, ex quo eſt, etiã reſoluiĩ in hoc. quare eſſet vtiqȝ hic p̃ter aerẽ, et ignẽ, et terram, & aquam aliud quippiam. vr̃ autẽ nullum.

Oẽ reſoluiĩ id, ex q̃ eſt.

Et impoſſe eſt aliqd eſſe tale, nedum vt ſit infinitũ. ſed de hoc dicemus ſermonẽ cōem omnibus eodẽ modo aeri, & aq̃, & alijs elñtis. & impoſſe eſt corpus ſimplex eẽ, ex quo elñta gñantur. ſed nos dicemus in hoc loco in deſtructione eius ſermonem cōem cōtra eos, q ponũt ipm aliud ab elñtis, aut vnũ eorũ, q nullũ corpus eſt tale. oẽ. n. ad illud, ex quo ſit, diſſoluiĩ. quapropter neceſſe eſt hic eſſe aliqd præter aerem, & ignem, & aquã, & terram. ſed nos non videmus aliud.

Et ſm additionem etiã eſt aliquid in potẽtia infinitum, ſm illud quodãmodo eorum, quibus dicimus infinitum eſſe in diuiſione. poſſumus enim ſemp inuenire aliquod excedens, ſed non pertrãſit per diuiſionem oẽm diuiſionẽ terminatam: queadmodum in diuiſione pertranſit in diminutione oẽm menſuram terminatã, & ſemper ſit minor. Et impoſſibile eſt vt aliquid in potẽtia pertranſeat per additionem omnem menſuram, niſi corpus ſit infinitum in actu, vt dicunt dicẽtes ꝙ extra mũdum eſt corpus infinitum in actu. Sed, quia hoc eſt impoſſibile, manifeſtũ eſt ꝙ impoſſibile eſt etiam vt ſit in potentia ſm additionem, niſi ſm modum, quem diximus, ſ. econuerſo diuiſioni.

Cum declarauit modum poſſibilem in diuiſione in infinitum, & poſuit opinionem, qm̃ hoc non declarabitur, donec declaretur ꝙ oĩs menſura ſemꝑ diuidet̃ in mẽſuram diuiſibilem, incœpit declarare modum, quo additio eſt poſſibilis in mẽſura, et dixit Et ſm additionem, &c.i. & infinitũ inuenit̃ ẽt in potentia in additione mẽſuræ quodãmodo, ſ. ſm ꝙ dicimus ꝙ diuiſio eſt in infinitum, nõ oĩbus modis, põt enim quis imaginari ꝙ poſſibile eſt accipere vnicuiq; menſuræ menſurã maiorem illa, ſicut eſt poſſibile accipere omni menſuræ menſurã minorẽ ipſa: et hoc eſt poſſibile apud ipſm: ſed additio non eſt poſſibilis apud ipſum in menſura, niſi qñ additum fuerit diminutum ex menſura. & hoc intendebat, cum dixit, ſ. vt ſit ecõuerſo diminutionis. iſta enim additio, qa ẽ ex diminutione infinita abſq; eo, ꝙ menſura conſumetur, cõtinget vt additio ſit ſemper abſq; eo, ꝙ magnitudo menſuræ creſcat, v.g. vt diuidamus menſurã. a.b.c.d. in duo æqualia, deinde addamus. a.d. ad. c.b. deinde diuidam⁹. a.d. in duo æqualia, & addamus ipſum illi: qm̃ ſic ſemper diuidemus. a.d, & addemus ipſum. c.b. & ſicut. a.d. non conſumitur per diminutionem, ſimilr̃. c.b. non peruenit per additionem ad totum. a.b. nedum vt excedat illud. Et hoc intẽdebat, cum dixit poſſumus enim, &c.i. poſſumus enim in additione, quæ eſt per menſurã diminutã ſemper inuenire menſuram excedentem, non ꝙ ꝑtranſeat per additionem oẽm menſuram terminatam, ita, ꝙ ad oẽm menſuram inueniamus menſurã maiorem illa, ſicut in diuiſione poſſumus pertranſire oẽm menſuram 60

terminatam

terminatam, & accipere minorem illa. Et, cũ induxit modum poſſibilem in additione, & impoſſibilem, incœpit declarare quare eſt impoſſibile, & dixit Et ipoſſibile ē, &c. & iſte ſermo eſt hypothetic⁹ ſic. Si magnitudo in potētia pōt eſſe maior oī mēſura, poſſibile erit magnitudinem in actu eſſe infinitam. deinde deſtruxit cōſequens, & concluſit oppoſitum añtis. Deſtructũ aũt in hoc ſyllogiſmo manifeſtum eſt ex p̄dictis. conſecutio vero eſt manifeſta. q̄m, ſi aliqua magnitudo haberet potentiã vt eſſet maior oī menſura, tunc inueniretur in actu maior oī menſura. &, ſi hoc eſſet, tunc eēt hic magnitudo infinita in actu. q̄m, ſi magnitudo haberet naturam creſcendi in infinitum, tunc eſſet poſſibile vt inueniret̄ in actu infinita, quod non eſt ita in diminutione: q̄m poſſibile eſt diminui in infinitũ, & non accidet impoſſibile: ſed impoſſibile accidit, ſi diminutio ceſſat: q̄m tunc aut perueniet ad magnitudinē indiuiſibilem, aut ad nihil. & vtrunq; eſt impoſſibile. D. d. manifeſtum eſt igit̄, &c. i. & cauſa in hoc eſſe impoſſibile eſt, q̄m, ſi poſuerimus ꝙ magnitudo pōt creſcere in infinitum, tunc infinitum exibit in actũ, & tunc potentia intelliget̄, ſicut intelligitur, cum dicimus ꝙ hoc eſt homo in potentia. &, cum poſuerimus ꝙ diminutio eſt in infinitum, nō accidit impoſſibile. & cauſa in hoc eſt, q̄m diminutio eſt ire ad nihil, cuius cã eſt materia: & additio eſt ire ad eē, cuius cauſa eſt forma: & infinitas inuenitur per materiã, ſicut finitas p formam.

Materia eſt cã nihil, et infinitatis, forã p̄o eſt cã eē, & finitatis. Idē ſup cō. p̄cedenti,

D. d. & eſt illud, quod eſt ſm conuerſionem diuiſionis. & hoc poteſt intelligi duobus modis ſibi propinquis, quorũ vnus eſt, vt illud, quod diminuimus ab altera duarũ menſurarũ, addamus reliquæ, aut vt illud, quod diminuimus extremo duarũ menſuratum, addamus ſecũdo extremo. ſic igitur oportet intelligere verba Ariſt. in hoc loco. Sed eſt hic quæſtio nō modica. quemadmodũ. n. vnum principiorũ, quæ ponit Geometer, eſt, q̄m poſſibile eſt accipere ad oēm lineã, lineã minorē illa, ſimiliter etiã ponit, q̄m poſſibile eſt accipere ad omnē lineã, lineã maiorē illa. additio igitur mēſuræ procedet in infinitũ, ſicut eius diminutio. et hoc eſſe poſſibile apparet ex verbis Alfarabij ſuper hũc librũ, & ex verbis Auēpace. Sed, ſiquis cōſyderauerit verba Ariſt. videbit ipſum dicere verũ. conſyderatio. n. Naturalis de menſura eſt, ſm ꝙ eſt finis, & exiſtens in materia, conſyderatio vero Geometræ, ſm ꝙ eſt abſtracta à materia. &, cum menſura cōſyderat̄ his duobus modis, inuenitur ſm diſpoſitiones oppoſitas, & conuenientes. cōuenientia enim eſt in hoc, q̄m ſemper diminuitur, ſiue conſyderetur ſm ꝙ eſt in materia, ſiue ſm ꝙ eſt in imaginatione. propoſitio igit̄ Geometræ eſt, q̄m poſſibile eſt imaginari ad oēm lineam, lineã minorem illa, & propoſitio Naturalis conueniens iſti eſt, ꝙ linea pōt diminui in infinitum: & ꝓpoſitio Geometrica, dicēs ꝙ poſſibile eſt imaginari ad oēm lineã, lineam maiorem illa eſt vera, Naturalis vero, dicens ꝙ omnis linea poteſt creſcere in infinitum, eſt falſa. q̃a contingit ex ea magnitudinem eſſe infinitam in actu: quia tunc eſſet poſſibile inueniri magnitudinem maiorē omni magnitudine: ergo eſt infinita neceſſario: infinitum enim eſt maius omni magnitudine. &, cum dicimus ꝙ poſſibile eſt inueniri magnitudinem maiorem omni magnitudine, intendimus inuenire magnitudinem maiorem magnitudinibus infinitis. Et vl̄r additio menſuræ, qua vtitur Geometer, eſt de capitulo ꝓpoſitionum opinabilium, quæ ſunt quaſi fundamenta Geometriæ, abſq; eo ꝙ ſunt extra aĩam, ſicut vt, cum imaginatur ꝙ figuræ habent poſitiones, & ꝙ, cũ punctus mouetur, facit lineam, & ꝙ, cum linea mouetur, facit ſuperficiem, & ſuperficies corpora. & ſimiliter videtur ponere diminutionem eſſe ſemper, nō ſm ꝙ extra aĩam eſt ſic. & ſicut Geometer poteſt accipere magnitudnem cuiuslibet quantitatis, quod nō pōt Naturalis, ita Geometer, cum poſuerit magnitudinem cuiuſcunq; quantitatis, pōt accipere maiorem illa.

Digreſſio q̃ quærit̄ vtrũ magnitudo diuidat̄ in infinitũ, & p cōſequēs, vtrũ Geōetra mētiatur in ſuppōnib⁹ ſuis. Solutio.

Magnitudo ſiue cōſyderet̄ vt in mã, ſiue ſm ꝙ ē ĩ imaginatione, ſemꝑ diuidit̄ in infinitũ. Sed oppoſitũ, vide cō. 72. 4. phy. Vide contr. Zim.

Propōnes Mathematicæ fere oēs ſunt ad imaginationem. Idē. 3. cœli. com. 72.

Quoniam & Plato ob hoc duo infinita fecit, ꝙ & in auctione videtur excedere, atq; in infinitum abire etiam in diuiſione. cum tamen fecerit duo, non utitur. neq; enim in numeris ſm diuiſionem infinitum exiſtit (vnitas enim minimum eſt) neque in auctione. vſq; enim ad denarium, facit numcrum.

Plato facit numerũ vſq; ad decem.

Et videmus Platonem propter hoc ponere infinitum duo, quia exiſtimabat ꝙ res pōt pertranſire ſm augmētum, & procedere in infinitum, & ſm diminutionem. ſed poſuit illa duo, et nō vtitur eis. in numeris enim nō eſt infinitum, neq; ſm diminutionem, cum vnitas ſit minima, neq; ſm augmentum. numcrus enim peruenit ad decem.

61 Cum declarauit ꝙ infinitum inuenitur in diminutione ſimpliciter, & in additione nō ſimpl̄r, ſed in illa, quæ eſt econuerſo diminutioni, incœpit accuſare Platonem, quia æquauit infinitum in vtraq;, ſ. in additione, et diminutione, et dixit Et videmus Platonē, &c. i. & Plato propter hoc, ꝙ exiſtimauit ꝙ infinitum procedit in augmento in infinitũ, & diminutione in infinitum, poſuit infiniti duas ſpecies, in additione, & diminutione. & induxit hoc nomen augmentum loco huius nominis additio, ad diſtinguendũ inter ꝓpoſitionē Naturalem, & Geometricam. Deinde incœpit declarare ꝙ cum hoc, ꝙ errauit in hoc, non ſeruauit ſua fundamenta, & dixit ſed poſuit, &c. i. ſed non cōſeruauit ſua fundamenta in hoc, ſ. quia ponit illa duo, & non dixit illa eſſe in numeris, cum diminutio peruenit ad vnitatem, quæ eſt indiuiſibilis, & non procedit in infinitũ. in additione vero non concedit infinitum. dicit enim quòd ſpecies numerorum perueniunt ad decem, deinde poſt decem iterantur. ideſt & oportet ipſum, cum opinetur ꝙ additio in mēſura poteſt eſſe in infinitum, & additio numerorum eſt in ſpecie, opinari ꝙ numeri creſcũt in ſpecie in infinitum.

Accidit autem contra eſſe infinitum, q̃ vt dicunt. Non enim cuius eſt nihil extra, ſed cuius ſemper aliquid extra eſt, hoc infinitũ eſt. Signum aũt eſt, nam ãnulos infinitos dicunt, non habentes palam, q̄m ſemper aliq̄d extra eſt accipere, ſm ſimilitudinem q̄dem quandam dicentes, nō tamen proprie. oportet enim, & hoc eſſe, & nunq̃ idem accipi. in circulo aũt non fit ſic, ſed ſemper quod eſt cōſequenter ſolum alterum.

Et infinitum debet eē contrario ei, quod dicunt infinitum. Infinitum enim non eſt illud, extra quod nihil ē, ſed illud, extra quod ſemper eſt aliquid. Et ſignum eius eſt, q̄m homines aſſueti ſunt dicere in ãnulo, qui nō habet locum gemmæ ipſum eſſe infinitum, quia ſemper eſt extra illud, quod accipis ex eo. & in hoc, quod dicunt, eſt quædam ſimilitudo, ſed nō vera. in ĩfinito enĩ neceſſe eſt

vt hoc ſit in eo, & ꝙ etiam illud, quod accipitur ex eo, non erat oĩno. & hoc non eſt in circulo, ſed aliud in eo ſemp̱ eſt in ſucceſſiõe.

62 Cum declarauit naturã infiniti ſm exẽplum, incœpit declarare definitionẽ eius, & primo narrare errorẽ Antiquorum in hoc, & dixit Et infinitum, & c. ideſt. & ſm ꝙ diximus de natura infiniti, & ꝙ eſt ſm potentiam, ſeqtur ꝙ definitio eius ſit econtrario ei, ꝙ dicũt. definitio enim infiniti nõ eſt, vt Antiqui deſcripſerũt, ſ. illud, extra quod nihil eſt, ſed illud, extra quod ſemp̱ eſt aliqd. Et ſignum eius eſt hoc, ꝙ oẽs homines ſunt aſſueti vocare ãnulos, quorum gemmæ ſunt rotundæ infinitos. quia, ſi acceperis ex eis aliquam gemmã, poteris accipere aliam extra illam. & tale exemplũ receſſit in iſto tẽpore. quia non eſt notũ, nedum vt ſit famoſum: ſed in tẽpore eius erat famoſum. D. induxit differentiam inter infinitũ, ſm hoc exemplum, & verũ infinitum, & dixit & in hoc, quod dicunt, &c. i. & hoc, quod dicunt de hmõi ãnulis, ſ. eos eſſe infinitos, habet aliquam ſimilitudinem ad infinitũ, ſed non eſt verum infinitum. in infinito enim vero duo exigunť, ſ. ut hoc, quod ſemper inuenitur ex eo aliquid extra illud, ſit ei naturaliter, non poſitione, & ꝙ illud, quod inuenitur extra illud, ſit aliquid, quod nũquam fuit prius. & hoc non eſt in circulo, ſicut eſt diſpoſitio in gemma ãnuli. ſed infinitum in circulo eſt ſm iterationem, & reuolutionem, non ſm nouitatem. & hoc intendebat, cum dixit & hoc non erit in circulo, &c. i. & in circulo nõ inuenitur aliqd extra illud, quod acceptũ eſt ex eo, quod ſit aliud ab eo, quod accipiť ſemp̱. ſed inueniť in eo aliquid extra illud, quod accipiť ſm iterationem, & cõſecutionẽ, ſ. ſm iterationem eiuſdem rei infinities.

Caput Sextum, ubi datur definitio Infiniti, & refellitur ea, quæ Antiquorum.

Infinitũ qd. INfinitum igitur id eſt, cuius, ſm quantitatem accipientibus, ſemp̱ aliquid accipere extra eſt. Cuius autẽ nihil eſt extra, id eſt ꝑfectum, & totum. Totum qd. ſic enim definimus Totum, cuius nihil abeſt: vt hominem totum, aut arculam. vt autem definimus ſingulare, ſic & quod proprie eſt, vt totũ, cuius nihil eſt extra. cuius autem abſentia eſt extra, non omne eſt, quicquid abeſt.

Infinitum igitur eſt illud, ex quo, cum aliquid accipitur, poſſibile eſt ſemp̱ accipere aliquid extra illud in quantitate. Et illud, extra quod nihil eſt, illud eſt perfectũ totale. ſic. n. definimus Totũ, ſ. qa eſt illud, ex quo nihil ẽ ſeparatum ab eo: vt dicimus totus homo, & tota arca. & ſicut eſt de particularibus, ita eſt in rei veritate, ſ. ꝙ totũ eſt illud, extra qđ nihil eſt. & illud, extra quod aliqd eſt ſeparatum, nõ eſt totum, quodcũq; ſit illud ſeparatũ, ſiue extraneum, ſiue non extraneum.

In ꝑo īfinito duo exiguntur.

63 Ideſt definitio igiť Infiniti eſt illud, extra quod, cũ aliqd accipitur in actu, poſſibile eſt iuenire extra illud aliqd in quantitate, & hoc ſemp̱. & dixit in quantitate, quia impoſſibile eſt inuenire aliqd extra illud in qlitate ſemp̱. & iſta definitio infiniti eſt manifeſta ex eo, quod declaratũ eſt, ꝙ infinitum eſt ſm potentiam, nõ ſm actum. Et, cum declarauit ꝙ iſta eſt definitio infiniti, incœpit declarare ꝙ definitio, qua Antiqui definiebant ipſum, magis eſt definitio finiti perfecti, ḡ infiniti, & dixit. Et illud, extra quod eſt aliquid, &c. & intendit per hoc, quod dixit illud, ex quo nihil eſt ſeparatum ab eo, hoc, ſ. illud, à quo nihil eſt ſeparatum ex eis, ex qbus eſt illud, quod eſt, ſ. qñ ex eo nihil diminuitur ex eis, ex qbus eſt illud, quod eſt: vt cum dicimus tot⁹ homo, qñ ex eo nõ diminuitur mẽbrũ, & tota arca, qñ ex ea non diminuitur aliqua pars. Et, cum declarauit ꝙ iſta eſt definitio totius, & perfecti in rebus particularibus, declarauit ẽt ꝙ ita debet eſſe in definitiõe totius, ſcilicet mundi, & dixit & ſicut eſt de particularibus, &c. i. & ſicut eſt in definitione totius in particularibus, quæ non ſunt totum in rei veritate, cum extra illa inueniatur aliquid, licet non ſit pars eorũ, ita eſt in definitiõe totius in rei veritate, & eſt illud, extra quod nihil eſt omnino. qm̃, ſi extra omne totũ inuenitur aliquid, ſeqtur neceſſario corpus inueniri in actu īfinitũ: ſed hoc eſt impoſſibile ex ꝑdictis: ergo totum in rei veritate eſt illud, extra quod nihil eſt, neq; de ſua ſubſtantia, neq; de alia ſubſtãtia. & hoc intendebat, cum dixit ſiue extraneum, &c. & dixit hoc, qm̃, ſi ſeparatum fuerit extraneum, tunc totum erit particulare, & non erit totum in rei veritate: &, ſi fuerit non extraneum, non erit totũ, neq; particulare, neq; totale.

Totum autem, & perfectum, aut idem penitus, aut ꝓxima natura ſunt. Perfectũ autẽ nihil, non habens finem. finis aũt terminus. Quapropter melius exiſtimandum eſt Parmenidem Meliſſo dixiſſe. hic enim infinitũ totum dicit, ille autem totum terminatũ eſſe, ex ęquo à medio diſtans. non enim vt linum lino eſt cõtinuare vniuerſo, ac toti infinitũ.

Vide ꝓ hoc c. cõ. tex. 3. & tex. 12.

Et totum, & perfectum, aut ſunt inſimul idem æquale, aut naturaliter ſunt propĩqua. & Perfectum non eſt, niſi illud, quod habet complementum. & complemẽtum eſt finis. Vnde opinãdum eſt ꝙ ſermo Parmenidis ẽ rectior, quàm Meliſſi. iſte enĩ dixit quòd infinitum eſt totum, ille autem quòd totum eſt finitum, ęqualens ex medio. nõ enim oportet coniũgere infinitũ toti, & vniuerſo, quaſi applicare filum cum filo.

Et totum, & cõplementũ, quod eſt oppoſitũ infiniti, 64
aut nomina ſunt ſynonima, aut cõſequẽtia. Et, cum declarauit ꝙ ad totũ ſeqtur cõpletum, declarauit ꝙ ad completum ſeqtur finis, & dixit et Cõpletum, &c. & cõpletum non eſt, niſi in eo, quod habet cõplementũ, & ꝙ cõplementũ eſt finis: ergo completũ eſt illud, qđ habet finem. & qa totum eſt cõpletũ: & completũ eſt illud, quod habet cõplementum: & complementũ eſt finis: ſeqtur neceſſario vt totũ habet finem. D. d. & ideo opinãdum eſt, &c. i. & qa finis ſequiť totum, opinandum eſt ꝙ ſermo Parmenidis rectior eſt ſermone Meliſſi. Meliſſus. n. dicit totum eſſe infinitum, Parmenides aũt dixit totũ eſſe finitũ. D. d. nõ. n. oportet, &c. ideſt & nõ enĩ oportet ponere infinitũ de cõſequẽtib⁹ vniuerſum, & totũ, ſicut dr̃ in ꝓuerbio applicare filũ cũ filo, i. inducere rem, & ſuũ cõſimile. & iõ dixit non enim oportet, i. q̃ſi applicare aliquid ad illud, cum quo cõtinuatur. & dixit æquiualens ex medio, i. habẽs medium æquale inter extrema, i. qa æqliter diſtat ab extremis, & q̃ſi intendit in hoc ipm eẽ ſphæricum.

Quoniam

Quoniam hinc quidem hanc de infinito dignitatem accipiunt, omnia, ſ. continere, & totum ipſum in ſeipſo habere, ꝓpterea ꝙ habet quãdam ſimilitudinem cum toto. eſt.n. Infinitum perfectionis magnitudinis materia, & potentia totum, actu vero non. Diuiſibile aũt eſt, & ad diuiſionem, & ad oppoſitã appoſitionem. Totum aũt, & finitum, non ſm ſe, ſed ſm aliud, & non continet, ſed continetur, quatenus infinitum eſt. quocirca & ignotum eſt, quatenus eſt infinitum. formã enim non habet materia.

Infinitũ, ſm ꝙ infinitum, ignotũ eſt.

Et videmus eos diſtinguere, i. nobilificare infinitum ex hoc loco, ſ. quia continet oẽ, q̃a inter illud, & totum eſt ſimilitudo aliqua. Infinitum enim eſt materia cõplementi menſuræ, in potentia vero eſt totum, in actu autem non. Et eſt diuiſibile ſm diminutionẽ, & additionem, quæ eſt econtrario illi. Et nõ eſt totum, & infinitum per ſe, ſed p aliud. & non continet, ſed continetur, ſm ꝙ eſt infinitum. & ideo eſt delatum, ſm quòd eſt infinitum. in materia enim, non in forma.

65 Dicit Et videmus eos magnificare infinitum, quia opinantur ipſum eſſe totũ, & continẽs omne. & cauſa in hoc eſt, quia inter illud, & totum eſt ſimilitudo, vnde exiſtimauerunt ipm eſſe totum. & ſimilitudo inter illa eſt, quia illud, quod dr̃ infinitum, eſt prima materia, quæ eſt ſubiecta complementi menſuræ, quę eſt totum. vnde exiſtimauerunt illud, quod eſt in potentia totum, & completũ eſſe in actu totum, & cõpletum. Deinde incœpit declarare modũ, quo oportet, ꝙ eſſe eius eſt in potẽtia, & dicit. Et eſt diuiſibile, &c. i. & eſt in potẽtia, quia infinitas nõ inuenit̃ in mẽſura, niſi ſm diminutionem exiſtentẽ in ea, & additionem, quæ eſt econuerſo diminutioni, vt declaratũ eſt in ſermone p̃dicto. D. d. & non eſt totũ, &c. i. & ſubiectum recipiẽs infinitatem, quod eſt [a] materia, nõ eſt totum, neqꝫ finitum per ſe, ſed per aliud, ſ. per formã, & eſt contentum in cõpoſito ex materia, & forma, & forma continet illud. Et, quia infinitum accidit materiæ, ſm ꝙ eſt materia, dixit ſed cõtinet̃, ſm ꝙ eſt infinitum, i. ſubiectũ infiniti eſt contentũ, ſm ꝙ eſt infinitũ, i. ſm ꝙ eſt materia. D. d. & ideo eſt delatum, &c. i. &, quia ſubiectum recipiens infinitum eſt concluſum in toto, ideo exiſtit in alio, i. in compoſito, & nõ eſt exiſtens per ſe, ſed ſm ꝙ recipit infinitum: & hoc eſt ſm ꝙ eſt materia. [b] & cauſa in hoc eſt, quia materia non habet formam. nã, ſi haberet formam, eſſet per ſe [c] non delata in alio. &, quia nõ habet formã, ideo eſt delata in alio. Et debes intelligere hic p delatũ non illud, quod dr̃ in ſubiecto, aut de ſubiecto, materia enim non dr̃ in ſubiecto, neqꝫ de ſubiecto. ſed delatum accipitur hic loco eius, quod non inuenitur, niſi in alio. & hæc eſt diſpoſitio [d] materię, & diſpoſitio accidentium, & formarum. ſed accidẽtia, & formæ differũt à materia in hoc, ꝙ ſunt in ſubiecto, aut de ſubiecto: materia aũt eſt ipm ſubiectũ. Intẽdebat igitur per delatum illud, in quo materia conuenit cum accidentibus, & formis: & ꝙ non inuenitur p ſe, ſed in aliquo, ſ. in cõpoſito, & cum aliquo, ſ. cum forma. ſed [e] materia inuenit̃ per formã, ſm ꝙ forma eſt pfectio eius, forma aũt inuenitur per materiã ſm hoc, ꝙ materia eſt ſubiectum eius, & ſimiliter accidẽtia.

a Materia ñ ẽ totũ, neqꝫ finitũ p ſe, ſed p aliud, ſ. p formã. ex q; patet formã eẽ cãm finitatis, & mãm infinitatis. idẽ ſupra. 59. & 60. idẽ. 1. ca. de ſolia orb. idẽ. 3. cæ. cõ. 72. idem hic infra cõmẽ. 67 et. 68. 72 cõſimile. 4. phyſ. t.c. 38. & 49. idẽ. 1. cœli. cõ. 61. & . 3. cæ. cõ. 6. et. 4. cœli 40.

b Infinitũ accidit mãæ, ſm ꝙ ẽ materia.

c Quare mã nõ ẽ exñs p ſe.

d Eſſe ĩ alio cõpetit mãę, & formę, & accidentib⁹; differt tñ. vide conſimile. 2. de aĩa. cõ. 4.

e Quomodo materia ẽ cã formæ, & ecõtra. vide cõſiſt. 1. phyſi. cõ. 70. & 2. phy. 10. & 2. de aĩa. com. 4. &c.

Quare manifeſtum eſt ꝙ magis in partis ratione infinitũ ſit, q̃ in totius. pars enim materia totius eſt, ſicut æs æneæ ſtatuæ. qm̃, ſi continet in ſenſibilibus, et in intelligibilibus ipſum magnum, & paruum, oportebat continere intelligibilia. inconueniens autem, & impoſſibile eſt ignotum, & indeterminatũ continere, & determinare.

Apparet ergo ex hoc ꝙ infinitum magis eſt quaſi pars, q̃ quaſi totũ. materia enim eſt pars totius, quemadmodum cuprũ eſt pars ſtatuæ cupreæ. &, ſi illud, quod continet ſenſibilia, & ĩtelligibilia, eſſet magnũ, & paruũ, tunc illud cõtineret intelligibilia. ſed improbabile eſt, & impoſſibile vt ignotum nõ terminatum contineat terminatum.

Et, ſi illud infinitum, quod continet ſenſibilia, & intelligibilia, eſſet magnum, & paruum ſm ſententiam Platonis, quorum natura non eſt terminata, neqꝫ nota, tunc illud, quod terminat terminatum, & notum. ſ. intelligibilia, eſſet non terminatũ, neqꝫ notum. & inopinabile eſt vt nõ terminatum, neqꝫ notum terminet terminatum, & notum. Et hoc contingit Platoni, q̃a ipſe ponit magnum, & paruum eſſe infinitum, & ponit ea terminantia res ſenſibiles, & intelligibiles. & facit bene in hoc, ꝙ ponit infinitum in magno, & paruo, quia magnum, & paruum ſunt ſm materiam, ſed infinitum non inuenit̃ in magno, niſi ſm additionem menſuræ, quæ eſt cõuerſum diminutionis. et peccat in hoc, ꝙ ponit ipſum determinare totum. 66

Inopinabile ẽ ut nõ terminatũ, neqꝫ notum terminet terminatũ, et notum.

Caput Septimum, in quo redditur cauſa, propter quã non põt reperiri Infinitum in actu, ſed in potẽtia.

SEcundum rationem aũt accidit, vt & qđ eſt ſm appoſitionem non eſſe videatur infinitum ſic, vt oẽm excedat magnitudinẽ, in diuiſione aũt eſſe. cõtinet̃ enim ſicut materia intus, & infinitum, cõtinet aũt forma.

Forte ẽ cõtinere.

Et recte etiã contingit ꝙ infinitum ſm additionem videt̃ eſſe impoſſibile pertranſire oẽm menſuram, ſm aũt diuiſionem poſſibile. materia enim continetur intra, & eſt res infinita, continens autem eſt forma.

Cum declarauit ꝙ menſura non creſcit in infinitũ, & diminuitur in infinitum, & ꝙ cauſa in hoc, ꝙ infinitum nõ eſt in actu eſt forma, & in hoc, ꝙ infinitum eſt in potentia eſt materia, incœpit declarare conuenientiam, eius, quod declarauit cum iſta cauſa, & dixit Et recte etiam, &c. i. &, cũ finitas acciderit rei ex forma, & infinitas ex materia, recte contingit ꝙ magnitudo non poſſit pertranſire oẽm menſurã in additione. qm̃, ſi hoc eſſet, tunc eſſet poſſibile formam inuenire infinitam. & intelligo per hoc, quod dico. qm̃ forma eſt cauſa terminationis, & continentiæ, impoſſibile eſt vt ex ea accidat non terminatio, & non continentia rei habẽti formam. & ſimiliter ẽt contingit recte vt diminutio fit in infinitum. cauſa enim diminutionis eſt materia, quæ eſt terminata, nõ terminans. & hoc intẽdebat, cũ dixit materia enim, &c. i. &, quia materia eſt terminata ab alio, non terminata in ſe, ideo nõ eſt impoſſibile vt infinitas, quæ eſt in potentia, accidat ex illa, non ex 67

Forma eſt cã terminatõis, & cõtinẽtię. vide ſup cõ. 65. idẽ. 1. de aĩa cõ. 90.

forma

forma, quia eſt terminãs. ex illa enim, ſi eſſet infinitũ, tunc poſſibile eſſet corpus in actu eſſe infinitũ. & vlr apparet ꝙ infinitum eſt cõtrarium terminato.

Numer⁹ eſt augmentabilis, non diminuibilis in infinitũ, ecõtra ꝓpti magnitudini.

Rationabiliter autem & hoc in Numero qdem eſſe uerſus minimum, terminũ, verſus autem plura ſemper oẽm excedere multitudinem. in Magnitudinibus vero ecõtrario. verſus enim minus, oẽm excedere magnitudinẽ, ſed verſus maius, nõ eſſe magnitudinem ĩfinitam. cauſa autẽ eſt, qm̃ vnũ eſt indiuiſibile, quodcunq; vnum ſit. vt homo, vnus homo, & nõ multi. numerus autẽ eſt vna plura, & quãta quædam. quare neceſſe eſt ſtare ad indiuiſibile. duo nãq;, & tria denomĩatiua ſunt nomina: ſimiliter ãt & aliorum numerorum vnuſquiſq;. verſus autem plus ſemp̃ eſt intelligere: infinitæ enim ſunt bipartitiones magnitudinis. quare potentia quidem eſt, actu aũt nõ eſt: ſed ſemper excedit acceptum oẽm determinatam multitudinem. at nõ ſeparabilis eſt numerus hic bipartitionis, neq; manet infinitas, ſed fit, ſicut & tempus, & numerus temporis.

Et recte etiã Numerus in ꝓceſſu ad paucitatem habet finem, & in proceſſu ad multitudinẽ ſemp̃ addit omni numero. & in Mẽſura eſt ecõtrario, ſ. qm̃ in paruitatẽ pertranſit oẽm menſuram, in magnitudine autẽ impoſſibile eſt mẽſuram eſſe infinitam. & cauſa in hoc eſt, quia vnũ eſt indiuiſibile, quodcunq; vnum ſit. v. g. homo, qui eſt unus homo, nõ plures. & numerus eſt plures vnitates, & quãtitates. oportet igitur ipſum ceſſare apud indiuiſibile. duo eni, & tria ſunt res, & ſimiliter vnuſquiſq; aliorum numerorũ. proceſſus aũt ad multitudinem poſſibile eſt ſemper imaginari, quoniam diuiſio menſuræ in duas medietates, & medietatis in duas medietates procedit in infinitum, & ſic erit in potentia, in actu aũt nõ: ſed inuenitur in eo aliqd, quod ſemper addit omni numero terminato. ſed iſte numerus nõ ſeparatur ab hac diuiſione, neq; infinitum eſt aliquod permanens, ſed ſemper generatur, & ſimiliter tempus, & numerus temporis.

68 Cum declarauit ꝙ recte menſura diuiditur in infinitum, & nõ creſcit, & dedit cãm in hoc, incepit declarare ẽt ꝙ ex illa cã accidit ĩ Numero cõtrarium, ſ. creſcere in infinitum, et nõ diminui. cauſa enim additionis in numero eſt materia: & diminutio in ea inducit ad formã vnitatis, quæ eſt indiuiſibilis. & dixit Et recte ẽt, i. & ꝓpter illud, quod dicimus ẽt diuiſio numeri ad paucitatem vadit ad finem, ſed verſus partem multitudinis nõ habet finem, ſed ſemper potes addere omni numero poſito in infinitum. in Menſura aũt eſt econuerſo. D. d. in paruitatẽ aũt, &c. i. diuiſio aũt magnitudinis, & diminutio eius ad paruitatem pertranſit omnẽ menſuram, i. põt quis accipere ad oẽm menſuram minorem illa, qm̃, ſi hoc nõ eſſet, tunc menſura non diuideretur ſemp̃. D. d. in magnitudine aũt, &c. i. additio aũt eius ſemper, ſm ꝙ eſt vna mẽſura, impoſſibilis eſt. qm̃ impoſſibile eſt menſurã infinitã eſſe in actu, vt declaratũ eſt. Et, cum declarauit ꝙ diſpoſitio in numero eſt ecõtrario ei, quod eſt in mẽſura, exponit cãm in hoc, & dicit & cauſa in hoc eſt, &c. i. & cauſa in hoc, ꝙ numerus diuidĩ in indiuiſibile, eſt, quia omne vnum eſt ĩdiuiſibile, vt vnus homo, & vnus equus: eſt enim indiuiſibilis in illa ſpecie: ideo vnum ſimplr, ſ. vlr eſt indiuiſibile ẽt. &, qa numerus eſt coaceruus vnitatũ, numerus erit compoſitus ex indiuiſibilibus: & diuidĩ in indiuiſibile: ergo numerus diuiditur in indiuiſibile: & omne, quod diuidĩ in indiuiſibile, diuiſio finitur in eo: ergo diuiſio finiĩ, & ceſſat ĩ numero. D. d. duo eñ, & tria ſunt res indiuiſibiles, & non ſunt quãtitas continua, & ſilr alij numeri. & cauſa in hoc, ꝙ vnũ eſt indiuiſibile, eſt, quia oĩs res eſt vna per ſuam formã, & forma eſt indiuiſibilis per ſe. D. d. ꝓceſſus aũt eius, &c. i. proceſſus aũt numeri ad multitudinem numerorũ ſemper eſt poſſibilis. diſpoſitio enim in additiõe numerorum eſt ſicut diſpoſitio in diminutione mẽſuræ. Quẽadmodũ enim cauſa in diuiſione menſuræ in infinitum eſt materia, ſimilr eſt cauſa in additione vnitatũ in infinitũ, & additio numeri in infinitum eſt in potentia: nõ ꝙ additio infinita exeat in actum, ita, ꝙ inueniatur numerus in actu ĩfinitus: ſed ꝙ additio nunq̃ ceſſet. D. d. ſed iſte numerus, &c. i. ſed numerus non eſt ſeparatus ad hanc additionem, quæ eſt in infinitum, neq; infinitum exiſtẽs in eo eſt res fixa, ſed infinitas in eo eſt* in actu, & in tranſmutatione, ſicut eſt diſpoſitio in tẽpore, & numero temporis. Et intendit per numerum tẽporis, numerum, qui eſt genus temporis, vt poſt declarabitur. & differentia inter has duas additiones, vt diximus, eſt, qm̃ additio in continuo eſt ex forma, & in quantitate diſcreta eſt ex materia: & diuiſio in eis eſt econuerſo, ſ. qm̃ diuiſio in numero eſt ex forma, & in magnitudine ex materia.

Oĩs res eſt una p̃ ſuã formã, & forma ẽ ĩdiuiſibilis p̃ ſe. Idem. 2. d aĩa cõ. 90 &. 13. Idẽ. 2. de aĩa. 2. v. 8. 9. 60. Idẽ 8. meta. t. c. 3. & com. 7. Idẽ. 5. meta. cõ. 16. 1. com. 72. Idẽ. 8. meta. cõ. vlt. et 7. meta. 5. & 60. 57. prio phy. 63.

* 2. ſ. addit. in motu.

In Magnitudinibus autẽ contrarium eſt. etenim diuiditur in infinita continuum. verſus aũt maius nõ eſt infinitum. quãtum enim contingit potẽtia eſſe, & actu contingit tm̃ eſſe. Quare, cum infinita nulla ſit magnitudo ſenſibilis, non cõtingit exceſſum eſſe omnis determinatæ magnitudinis. eſſet enim aliquid cœlo maius.

In Magnitudine aũt eſt ecõtrario. continuum enim diuidĩ in infinitũ. ſed in magnitudine nõ eſt infinitum. qm̃ in quacũq; mẽſura poteſt eſſe in potentia, in illa mẽſura poteſt eſſe in actu. Et, cum nulla menſura ſenſibilis eſt infinita, impoſſibile eſt vt excedat oẽm menſuram terminatam. qm̃, ſi hoc eſſet poſſibile, tunc aliquid eſſet maius cœlo.

Dicit In magnitudine, &c. i. ſed menſura impoſſibile eſt vt creſcat in magnitudine in infinitum. qm̃ menſura demonſtrata in quacũq; quãtitate fuerit in potentia, in illa quãtitate põt poni in actu. Et intendit ꝙ, ſi menſura demonſtrata poſſet augeri, & creſcere in infinitum, ẽt poſſibile erit inueniri mẽſuram infinitam in actu. Deinde deſtruxit añs, & cõcluſit oppoſitum cõſequẽtis, & dixit &, cum nulla menſura, &c. i. &, cum poſuerimus ꝙ in quacũq; quãtitate fuerit poſſibile vt menſura ſit in potentia in illa quantitate, erit poſſibile vt ſit in actu, &, cum poſuerimus quòd aliqua men- 69

ſura

ſura ſit in potentia infinita, ſeqtur ꝙ illa erit menſura infinita in actu: ſed nulla mēſura eſt īfinita ī actu, vt declaratum eſt: ergo nulla menſura pōt creſcere in infinitū. Deinde confirmauit iſtud deſtructū per aliud, ꝑter illud, quod ſupius declarauit, & dixit qm̄ ſi hoc eēt poſſe, &c. i. qm̄, ſi eſſet poſſe menſurā creſcere in infinitum, tunc menſura non eſſet terminata naturaliter. & ſic eſſet poſſe, vt aliqua eſſet maior menſura cōtinente totum, & eſt cœlū. Sed quæret aliquis in hac propoſitione, dicente ꝙ in quacunq; quantitate ponatur magnitudo in potentia, in illa quātitate pōt poni in actu, in quo differt ab hac ꝓpoſitione, ſ. ꝙ in quacunq; quātitate ponatur aliqs numerus demonſtratus in potentia, in illa quantitate pōt in actu. vnde exiſtimatur ꝙ non eſt differentia in hoc, ꝙ ſit poſſe infinitum eſſe in potentia in numero, & in magnitudine, vt dictum eſt.

Digreſſio. q̄ quærit, verū ſic ē inter numerū, & magnitudinē, ſ. q̄ ad poſſe in infinitū augeri.

Solutio.

Sed, cum aliqs conſyderauerit hoc, videbit ꝙ additio, in qua nō ceſſat infinitum eſſe, et nō ſequitur, ſi ponatur ipſam exire in actum, quod eſt impoſſe, eſt additio cuiuslibet partis generatæ cuius poſſibilitas eſt alia à poſſibilitate alteriꝰ partis, & nō ſunt oēs partes vniꝰ poſſibilitatis demonſtratæ: & hoc eſt ſicut eſt diſpoſitio in motu, & tempore. in additione autē cuiuslibet partis cuius poſſibilitas eſt pars vnius poſſibilitatis demonſtratæ, iſta poſſibilitas, qūocūq; ponatur in potētia, ſequitur ex ea vt inueniatur in actu in illa diſpoſitione: &, ſi nō, cootingeret ut potentia eſſet fruſtra. & additio, quæ eſt in magnitudine demōſtrata eſt de genere iſtius additionis. & additio, q̄ eſt in numero ē, de genere primæ additionis. & cā in hoc, ꝙ potentię, quę ſunt in additione vniuſcuiuſq; partis partium menſuræ, oēs ſunt partes vnius potētiæ. & nō eſt ita in numero. qm̄, ſicut menſura eſt vna, & continua, & numerus nō. ſm hoc igitur intelligendus eſt iſte locus.

Poſſitates in rebꝰ augmētabilibꝰ in īfinitū ſunt diuerſarum diſpoſitionū, & nō ſunt ꝑtes vniꝰ poſſitatis. ſecus eſt in nō augmētabilibus.

Infinitum aūt nō eſt idem in motu, & magnitudine, & tempore, tanq̄ & vna quędam natura. ſed poſterius dicitur ſm prius. vt motus quidem, q͞a prius eſt magnitudo, in qua mouetur, aut alteratur, aut augmentatur, tēpus aūt propter motum. Nūc igitur vtimur his, poſterius aūt tentabimus dicere & quid eſt vnumquodq;, & propter q͞d oīs magnitudo ſit in magnitudines diuiſibilis.

Infiniti natura eſt vna in motu, & magnitudine, & tempore. Ex iſto textu elicit Analogū nō ſignificare naturā vnam.

Et intentio infiniti nō eſt eadem in mēſura, & in motu, & in tēpore quaſi vna natura, ſed dr̄ in poſtremo, q͞a eſt in priori. v.g. qm̄ dr̄ in motu, & in tp̄e, q͞a eſt in mēſura, in qua fit motus, aut alteratio, aut augmētū, & dr̄ in tp̄e propter motum. Qm̄ in iſtis locis accepimus iſtam acceptionem, & poſt dicemus de vnoquoq; eorum, & de cauſa in hoc, ꝙ omnis menſura diuiditur in menſuras.

70 Dicit Et intentio in menſura & in motu, & in tēpore non eſt dicta vniuoce, ita, ꝙ ſignificet vnam oaturam, ſed illud, quod dicitur de poſteriori dicitur ꝓpter prius, ſ. qm̄ eſt dictum in eis ſm prius, & poſterius ſm hoc, ꝙ menſura eſt prior motu, & motus tēpore. v.g. qm̄ infinitū noo dicit̄ de motu, niſi quia dr̄ de mēſura. menſura enim, quia eſt ſubiectum motus, & menſura eſt cauſa infiniti exiſtentis in ipſa, ſm ꝙ menſura eſt ſubiectum ipſius, & motus etiam cauſa eſt infiniti exiſtentis in ipſo, ſm quòd motus eſt ſubiectū, neceſſe eſt vt infinitum, exiſtens in menſura, ita ſe habeat ad infinitum exiſtens in motu, ſicut menſura ad motum. ſi igitur quaotitas dicitur de mēſura, & motu ſm prius, & poſterius, neceſſe eſt vt infinitum dicatur de eis ſm prius, & poſterius. & ſimiliter de motu cum tempore. quemadmodum enim motus eſt prior tempore, ſimiliter infinitum exiſtens in motu eſt prius infinito exiſtente in tempore. D.d. qm̄ io menſura, io qua fit motus, i. tranſlatio. & intendit per mēſurā ſubiectum motus tranſlationis, aut alterationis, aut augmenti, & eſt corpus. D.d. & dicitur in tempore, &c. i. & dicitur in tempore. quia dicitur in tranſlatione. D.d. & poſt dicemus, &c. i. & hoc, quod diximus, ꝙ quædam iſtorum præcedunt quædam, eſt poſitum hic, & poſt declarabitur, cum dicemus vtrūq; eorum quid ſit, ſ. motum, & tempus, & quomodo ſe habēt adinuicem: qm̄ motus iam declaratus eſt. D.d. & cauſa in hoc ꝙ omnis menſura, &c. i. & declarabimus cauſam, propter quam ſemper menſura diuiditur in diuiſibile. Et hoc ſignificat ꝙ diuiſio menſuræ ſemper eſt nota ꝑ ſe, & ꝙ cauſa eius indiget demōſtratione, nō ſicut q͞dam exiſtimauit ꝙ Geometer accipit hoc eſſe à Naturali.

Documentū vide ſupra. com. 51.

Non remouet aūt ratio Mathematicos à cōtemplatione, auferēs ſic eſſe infinitum, vt actu ſit verſus augmētū, vt intranſibile. neq; enim nunc indigent infinito, neq; vtunt̄, ſed ſolum eſſe, quantācūq; uelint, finitam. maximæ aūt magnitudini ſm eandē eſt ſecari rōnem, quantācūq; magnitudinē alterā. quare ad demōſtrādū q͞dē illo modo nihil differet, eē aūt in exiſtētibus erit magnitudinibus.

Et iſte ſermo nō deſtruit ſcientiā Mathematicorum, ſ. hoc, ꝙ dicimus ꝙ infinitū non eſt, ſm ꝙ nunq̄ finitur in augmento in actu. q͞m non indigent in ſua ſcientia hoc infinito. ſemper enim indigēt in ea, ut finitū ſit quomodo voluerint. & poſſibile eſt diuidere ſecundum diuiſionē maximæ menſuræ quācūq; aliam mēſuram. ex quo declaratum eſt ꝙ neq; illis accidir nocumentum in demonſtratione, neq; eſt hic aliquid cogens, vt hic ſit in menſuris exiſtentibus.

Et hoc, quod dicimus, quòd magnitudo non poteſt creſcere in infinitum, nullum fundamentum deſtruit Mathematicorū, ſicut qui dicit quòd impoſſibile eſt magnitudinem diuidi in infinitum, deſtruit fundamentum Mathematicorum. non enim indigēt in ſua ſcientia ponere quòd menſura creſcit in infioitum, ſed indigent in ſua ſcientia ponere menſurā in quacunq; quantitate voluerint. poſſunt enim ponere menſuram maiorem cœlo. &, cum dicunt, extrahamus lineam in infinitum, intendunt vt accipiant ex ea quantum voluerint. Et hoc accidit eis, quia non conſyderant de menſura, ſm quòd eſt finis corporis naturalis, ſed ſm quòd eſt non in corpore omnino. D.d. & poſſibile eſt diuidere, &c. ideſt vt mihi videtur, & ſignum eius, quod Geometer non indiget ponere lineam infinitam in additiooe eſt, quoniam illud, quod poteſt declarari in linea maiori, & ſi eſſet maxima, poteſt declarari in minori linea, quæcunq; ſit, vt diuidere lineam in aliqua proportione, et alia multa, quę accidunt lineis. &, cum non eſt differentia inter magnum, & paruum in hoc, quo indigent, quid igitur coget eos ad ponendum lineam infinitam in actu? 71

Vide ꝓ iſto. 2. phy. c. 10 & quæ ibi.

Quoniam

Quoniam aũt cauſæ diuiſæ ſunt quadrifariam, manifeſtũ eſt, ꝙ vt materia, ĩfinitũ cauſa eſt: & ꝙ eſſe quidem ipſius priuatio eſt, ꝑ ſe aũt ſubiectum, continuum ipſum, & ſenſibile eſt. Videntur aũt & omnes alij tanq̃ materia, vtẽtes infinito. quocirca & incõueniẽs eſt, cõtinens facere ipſum, & non cõtentũ.

Et, cum cauſæ ſunt quatuor, manifeſtũ ꝙ infinitum eſt cauſa, quaſi materia, & ꝙ quiditas eius eſt priuatio, & ꝙ ſubiectum ꝑ ſe eſt cõtinuum ſenſibile. Et videmus omnes, loquẽtes de infinito, vti ipſo quaſi materia. & iõ nõ eſt rectũ vt ſit continẽs, nõ cõtentũ.

72 Et, cum genera cauſarum ſunt quatuor, manifeſtũ eſt ꝙ cauſa infiniti eſt materia, & ꝙ, ſi infinitum ponatur cauſa, erit cã ſm materiã. [a] qm̃ quiditas infiniti eſt priuatio finis, & cauſa priuatiõis eſt materia, ſed ſubiectũ iſtius priuatiõis nõ eſt materia abſtracta à forma, ſed ſubiectũ ꝑ ſe iſtius priuationis eſt corpus continuũ ſenſibile, cõpoſitũ ex materia, & forma, ſm ꝙ eſt materiatum, non ſm quòd eſt formatum. D. d. Et videmus omnes loquentes de infinito, &c. i. vt Platonem, qui ponit ipſum magnum, & paruum, & illos, qui ponunt ipſum numeros, & ponunt ipſm quaſi materiam, ideo neceſſe eſt vt ſit contentum, non continens.

Manifeſtũ ē ꝙ cã infiniti ē mã. Idē ſup. 59. 60. 65. 67. 69.

a Quiditas infiniti ē priuatio finis, & cã priuationis eſt materia.

Caput Octauum, in quo deſtruuntur rationes, quæ probare uidentur dari infinitum in actu.

Reliquum eſt autẽ aggredi ſm quas rationes infinitũ eſſe videtur, nõ ſolũ potentia, ſed vt determinatum. Alia enim ipſorum nõ neceſſaria ſunt, alia autẽ habent alias quaſdam veras obiectiones. Neq; enim, vt generatio non deficiat, neceſſarium eſt actu infinitum eſſe corpus ſenſibile. cõtingit enĩ alterius corruptionem generationem alterius eſſe, cum omne finitum ſit.

Et oportet nũc narrare ſermones, ex quibus exiſtimatur nõ ſolum materiã eſſe in potẽtia, ſed eſt exiſtens per ſe. Quidã enim eorum ſermonum nõ eſt neceſſarius, et in quibuſdam ſunt obiectiones ueræ. Qm̃, ut non generatio deficiat, eſt in actu corpus infinitum ſenſibile. quoniam poſſibile eſt ut corruptio alterius ſit generatio reliqui, & totũ, & vtrunq; finitum.

73 Cum numerauit quinq; rõnes in probando infinitum eſſe, incœpit demonſtrare deceptiones in eis, et dixit Et oportet nunc, i. & poſtq̃ diximus de modo infiniti poſſibili, & impoſſibili, oportet nos narrare ſermones, ex qbus exiſtimatur ꝙ infinitum nõ eſt ſolummodo in potẽtia, ſed in actu. quidam enim illorum ſermonum ſunt veri, ſed non ſequitur ex eis illud, quod reputant ſequi, & quidam ſunt falſi, et hñt contradictiones veras. Deinde incœpit à ratiocinatione, quę eſt ex rebus veris, ſed non concluſit illud, quod exiſtimant, & dixit Qm̃ ut generatio non deficiat, &c. i. qm̃, nõ quia generatio non deficit, eſt neceſſe corpus in actu eſſe infinitum ſenſibile, generatum enim, quia occupat locũ corrupti, non eſt neceſſe ex hoc, ꝙ generatio eſt in infinitũ, locum eẽ ĩfinitũ. qm̃, ſi locus ꝓceſſit generatũ, & gñatũ eſt factũ ſucceſſiue in ĩfinitũ, & gñatio generati nõ ſit corruptio alterius, tũc neceſſe eſt locũ eẽ infinitum, & vt totum addatur in potentia in infinitum, & ſic poterit exire in actũ: ſed quia hoc nõ eſt, imo generatio alicuius eſt corruptio eius, ex quo generatur: iõ non ſequitur ex hoc illud, quod exiſtimabãt ſequi.

Amplius tangere, & finitum eſſe alterum eſt. illud enim ad aliquid eſt, & alicuius (tangit enim omne aliquid) & finitorũ alicui accidit. finitum autẽ non ad aliquid eſt. neq; tãgere cuiuſuis quoduis eſt.

Et ẽt intẽtio cõtactus eſt alia ab intẽtione infiniti. cõtactus enĩ eſt in reſpectu alicuius. ſi enim aliq̃d tangit aliq̃d, & hoc accidit quibuſdã finitis. finita autẽ non in reſpectu dicũtur. neq; quodlibet tangit quodlibet.

Hæc eſt rõcinatio, in qua dictum eſt ꝙ corpus finitũ finiť ꝑ ſuã continuationẽ cũ alio corpore, & iſtud aliud cũ alio. ſi igiť corpora neceſſe eſt vt finianť in aliquid, neceſſe eſt vt totũ ſit infinitũ. Et incœpit declarare deceptionem in hac rõcinatione, accipiť enim in ea loco cõtactus finitas, & dixit Et etiam, &c. i. & iſtud, quod ſequitur in contactu, nõ ſequitur in finitate: contactus enim aliud eſt à finitate: cõtactus enim dr̃ in reſpectu alterius: finitas autẽ rei dr̃ in reſpectu ſuipſius. vnde dr̃ ꝙ corpus finitũ eſt illud, qud cõtineť ab vno termino, aut terminis, quæ ſunt ſuæ ſuperficies, non ſuperficies corporum extraneorum. Et, cum declarauit ꝙ finitas nõ eſt cõtactus, declarauit etiam ꝙ nõ eſt neceſſe vt omne finitum tangat. &, ſi, ſiue per ſe, ſiue per accidens alterum iſtorũ eſſet verum, ratiocinatio eſſet vera. & dixit et hoc accidit qbuſdam finitis. i. et hoc, ſ. cõtactus accidit quibuſdam rebus finitis. oẽ enĩ tangens eſt finitum, ſed nõ omne finitum eſt tangens. Deinde dixit finita aũt, &c. i. ſed nõ omne corpus dicitur in reſpectu alicuius. quod enim dicitur in reſpectu eſt pars totius. &, ſi omne corp[9] diceret in reſpectu eius, à quo cõtinetur, & quod tangit, tunc non eſſet illic totum omnino. &, cum totum nõ fuerit, nõ erit pars. Et iſta ratiocinatio, vt mihi videtur, eſt cõmunis, cũ non ſit manifeſtũ per ſe hoc, ſed hoc declarabitur proprie, cum fuerit declaratum ꝙ extra mundum non eſt vacuum, neq; plenum, i. & non omne tangens habet naturam tangendi quodlibet, res enim non tangit, niſi illud, quod eſt ſuũ totũ naturaliter, nõ. n. quodlibet tangẽs tangit quodlibet, nedum vt quodlibet ſit tangẽs. Et apparet quòd corpus circulare non eſt innatum tangere, cum ſit completum per ſe: & quòd corpus rectum eſt natum tangere, cum ſit finitum, & completũ per aliud: & hoc inuenitur in corpore circulari, & in elementis, vt poſt declarabitur.

74

Cõtactus dr̃ reſpectu alterius, ſed finitas dr̃ in reſpectu ſuipſius.

Oẽ tangens eſt finitũ, & nõ oẽ finitũ eſt tangens.

Documẽtũ.

Corp[9] circulare nõ ē innatũ tãgere, cũ ſit cõpletũ ꝑ ſe, ſed corp[9] rectũ ē innatũ tãgere, cũ ſit cõpletũ, & finitũ per alterũ. Idem. 4. phy. cõ. 45.

Intellectione aũt credere incõueniẽs eſt. nõ enim in re ſuperabundantia, & defectus eſt, ſed in intellectione. vnumquẽq; enĩ noſtrum intelliget vtiq; aliquis multo maiorẽ ſeipſo, augmẽtans in infinitum. ſed nõ propter id extra vrbem q̃ſpiam eſt, extra ve tantillam magnitudinem, quam habemus, qm̃ intelligit aliquis, ſed qm̃ eſt. hoc aũt accidit. Tempus aũt, & Motus infinita ſunt, & Intellectio, non permanẽte accepto. Magnitudo aũt, neq; diuiſione, neq; intelligibili augmẽ-

tatione

tatione eſt infinita. Sed de Infinito quidem quomodo eſt, & quomodo non eſt, & quid eſt, dictum eſt.

Et nõ eſt rectum etiã credere illud, quod imaginatur imaginatione. additio enim, & diminutio nõ erit tunc in re, ſed in imaginatione. poteſt enim quis imaginari ꝙ vnuſquiſq; noſtrum creuit multotiens in infinitũ ſuper quãtitatem, in qua ſumus. ſed nõ ſequitur, ſi aliqs imaginatur hoc in nobis, vt nos ſimus extra ciuitatem, ſed, cum erimus ſic, accidet hoc nobis. Tẽpus autẽ, & Motus ſunt infinita, & ſimiliter Imaginatio abſque eo, ꝙ id, quod inuenitur ex eis, ſit fixum. Menſura autem neq; ſm diminutionem, neque ſm additionẽ per imaginationem erit infinita. Iam igitẽ diximus de Infinito quomodo eſt, & quomodo non eſt, & quid eſt.

75 Imaginatio facit credere infinitum, in actu eſſe, & in potentia, in vero, ſ. & in falſo. in vero quidem, quia poſſibile eſt imaginari infinitum in additiõe numerorum, & in diminutione menſuræ, in falſo verò quia poſſibile eſt imaginari mẽſurã creſcere, ſicut diminui. in eo aũt, quod eſt in actu facit credere, vt dictũ eſt ſuperius. nõ enim poſſumus imaginari extra mũdũ, niſi corpus, aut vacuum: et illud vacuum, aut corpus, ſi ponatur finitum, tũc nõ poſſumus imaginari extra ipm, niſi aut vacuũ, aut corpus, ex quo exiſtimatur ſequi ꝙ extra mundum eſt corpus infinitum, aut vacuũ, aut corpora infinita: & vbi imaginatur vacuũ, poſſe eſt vt vt in eo ſit corpus: ergo, ſi vacuum fuerit infinitũ, corpus erit infinitũ. immo neceſſariũ hoc eſt. poſſibile enĩ vt dicit Ariſt. in æternis eſt neceſſariũ. Et, cũ imaginatio facit hoc, incœpit declarare ꝙ multa ſunt, quæ non poſſunt imaginari, & multa imaginanẽ, quæ nõ ſunt. & dixit Et non eſt rectum ẽt, &c, i. & nõ eſt rectũ credere ꝙ eẽ ſequiẽ imaginationẽ, augmẽtũ. n. & diminutio, quæ pñt imaginari in rebus exiſtentibus, in qbus impoſſibile eſt additionem eſſe, aut diminutionẽ, non ſeqtur imaginationẽ, immo illud, quod eſt in imaginatione, non eſt niſi in aĩa tñ. v. g. qm̃ poſſibile eſt vt aliquis imaginetur ꝙ vnuſquiſq; noſtrũ creſcat plus ſua quantitate naturali, ſed non ſequitur ex illa imaginatione vt ſimus in hac diſpoſitione magnitudinis. Et dixit ſed non ſequitur, &c. forte intendit, ſed, ſi aliquis imaginetur hoc in nobis, ſ. vt ita ſimus magni, adeo, ꝙ ſimus extra ciuitatem, non ſequitur ex hoc vt ſimus extra ciuitatem. Et forte eſt defectus in lib. & ſic debet legi. & ſimiliter poteſt quis imaginari nos eſſe extra ciuitatem, ſed nõ ſequitur ex ſua imaginatione nos eſſe extra ciuitatem, ſed, cum fuerimus extra ciuitatẽ, tunc imaginatio illius erit vera, & erit accidens enti. & hoc intendebat, cum dixit ſed, cum fuerimus ſic, accidet hoc nobis, i. ſed, cum fuerimus extra ciuitatem, accidet vt imaginatio ſit talis. imaginatio enim ſequitur ens, ſed non ens imaginationem. D. d. Tẽpus autem, &c. i. tempori autẽ, & motui accidit ꝙ ſunt in ſe infinita, & ſimiliter imaginatio eorum. ſed illud, quod inuenitur de infinito in eis, non eſt fixum, i. exiſtens in actu. hoc enim eſt impoſſibile, ſed eſt ſucceſſiuum. D. d. Menſura vero, &c. i. menſura vero non eſt infinita in additione, & diminutione propter hoc, ꝙ imaginatur diminui, & creſcere in infinitũ, ſed in hoc, quod eſt infinita in diminutione, conueniunt eſſe, & imaginatio per accidens. & in hoc, quòd eſt infinita in additione, nõ conueniunt, vt declaratum eſt ſuperius. ex imaginatione igitur non poteſt quis iudicare uero iudicio eſſentialiter ipſam diminui in infinitum, aut creſcere, ſed, ſi iudicauerit ipſam diminui, erit verum iudicium per accidẽs, &, ſi iudicauerit ipſam creſcere, erit falſum ſimpliciter. Et, cum compleuerit ſermonem de infinito, dixit Iam igitur diximus, &c. i. iam igitur diximus quõ eſt infinitum, i. in potentia, & quomodo nõ eſt, i. in actu, & quid eſt, i. & iam definiuimus ipm ſic, ſ. qm̃ eſt illud, extra quod ſemper eſt aliquid.

Poſt. vt dicit Ariſto. in æternis ẽ neceſſariũ. Idẽ 1. phy. 12. & quæ ibi.

Pria expõ.

Secunda.

Imaginatio ſeqt ens, & nõ ens imaginationem.

Epilogus.

ARISTOTELIS
DE PHYSICO AVDITV LIBER QVARTVS,
cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

In Prima agitur de Loco. In Secunda de Vacuo. In Tertia de Tempore.

Summæ Primæ Caput Primum, in quo famoſæ afferũtur rõnes, tum affirmantes, tum negantes Locũ eſſe.

Similiter autẽ neceſſe eſt Naturalem & de Loco, ut & de infinito, cognoſcere ſi ẽ, an non, & quõ eſt, & quid eſt. Etenim quæ ſunt, oẽs exiſtimãt alicubi eſſe, quod vero non eſt, nuſq̃ eſſe. vbi enim eſt Hircoceruus, aut Sphinx? Atque motuũ cõmunis maxime, maximeq; proprius ſm locum eſt, quem vocamus Lationem.

Et oportet Naturalem cõſyderare de Loco, ſicut de infinito, donec ſciat utrũ ſit, aut nõ, & quõ, & quid ſit. Hoĩes enim opinãtuẽ entia eẽ in ubi. quod eni nõ eſt, nõ eſt apud eos in loco. Hircocerуus enim, & Chimera nõ hñt ubi. Et q a cõĩor motuum, & manifeſtior eſt ille, qui eſt in loco, q dr̃ Trãſlatio.

INtendit in hoc tractatu perſcrutari de Loco, & Tẽpore quid ſit ſubſtãtia vtriuſq;. illa enim eſſe manifeſtũ eſt per ſe. ſed apud perſcrutationem de natura eorum accidũt in hoc quæſtiones. Et poſt perſcrutationẽ de loco perſcrutabitur de Vacuo etiam, vtrum ſit, aut non: quia aſſimilatur loco: & quia exiſtimatur eſſe locus, in quo non exiſtit corpus. Et primo incœpit perſcrutari de loco, & incœpit in hoc notificãdo quæ ſunt cõſyderanda de loco, et dixit Et oportet Naturalẽ conſyderare, &c. & intendit quòd Naturalis debet cõſyderare de vtroq;. vtrunq; enim eſt conſequens corporis naturalis. Deinde dixit vtrum ſit aut non. [a] Et non intendit perſcrutari de ſuo eſſe ſm demonſtrationem, ſed ſm dialecticam: [b] locũ enim eſſe notũ eſt p ſe. et, cũ perſcrutatur ſm dialecticam de quiditate eius, occurrunt hic quæſtiones, quæ faciunt dubitare in ſuo eſſe. 1

a Documentũ primum.

b Ariſt. nõ ĩtẽdit perſcrutari de eẽ loci ſm demõſtrationẽ, ſed ſm dialecticã qa locũ eſſe: eſt notum p ſe, &c.

Deinde

Deinde dixit et quõ, i. vtrum ſit de genere entium per ſe, aut de genere entium per aliud. & quid ſit, intendit definitionem, & ſubſtantiam. Et, cum narrauit quòd oportet Naturalem perſcrutari de loco, incœpit dare cauſam famoſam cogentem ad perſcrutationẽ de hoc, & dixit Homines enim, &c. id eſt & oportet perſcrutari de loco, quoniam Antiqui opinabãtur ipſum eſſe neceſſarium in eẽ cuiuslibet entis. & cauſa illi⁹ opinionis eſt, qa, cum viderunt q illud, qd nõ eſt ens, vt Chimera, & Hircoceruus non eſt in loco, exiſtimauerunt quòd ſequitur ſm cõuerſionem quòd omne, quod eſt ens, eſt in loco. ſed declaratum eſt in Logica, q non tenet iſta cõuerſio. ſunt. n. entia, quæ nõ ſunt in loco. Et, cum dedit cauſam famoſam cogentem ad perſcrutandum de loco, dedit in hoc cauſam naturalem, & dixit, Et quia cõmunior motuũ proprie, &c. i. & cauſarum cogentium ad perſcrutandum de loco eſt, q ineſt motus localis, qui eſt communior motuum, ſcilicet extra quem nullum ens eſt naturale, & prior eorum, ſ. ſm tẽpus, & cauſam. & poſt declarabitur q neceſſarius eſt locus. & cũ Naturalis habet pſcrutari de motu, oportet ipſum etiam perſcrutari de loco.

Quomodo mot⁹ localis eſt cõior oĩ motu, & prior ſm tps. & ſ'e cãm. vide 8. phy. a. t. c. 55. uſq ad. t. cõ. 61.

Habet autem multas dubitatiões quidnã ſit Locus. non enim idem videtur ſpeculantibus ex omnibus, quæ inſunt. Amplius autẽ neq; habemus quicquam ab alijs, aut ante dubitatum, aut prius traditum de ipſo.

Et in intentione Loci, qd ſit, ſunt multæ qõnes. nõ enim in quacũq; parte inſpexerimus ipm, iueniemus ipm vnũ. Et euã nõ habemus ab alijs prædeceſſoribus aliquid dubitatum, neq; aliquid inuentum de ipſo.

2 Cum narrauit q oportet Naturalẽ pſcrutari de loco, et dedit cauſam in hoc, incœpit narrare difficultatẽ cognitionis loci, & declarare cãm in hoc, & dixit Et in ĩtentione, qd ſit locus, ſunt multæ qõnes, i. in ſcire definitionẽ, & qditatem loci ſunt multæ qõnes, & maxĩa difficultas. Deinde dedit cauſam in hoc, & dixit nõ enim in qcunq; parte, &c. i. & cã difficultatis qditatis eius eſt, qa, cũ cõſyderabimus de illo, nõ iueniem⁹ ipm vnũ dictũ vniuoce in oĩbus corporib⁹ naturalib⁹, ſed qſi dictũ mõ dubitatiuo. [a] & ſcire qditatẽ hmõi entiũ eſt difficile, qa appropinquat ei, quod nõ hẽt cõem naturã: & ideo latet. & definitio cõis declarat hanc naturã cõem, & hmõi definitiones difficile inueniunt p regulas dãtes definitionẽ, quæ ſunt diuiſio, & cõpoſitio, & demõſtratio. [b] Aut intẽdit q cõſyderare de loco inducit cõſyderantem ad res diuerſas de diſpõne eius. ſunt enim aliqua, quæ faciunt exiſtimare in ipſo res diuerſas, vt poſt declarabitur. Et, cum dedit cauſam ex ipſa re, dedit aliam cauſam extrinſecam facientem etiã ſcire quiditatem loci eſſe difficilẽ, [c] & dixit Et etiam non habemus ab alijs præcedentibus, &c. i. & etiam cõſyderare de loco erit difficile, quia nihil inuenimus in ipſo dictum à præcedentibus, neq; aliquid, quod faciat dubitare in eius eſſe, neq; aliquid inuentum de cognitione ſubſtantiæ eius.

Prĩa expõ.

a Scire qditatẽ hmõi entiũ, quæ multiplr dñr, eſt difficile: & definitiones talia difficile inueniunt p regulas dantes definitionẽ, quę ſt cõpõ, diuiſio, & demõſtratio. vide. 6. meta. cõ. 1. &. 1. de aĩa. cõ. 5. de regulis definitionis.

b ſecũda expoſitio.

c Vide. 2. meta. t. c. 4.

Quod igitur locus ſit, videtur manifeſtũ eſſe ex translatione. vbi nãq; nunc eſt aqua, hinc egreſſa tanquam ex vaſe, iterum aer ineſt: aliquando autem eundem locum hunc aliud aliquod coporum obtinet. hoc autem ab ijs, quæ inſunt, & transferuntur, omnibus alterum eſſe videtur. in quo enim aer nunc eſt, aqua in hoc prius erat. quare manifeſtum eſt quòd locus, & regio aliquid erat diuerſum ab vtriſque, ad quam, & ex qua transferebantur.

Et exiſtimatur quòd manifeſtum eſt locum eſſe aliquid ex mutatione, & trãslatione. vbi enim nunc eſt aqua, illic, quando exit aqua, eſt aer. verbi gratia quando aqua exit à vaſe, erit etiam ibi aer: & forte ſecundum hunc modum erit ibi aliquod corpus aliud. & exiſtimatur hoc eſſe aliud ab omnibus rebus, quæ ſunt, & transferuntur in ipm. illud enim, in quo modo eſt aer, prius erat in ipſo aqua. declaratũ eſt igitur ex hoc locum eſſe aliquid aliud à duobus, ſ. illud ad quod, & à quo ſuccedunt.

3 Cum declarauit cãm, propter quam oportet Naturalẽ cõſyderare de loco, & declarauit cãm difficultatis, quæ eſt in cognitione ſubſtãtiæ eius, incœpit numerare res famoſas faciẽtes locum eſſe, deinde poſt hoc numerauit res famoſas ẽt, quę faciũt dubitare in eẽ eius, vt eſt eius mos, ſ. in pordinando ſermones logicos ſermonibus demõſtratiuis, quæ hñt cũ cognitione rei diſſolutionẽ illorũ ſermonũ cõtrariorum. Et dixit Et exiſtimatur q manifeſtum eſt, &c. i. & apparet locum eẽ ex mutatione ſm trãslationẽ, ſ. permutationem corporum ſuccedẽtium in ipſo. apparet enim quòd illud vbi eſt aqua, quando recedit ab eo, ſuccedit illi in illo vbi aer, aut aliud corpus, vt accidit in vaſe, q, cum ab eo exit aqua, ſuccedit ei aer, aut aliud corpus. & hoc intẽdebat, cum dixit vbi enim eſt modo aqua, &c. i. apparet. n. q vbi inuenit aqua, illic, qñ exit aqua ab eo, ſicut ſi exit à vaſe, iuenit aer. D. d. & forte hoc modo erit illic aliquod corpus aliud, i. et forte ſm ſucceſſionẽ veniet in hũc locum, in quo fuit aqua, aliquod corpus aliud ab aere. D. d. exiſtimatur igitur, &c. i. ſcitur igitur ex ſucceſſione, cuius cauſa eſt translatio, quòd locus eſt aliud à rebus ſuccedentibus in ipm. manifeſtũ eſt enim quod illud, in quo modo eſt aer, tã in eo erat prius aqua: & ipſum eſt fixum, & recipiens ſucceſſionem iſtorum duorum corporum: & hæc duo corpora non ſunt fixa, ſed ſucceſſiua: ergo eſt aliud neceſſario à corporibus accidentibus. & hoc quod dixit, cum hoc, quod eſt famoſum, eſt notũ per ſe ẽt. D. d. declaratum eſt igitur ex hoc, &c. i. declaratum eſt igitur ex hac conſyderatione locũ eſſe aliquid aliud ab illis duobus, quæ ſuccedũt ſibi in illo, & eſt illud, ad quòd trãſferuntur, & in quo ſuccedunt ſibi.

Conſuetudo ſuit Ariſt. dialecticos ſmones demõſtratiuis pponere. Vide cõliſe. 2. de aĩa. cõ. 116. & in. 3. meta. c. 1. vide hic infra. c. 51. Sed vide oppoſitũ. 1. cœ. c. 2. vi de ſoſonem. cõ. 85. primi de cœlo.

Amplius aũt lationes phyſicorum corporũ, & ſimplicium, vt ignis, & terræ, & taliũ non ſolũ oſtẽdunt q eſt aliqd locus, ſed q et habet quandã potentiã. fertur enim vnumquodq; in ſuum locum, non prohibitũ, illud quidem ſurſum, hoc vero deorſum. hæc aũt ſunt loci partes, & ſpẽs, ſurſum & deorſum, & reliquæ diſtantiarum ſex.

Idẽ. 1. phyſi. t. 54. & 2. cœli. tex. 9.

Loci partes, & ſpẽs. Idẽ 3. phyſi. 2. c. 54. & 2. cœ. t. c. 9. & in hoc tex. ſeq.

Et modi translationis corporum naturalium ſimplicium, verbi gratia translationis ignis, & terræ, & ſimilium ſignificãt cũ hoc, quòd ſignificant locum eſſe aliquid, & ipm

habere etiam aliquam potẽtiam. quodlibet enim eorum transfertur ad ſuum locũ, quẽ habet, niſi impediatur ab aliquo. hoc igitur transfertur ſuperius, & hoc inferius. & iſtæ ſunt partes loci, & ſpecies illius, ſ. ſuperius, et inferius, & aliæ partes.

4 Ex hoc ẽt apparet ꝙ loc⁹ eſt aliquod ens aliud à corporibus localibus. & apparet ex eo etiam ipſum habere potentiam naturalem cõuenientem ei, quod mouetur ad ipſm: et, ſi nõ, tunc corpora nõ mouẽtur ad ipſm. & apparet ex eo etiam tertium, qm̃ diuidiť in ſpẽs contrarias. et hoc apparet, ſicut dixit, ex cõſyderanõe modorum translationis corporum ſimplicium trãslatione naturali, vt ignis ſuperius, & terra inferius, & aer ſuper aquã, & ſub igne. apparet enim intuẽtibus hoc, quòd illud, quod terra quærit per ſuum motum ad inferius, eſt locus illi conueniens, & ſimiliter illud, quod ignis quærit per ſuum motum ad ſuperius. Et apparet ex hoc, quòd locus eſt perfectio moti ad ipſum. & hoc intendebat, cum dixit ipſum habere potentiam, i. qm̃ apparet ex motu terræ ad inferius, & ignis ad ſuperius, quod quęrunt per iſtum motum, vbi conueniens ſibi, quæ conuenientia non eſt, niſi per potentiam naturalem exiſtentem in illo vbi. D.d. & hoc transfertur ad ſuperius, &c. i. & appãret etiam ex hoc, ꝙ vnũ corpus ſimplex transfertur ad ſuperius, & aliud ad inferius, quod ſupius, & inferius ſunt partes loci, in quas diuiditur, ſm quòd genus diuiditur in ſuas differẽtias ſpecificas. & quaſi d. ſunt partes loci, quæ ſunt ſpecies illius. & addit hoc, ne aliquis intelligat per partes, partes ſm quantitatem, non ſm formam. & intendit per ſex partes, ſurſum, & alia.

Sunt aũt talia nõ ſolũ ad nos dextrũ & ſiniſtrum, atq; ſurſum et deorſum. nobis. n. non ſemp idẽ, ſed ſm poſitionem, ut cõuertimur, fiunt. idcirco idem crebro dextrũ & ſiniſtrũ eſt, & ſurſum & deorſum, & ante & retro. In natura aũt determinatũ eſt ſeorſum vnumquodq;. nõ eni quodcunq; cõtingit ſurſum eſt, ſed quo fertur ignis, & leue. ſilr vero & deorſum, non quodcũq; cõtigit, ſed quo habẽtia grauitatẽ, & terrea, tanq̃ nõ poſitione dr̃ia ſolũ, ſed & potentia. Oñdunt aũt & Mathematica. cũ enim nõ ſint in loco, tamẽ ſm poſitionem ad nos hñt dextra, & ſiniſtra (vt ſolum intelligatur ipſorum poſitio) non habentia natura horum vnumquodq;.

Et iſta, & eis ei ſimilia nõ ſunt in reſpectu ad nos, ſcilicet ſuperius & inferius, & dextrum & ſiniſtrum. non enim vnum eorum eſt vnum ſemper in reſpectu ad nos. pars. n. nõ eſt apud nos ſemper vnam, ſed eſt ſm ſitum ſm motum noſtrum. & ideo forte idem in nobis erit dextrum & ſiniſtrum, & ſuperius & inferius, & ante & retro. Sed vnumquodq; iſtorum diſtinguitur per naturam. ſuperius enim non eſt quilibet locus, ſed locus, ad quem transfertur ignis, & leue, & ſimiliter etiam inferius, nõ quilibet locus, ſed ille, ad quem transfertur graue, & corpora terreſtria. Manifeſtum eſt igitur ex hoc ꝙ diuerſitas eorum nõ eſt ſolummodo in ſitu ſed in loco, & in potentia. Et hoc ſignãt diſpoſitio Mathematicorum. v. g. triangulus. quoniam, & ſi non ſunt in loco, tamẽ ſm ſuũ ſitum, quãdo comparãtur ad nos, inuenitur in eis dextrum, & ſiniſtrum. ſed ſitus eorum eſt opinabilis tm̃, non quia habent in ſua natura quodlibet iſtorum.

Cum declarauit ꝙ ex hoc, quod ſupius, & inferius apparent, apparebit natura ſpecierum loci, & ſuperius & inferius ſunt duobus modis: alia enim ſunt, quę ſunt in reſpectu ad nos, abſq; eo, quod habẽt eſſe extra animam in ſe, & alia ſunt, quæ ſunt habentia eſſe naturaliter: incœpit declarare quòd ſuperius & inferius, quæ ſunt ſpecies loci naturalis, non ſunt illa, quæ ſunt in reſpectu ad nos, & dixit, Et iſta, & eis ſimilia, &c. id eſt & iſtæ partes non ſunt partes, quæ dicuntur in reſpectu ad nos. Deinde. d. pars enim, &c. i. pars enim, quę eſt in reſpectu, non eſt vnum exiſtens naturaliter, ſed eſt ſm noſtrum ſitum, i. ſm illud, quod eſt in nobis, in reſpectu ad nos, eſt ſm locum rei ad nos. quoniam, ſi fuerit verſus caput, erit ſuperius, &, ſi uerſus pedes, dicetur eſſe inferius. D.d. & ideo forte, &c. i. quia iſtæ partes non ſunt in ſe res exiſtentes, ſed ſunt diſpoſitiones collatæ ad nos, forte accidit eidem vt ſit dextrum, deinde erit ſiniſtrum per mutationem noſtri ſitus in reſpectu ad ipſum, aut per mutationem ſiti in reſpectu ad nos. ſimiliter accidit ei ꝙ quandoq; ſit ſuperius in reſpectu ad nos, & qñq; inferius, & qñq; ante, & qñq; retro. iſtę enim partes non ſunt exiſtẽtes in ſe, ſed ſunt collationes dictæ in reſpectu ad nos: & collatio diſtinguitur per trãſmutationem vtriuſq; collatorum. D.d. Sed quodlibet iſtorũ eſt diſtinctum per naturam, i. & iſtæ partes naturales non ſunt collatæ ad nos, ſed quælibet earum eſt diſtincta naturaliter. ſuperius enim naturale nõ eſt quælibet pars, ſed pars, ad quã transferť ignis, et vlr corpus leue. & ſimilr inferius non eſt quęlibet pars, ſed pars, ad quam transferť terra, & vlr corpora grauia. D.d. Declaratũ eſt igiť ex hoc, &c. i. & declaratum eſt igitur ex hoc, ꝙ corpora contraria ſm naturã mouentur ad iſta loca contraria in loco. qm̃ iſta loca ſitus nõ ſunt cõtraria in loco tm̃, ſ. qa ſunt in duobus extremis vnius lineæ rectæ longiſſimæ, ſed & cũ hoc ſunt contraria ſm potentiam. res enim, quarũ ſubſtantiæ ſunt ſimiles cõtrarijs, hñt ſubſtãtias cõtrarias aliquo modo. D.d. Et ſignãt hoc diſpoſitio Mathematicorum, i. & dr̃ia, quæ videť inter partes, quæ ſunt in rebus naturalib⁹, & in rebus mathematicis. qm̃ mathematica non hñt potentiã ad partem, et naturalia habent hoc, ſ. ſignificat ꝙ partes rerum naturalium non ſunt ſm poſitionem, nec loca eorum ſunt per exiſtimationẽ, ſicut eſt diſpoſitio in rebus mathematicis. †{& ſic nõ eſſet} differẽtia inter corpora naturalia, & mathematica. D.d. ſed ſitus eorũ, &c. i. ſed & partes exiſtentes ĩ corporibus mathematicis nõ ſunt partes exiſtentes in eis extra intellectum, ſm quòd ſunt mathematica, ſicut eſt diſpoſitio in corporibus naturalibus, ſ. qm̃ in eis inueniuntur partes ſex diſtinctæ ſm naturam: & hoc in aĩato, in inaĩato vero nõ inueniunť hęc, ſed ſunt res, quæ exiſtimanť in eis æſtimatione tantũ, ita, ꝙ extra animam non ſunt ſicut ſunt in anima. Et eſt intelligendum de hoc, quod dixit in eis, quæ ſunt præter ſupius, & inferius, qm̃ ſunt diſtincta naturalr. qđ itẽdebat p hoc, ſm ꝙ ſunt ptes, nõ ſm ꝙ ſunt vbi, qm̃ non ita de ſuperiori, & inferiori, inueniť enim in eis 5

Res, quarũ ſubę ſũt ſiles cõtrarijs, habẽt ſubas cõrias aliquo modo.

† a.l. & ſi nõ, nõ eẽt.

Dr̃æ loci naturalr ſũt diſtinctæ ĩ aĩatis, ſed in inaĩatis non inueniuntur extra aĩam, ſed in imaginatione tm̃. Idẽ. 3. phyſi. c. 54. & 2. cæli. nono.

Com. 50.

eis aliquod diſtinctum, ſm q̄ eſt vbi, et ſm q̄ eſt pars. & iam expoſuimus hoc in capitulo de infinito, vbi numerauit differentias loci naturales, & quòd intendit q̄ iſtæ partes ſex non ſunt diſtinctæ in mundo, ſed in cœlo, ſm quòd eſt animatum.

Vacuum.

Amplius, vacuum affirmãtes eſſe, locum eſſe dicũt. Vacuum enim locus erit vtiq́, priuatus corpore. Quod igiť aliquid ſit locus p̃ter corpora, & omne corpus ſenſibile in loco, per hæc aliquis exiſtimabit. Videbiť aũt vtiq́, & Heſiodus recte dicere, cũ fecit primum ipſum Chaos. dicit enim Omniũ quidem primum Chaos factum eſt, ſed poſtea terra lata. quaſi oporteret primum, fuiſſe receptaculum ijs, quæ ſunt, ppterea quòd putabat, quemadmodum multi, eſſe omnia alicubi, atque in loco.

Et etiam dicentes vacuum eſſe, dicunt locũ. Vacuũ enim eſt locus ſine corpore. Ex his igiť exiſtimať locus eſſe aliud à corporibus, & q̄ omne corpus ſenſibile eſt in loco. Et exiſtimatur q̄ Home. bene dixit in ſuis verſibus, q̄ Inane fuit primo. & ſermo eius eſt talis. In principio fuit Inane, & poſtea terra ampla, & ſpacioſa. & dixit hoc, quia intendebat q̄ primo neceſſe eſt locũ eſſe entibus, q̃a exiſtimabat illud, quod uulgus exiſtimat, ſ. q̄ oĩa entia ſunt in aliquo vbi, & loco.

6 Iſta eſt Tertia, famoſa ratio ẽt. & accidit ei quòd fuit vera, ſicut accidit duabus præcedẽtibus q̄ fuerũt, cum hoc, quòd fuerunt famoſæ, veræ etiam. dicere enĩ vacuum eſſe, & quòd eſt locus ſine corpore, eſt famoſum propter exiſtimationem, & eſt neceſſarium in exiſtimatione eis, qui generant mundum ſm totum, ſ. exiſtimare vacuum p̃cedere. neceſſe eſt enim vt locus p̃cedat corpus: &, cum totum eſt generatum, ſequitur vt vacuum præcedat gnerationẽ totius. Et ideo Loquentes noſtræ legis dicunt vacuum eſſe, quia generant mundum, & quia exiſtimatio hmõi eſt cõmunis oibus generantibus mundum ſm totũ, ideo dixit Homerus q̄ Inane, i. vacuũ fuit primo, &c. D. d. & dixit hoc, q̃a intendebat, &c. i. et iſte verſificator dixit hoc, quia exiſtimabat illud, quod vulgus exiſtimat, ſ. quòd entia omnia indigent loco, quia exiſtimant, q̃m, cum id, quod non eſt eñs, nõ eſt in loco, ſequitur q̄ illud, quod eſt ens, eſt in loco. Et iſta eſt quaſi Quarta ratio famoſa. & accidit ei q̄ fuit falſa. & hoc eſt vnum eorum, quæ mouerunt Homerum ad dicendum hoc. tamen maxime induxit ipſum ad hoc exiſtimatio cõis oibus, ſ. q̄ vacuum debet præcedere generationẽ mũdi. et hoc eſt vnum eorum, quibus Ariſt. deſtruxit corpus generari ſimplr. q̃m ſequereť vacuũ p̃cedere ipm̃, & vacuum eſſe apud ipſum eſt famoſum.

Vacuũ eẽ eſt famoſum pp̃ exiſtimationẽ, & neceſſariũ eis, qui generãt mũdũ ſm totũ.

Si aũt tale eſt, mirabilis quædã erit loci potentia, & prior omnibus. ſine quo nanq́ nullum aliorum eſt, illud autem ſine alijs, neceſſe eſt primum eſſe. non enim perit locus, ijs, quæ in eo ſunt, corruptis.

Si igitur iſta eſt diſpoſitio loci, mirabilem habet potentiam, q̃m præcedit omnia entia. illud enim, extra quod impoſſibile eſt vt alia ſint, & põt eſſe ſine illis, neceſſe eſt vt ſit primum. locus enim non corrumpitur cũ corruptione eius, quod eſt in eo.

7 Si igitur diſpoſitio loci eſt talis, ſ. quia eſt neceſſarius in eſſe oĩum entium, vt Antiqui dicebant, mirabilem habet potentiam. eſt enim prior naturaliter oĩbus entibus. alia enim entia ſm hoc non pñt eſſe ſine ipſo, ille vero põt eſſe ſine illis: & quod eſt tale eſt prius naturaliter. Et ſic debet legi. & põt eſſe ſine illis. q̃m locus non corrumpitur per corruptionem eius, quod eſt in eo: ergo neceſſe eſt vt ſit primum, i. prior naturaliter, non ſm naturam, ſed ſm tempus.

Illud ẽ prius nãlr, qđ põt eẽ ſine alijs, & alia non ſine ipſo. Idẽ 5. meta. cap. de priori.

At vero dubitationem habet, ſi eſt, quid eſt, vtrum moles aliqua corporis, aut quædã altera natura. Quærendum enim eſt genus ipſius primum. Diſtantias igitur habet tres, longitudinem, & latitudinem, atq́ profunditatem, quibus determinatur corpus omne. impoſſibile autem eſt corpus locum eſſe. in eodem enim eſſent vtiq́ duo corpora.

Loci dimẽſiones tres.

Sed in ipſum eſſe ſunt loca dubitabilia, quæritur enim vtrum ſit corpus, aut alia natura. Perſcrutãdum eſt enim de ſuo genere, primo q̃d ſit. Dicamus igiť q̄ locus hẽt tres Dimenſiones, longitudinis, ſ. & latitudinis, & pfunditatis, & iſta terminãt q̃lĩbet corpus. & eſt impoſſibile locũ eẽ corpus. ſequiť enim duo corpora eſſe in eodem loco.

8 Cum induxit rõnes famoſas in eſſe loci, incœpit numerare etiam res famoſas negantes ipm̃ eſſe, & dixit Sed in ipſum eſſe ſunt loca dubitationis, Deinde incœpit numerare illa, & dixit quæriť. n. &c. i. quæriť enim vtrum corpus ſit, adeo, q̄ corpus ſit locus corporis, ſ. adeo, q̄ ſit aliquod corpus, quod dicitur in reſpectu alterius corporis. locus enim eſt locus locati, aut eſt alia natura à corpore. Quoniã primo oportet perſcrutari de genere, ſub quo collocatur locus, quid ſit. res enim, quæ ſunt ignoratæ definitionis, perſcrutandum eſt primo de genere earum, & poſt de differentia, q̃n vtraq́ pars definitionis fuerit ignorati eſſe, ſ. genus, & differẽtia: ſicut eſt diſpoſitio in loco. Deinde icœpit perſcrutari de hoc, & di. Dicamus, &c. id eſt dicamus igitur, quoniam exiſtimatur locus eſſe corpus non aliud, quoniã exiſtimatur quòd locus habet tres dimenſiones, longitudinem, ſ. & latitudinem, & profundum: & omne, quod habet tres dimenſiones, eſt corpus: ergo locus eſt corpus. Deinde induxit impoſſibile, quod ſequitur ex hac poſitione, & dixit ſed eſt ĩpoſſibile vt ſit corpus, &c. i. ſed eſt impoſſibile locum eſſe corpus. cõtingit enim duo corpora eſſe in eodem loco ſm penetrationem: q̃m continget vt dimenſiones corporis locati penetrent dimẽſiones loci. quod eſt impoſſibile.

Res, quæ ſũt ignoratæ definitionis perſcrutandũ ẽ, prĩo de genere earum, & poſt de dĩa, q̃n vtraq́ pars definitionis ignota fuerit ſ. gen⁹, & differentia.

Oĩ, qđ hẽt tres dimẽſiones, ẽ corp⁹. Idem. 1. cœ. tex. cõ. 2.

Amplius, ſi eſt corporis locus, ac receptaculum, manifeſtũ eſt q̄ & ſuperficiei, & reliquorũ terminorũ. eadem enim cõueniet ratio. vbi nãque erant prius aquæ plana, erunt rurſum quæ ſunt aeris. At vero differẽtiam nullam habemus puncti, & loci pũcti. quare, ſi neq́ ab hoc eſt locus diuerſus, neq́ ab aliorum vllo, neq́ eſt quicquam, p̃ter unũquodq́ horum, locus.

Et etiam, ſi corpus habet locum, manifeſtū eſt ꝙ planum etiam habet locū, & alia vltima, & ꝙ illa eadem ratio ſequitur in iſtis. vbi enim primo fuerunt ſuperficies aquæ, illic etiam ſunt ſupficies aeris. Sed nulla differentia eſt apud nos inter punctum, et locum puncti. ſi igitur locus puncti non eſt aliud q̃ punctus, ergo neque locus alicuius aliorum eſt aliud ab eis, & locus nihil aliud eſt, quàm quodlibet iſtorum.

9 Iſta eſt quaſi ratiocinatio per ſe deſtruens locū eſſe. & incœpit ſermonem à ſyllogiſmo hypothetico continuo, dicente ſi corpus ſit locus, &c. et intendit per planum ſuperficiem, & per alia vltima lineam, & punctū. ſuperficies enim eſt vltimum corporis. Deinde incœpit declarare continuationem iſtius ſyllogiſmi, & dixit vbi enim primo fuerunt, &c. i. illud enim, quod ſequitur ex tranſlatione in hoc, quòd corpus habet locum, idem ſequitur in hoc, quòd ſuperficies habeat locum, & linea, & punctus. Syllogiſmus ſic componitur. Superficies, et vl̃r vltima corporum ita ſuccedūt ſuper idem, ſicut corpus: & omne, quod eſt tale, eſt in loco: ergo ſuperficies, & vltima ſunt in loco. deinde induxit concluſionē, & dixit Sed nō eſt differentia, &c. Et iſta cõcluſio ſequitur ex duabus propoſitionibus hypotheticis, & duabus categoricis. Prima enim hypothetica eſt, quoniam, ſi vltima ſunt in loco, punctus eſt in loco, Secunda vero ſi punctus eſt in loco, locus puncti idem eſt cum poncto. Et iſta continuatio declaratur per duos ſyllogiſmos categoricos, ſcilicet locus puncti eſt punctus: & punctus ſuperponitur puncto: ergo punctus ſuperponitur ſuo loco. Deinde coniungitur huic concluſioni, quòd ſuperpoſita ſunt vnum, & ſequitur vt punctus, & locus eius ſint idem. Deinde induxit alium ſyllogiſmum hypotheticum, & eſt. ſi locus puncti non fuerit aliud à puncto, nō eſt locus alicuius aliorum, ſuperficiei, ſ. & lineæ aliud ab eo. deinde tacuit incõueniens, quod eſt, ꝙ, cū locus rei ſit res, erit res in ſe. quod eſt impoſſibile. Et deceptio eſt in hoc ſermone famoſo, quia accipit illud quod eſt per ſe, in loco eius, quod eſt per accidens. trāſlatio enim ſuperficierum, & vniuerſaliter vltimorum, & vl̃r ſucceſſio eorum ſup vbi, eſt per accidens: quod non eſt ita in corporibus. & ideo non ſequitur, ſi corpus debet habere locum per ſuam tranſlationem, vt etiam ſuperficies habeat, niſi in primo aſpectu, & ſecundum famam.

Documētā. Trāſlatio ſupficierū, & vl̃r vltimorū, et vl̃r ſucceſſio eorū ſup vbi, eſt p accidēs. Idem 4. phy. com. 21.

Quid enim tandē & nos ponemus eſſe locum? neq; enim elementū, neq; ex elemētis, aut corporeis, aut incorporeis eē pōt talem hñs naturā. magnitudinem enim habet, corpus autem nullum. ſunt autem ſenſibiliū corporum elemēta corpora. ex intelligibilibus autem elementis nulla fit magnitudo.

Quid igitur ponetur locus eſſe? impoſſibile enim eſt vt locus ſit elementū, aut aliqd ex elemētis. & iſta natura nō ē de corporeis, neq; de incorporeis. de corporeis qdem pdictum eſt, de incorporeis vero nō, qa habent menſurā, corpus vero nō. & elemēta corporum ſenſibiliū ſunt corpora. & ex intelligibilibus non eſt menſura omnino.

Hæc eſt Tertia ratiocinatio apparens, quæ facit dubitare in eſſe locum. Habet enim aliquis dicere quòd, ſi locus ſit, aut eſt elementum, aut compoſitum ex elemento, & vtrūq; eſt corpus. & locus vniuerſaliter nō eſt de natura corporea, neque de incorporea. de corporea quidem non eſt, quoniam aut erit corpus, aut elementum corporis: ſed non eſt corpus, quia tunc eſſent duo corpora in eodem loco: neq; elemētum corporis, nam elementum corporis eſt corpus. neq; eſt etiam de natura incorporea, verbi gratia intelligibilium. locus enim videtur habere quantitatem, & mēſuram: & nihil, quod eſt de natura incorporea, habet quātitatem: ergo, ſi locus eſt aliquid, non eſt de natura corporea, aut incorporea. quod eſt impoſſibile. & per hoc, quod dixit, quòd habet menſuram, declarat ꝙ non eſt de incorporeis. Et in hoc ſermone eſt ordo præpoſterus, & diminutio, & ſic debet legi, neq; de incorporeis. locus enim habet mēſuram, & incorporea, quæ ſunt intelligibilia, non habent menſuram. corporeus vero nō eſt etiam. quoniam aut eſt corpus, aut elementum corporis: & non eſt corpus, neq; elementum corporis, qa elementum corporis eſt corpus. 10

Nihil, qđ eſt de natura incorporea, habet q̃ātitatē.

Amplius aūt & cuiuſnam ponet aliqs ijs, quæ ſunt, cauſam eſſe locum? nulla enim quatuor cauſarū ipſi ineſt. Neq; enim eſt vt Materia, eorum, quę ſunt. nam nihil ex ipſo conſtitutum eſt. neq; vt Forma, & ratio rerum, neq; vt Finis, neq; Mouet ea, quæ ſunt.

Et etiam propter quid oportet ponere locum entibus. non enim eſt cauſa aliquo modo quatuor. Quoniam nō eſt quaſi Materia entibus. nihil enim videmus conſtitui per illum. neq; eſt etiam quaſi Forma, & ratio rerum, neq; eſt Complementum, neq; etiam Motor, qui mouet entia.

Hæc etiam eſt Quarta ratio, quæ facit dubitare in loco. Et di. etiā, ſi locus ſit, exiſtimatur eſſe aliqua cauſarū entium. quæ igitur cauſa pōt poni de quatuor cauſis? Materia quidē non, qm̄ ex materia eſt conſtitutio entiū, ex loco vero nihil cōſtituiť. & hoc intēdebat, cū dixit nihil enī videmus cōſtitui per ip̄m, ſ. per locum. neq; ēt eſt in entibus quaſi Forma. qm̄, ſi ita eſſet, tūc, qn̄ corpus mutať de loco in locū, corrūperetur. & ipſe poſt perfecte perſcrutabitur de hoc, ſ. ipſum eſſe materiam, aut formā. hoc. n. exiſtimatū eſt, & maxime materia. deinde aūt ꝙ locus non eſt Agens manifeſtū eſt per ſe. & poſt declarabiť ꝙ eſt tanq̃ Finis extrinſeca in corporibus ſimplicibus, non in compoſitis. Et intendit per hoc, quod dixit neq; ēt eſt Cōplemētū, finem, quæ eſt forma. ſ. in re. formæ. n. in rebus generabilib⁹ quodāmodo ſunt formæ, & quodāmō fines, vt pdictū eſt. & locus apparētiæ in hac rōne eſt, qm̄ locus nō eſt de genere cauſarū, ſed de genere ſequentium. 11

Forſ. ī reb⁹ generabilib⁹ qdāmō ſi ſoſæ, & q̇dāmodo nō ſunt fines. Idem. 2. phy. t. c. 70.

Amplius aūt & ipſe, ſi qd eſt eōrū, q̃ ſunt, alicubi erit. Zenonis enim dubitatio quādā rōnem quærit. Si enim oē, quod eſt, in loco eſt, manifeſtū eſt ꝙ & loci locus erit: atq; hoc in infinitum procedet.

Zeno.

Et etiam ſi eſt de entibus, vbi eſt? queſtio enim Zenonis dat aliquā rationē, ſ. ꝙ, ſi omne ens eſt in loco, manifeſtum eſt, quoniā locus habebit locum: & ſic in infinitum.

Iſta

12 Iſta eſt Quinta, & eſt quæſtio Zenonis. & deceptio ē in ea in duobus locis, in maiori, ſ. propoſitione, dicente ꝙ omne exiſtēs in aliquo, eſt in loco, aut quod omne ens eſt in loco. ſecunda autem eſt dicens ꝙ locus eſt in aliquo. iſta enim eſt propoſitio æquiuoca, & dicitur multipliciter: vt poſt declarabit Ariſto. locus enī eſt in aliquo, ſm ꝙ accidens eſt in ſubiecto: et res eſt in loco, ſicut aqua in vaſe. & ideo antequam pſcrutetur de loco, perſcrutandum eſt ſm quot modos dicitur aliquid eſſe in aliquo, ſicut facit Ariſt. poſt.

Tex. 24. Amplius, ſi, vt oē corpus eſt in loco, ſic & omni in loco corpus eſt, q̄uo ergo dicemus de ijs, quæ augmentantur? neceſſe enim eſt ex his augmentari locū ſimul cū ipſis, ſi neq; minor, neq; maior cuiuſq; locus eſt. Propter hæc ergo non ſolum quid eſt, ſed etiam ſi eſt dubitare neceſſe eſt.

Et etiam quemadmodū omne corpus eſt in loco, ita in omni loco eſt corpus, quid igiť dicemus in rebus, quę creſcunť ſeqtur enim vt locus augmentaret per ſuum augmentū, ſi locus cuiuslibet non eſt minus, nec maius ipſo. Ex iſtis igitur oportet dubitare in ſuo eſſe, nedum in ſua quiditate.

13 Iſta eſt etiam alia dubitatio. quoniam ſicut exiſtimatur, ꝙ omne corpus eſt in loco, et ꝙ nullum corpus eſt extra locum, ita exiſtimatur etiam ꝙ locus non eſt extra corpus, et maxime vacuo negato. &, cum in omni loco eſt corpus, omnia loca ſunt plena corporibus ſibi æqualibus: cum ſit notum de loco ꝙ non eſt minus, aut maius locato. &, quia multa corpora, quæ ſunt in loco, creſcunt, neceſſe eſt ut locus creſcat cum cremēto eorum. ex quo ſequitur locum eſſe corpus: & ſequitur etiam vt totum augmentetur per augmentum vnius corporis: & ſic contingit vt corpora penetrentur. &, cum numerauit illa, ex quibus accidit quæſtio de loco, dixit Ex iſtis igitur, &c.

Caput Secūdum, in quo aſſeruntur ea, quæ faciūt dubitare de eſſentia, ac quiditate loci.

Locus alius cōis, alius ꝓprius. QVoniam autem aliud quidem ſm ſe, aliud vero ſm aliud dicitur, & locus; alius quidem ē cōmunis, in quo omnia corpora ſunt, alius vero proprius, in quo primo. (dico autem, ut tu nūc in cœlo es, q̄a in aere, hic autē in cœlo, & in aere, quia eſt in terra: ſimiliter autem & in hac, quia in hoc loco, qui nihil plus q̄ te continet.) ſi igitur locus eſt quod primum cōtinet vnumquodq; corpus, terminus vtique erit: quare videbitur ſpecies, ac forma cuiuſq; Locus eſſe, quo terminatur magnitudo, & materia magnitudinis. hæc enim eſt vniuſcuiuſq; terminus.

Et, quia quædam dicuntur per ſe, & quædam alio modo, & locus etiam alius eſt cōis, & eſt ille, ī quo ſunt omnia corpora, & alius proprius, & eſt ille, in quo primitus eſt res. verbi gratia q̄m te eſſe in cœlo eſt, quia es in aere, & es in aere, quia es in terra, & ſm hūc modum es in terra, quia es in tali loco eius, qui continet te, & circundat te ſolum, nō maius. ſi igitur locus eſt primum continens omne corpus, ſm quod eſt vltimum, exiſtimatur propter hoc ꝙ Locus eſt forma, & creatio exiſtēs in qualibet re, per quam determinatur ſua menſura, & materia ſuæ menſuræ. iſta enim eſt finis vtriuſq; eorum.

Intendit adiuuare opinionem dicentem locum eſſe formam, & creationem, & firmare ipſam, & ſimiliter opinionem dicētem ipſum eſſe materiam. & fecit hoc, quia intendit contradicere iis duabus opinionibus perfecte, & maxime dicenti ꝙ materia eſt locus. exiſtimatur enim Platonem intēdere hoc. Et, dixit Et, quia quædam dicuntur per ſe, &c. i. quia quędam dicuntur primo, & quædam ſecundo, i. quia quædā attribuuntur rei primitus, & quædam ſecūdo, ſ. propter primū. & hoc intendebat, cum dixit per ſe, & alio modo. & iſta eſt diſpoſitio loci. q̄m alius eſt cōis, et alius ꝓprius. non enim corpus attribuitur loco communi, niſi ꝓpter hoc, quod attribuitur proprio. v.g. q̄m dicere Socratē eſſe in mundo, eſt, quia eſt in aere, qui eſt pars mundi. & dicitur ipſum eſſe in aere, quia eſt in ſuo cōcauo continente ipſum, abſq; eo, ꝙ ſit maius, aut minus ipſo. et, cum hoc fundamētum fuerit poſitum, ſ. ꝙ locus eſt vltimum rei ſibi æquale, exiſtimatur ꝙ locus eſt forma. q̄m forma eſt vltimum rei, quam continet, & terminat materiam eius etiam. Et deceptio in hoc ſermone eſt duplex. quoniā finis dicitur de loco, & forma ęquiuoce. & etiam argumentatio eſt ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura. 14

Forma ē vltimū rei, quā continet, & terminat materiā eī. lið 2. de generatione. t.c. 50 idē hic cō. ſequenti &. c. 55. lið. 1 ph. 59. & que ibi.

Sic ergo conſyderantibus, locus uniuſcuiuſq; forma eſt. quatenus aūt vř locus eſſe diſtātia, magnitudinis materia. hæc nāq; diuerſa eſt à magnitudine. hæc aūt eſt id, quod cōtinetur ſub forma, ac definiť, ut ſub plano, ac termino. eſt aūt tale materia, et indefinitum. cū.n. remoueanť terminus, et paſſiōes à ſphęra, relinqtur nihil ꝑter materiā. Quãobrē & Plato materiā, & receptaculū idē eē ait in Timeo. ſuſceptiuū.n. et receptaculū unū, et idē. alio uero mō & ibi dicēs ſuſceptiuū, & in ijs, quæ uocanť non ſcripta dogmata, locum tñ, et receptaculum idem eſſe declarauit.

Cum igiť inſpexerimus hoc modo, erit locus forma cuiuslibet rei. ſm uero ꝙ exiſtimatur ꝙ locus eſt dimēſio, quæ eſt mēſuræ ē materia. dimēſio.n. eſt aliud à magnitudine. & dimēſio eſt illud, quod cōtinet formā, & determinat illud, uer. g. illud, quod cōtinet planum, & ultimū. et iſta eſt diſpoſitio materię, et eius, quod non eſt terminatū. cum.n. auferes à materia ultimum, et diſpoſitiones, nihil remanebit, niſi materia. Et iō dixit Plato in Timeo q̄d materia, et locus ſunt idē. illud.n. quod recipit mutationē, et locus ſūt idē. ſed illic diſpoſuit illud, quod recipit mutationē alio modo ab eo, quo diſpoſuit ipſum in ſuis

opinionibus, quæ dicuntur ſine titulo, ſed iudicauit ꝙ locus, & ſubiectum ſunt idem.

15 Vult declarare quòd locus eſt valde ſimilis materiæ, & quòd hoc induxit Platonem ad exiſtimandum locum eſſe materiam, & dixit ſm vero quòd exiſtimatur, &c. id eſt qui autem exiſtimat ꝙ locus eſt tres primæ dimenſiones, quę primo exiſtunt in materia, nihil habet pro loco, niſi materiam, quæ defert dimẽſiones. D.d. dimẽſio enim, &c. i. & cauſa in hoc ē. qm̄ qui exiſtimat dimẽſiones eſſe locum, debet exiſtimare quòd materia eſt locus. & cauſa eſt. quoniã dimenſiones in ſe non ſunt corpus determinatum: & forma eſt determinans dimenſiones, & materiam, ſ. quæ dat eis terminum, & vltimum, v.g. ſuperficies continentes corpus, & ſic exiſtimatur quòd dimẽſiones ſunt materia, quia conueniunt in hoc, quòd determinãtur à forma, & in ſe non ſunt determinatæ. D.d. quoniam, cum tu auferes à materia, &c. id eſt et eſt neceſſe ut materia ſit dimenſio in potẽtia. quoniã, cum abſtuleris à materia vltimum, & figuram, nihil remanebit in ea, niſi dimẽſio non determinata, ſcilicet quæ eſt corpus in potentia. &, cum ſaltem determinatur per vltima, ſ. p ſuperficies, fit corpus in actu. Et debes ſcire ꝙ vidit Ariſt. quòd dimenſio non ſeparatur à materia imaginatione, nedum in eſſe. quoniam quando à materia auferuntur ſuperficies, nihil remanet in ea, niſi dimenſio: ſed iſta dimenſio in ea eſt in potentia: &, cum determinatur per ſuperficies, fit dimenſio in actu, ſcilicet corpus: &, cum auferuntur ſuperficies, fit dimenſio in potentia: ergo proprium eſt materiæ vt habeat dimenſionẽ in potentia. & locus antequam in eo exiſtat locatum, ſm Ariſto. & in rei veritate eſt dimenſio in potentia. & propter hanc ſimilitudinem exiſtimauit Plato locũ eſſe materiam. Et, cum numerauit ſimilitudines, quę faciunt opinari locum eſſe materiam, dixit Et ideo dixit Plato, &c. i. & propter hanc ſimilitudinem inter locum, & materiam exiſtimauit Plato locum eſſe materiam, vt inuenitur in Timæo. dicit enim illud, quod recipit mutationem, & ſucceſſionem formarũ, quod eſt materia, idem eſt cum loco, &c. & in hoc nõ differt in ſuis libris à ſe, ſed ſermo eius diuerſatur in definitione recipientis. Et narrauit hoc, ne aliquis exiſtimet ꝙ diuerſitas ſermonis eius in definitione recipientis eſt opinio diuerſa in hoc, ſ. quòd recipiẽs eſt locus apud ipm̄. Et dixit ſed diſpoſuit, et c. i. ſermo eius non diuerſus eſt in hoc, quòd illud, quod recipit mutationem, & ſucceſſionem formarum eſt locus, ſed diuerſatur in hoc, quia in Timæo definit recipiens alio modo ab eo, quo definit ipſum in ſuo libro, qui dr̄ ſine titulo. Et ſimilitudo inter locum, & materiam eſt, qm̄ materia eſt ſubiectũ ſucceſſionis formarum, & locus ſubiectũ ſucceſſionis corporum, & ideo exiſtimaẽ ꝙ locus eſt materia.

Foſa ē determinãs dimẽſiões, & materiã. Idẽ. 1. cap. de ſubã orbis.

Documentũ

Nota hic ꝙ ſint termini dimẽſionum interminatarum.

Dicunt enim oẽs aliquid eſſe locum, quid aũt eſt, hic ſolus aggreſſus eſt dicere. Merito aũt ex his cõſyderantibus, videbiẽ vtiq; eſſe difficile cognoſcere qd eſt locus, ſiqdẽ horũ vtrũuis eſt, ſiue materia, ſiue forma. hæc enĩ & altiſſimam hñt ſpeculationem, & ſeorſum à ſeinuicem nõ facile eſt ipſa cognoſcere *.

* a.l. determinare.

Omnes. n. dicunt locũ eſſe aliquid. quid aũt ſit iſte ſolus vir voluit narrare. Et rectũ ẽ ut recte q cõſyderat ex iſtis, exiſtimet difficile, vt ſciat locus qd ſit, ſi fuerit alterũ iſtorũ, aut forma, aut materia. qm̄ conſyderare de ipſo inducit ad cõſyderationẽ vltimorũ, & quia cognitio iſtorũ duorũ, alterũ abſolutum à reliquo, non eſt facilis.

16 Cum declarauit ſimilitudinem inter locum, & formam, & materiam, & ꝙ hęc fuit cauſa in hoc, ꝙ Plato poſuit materiam, & locum eſſe idem, incœpit declarare quantum habebant Antiqui de hoc, & difficultatẽ, accidentem apud conſyderationem de ſubſtantia loci exiſtimantibus locum eſſe materiam, aut formam, & dixit Oẽs enim dñt locum eſſe aliquid, &c. i. & oẽs Antiqui nihil dixerunt de loco, niſi ipm̄ eſſe. Plato aũt poſt illos, ſolus quæſiuit narrare quid ſit locus, & definire ipſum. Et, cum notificauit illa, quæ inducunt ad opinandum ꝙ quiditas loci eſt materia, aut forma, narrauit difficultatem conſyderationis de loco accidentẽ in hoc quærentibus ſcire quiditatem eius hoc modo. & quaſi in hoc excuſat Platonem, & dixit Et rectum eſt, &c. i. qui opinatur locum eſſe alterum iſtorũ, ſ. materiam, aut formã, rectum eſt vt ſit difficile ei ſcire qd ſit locus. Deinde dedit cauſam in hoc, & dixit qm̄ cõſyderare, &c. i. quoniam cõſyderare de quiditate loci hoc modo induxit ad ſciendum quæ ſunt vltimæ cauſæ entium. materia enim, & forma ſunt prima principia ſimplicia entium. & ſcire quiditates principiorum vltimorum eſt difficile: & etiã ſcire formam abſq; materia, & materiam abſq; forma impoſſibile eſt. Et intendit ꝙ ſcire alterum non poteſt eſſe ſine ſcientia alterius. & innuit nõ ſciri ea. Et, cũ narrauit difficultatem accidentem cõſyderantibus de quiditate loci hoc modo, incœpit narrare ꝙ leuiter poſſet ſciri ꝙ locus non eſt alterum iſtorũ: vt declararet ꝙ iſta difficultas, quæ accidit iſtis in loco, eſt accidens.

Plato poſuit materiam, & locum idem eẽ. Idẽ infra. cõ. 19.

Scire qditates pricipiorũ vltimorũ ẽ difficile: & ſcire formã, abſq; materia, & mãm abſq; forma ipoẽ ẽ. cõſimile. 1. phy. 69. & ibi.

At vero ꝙ impoſſibile ſit vtrũuis horum eſſe locũ nõ eſt difficile videre. forma enim, atq; materia non ſeparatur à re, locũ aũt contingit. in quo nanque aer erat, in hoc rurſus aqua, vt dicimꝰ, fit, viciſſim trãſlatis, & aere, & aqua, & alijs corporibus ſimiliter. quare neq; pars, neq; habitus, ſed ſeparabilis locus eſt ab vnoquoq;. etenim videẽ tale quid eſſe locus, quale vas. eſt enim vas locus trãſferri valẽs, vas autem nihil eſt ipſius rei.

Scire vero ꝙ locus impoſſibile eſt vt ſit alterum iſtorũ non eſt difficile. forma enim, et materia non ſeparantur à re ab intẽtione, locus vero poteſt ſeparari. locus enim, in quo fuit aqua, ſicut diximus, erit in eo aer ſm ſucceſſionẽ, & ſimiliter de alijs corporibus. neceſſe eſt igitur vt locus non ſit pars, neq; forma, ſed eſt ſeparatum à quolibet eorũ, quæ ſunt in eo. exiſtimaẽ enim ꝙ locus eſt quaſi vas. vas enim eſt locus translatus, & vas nõ eſt aliquid ex re.

17 Dicit forma. n. et materia, &c. i. materia. n. & forma non ſeparanẽ in actu. ſed rõne. vnum. n. eorũ, quæ ponit Naturalis eſt ꝙ forma nõ ſeparatur p ſe, ſ. non mutaẽ de materia in materiã, ſm ꝙ corpora mutanẽ de loco in locũ, ſed ſepatio eius à materia eſt corruptio. &, cũ forma nõ ſeparaẽ à materia in actu, neq; materia ſeparaẽ à formis: & locꝰ ſeparaẽ à materia: ergo in 2ª figura, locus nõ eſt forma: & ẽt qñ forma nõ ſeparaẽ à materia: ergo vtraq; eſt ps corporis: & locꝰ nõ eſt ps corporis, cũ ſit ſepabilis: ergo locus nõ eſt alterũ iſtorum.

Vnũ eorũ, q ponit Nãr. ẽ ꝙ foſa ñ ſepaẽ p ſe. ſ. ñ mutaẽ de mã i mãm, ſm ꝙ corpa mutãtur de loco i locũ. cõſile. 4. ph. c. v. & 4. cœ. c. 25.

Et

Et dixit exiſtimatur enim ꝙ locus eſt quaſi vas, &c. ad notificandũ ꝙ manifeſta eſt dĩa per ſe inter collocationem rei ad locũ, & collocationem formæ ad materiam: licet vtraq; collocatio demonſtreť per hanc p̃poſitionem, In. dicere enim aliquid eẽ in loco, eſt ſicut dicere eſſe aquam in vaſe. & in nullo differũt, niſi ſicut dixit vas eſt locus trãſlatus, & locus eſt fixus. dicere vero ꝙ figura eſt in ſcamno, & rõnalitas in hoĩe, eſt ſicut forma in ſubiecto. Et, cum induxit propoſitiones, ex quibus ſequitur ꝙ locus non eſt materia, neq; forma generaliter, incœpit terminare modum, ex quo ſequitur ꝙ locus non eſt forma, neq; materia.

Quatenus igiť ſeparabilis eſt à re, eatenus forma nõ ẽ: quatenus vero cõtinet, eatenus diuerſus eſt à materia. Videť autẽ ſemper id, quod alicubi eſt, & ip̃m eẽ aliqd, & aliud aliquid extra ip̃m. Platoni tñ dicendũ erat, ſi liceat digredientes dicere, quare non ſunt in loco & formę & numeri; ſiquidem id, quod particeps eſt, locus ſit, ſiue magnũ, atq; paruum ſit id, quod particeps eſt, ſiue materia, quemadmodũ in Timæo ſcripſit.

Secundũ igiť ꝙ eſt ſeparatus à re, ſm hoc nõ eſt forma: & ſm ꝙ cõtinet, ſm hoc nõ eſt materia. Et ſemper exiſtimatur in illo, quod exiſtit in loco, ꝙ eſt aliqd, & ꝙ aliud eſt extra ip̃m. ſed oportet dicere Platonẽ, ſi eſt rectũ pertrãſire modicũ in ſermone, quare formę, & numeri nõ ſunt in loco, ſi locus eſt cõmune, ſiue cõmune fuerit magnum & paruum, ſiue materia, vt vocauit ipſum in Timæo.

18 Secundum igitur ꝙ locus ſeparatur à re, quæ eſt in eo, & forma non eſt ſeparata, locus nõ eſt forma: et ſm ꝙ locus cõtinet illud, quod eſt in eo, materia aũt non, non eſt materia. Et põt aliquis q̃rere, cum locus nõ poteſt dici ſeparari, niſi ſm opinionẽ dicentium vacuum eẽ, ſm aũt opinionẽ Ariſt. nõ ſeparať à locato, ſed corrumpiť per corruptionem eius. vltimũ. n. aeris, in quo eſt aqua, qñ aqua trãſfertur ab eo, & intrat ip̃m aliud corpꝰ, corrumpiť illud vltimũ, et fit aliud. &, cũ ita ſit, iſta p̃poſitio eſt famoſa, non vera. Et forte eſt differẽtia inter ſeparationẽ loci, & ſeparationem formæ, & ſi vtraq; corrũpitur. qm̃ corruptio formæ eſt corruptio locati, & non ſequitur, ſi locatum ſeparať à loco abſq; eo, ꝙ corrumpať, vt locus ſepareť à locato abſq; eo, ꝙ corrumpať. Et, cũ declarauit modũ, ex quo apparet ꝙ locus non eſt forma, & modum, ex quo apparet ꝙ locus non eſt materia, dixit Et exiſtimať ſemp, &c. i. & notum eſt ꝙ illud, quod exiſtit in loco aliud eſt à loco, & ꝙ locus eſt aliud extra illud: ſed forã, & materia non ſunt aliud extra rem, quæ eſt in loco, ſed ſunt partes ipſius. Et, cum cõtradixit huic opinioni ex ipſa re, incœpit contradicere ei ſm vocem, dicentem &, quia talis contradictio, ſ. quæ eſt ſm ſermonem non eſt neceſſaria, dixit ſed oportet dicere, &c. i. ſed oportet Platonem dicere, ſi eſt rectum pertranſire in cõtradictione rem neceſſariam, quare formæ, & numeri non ſunt in loco, contingit. n. Platonem ponere ꝙ formæ, & numeri ſunt in loco. formæ enim, & numeri, & omnia apud ipſum habẽt rem cõem: et ipſe vocat locum, rem cõem, ſiue cõe fuerit apud ip̃m magnum, & paruum, vt exiſtimatur quod ipſe dixit in quibuſdam libris, ſ. ꝙ hæc duo ſunt quaſi materia, & ꝙ ſubiectum eorum eſt quaſi forma, ſiue cõe apud ipſum fuerit materia, ſubiectum, vt exiſtimatur in Timæo intelligere per cõe. & hoc intẽdebat, cum dixit ſiue cõe, &c. i. ſiue res cõis apud ip̃m oĩbus entibus fuerit magnũ, & paruũ, ſiue ſubiectum fuerit magnum & paruum, contingit ei cõcedere quòd formæ ſunt in loco: cũ iam definiuit locũ, ꝙ eſt cõe, & cõceſſit ꝙ cõmune eſt omnibus entibus. et hoc cõtingit Platoni, niſi vocauerit locũ, commune, ſm trãſumptionem, q̃a aſſimilatur materiæ. & ſic erit definitio Rhetorica nõ Demõſtratiua. q̃cunq; modo igiť fuerit, non põt Plato vitare vitium.

Loc° ſm opinionẽ Ariſt. nõ ſepaľ a locato, ſed corrũpit p corruptionẽ eiꝰ. ſeparatio loci, & ſeparatio formæ dñt.

Amplius qũo ferreť in ſuũ locum, ſi locus eſſet materia, aut forma: impoſſe. n. eſt, cuius neq; eſt motus, neq; ſurſum, aut deorſum, locum eſſe. quare quærendus * in huiuſcemodi eſt locus.

** a.l. in his.*

Et ẽt qũo transfertur res ad ſuum locũ, locus ſit materia, aut forma. impoſſibile enĩ eſt vt illud, cui non attribuitur motus, neq; ſuperius, aut inferius, ſit locus. locus igiť nõ debet queri, niſi in eis, q̃bus attribuiť hoc.

19 Per iſtam rõnem declarať ꝙ locus non eſt materia, neq; forma. notũ eſt enim de loco ꝙ eſt illud, ad quod eſt motus naturalis, cũ fuerit motus extra ip̃m, vt motus lapidis ad mediũ, & ignis ad ſuperius. & ſimiliter eſt notum de loco ꝙ differentiæ eius ſunt ſuperius, & inferius. &, quia manifeſtum eſt etiã ꝙ materiæ, & formæ non attribuitur motus, cum res non mouetur ad illud, quod eſt pars ipſius: neq; etiam attribuiť eis ſuperius, aut inferius: ergo neq; forma, neq; materia eſt locus ſm ſecundã figuram. D. d. locus igitur non debet quæri, &c. i. locus igitur nõ debet quæri, niſi in genere entiũ, cui attribuiť motus, et pars, ſ. ſupius, & iferius.

Notũ eſt de loco, ꝙ eſt illud, ad quod motus ẽ naturalis, cum motũ fuerit extra ip̃m.

Si vero in ipſo locus ẽ (oportet. n. ſiqdẽ aut forma, aut materia eſt) erit locus in loco. mutať. n. ſimul cũ re, & moueť & forma, & indefinitum nõ ſemp in eodem, ſed ubi vtiq; eſt & ipſa res. quare loci erit locus.

Et, ſi locus eſt in re: & hoc neceſſe eſt, ſi locus eſt forma aut materia: neceſſe eſt vt locus ſit in loco. tranſmutatur enim cum tranſmutatione rei, & mouetur per ſuum motũ forma, & interminatũ, & nõ ſunt ſemper in eodem loco, ſed vbi eſt res. ergo neceſſe eſt vt locus habeat locum.

20 Iſta eſt Tertia rõ, & dixit Et ſi locus eſt in re, i. & ſi eſt pars locati, aut corpis. D. d. et hoc eſt neceſſe, &c. i. & hoc eſt neceſſe ſm ponentes locũ eſſe formã, aut materiã. vtraq;. n. iſtarũ eſt pars rei locatæ: & hoc ſm q̃litatẽ, non ſm quãtitatem. D. d. neceſſe eſt ex hoc vt locus ſit in loco, i. ſeq̃tur ex hac poſitione impoſſe, ſ. ꝙ locus indigeat loco. qm̃ cõtingit in iſto loco illud, quod cõtingit in primo, & ita p̃cedereť in infinitũ. quod eſt impoſſe. aut dicamus ẽt ꝙ manifeſtũ eſt per ſe ꝙ locus nõ habet locum. Et, cum narrauit impoſſibile ſequẽs ex hac poſitione, incœpit declarare modũ, ex quo contingit impoſſe, & dixit trãſmutať. n. &c. i. ſeq̃tur. n. ex hac poſitione, vt locus transferatur per translationem locati. qm̃, ſm ꝙ locꝰ eſt pars rei, ſiue materię, ſiue formæ, neceſſe eſt vt moueatur per motum rei, qm̃ materia, & forma moueñť per motũ rei. D. d. & interminatũ, ſ. materia. D. d. & nõ ſunt in eodẽ loco, ſ. materia & forma, ſed vbi eſt res, ſ. corpꝰ cõpoſitũ ex mã, & forã.

Materia, & forã ſũt partes rei ſm qualitatẽ, non ſm quãtitatem.

Materia, & forã moueñť per motum rei.

Digreſſio.

Sed pōt aliquis quærere, & dicere ꝙ iſte ſermo compoōit ex ꝓpōnibus, quarū Prima eſt, ꝙ forma, & materia mouētur ꝑ motū corporis cōpoſiti ex ambobus. Secūda aūt eſt, qm̄, ſm ꝙ mouenť, indigent loco, Tertia vero eſt, ꝙ, ſi altera earum eſt locus, neceſſe eſt vt locus habeat locum. Secunda aūt, & Tertia ſunt verę, prima vero nō. ſequiť.n. ex ea ꝙ forma, et materia ſint in loco. quod nō dicit Ariſt. declarabit enī in ſexto ꝙ oē tranſmutabile eſt corpus. &, cum ita ſit, materia igitur, & forma nō mouentur niſi per accñs: ergo, ſi indigent loco, eſt ꝑ accñs: & nō eſt impoſſibile vt locus habeat locum per accidens. ex hoc igitur apparet ꝙ iſta cōtradictio nō eſt vera, neq; eſſentialis.

Solutio.

Illud, qđ ē ꝑ accñs, ē duobus modis, ſ. ſp & raro. Sed vide oppoſitū. 8. phy. c. 36. vbi hēt ꝙ illud, qđ ē ꝑ accñs, nō ē neceſſariū, neq; ſemp. &c. vide cōtradi, Zim.

Sed qa illud, quod eſt per accñs, eſt duobus modis, ſ. ſemper, & raro, vr̄ ꝙ illud, quod eſt ſemper, itret quoquo modo in numero demonſtrationum uerarum, nō eſſentialium, quæ dñr demonſtrationes Dialecticę. & iſta contradictio eſt huius generis ſermonū. materia.n. & forma, licet moueātur per accñs, ſ. ſm ꝙ ſunt pars moti, tñ motus accidētalis inueniť in eis ſemꝑ cū motu corporis: ex quo ſeqtur vt inueniať in eis ſemꝑ locus, licet ꝑ accidēs. ſeqtur igiť, ſi fuerit locus, ꝙ locus hēat locū ſemꝑ, & neceſſario, ſ. formā, & materiā, licet ꝑ accñs: ſed eſt manifeſtū ꝙ locus nō hēt ſemꝑ locū, neq; ꝑ ſe, neq; ꝑ accñs, niſi ſit de genere accñtis, quod accidit raro. &, qñ acciderit vltimo cōtinenti rem, moueri ꝑ motū corporis, cuius eſt vltim̄, tūc igitur pōt attribui loco motꝰ ꝑ accñs, ſed illud accñs eſt raro. ex hoc igiť modo iſte ſermo pōt eē de numero ſmonū cōtradicentiū demonſtratiuorꝝ. Et Alexā. rñdet. qm̄, cū fuerit poſitū ꝙ forma, aut materia eſt locus: & locus eſt de quātitate, qa eſt ęquale ei, quod eſt in eo: ſeqtur ꝙ, cum transfertur, vt ſit æquale loco, in quem trāſfertur: & ſic forma erit in loco per ſe. locus enī, qui eſt forma, aut materia, eſt æqualis corpori translato, ſ. habēti formā, & materiā: & corpus eſt æquale loco, in quē transfertur: & ſic forma, aut materia, vtra earū ſit locus, erit æqualis loco, in quem corpus trāſfertur, quia eſt æquale ęquali ei, et oē, quod eſt ęq̄le loco, eſt in loco eſſentialiter.

Cōtra Alex.

Et hoc, qđ dixit Alex, nō eſt ſine dubitatione. qm̄ locus, ſm ꝙ eſt quātitas, nō mouetur, ſed locus, ſm quòd eſt locus, per ſe eſt non mobilis naturaliter, & eſſentialiter.

Amplius, quando ex aere aqua facta eſt, perijt locus. non enim in eodē loco eſt quod factum eſt corpus. quæ igitur corruptio?

Et etiā, cum ab aere fiat aqua, deſtrueť locus. nō.n. eſt poſſibile vt corpus fiens ſit in illo eodē loco. qd igiť corrumpit ipſum?

21 Iſte ſermo videtur eſſe cōtradictio ꝓpria dicētibus locum eſſe formā. & intētio huius ſermonis eſt talis. et ēt, cū dixerimus locū eſſe formā, & poſuerimus aquā fieri ab aere, contingit vt locus corrumpať, qui eſt forma aeris. nō.n. eſt poſſe vt aqua facta ſit in loco aeris, qm̄ forma eius eſt alia à forma aeris: & iam diximus ꝙ forma eſt locus: cōtingit igitur dicentibus hoc cū alijs impoſſibilibus dare cām, ꝑꝑ quam debet locus corrūpi in motu locali, ſicut forma corrūpitur in generatione, ſ. cū aqua ſuccedit aeri, & non generať ex eo, & maxime, ſi locus fuerit æqualis. & accidit hoc, vt tranſlatio ſit corruptio, & propria. Et poteſt eſſe contradictio dicentibus locum eſſe materiam. & ſic intentio erit talis. & ēt notum eſt, qm̄, qñ ex aere demonſtrato fiet aqua, ꝙ locus aeris primus corrumpitur per ſuam tranſmutationem ad locum aquæ, factū primū, ſ. per ſuam diuerſitatē in quantitate. impoſſibile enim eſt ut corpus factum ſit in illo eodē loco, in quo fuit corpus, ex quo fit: niſi aliquis dicat ꝙ locus eſt ei ſm ſpēm, nō ſm numerum. &, cum ita ſit, & locus eſt materia, continget dicentibus, vt materia corrumpatur apud corruptionem formę aeris, & generationem formę aquę. quid igitur corrumpit ipſum? & materia, declaratū eſt ꝙ neq; eſt generabilis, neq; corruptibilis. Prio phyſi. t. c. 82.

Ex qbus igiť neceſſariū eſt eē aliqd locū, & rurſus ex qbus dubitabit vtiq; aliquis de ſubā ipſius dictum eſt. Poſt hæc autē accipiendū eſt quot modis aliud in alio eſt.

Iam igiť numerauimus illa, ex quibus apparet quòd locus debet eſſe aliqd, & illa, ex quibus dubitatur in ſubſtantia, & eſſe eius. Et oportet poſt narrare aliquid eſſe in alio ſm quot modos dicitur.

Cum compleuit ſermones famoſos, ex quibus apparet locum eſſe aliquid, & ſermones, qui faciunt dubitare in ſuo eſſe, fecit rememorationem de hoc, & narrauit illud, à quo debet incipere de loco, & eſt ſm quot modos dř aliquid eſſe in alio: qm̄ iſtis modis determinatis apparebit modus, ſm quem dicitur aliquid eſſe in loco, & diſſoluentur plures quæſtiones accidentes in hoc. Et dixit in ſubſtantia, & eſſe eius. quoniam dubitare in eſſe eius accidit apud conſyderationem, & de ſubſtantia, & quiditate eius. ꝑ illa enī, quæ exiſtimātur primo aſpectu eſſe ſubſtantia loci, quia, quādo perſcrutatur de eis, videntur non eē ſubſtātia eius, exiſtimatur locus non eſſe aliquid. 22

Caput Tertium, quot modis dicatur aliquid eſſe in aliquo.

Eſſe ꝗppiā in alio, quot modis dicať.

VNo igitur modo, vt digitus in manu, & oīno pars in toto. Alio vero, vt totū in partibus. nō enim eſt p̄ter partes totū. Alio aūt mō, vt hō in aīali, & oīno vt ſpēs in genere. Alio aūt, vt genus in ſpecie, & omnino ꝑs ſpēi in ſpēi rōne. Amplius vt ſanitas in calidis, & frigidis, & omnino forma in materia. Amplius, vt in Rege Græcorū res, & omnino in primo mouente. Amplius, vt in ipſo bono, & omnino in ipſo fine. hoc autē eſt id, cuius cauſa. Omniū aūt maxime propriū eſt, quod vt in uaſe, & oīno qđ in loco.

Vnus igiť illorum modorū eſt, ſicut digitus in manu, & vľr pars in toto. & Alio modo, ſicut dř totū in partibus. non.n. eſt totū, niſi partes eius. & Alio mō, ſicut hō in aīali, & vľr ſicut ſpēs in genere. & Alio modo, ſicut genus in ſpecie, & vľr pars ſpēi in ſua definitiōe. Et ēt ſicut ſanitas in rebus calidis, & frigidis, et vľr forma in materia. Et ēt ſicut dicis ꝙ cōſtitutio diſpōnū Græcorū eſt in Rege, & uľr in primo motore. Et ēt ſm ꝙ eſt in bono, & uľr in fine intento, & hoc eſt illud, ꝑꝑ qd. Et dignior oīum iſtorū, et magis principalis eſt aliqd eſſe in uaſe, & uľr in loco.

Iſti modi, quos hic numerauit, ſunt vľr octo, quatuor ſm totū & partem, & vľe & particulare, & quatuor ſm quatuor cauſas. ſed dimiſit materiā, quia eſt propinqua parti in toto, & ſpeciei in genere. Quatuor 23

igitur.

igitur primi ſunt, pars in toto, & econuerſo, & particulare in vl'i, & econuerſo. Quatuor autem ſecundi ſunt forma in materia, et materia ĩ compoſito ex materia, & forma, & res in agente, & in fine. & omnia iſta dñr tranſumptiue. Sed illud, quod dicit vere, & principaliter eſt res in vaſe, & in loco, & alia dñr ſm ſil'itudinẽ iſtius. & propinquior illorum huic eſt forma in materia, deinde pars ĩ toto, deinde particulare in vl'i. iſta.n. aſſimilantur ad aliquid eſſe in vaſe. totum vero in ſuis partibus aſſimilatur formæ in materia. eſt igit ſil'e ſil'i, & ſimiliter vl'e in particularibus. et remotius eſt res in ſuo agente, & ſuo fine, vt diximus bonum in rege, & bonum in fortuna. Et numerauit iſtas intentiones ad diſtinguendum naturam, de qua perſcrutatur, & eſt aliquid eſſe in loco, & aliquid eſſe in vaſe. vr.n. q dicere aliquid eſſe in loco, & aliquid eſſe in vaſe ſit in eodẽ ordine, ſicut primæ põnes idiomatis. & ideo numerauit hæc duo, quaſi vnum, & accepit alterũ, ſ. aliqua eẽ in vaſe ĩ expoſitione alterius, ſ. aliqd eſſe in loco, vt notius accipiat in expõne latẽtioris ſm famoſitatem.

Caput Quartum, quòd non poteſt dici aliquid exiſtere in ſeipſo.

An quippiam in ſeipſo, & quomodo.

DVbitabit aũt aliquis, vtrum quippiã in ſeipſo cõtingat eſſe, an nihil, ſed oĩa aut nuſq̃, aut in alio. Dupliciter autem hoc eſt, aut ſm ſe, aut ſm alterũ. Cum.n. ſint partes totius, & id, in quo, & id, quod in hoc, dicetur totum in ſeipſo. dr.n. & ſm partes, vt albus, quia ſuperficies alba ſit, & ſciens, quia ratiocinatiuum. Amphora igitur non erit in ſeipſa, neq; vinum, vini vero amphora erit. quod nanque ineſt, & id, in quo eſt, vtraq; eiuſdem partes ſunt.

Et dubitat etiam vtrum eſt poſſibile etiã aliquid eſſe in ſe, aut nihil eſt in ſe, ſed res aliqua, aut oẽ non eſt in vbi omnino, aut eſt in alio. Et hoc duobus modis, aut per ſe, aut p aliud. Cum igit illud, in quo eſt aliquid, & illud, quod eſt in eo, fuerint partes totius, dicetur q totũ eſt in ſe. dr.n. in eo illud, quod dicitur in ſuis partibus. v.g. qm̃ dicit album, quia ſuperficies eius eſt alba, & dicitur ſciẽs propter rõnalitatẽ. Et vas non eſt in ſe, neq; vinum: cyphus autem vini ẽ in ſe, qñ homo vtit nominibus tranſumptiue. ipſe.n. & illud, qđ eſt in eo inſimul, ſunt partes eiuſdẽ.

24 Artifex demõſtratiuus diſtinguit noĩa æquiuoca. q̃d quo ſit intelligẽdum vide cõ. primum tertij, & cõm. gna meta.

Cum numerauit modos famoſos, ſm quos dicitur eſſe aliquid in aliquo, ſm q artifex demõſtratiuus diſtinguit noĩa æquiuoca, incœpit perſcrutari etiam de quodam modo ſignationis, q vſitabatur apud eos. dicebant.n. aliqd eſſe in ſe, v.g. hoĩem eſſe in ſe, & doliũ in ſe. & quia iſte modus erat famoſus apud eos, & eſt alius à numeratis, & facit exiſtimare aliquid eſſe in ſe, et ſic locus rei non eſſet aliud ab ipſa re, dixit Et dubitatur, &c. i. qm̃, ſi aliquid non fuerit in ſe, contingit alterum duorum neceſſario, aut vt nihil ſit in loco oĩno, aut vt ſit in alio. D.d. Et hoc duobus modis, aut p ſe, aut per aliud. & hoc eſt principium perſcrutationis de aliquid eſſe in ſe. i. aliquid eſſe in ſe intelligitur duobus modis, quorũ vnus eſt, vt aliquid ſit in ſe primo, alius aũt eſt, vt dicat ipſum eſſe propter ſuam partem. Et, cum narrauit q illud, quod intelligitur ex hoc, eſt duplex, incœpit declarare modum poſſibilẽ ex iſtis duobus, & eſt aliquid eſſe in ſe, non principaliter, ſed ſecũdario, ſ. propter ſuam partem, & dixit Cum igit illud, in quo eſt, etc. i. cum igit fuerint duo, quorum vnũ exiſtit ĩ altero, q̃ duo ſunt partes alicuius vnius, quod eſt totum eorum, & hoc totum fuerit noĩatum à noĩe partis, dicitur tunc illud eſſe in ſe. Et, cum narrauit hoc, declarauit modum famoſum ſm vſum, qui eſt poſſibilis in talibus rebus, in dicendo aliquid eſſe in ſe, & dixit dr.n. in eo illud, quod dicitur in ſuis partibus, &c. i. & eſt poſſibile in talibus dicere aliquid eſſe in ſe trãſumptiue. qñ.n. totum diſponit per illud, per quod diſponit pars. v.g. qm̃ dicitur corpus album, qa ſuperficies eſt alba. &, ſi ipſum totũ non eſt album. & ſil'r dicitur homo ſciens, ſi non ſm totum eſt ſciens, ſed ſm partem rõnalem tm̃, & dicitur infirmus gr̃a alicuius membri. &, cum ita ſit, & duæ partes, quarum altera eſt ĩ reliqua, fuerint partes alicuius vnius, quod eſt totum, poſſibile eſt vt illud totum diſponat p illud, per quod diſponuntur illæ partes. &, qa diſponunt illę partes per hoc, q altera eſt ĩ altera, poſſibile eſt vt totum diſponatur per illam diſpõnem, qñ totum noĩatur nomine partis. v.g. qm̃, cum rõnalitas inuenitur in corpore hoĩs, & rõnalitas, & corpus ſunt partes hoĩs, & hõ diſponitur per rõnalitatem, poſſibile eſt dicere rationale eſſe in ſe. Et intendit, qm̃, cum pars dr eſſe in toto, & totum dr eſſe illud, quod dr eſſe pars, poſſibile eſt totum dici eſſe ĩ ſe, i. in ſuo toto, vt dr homo eſſe infirmus rõne partis. v.g. oculi. D.d. cyphus igit, &c. i. dicere aũt aliquid eſſe in ſe principaliter non, ſ. dicitur propter partem. v.g. qm̃ vas, in quo eſt vinum, nõ dicitur eſſe in ſe, neq; vinum, quod eſt in vaſe, dicitur eẽ in ſe, quia non accidit ei, vt in eo ſint duæ partes, quarum altera eſt in reliqua, congregatum aũt ex eis econuerſo. v.g. dolium, aut cyphus dicitur eſſe ĩ ſe, quoniã pars ex eis eſt in toto, & eſt in toto, quia eſt in ſecunda parte. & hoc non accidit, niſi vbi totum nominatur à nomine partis. Et iſte modus trãſumptiuus vſitatur in omnibus idiomatibus, ſcilicet vt aliquid dicat gratia ſuæ partis. ſed iſta trãſumptio non eſt vſitata apud Arabes, ſcilicet dicere rationale eſſe in ſe, & ſi ſecundũ ſuum idioma deberet eſſe, quoniam totum apud eos diſponitur per diſpoſitionem partis.

Quãdo ſunt duæ partes, quarũ altera ẽ ĩ altera, & fuerit partes alicui' vni', q̃d ẽ totum, poſſe ẽ vt illud totum diſponat p illud, p q̃d diſponunt illæ ptes. & hoc non accidit, niſi qñ totum noĩat a noĩe ptis, vt iſta dr. Idest cõ. ſequenti.

Sic igitur contingit quippiam in ſeipſo eſſe. primo autem non cõtingit vt album in corpore. ſuperficies.n. in corpore, ſcientia autẽ in anima. ſm hæc autem, quæ partes ſunt, vt in homine, appellationes exiſtũt. amphora autem, et vinum, cum ſeorſum quidem ſunt, partes non ſunt, ſed cum ſimul. quapropter, cum ſint partes, erit ipſum in ſeipſo. vt albũ in homine, qm̃ in corpore: & in hoc, quoniã in ſuperficie: in hac autem nõ amplius ſecundum aliud eſt. & diuerſa quidem ſpecie hæc ſunt, & aliam naturam habet vtrunq;, & potentiam, & ſuperficies, & album.

Secundum igit hunc modum põt eſſe aliquid in ſe, principaliter vero non. ſupficies .n. eſt in corpore, & ſcientia in anima. & ſm iſta, q̃ ſunt partes, v.g. in homine erunt nomina. cyphus autem, & vinum, cum fuerint ſeparata, non erunt partes, ſed cum fuerint inſimul. & ideo, cũ fuerint partes, erit ipſum

in

in ſe. vt album in homine, quia eſt in corpore eius: & eſt in corpore eius, qa eſt in ſuperficie: ipſum aũt eẽ in hoc nõ eſt pp aliud. & hæc duo diuerſant̃ in forma, & vtrũq; habet naturã & potentiã aliã à natura reliqui, & à potentia eius, ſ. ſuperficies, & album.

25 Secundum igit̃ hunc modum, &c. i. propter hoc, ꝙ aliquid diſponitur ꝑ illud, ꝑ quod diſponitur aliud, ꝓpter hoc diſponitur aliquid ꝑ illud, quod inuenitur in illo primo. D. d. principaliter vero, etc. i. qm̃ albedo in corpore non eſt principaliter, neq; ſcĩa in hõie, ſed albedo principaliter eſt in ſuperficie, & ſuperficies ĩ corpore, & ſcĩa in aĩa. D. d. & ſm̃ iſta, &c. i. et in oĩbus inueniuntur duę ſignãtiones prima, ſ. et ſecunda, ſicut in rebus. D. d. cyphus vero, & vinum, i. vas autem, in quo eſt vinum, & vinum, cum fuerint ſeparata, ſ. qñ vinũ non fuerit in vaſe, nõ erũt partes alicuius vnius, ſed erunt partes alicuius vnius, cum fuerint ĩſimul. & ideo, cum fuerint partes alicuius vnius, erit poſſibile vt illud vnum, quod eſt cõpoſitum, dicat̃ eſſe in ſe nõ principaliter, ſ. quia aliqua pars eius eſt ĩ alia parte, vt dr̃ ꝙ homo eſt albus, & hõ non eſt albus, niſi propter ſuam partem. albedo. n. eſt in hõie, quia eſt ĩ corpore, & in corpore, quia eſt in ſuperficie. D. d. ipſum autem eſſe in hoc, &c. i. ſuperficiem aũt eſſe in corpore nõ eſt propter aliud, ſed eſt ei principaliter. ſed ĩpoſſibile eſt, vt ſuperficies, et corpus, in quo eſt, ſint idem ita, ꝙ res inueniatur per ſe in ſe. ſed res inuenit̃ ꝑ ſe in alio. ſuperficies. n. v. g. & corpus, in quo eſt ſuperficies, ſunt duo in forma, & vtrũq; habet naturam aliam à natura reliqui, & potentiam aliã à potentia eius. & ſĩr eſt diſpoſitio albedinis cum ſuperficie. albedo. n. exiſtit in ſupficie per ſe. Et, cum narrauit ꝙ impoſſibile ẽ aliquid eſſe in ſe, & aliquid eſſe in alio dicitur multis modis ꝓter hunc modum, vt prius numerauit, incœpit narrare ꝙ impoſſibile eſt aliquid eſſe in ſe, aliquo modo eorum, quibus dicitur eſſe aliquid in aliquo.

Neq; igitur, inductiue conſyderantibus, aliquid in ſeipſo videmus ſm̃ aliquem determinatorum: & ratione manifeſtum ꝙ impoſſibile ẽ. oportebit. n. ambo vtrũq; eẽ (vt amphoram & vas, & vinum eſſe, atq; vinum vinum, et amphoram) ſiquidem contingit qppiam in ſeipſo eẽ. quare, ſi quam maxime in ſeſe ſint, amphora quidẽ accipiet vinum, nõ quatenus ipſa vinum eſt, ſed quatenus illa. vinum aũt inerit in amphora, non quatenus amphora ipſum eſt, ſed quatenus illa amphora eſt. Secũdum igitur ipſum eſſe, ꝙ alterum ſit, manifeſtum eſt. alia nanq; ratio eſt eius, in quo, & illius, quod in hoc eſt.

Et nõ inuenimus aliquid eſſe in ſe aliquo modo eorum, quos determinauimus, cum proceſſerimus via inductionis: et declarabit̃ etiã ex definitione, ꝙ hoc eſt impoſſe. ſm. n. iſtum ſermonem erũt ambo vtrũq;, v. g. qm̃ dolium erit vas, & vinum, & vinum erit dolium, & vinum, ſi ſit poſſibile aliquid per ſe eſſe in ſe. ſi igitur eſt poſſibile aliquo modo vt alterum eorum ſit in reliquo, dolium erit recipiens vinum, nõ ſm ꝙ dolium eſt vinũ, ſed ſm ꝙ vinum eſt vinum, & vinum erit in dolio, non ſm ꝙ dolium eſt vinum, ſed ſm ꝙ dolium eſt dolium. Declaratum eſt igitur ꝙ hæ duæ intentiones ſunt diuerſæ in eſſe. definitio enim eius, in quo eſt res, eſt alia à definitione illius, in quo eſt.

Cum declarauit ꝙ impoſſe eſt dicere aliquid eſſe in ſe, ſm hoc, ꝙ ſignãt aquam eſſe ĩ vaſe, incœpit declarare ꝙ impoſſibile eſt aliquid eſſe in ſe aliquo modo eorum, ſm quos dr̃ aliquid eſſe in aliquo, et dixit Et non inuenimus aliquid eſſe in ſe, &c. i. &, cum nos induximus oẽs modos, ſm quos dr̃ aliquid eſſe ĩ alio, erimus certi, ꝙ nihil eſt, quod dicit̃ eſſe ĩ ſe. D. narrauit ꝙ hoc etiam apparet alio modo ab inductione magis certe, ſ. ſm definitionem, & dixit & declarabitur etiã ſm definitionem, &c. i. & declarabit̃ etiam ſm definitionem rei, q̃ inuenitur in aliquo, & definitionem rei, in qua inuenitur, ꝙ eſt impoſſe vt aliquid ſit in ſe. ſm. n. hoc aliquid, ſ. eſſe in ſe illud, quod eſt in aliquo, & illud, ĩ quo eſt aliqd, vtrũq; eſt reliquũ, adeo, ꝙ definitio vtriuſq; eſt definitio reliqui, & eſt manifeſtum nẽcio ꝙ definitiones eorũ diuerſantur. D. d. v. g. vt dolium ſit vas, & vinum, &c. i. v. g. qm̃ contingit dicere ꝙ aliquid ſit in ſe, vt vas, in quo eſt vinum, ſit vas, & vinum inſimul, & vinum ſit vas, & vinum inſimul. quod eſt impoſſibile. D. d. ſi igitur eſt poſſe alio modo, &c. i. qm̃, ſi aliquid recipit aliquid per ſe, oportet vt nõ recipiat illud, niſi ſm ꝙ definitiones eoꝝ ſunt diuerſæ, v. g. qm̃ dolium non recipit vinum, niſi ſm ꝙ vinum eſt vinũ, nõ ſm ꝙ eſt dolium, & vinum eſt in dolio, non ſm ꝙ dolium eſt vinum, ſed ſm ꝙ dolium eſt dolium.

At vero neq; ſm accidens contingit. ſimul. n. duo corpora in eodem inerunt. nam & ipſa amphora in ſeipſa erit, ſi id, cuius natura ſuſceptiua eſt, cõtingat in ſeipſo eſſe. & inſuper illud, cuius eſt ſuſceptiuum, vt ſi uini uinum. Quod igitur impoſſe ſit in ſeipſo aliquid eſſe primo manifeſtum eſt.

Neq; etiam eſt poſſibile ut ſit per accidẽs. cõtingit. n. ex hoc ut duo inſimul ſint in eodem loco. dolium. n. erit in ſe, ſi illud, cuius natura eſt recipiens fuerit in ſe. poſſibile eſt igitur ut aliquid ſit in ſe, & etiam illud, quod recipit. uer. g. qm̃ illud, quod recipit uinum, eſt uinum. Manifeſtum eſt igitur ꝙ impoſſibile eſt ut aliquid ſit in ſe principaliter.

Dicit Et impoſſibile eſt vt aliquid recipiat ſe ꝑ aliquod accidens ſibi, niſi ponatur ipſum recipere ſe eẽntialiter, vt declaratum eſt prius. contingit. n. ex hoc vt recipiat ĩ ſe duo inſimul. qm̃, ſi fuerit aliquid, quod habeat naturam, vt recipiat ſe per accidens in ſe, poſſibile eſt vt recipiat per accidẽs illud, quod eſt in eo: quẽadmodum, ſi recipit ſe eſſentialiter, recipiet aliud in ſe: & ſic dolium recipiet vinum, & ſe inſimul aliqua hora, ergo dolium erit dolium, & vinum inſimul, & adunabunt̃. qm̃, qñ aliquid receperit in ſe eſſentiam alicuius, adunabuntur duæ eſſentię neceſſario: & ſic res recipiet ſe. quod eſt impoſſe, ſiue hoc fuerit poſitũ eſſentialiter, aut accidentaliter, i. in aliqua diſpõne.[a] Hæc eſt intentio iſtius capituli, & debet legi ſic. quoniã dolium, & illud, quod recipit, eſt vinum. quoniam, ſi inueniatur aliquid, cuius natura recipit accidens per ſe, poſſe eſt vt aliquid ſit in ſe, et etiam illud, quod recipit, & ſic 27

[a] Hic vt C8. dicere ꝙ im poſſe ẽ rẽ recipere ſe, ſiue ꝑ ſe, ſiue ꝑ accidens. Sed vide oppoſitã de intellu. t. c. 8. 3. de aĩa. Vide contra dictio. Zim.

& ſic contingit primũ impoſſe, quod eſt aliqd recipere ſe. v. g. qm̃ recipiens erit vinum, quod eſt impoſſibile.

Caput Quintum, in quo ſoluitur dubium Zenonis de ipſo Loco.

Zeno.

QVod autem Zeno dubitabat, ꝙ, ſi locus eſt aliquid, in aliquo erit, ſoluere non eſt difficile. Nihil. n. prohibet, in alio quidem eſſe primum locum, non tñ in illo, ut in loco, ſed ut ſanitas quidẽ in calidis, ſicut habitus, calor aũt in corpore, ut paſſio. quare non neceſſe eſt in infinitum abire.

Zeno autem ponebat qõnem hoc modo, & dixit ſi locus eſt aliquid, neceſſe eſt, ut ſit in aliquo, ergo locus non eſt. Et diſſolutio illius non eſt difficilis. qm̃ nihil prohibet, vt locus, qui dicitur primo, ſit in alio, ſed non ſm locum, ſed ſm ꝙ ſanitas eſt in rebus calidis ſm formam, & calidum in corpore ſm paſſionem, & corpus in loco ſm vas. & non ſequitur ex hoc proceſſus in infinitum.

28 Cum declarauit ſm quot modos dr̃ aliquid eſſe in aliquo eſſentialiter, potuit diſſoluere ex hoc, & opinione eius in loco, qõnem Zenonis, & ſilr̃ ſermonem dicentium locum eſſe materiam, aut formam. Et dixit Zeno vero, &c. i. Zeno vero negabat locum eſſe hoc modo. dicebat. n. qm̃, ſi locus eſt, neceſſe eſt, vt ſit in aliquo: & oẽ, quod eſt in aliquo, eſt in loco: ergo locus eſt in loco. deinde reuertetur interrogatio de hoc loco ſecundo, & ſequiť vt ſit in loco tertio, & ſic in infinitum, & ſic inuenientur loca in actu infinita. &, cum hoc eſt impoſſibile, ſequitur ꝙ locus non ſit. D. incœpit diſſoluere hanc qõnem, & dixit Et diſſolutio illius non eſt difficilis, &c. i. qm̃ propoſitio, dicens ꝙ locus eſt aliquid ĩ aliquo, eſt vera de primo loco, ſ. de primo corpore contento. & hoc intendebat, cum dixit principaliter. ſed dicere locum eſſe in aliquo non eſt idem ꝙ dicere corpus eſſe in loco, & aquam in vaſe, vt poſt declarabiť de loco. D. d. ſed ſicut ſanitas eſt in rebus calidis, etc. i. ſed locum eſſe in aliquo eſt, ſicut forma in ſubiecto. v. g. ſicut ſanitas in temperantia calidi cũ frigido, &, ſicut calidum, & frigidum in corpore: corpus vero in loco eſt ſicut aqua in vaſe. terminus igitur medius, quo Zeno vtebatur in ſyllogiſmo non eſt vnus: ergo non ſequitur ex eo illud, quod exiſtimauit ſequi, ſ. loca eſſe infinita. & hoc intẽdebat, cum dixit & non ſequitur ex hoc procedi in infinitum. Et iſta ſolutio eſt poſſibilis ſm Ari. dicentem ꝙ locus eſt ſuperficies corporis continentis. ſuperficies. n. eſt forma in corpore. qui vero ponit locum eſſe dimenſiones exiſtentes, in quibus diſponitur locatum, non põt euadere à queſtione Zenonis. & ideo hoc eſt vnum eorum, quibus vtitur in deſtructione iſtius opinionis, ſ. dicentis locũ eſſe inane, & vacuum, quod eſt inter ſuperficies vaſis, non ipſa ſuperficies vaſis. ſed qui ponit locũ eſſe in corpore, et oẽ corpus eſſe in loco, contingit ei neceſ̃o corpa eſſe infinita in actu, aut ponere ꝙ corpus continens totum non eſt in loco eſſentialiter. & hæc eſt opi. Ari.

Locus eſt in aliq̃ eſt, ſicut forma in ſubiecto.

Documentũ

Illud autem manifeſtum, ꝙ, cum vas nihil ſit eius, quod in ipſo eſt (aliud. n. eſt primo, & quod ineſt, & id, in quo ineſt) non erit vtiq; aut materia, aut forma locus, ſed aliud. illius enim aliquid hæc ſunt, quod ineſt, & materia, & forma.

Et manifeſtum eſt ꝙ, cum vas non eſt illud, quod eſt in eo, cum illud, quod dicitur principaliter, eſt aliud ab eo, quod eſt in eo, locus non eſt materia, neq; forma, ſed aliud. hæc enim duo ſunt ex re exiſtente in eis, ſcilicet materia, & forma.

Cum etiam declarauit ꝙ impoſſe eſt vt aliqd ſit in ſe principaliter, i. primo & eſſentialiter, & aliquid eſſe in loco dr̃, ſicut aqua dicitur eſſe in vaſe, incœpit declarare, qm̃ contingit ex hoc, vt non ſit forma, aut materia, & dixit Et eſt manifeſtum, &c. i. & eſt manifeſtum per ſe. qm̃, cum dicitur aliquid eſſe in loco eſt ſicut dicere aquam eſſe in vaſe: & vas non eſt aliquid ex eo, quod eſt in eo, ſed aliud: manifeſtum eſt ꝙ locus non eſt aliquid ex illo, quod eſt in eo, ſed aliud: cum ſit declaratũ ꝙ illud, quod dr̃ eſſe in loco eſſentialiter, & primo, eſt aliud ab illo, quod dr̃ eſſe in eo: ergo locus non eſt materia, neq; forma. materia. n. & forma vtraq; eſt pars rei, q̃ dr̃ eẽ in eis, ſ. corpus cõpoſitum ex forma, et materia. Et compoſitio iſtius ſermonis eſt in ſecũda figura ſic. Locus non eſt pars locati: & forma, & materia ſunt pars locati: ergo locus nõ eſt forã, neq; materia. 29

Caput Sextũ, in quo narrantur propoſitiones ꝓportionatæ, ex qbus deuenimus in cognitionẽ ipſius Loci.

HAec igitur ſint dubitata. Quid autem tandem ſit Locus hic vtiq; fiet manifeſtum. Accipiamus autem de ipſo quæcunq; videntur vere ſm ſe ineſſe ipſi. Cenſemus igitur locum eſſe primum quidem, quod continet illud, cuius locus eſt, & nihil ipſius rei eſſe. Amplius, primum locum neq; minorẽ eſſe, neq; maiorẽ. † {Præterea, neq; deſeri} ab vnoquoq;, & ſeparabilem eſſe. Ad hæc aũt, omnem locum habere ſurſum, & deorſum, & ferri natura, & manere in proprijs locis vnumquodq; corporum. hoc autem facere, aut ſurſum, aut deorſum.

† a. l. Præterea deſeri.

Tantum igitur accidit in hoc de quæſtione. Locus vero quid ſit hoc modo apparebit. Et accipiamus de illo ab eis, quæ exiſtimãtur re vera eſſe ei eſſentialiter. Dicamus igitur ꝙ oẽs conueniunt in hoc ꝙ locus primo continet illud, cuius eſt locus, & non eſt aliqd illius. Et poſt, quod primus locus non eſt maius, aut minus illo. † {Et ẽt eſt extra} aliquod ſingulariũ, & ſeparať ab eo. Et cum hoc, eſt oẽ, de quo dr̃ ſuperius, & inferius, & vnũquodq; corporum tráſferť naturalr̃ ad illud, & figitur in ſuo loco proprio. & facit hoc, aut ſuperius, aut inferius.

† a. l. non eſt extra.

Cum compleuit ſermones famoſos, ex quibus apparet locum eſſe, & ſermones, qui faciunt dubitare in ſuo eſſe, & diſſoluit quaſdam alias dubitationes, incœpit conſyderare de natura eius, ex rebus eſſentialibus ei, quæ ſunt manifeſtæ per ſe. ex talibus. n. rebus põt aliquis ſcire ſubſtantiam eius, & ſoluere oẽs qõnes accñtes in eo. illa vero, quæ inueniuntur in loco eſſentialr̃, 30

&

Illa, quæ cõpetunt loco eſſentialr, ſũt quinque.

& primo, ſunt, ſicut dixit, quinqꝫ. Primum eſt, ꝙ locus continet locatum ita, ꝙ non eſt aliquid de locato. & in hoc differt à forma: forma.n. & ſi cõtinet, tñ non eſt aliud à locato. & in hoc differt à vacuo: vacuum.n. non continet. Secundũ autem eſt, q̃m locus eſt ęqualis locato. Tertium vero eſt, q̃m locus ſeparatur à locato. & in hoc etiam differt à materia, & forma. et hoc intendebat cum dixit Et etiam eſt extra quodcũqꝫ ſingularium, & ſeparatur ab eis. Et in libro Alex. habet loco iſtius, {& ẽt nõ eſt extra aliquod ſingularium, & eſt ſeparatum.} & hoc eſt magis verum, ſed noo eſt notum pet ſe de loco. illi.n. qui dicunt locum eſſe vacuum, ſeparant locũ à locato, et remanet locus in actu. & Alex. exponit hunc locum. quia Ariſt. intendebat ꝙ locus non excedit locatum. & exponit ipſum etiam ſm ſuum modum, & dicit ꝙ non accidit ei hoc, quod diximus, ſ. ꝙ non eſt notum per ſe de loco. Quartum vero eſt, q̃m drīæ loci ſunt ſupius, & inferius. et in hoc differt à vacuo. in vacuo.n. non eſt ſuperius, neqꝫ inferius naturaliter. Quiotum vero eſt, q̃m locus eſt illud, ad quod transfertur locatum naturaliter, & ꝙ iſta translatio eſt quorundam corporum ſuperius, et quorundam inferius. & hoc etiam demonſtrat ꝙ non eſt vacuum. & hoc intendebat, cum dixit & facit hoc, i. facit translationem ita, ꝙ eſt cauſa finalis ei.

Suppoſitis autem his reliqua ſpeculari decet. Oportet autem tentare conſyderationē ſic facere, ut ipſum q̄d eſt reddatur, ut & quę dubitantur, ſoluantur, & quæ uidẽtur ineſſe loco, inſint. & amplius, ipſa difficultatis, & earum, quæ circa ipſum, dubitationum cauſa erit manifeſta. ſic enim pulcherrime demonſtrabitur unumquodqꝫ.

Oportet igitur nos ponere conſyderationē de cęteris, ita, ꝙ iſta ſint poſita nobis. Et oportet nos quærere, ut perſcrutatio noſtra ſit talis, ut per illam compleatur locus quid ſit, ita, ꝙ oẽs quæſtiones diſſoluantur, & illa, quæ exiſtimantur eſſe ei, ſint, & appareat cũ hoc cauſa difficultatis eius, & in quæſtionibus accidentibus in eo. hoc igitur modo declarabitur ſua definitio melius.

31 Cum declarauit ꝙ oportet ponere principium perſcrutationis de loco à principijs notis naturaliter, deinde cum numerauit illa, incœpit declarare cuiuſmodi oportet eſſe definitionem, quam nititur dare loco ex iſtis rebus. cum hoc.n. ꝙ definitio dat quiditatem loco, debet habere tria propria, quorum Vnum eſt, vt per illam diſſoluant̃ quæſtiones accidẽtes in eo, Secundum vero, vt per illam appareat cauſa eſſe rerum exiſtentium in loco ꝑ ſenſum, ſ. cauſa oĩum accidentiũ ſenſibilium in eo. definitiones.n. cõpletæ innatę ſunt reddere cauſam oĩum accidentium exñtium in re, ſed non conuertit̃, ſ. q̃m non oẽ, ex quo redduntur cauſæ accñtium, eſt vera definitio. & ideo exiſtimat̃ ꝙ hęc eſt regula deſtruens definitiones, non verificans. Et hoc intendebat, cum dixit & illa, quę exiſtimantur eſſe i eo ſunt, ſ. de cauſis apparentium. Tertium vero propriũ eſt vt ex definitione data appareat difficultas accñs io hoc. & hoc eſt proprium definitionibus rerum difficilium definiri. Et iſta tria nec̃ia ſunt in definitione quærenda in hoc loco. q̃m, ſi vnum eorum diminuitur, aut oĩno non erit definitio, aut, ſi erit, non erit perfecta. & ideo dixit hoc ergo mõ, &c. i. q̃m ꝑſcrutãdo de tali definitiõe, & ſciẽdo illa, declarabit̃ q̄d ſit loc⁹ bñ, et ꝑfecte.

Definitiões, quæ dant quiditatẽ, debẽt hr̃e tria propria. vide. 1. de aia. xi. 2. de aia. 12. 26. 4. cor. 2. &. 1. de aia. cõm. 21.

Primum igitur conſyderaſſe oportet, ꝙ non quęreretur utiqꝫ locus, ſi non motus aliquis ſm locum eſſet. propter hoc.n. & cœlum maxime in loco putamus eſſe, quia ſemper eſt in motu. Huius autem aliud quidem eſt latio, aliud uero augmentum, & decrementum. etenim in augmento, & decremento mutantur, & quod prius erat hic, iterum translatum eſt in maius, aut minus. Eſt autem quod mouetur, aliud quidem per ſe actu, aliud uero per accidẽs. Eius autem, quod ſm accidens, aliud quidem poteſt moueri per ſe, ut partes corporis, & in nauigio clauus, alia uero nõ poſſunt, ſed ſemꝑ ſm accidẽs, ut albedo, & ſc̃ia. hæc.n. ſic mutantur ſm locum, quia id, in quo ſunt, mutatur.

Non quęreret loc⁹, niſi mot⁹ aliquis eẽt ſm locũ. Vide con. Zimar.

Rorũ, quæ ꝑ accñs mouẽtur, aliqua ꝑ ſe moueri pñt, aliqua vero minime.

Dicamus igitur, q̃m ſciẽdum eſt primo ꝙ locus non eſſet perſerutandus de illo, ſi motus non eſſet in loco. propter hoc. n. exiſtimamus cœlum proprie eſſe in loco, quia eſt ſemper in motu. Et iſte motus alius eſt tranſlatio, & alius augmentum, & diminutio. res .n. tranſmutat̃ ſm augmentum, & diminutionem. illud igit̃, quod hic erat translatum, attribuitur ad ubi minus, aut maius. Motum autem aliud mouetur per ſe, & aliud mouet̃ per accidẽs. Et illud, quod mouetur per accidens, aliud eſt, quod poteſt moueri per ſe, uer. g. membra hominis, & clauus in naui, et aliud non poteſt, ſed ſemper mouetur ꝑ accidens, uerbi gratia albedo, & cognitio. iſta enim non mutant ſua loca, niſi quia illa, in quibus ſunt, transferuntur.

Cum incœpit perſcrutari de definitione loci, incœpit dicere primo illud, quod mouit hoĩes ad credendũ locũ eſſe, & eſt motus localis, et dixit proprie motum, et non quietem, licet vtrũqꝫ ſignificet locum eſſe. quia motus eſt notior quiete. quies.n. eſt priuatio, & motus habitus. & dixit Dicamus igitur, &c. i. ſciendum eſt ergo ꝙ cauſa in hoc, ꝙ hoĩes creduot ꝙ locus eſt vnum entium, de quibus perſcrutandum eſt, eſt motus rei in loco. ſi.n. hoc noo eſſet, non perciperẽt ipſum eſſe. D. dixit propter hoc.n. &c. i. q̃m propter hoc, ꝙ cœlum mouetur, exiſtimatur ex hoc, vt ſit in loco. & dixit hoc, quia cœlũ habere locum latet. exiſtimat̃.n. ꝙ illud, quod mouetur i loco, debet mutare locum ſm totum, & cœlum non mutat locum ſm totum. & ideo opinatus eſt Auicen. ꝙ non habet motum io loco. & ponere ꝙ mouetur ſm partes, & nõ mouet̃ ſm totum eſt inopinabile. & ideo Zeno negauit ipſum moueri, †{vt poſt dicemus.} Et, cũ declarauit ꝙ translatio facit hoĩes percipere locum eſſe, declarauit modos trãſlationis facientis hoc, & dixit Et iſte modus alius eſt translatio, etc. deinde dixit & cũ illud, quod erat trãſlatum, &c. i. attribuitur ad vbi magnum, & paruum. & in quibuſdã libris loco †{attribuit̃ (legitur) trãſfertur.} Et induxit hoc, quia hoc etiam debet præponi cognitiooi de loco, ſ. q̃m locus alius eſt maior, & alius æqualis, & ꝙ ipſum exiſtere in maiori eſt propter ſuã exiſtentiam ĩ minori, ſ. in æquali, vt dictum eſt. & ſm hoc vocauit æqualem minorem, locus.n. impoſſibile 32

Mot⁹ ẽ notior quiete. nã mot⁹ ẽ habitus, & qͥes eſt priuatio. ex q̃ vr̃ habitũ notiorẽ eẽ priuatiõe. Sed vide inſtantiam. 8. phyſi. c. 2. Vide contr. Zim.

†Cõ. 43.

Trãſlatio facit cognoſcere hoĩes locũ eẽ. Idẽ ſupra cõ. 3. & infra. 18. 61.

eſt vt

eſt vt ſit minor locato. Aut intẽdebat augmentum, & diminutionem in exemplari aialis. augmẽtabile.n. mouetur ad maiorem locum, & diminutum ad minorem locum. Et, cum declarauit ꝙ motum, & motus fecerũt hoĩes percipere locum eſſe, declarauit modos mobilium, vt diſtinguat ex eis illũ modum, ꝗ fecit homines percipere locum eſſe eſſentialiter, & dixit Motum autem aliud mouetur per ſe, &c. & intendebat ꝑ hoc innuere, ꝙ motum, quod de neceſſitate habet locum, eſt motum eſſentialiter, & ꝙ hoc fecit hoĩes percipere locum eſſe. D. dixit Et illud, quod mouet per accidẽs, &c. i. qm̃ membrum, qñ diuiditur à corpore, poteſt moueri per ſe quieſcente corpore. qñ autẽ mouetur per motum totius corporis, mouetur per accñs. & ſilr, qñ clauus in naui mouetur per motum nauis, mouetur per accidens, & qñ mouetur diuiſim à naui, mouet per ſe. & iſte modus moti per accidẽs eſt pars, cui attribuitur motus propter hoc, quod attribuit toti. qm̃ id, quod mouetur per accidens, eſt duobus modis, ſicut dixit. Vnus eſt, vt motus attribuatur parti propter hoc, ꝙ attribuitur toti, & iſtud motum quidẽ per accidens poteſt moueri eſſentialiter, qñ pars diuiditur à toto, & fit totum per ſe. Secũdus vero eſt, vt motus attribuatur accidenti rei motæ, vt cum attribuitur albedini, & nigredini. & tale motum ꝑ accidẽs impoſſe eſt vt moueatur in aliqua hora ꝑ ſe, cum accidentia, & vſr oĩa, quæ ſunt in ſubſtantia, non poſſint ſeparari. & iſta diſpoſitio eſt oĩum formarum, quę exiſtũt in ſubiecto. et fuit dictum de hoc modo moueri ꝑ accidens, ſicut dixit. qm̃ iſta non dicuntur mutare locum, & moueri, niſi quia illud, in quo ſunt, mutat locũ ꝑ ſe, & transfertur, ſicut pars transfertur ꝑ translationem totius, & albedo per translationem corporis.

Pars, qñ diuidit a toto, & fit totum, põt ꝑ ſe moueri. Idẽ. 5. phy. cõ. 1.

Accidentia, & vſr oĩa, quæ ſunt in ſubſtãna, ſicut forma in ſubiecto, impoſſe eſt vt ꝑ ſe moueri poſſint. Idẽ. 5. ph. c. 1. & 6. ph. c. 86.

Quoniam autem dicimus eſſe in cœlo, vt in loco, quia in aere, hic autem in cœlo eſt, et in aere autem nõ toto, ſed propter vltimum ipſius, & cõtinens, in aere eſſe dicimus. ſi. n. totus aer ſit locus, non æqualis erit vniuſcuiuſq; locus, et vnũquodq;. videtur aũt ęqualis eſſe. talis autem eſt primus, in quo eſt.

Et dicimus aliquid eſſe in cœlo, intendendo ipſum eſſe in loco, quia eſt in aere, & aer eſt in cœlo, & dicimus ipſum eſſe in aere, nõ qa ẽ in toto aere, ſed qa vltimũ eius, & illud, qđ continet ipſum, eſt in aere. &, ſi totus aer eẽt locus eius, tũc locus cuiuslibet, & quodlibet nõ eſſent æqualia. & hoc exiſtimatur. & hæc eſt diſpoſitio primi loci, in quo eſt res.

33 Vult declarare quid ſit locus ex illis principiis manifeſtis per ſe, & incœpit in hoc etiam à principio manifeſto per ſe, & eſt, qm̃ locus alius eſt primus, & alius ſecundus, & res eſt in ſecundo, quia eſt in primo, et dixit Et dicimus, &c. i. et eſt manifeſtum per ſe de loco, qm̃ qñq; dicimus aliquid eſſe in cœlo, i. in mundo, qa eſt in aere mundi, & eſt in aere, quia eſt in vltimo fine continẽte ipſum. Et, cum poſuit ꝙ finis aeris, alia eſt propria rei, ꝗ dicitur eſſe in aere, & alia eſt cõis, quæ continet ipſum, et aliud. v. g. finis totius aeris, incœpit declarare ꝙ ex quibuſdam aliis propoſitionibus ſeqtur, vt locus non ſit finis cõis, ſ. ex propoſitione, dicente ꝙ locus debet eẽ æqlis, & dixit &, ſi totus aer, &c. i. &, ſi totus aer eſſet primus locus rei, quæ dicit eſſe in aere, tunc locus rei, & res, ꝗ eſt in eo, non eſſent æquales: ſed exiſtimatur hoc eſſe neceſſe, ſ. locum, & locatũ eſſe æqualia. & hoc intendebat, cum dixit & exiſtimatur, i. & ſcitur neceſſario. Et forte vocauit exiſtimationem hoc, quia eſt de genere propoſitionum, quę declarantur per modicam perſuaſionem. Et forte fecit hoc, quia iſtis propoſitionibus accidit ꝙ ſunt famoſæ, cum hoc, ꝙ fuerunt neceſſarię. & multotiens fecit hoc Ari. Et compoſitio iſtius ſermonis eſt ſic in ſecunda figura. Primus locus eſt æqualis: & aer ſm totum non eſt æqualis: ergo aer nõ eſt primus locus. D. d. & iſta eſt diſpoſitio primi loci, in quo eſt res, i. & æqualitas eſt diſpoſitio primi loci, qui eſt vltimi finis aeris continentis locatum: ex quo ſequitur vt iſta vltima ſint locus, non vltima cõia. Et compoſitio iſtius ſermonis eſt ex duabus affirmatiuis in figura ſecũda. & forte fecit hoc, quia locum eſſe æqualem locato eſt proprium loco, & qñ cõuerſio in talibus propoſitionibus eſt manifeſta per ſe, poſſibile eſt vti in demonſtrationibus: qm̃ tunc poteſt reuerti ad primam figuram. qm̃, cum tales propoſitiones cõponuntur in prima figura, tunc maior propoſitio erit prædicabilis nõ ſm naturam: & ideo componitur in ſecunda figura. Sed forte conuerſio in hoc non eſt manifeſta ꝑ ſe. exiſtimatur. n. ꝙ inane, quod eſt inter vltimos fines aeris, eſt etiam æquale. & ideo inducit poſt alia principia, ex quibus declarat ꝙ non eſt inane. & ſm hoc, cum dixit & iſta eſt diſpoſitio primi loci, non intendit declarare ꝙ primus locus, ſ. vltimus finis aeris eſt locus ĩ rei veritate, ſed intendebat declarare ꝙ qui ponit locum eſſe vltimũ finem, conceditur ei hæc propoſitio, ſ. dicens locum eſſe æqualem, & non negat ei, ſicut accidit dicentibus locum eſſe totũ aerem. & intendebat per hoc notificare ꝙ illa oĩa principia nõ concedunt, niſi ponentibus locum eſſe vltimum finem aeris, et continentẽ locatum.

Exiſtimatur quot modis ſumit apud Philoſophũ, vide hic, &. 1. de aĩa. cõ. 59. &. 2. de aĩa. 58.

Quando termini ſunt cõuertibiles, & conuerſio eſt manifeſta ꝑ ſe, licet arguere ex ambabus affirmatiuis I. 2. figura. Idẽ. 2 phy. cõ. 25. Idem hic ſupra cõ. 33. & infra. c. 42.

Cum igitur non diuiſum eſt quod continet, ſed continuum, non vt in loco dicit eſſe in illo, ſed vt pars in toto. cum vero diuiſum eſt, et tangens, in primo quodam eſt, vltimo cõtinentis, quod neq; pars eſt eius, quod in ipſo eſt, neq; maius ſpatio, ſed ęquale. in eodem. n. ſunt vltima ſe tangentium. Et, cum continuum ſit, non in illo mouetur, ſed cum illo: diuiſum autem in illo. Et, ſiue moueatur cõtinens, ſiue nõ, nihil minus. Amplius autem, cum nõ diuiſum eſt, vt pars in toto dicitur, vt in oculo acies, et in corpore manus. cum autem diuiſum eſt, vt in cado aqua, aut in fictili vinum. manus enim cum corpore mouetur, aqua autem in cado.

Cum igitur cõtinens non fuerit diuiſum, ſed continuum, nõ dicemus ꝙ illud eſt in eo, ſicut aliquid eſt in loco, ſed ſicut pars in toto. &, cum fuerit diuiſum, ſed cõtinens, tunc eſt in vltimo continentis, ſicut aliquid eſt in primo loco, & hoc non eſt pars illius, in quo eſt, quod ẽ in eo, neq; maius, ſed æquale. qm̃ vltima cõtinentium ſunt in eadem diſpõne. Et, cum fuerit continuum, tunc motus eius non erit in eo, ſed cum eo. Et, cum fuerit diuiſum, mouetur in eo, & non mouetur cum eo, niſi continens moueatur, ꝙ non dicunt. Et, ſi non mouetur, & etiam cum non fuerit diuiſum, dicetur ipſum eſſe quaſi pars in toto, v. g.

to, v. g.

to.v.g.qm̃ viſus eſt in oculo, & manus in corpore. &, cum fuerit diuiſum, erit ſicut aqua in cypho, & vinum in dolio. manus.n. mouetur cum corpore, & aqua in cypho.

34 Cum declarauit ꝙ locus impoſſe eſt vt ſit finis cõis locato, & alij: qm̃ locus eſt æqualis, & finis cõis nõ eſt ęqualis: incœpit declarare etiam ꝙ iſte finis, qui exiſtimatur eſſe locus, ſ. cõtinens, & ęqualis, non eſt forma, neq; aliquod continuum cum illo, quod eſt in eo, ſicut eſt diſpoſitio in parte cum toto. & intendebat diſtinguere per hoc inter locatum eſſe in corpore, quod eſt vbi eius, & inter partẽ eſſe in toto, ex hoc, ꝙ prius poſuit. qm̃ aliquid eſſe in loco eſt ſicut aquam eſſe in vaſe. Et dixit Cum igitur continens, &c. i. &, cum poſuerimus ꝙ locus eſt continens, & continens eſt duobus modis, aut cõtinuum cum locato, aut diuiſum ab eo, ſed continens, cum poſuerimus ꝙ locus eſt continens continuum, v.g. ſuperficies corporis, tunc illud corpus non erit in loco continenti, ſicut aqua in vaſe, & ſi ſic verũ tunc ipſum eſſe æquale, ſed eſt quaſi pars in toto. & iam diximus ꝙ locus non eſt talis. &, cum continens fuerit diuiſum, & contangens, tunc dicet̃ ꝙ locatum eſt ſicut aqua in vaſe, & ꝙ eſt æquale. continens igitur dicitur de tribus, de fine contangenti, & de non contangenti, & de forma. & æqualitas fallitur in fine nõ contangenti, & eſt vera de contangenti. & dicere aliquid eſſe in loco, ſicut aqua in vaſe, eſt verum de fine contangenti, & non contangenti, & fallit̃ in forma. & facit dñiam inter locatum eſſe in corpore, quod eſt ſuũ vbi, & inter partem eſſe in toto: ergo id, de quo vere dicuntur iſta tria principia, eſt finis cõtangens. et continẽs fallitur de inani, quod eſt inter ſuperficies vaſis cõtinentes aquam, quod imaginat̃ eſſe locus apud dicentes vacuum eſſe: ergo hæc tria principia non vere dñr niſi de fine continenti. Et forte illud, quod congregatur ex eis eſt proprium fini contangenti, & conuertitur de illo, ita, ꝙ declaratio ſit talis. Locus eſt cõtinens, & ęqualis, & res eſt in eo, ſicut aqua in cypho: & quod habet iſtas tres diſpoſitiones eſt finis contangens: ergo locus eſt finis contangẽs, & ideo dixit poſt.

Continẽs dr de tribus.

Caput Septimum, in quo traditur definitio Loci, & ex dictis propoſitionibus notificatur quid ſit.

IAm igitur manifeſtum ex his quid eſt locus. Quatuor.n. ferè ſunt, quorum neceſſe eſt locum vnum aliquid eſſe. aut.n. forma eſt, aut materia, aut ſpacium aliquod mediũ extremorum, aut extrema, ſi non eſt vllum ſpacium prețer inexiſtentis corporis magnitudinem. Horum autem, ꝙ tria non poſſint eſſe manifeſtum eſt. Sed, propterea ꝙ continet, videt̃ Forma eſſe. in eodem.n. ſunt extrema continentis, & contenti. Sunt igitur vtraq; termini, ſed non eiuſdem: ſed forma qdem rei, locus autem continẽtis corporis.

In eodẽ ſunt extrema cõtinentis, & contenti.

Apparet igitur ex hoc quid ſit locus. ſunt enim Quatuor, quorum locus dignius eſt, vt ſit aliquis eorum. eſt.n. aut forma, aut materia, aut aliqua dimenſio inter fines, aut finis, ſi nulla eſt dimenſio præter dimẽſiones corporis, quod eſt in re. Et manifeſtũ eſt ꝙ impoſſe eſt vt locus ſit aliquod iſtorũ trium. Sed ꝓpter cõtinentiã vr̃ eſſe Forma, fines.n. continentes, & cõtenti ſunt in ſimul. Dicimus igitur, qm̃ ſunt ambę fines, ſed nõ fines eiuſdẽ, ſed forma eſt finis eius, quod continetur, locus vero eſt finis corpis cõtinentis.

Dicit Apparet igit̃ ex ꝓdictis, et ex hoc, quod dicam 35 quid ſit locus. locus.o. ſi eſt neceſſe vt ſit vnum Quatuor, ſ. aut materia, aut forma, aut inane, aut dimẽſio, quæ eſt inter ſuperficies vaſis. & hoc intendebat, cum dixit aut dimẽſio inter fines, i. inter ſuꝑficies contiẽtes locatum, aut vt locus ſit ipſæ ſuperficies continentes. D.d. ſi nulla fuerit dimenſio, &c. i. ſi non fuerint hic dimẽſiones tres ſeparatæ, i. exiſtentes per ſe, pręter dimenſiones corporis locati. dicẽtes. o. locum eſſe vacuum dicunt tres dimenſiones eſſe non in ſubiecto, in quibus ſubijciuntur dimenſiones corporis. D.d. Et manifeſtum eſt, &c. et intendit per tria, formam, et materiam, & dimenſiones, quæ dñr vacuum. & ipſe intendit declarare etiam cũ deſtructione vniuſcuiuſq; iſtorum trium ſimilitudinem īter vnumquodq; corꝑ, & locum, vnde exiſtimatur vnumquodq; locum eſſe. & īcœpit dare cauſam, ex qua exiſtimatur ꝙ locus eſt Forma, et dixit Sed propter continentiã, &c. i. ſed propter hoc, ꝙ locus exiſtimatur continere, & forma exiſtimatur continere etiam, ſ. ſuperficies corporis locati quia dr̃ in definitione corporis, ꝙ eſt illud, quod continetur ab vna ſuperficie, aut ſuperficiebus. D. incœpit dare dñiam inter hunc finem, & finem, qui eſt locus, et dixit Dicamus igitur, &c. i. qm̃ ſuperficies corporis continentis, et ſuperficies corporis contenti, licet conueniant ꝙ ſunt finis, et ſuperficies et continens, tamen non ſunt finis eiuſdem. quoniam forma eſt finis corporis, & eius terminus, locus autẽ eſt finis corporis continentis corpus habens formam.

Cõtinẽſ loci, & formæ dña.

Ex eo autẽ, ꝙ mutatur ſæpe, manente cõtinẽte, contentũ & diuiſum, vt ex vaſe aqua, ipſum medium eſſe aliquod vr̃ Spaciũ, tanq̃ aliqd exñs ꝑter ipſum corpus trãſlatũ. Hoc aũt nõ eſt, ſed quoduis incidit corpus eorũ, quę transferunt̃, ac tãgere apta natura ſunt.

Et propter hoc, ꝙ cõtentum diuiſum multotiens mutatur, continente permanẽte, v.g. aqua in vaſe, exiſtimatur ꝙ eſt aliqua Dimenſio inter fines, & ꝙ eſt aliquid ꝑter corpus, quod trãſfertur. Et nihil eſt hic tale, ſed cadit in ipſum quodlibet corpus, quodcũq; corpus ſit corporum, quæ transferuntur, & nihil eſt hic tale, & innata ſunt tangi.

36 Cum declarauit ꝙ locus non eſt forma, neq; materia, et dedit ſimilitudinẽ, ex qua apparet ꝙ locus eſt forma, & diſſoluit illam, incœpit dare ſimilitudinem, ex qua apparet etiã ꝙ locus eſt Dimenſio, quæ eſt inter ſuperficies corporis continentis extranei, v.g. dimẽſio, quæ eſt inter ſuperficies vaſis. iſta.n. eſt opinio magis apparens, qm̃ primum notum eſt ꝙ aliquid eſſe in loco eſt ſicut aquam in cypho. Sed vtrum locus ſit ſuꝑficies cyphi, aut inane, quod intelligitur inter ſuperficies cyphi, habet perſcrutationem. vr̃.n. ꝙ ſignificatio vulgaris huius prępoſitionis In, qm̃ dicunt aliquid eſſe in loco, eſt circa vacuum, quod vulgus īteligit in vaſe. &, ſi fuerit demonſtratum ꝙ nihil eſt vacuum, tunc locus neceſſario erit continens extraneum: ſed, qa vulgus non percepit hoc, non poſuit hanc ſignationẽ huius præpoſitionis In, & ideo iſta opinio eſt valde apparens.

pareñs. Incœpit igitur declarare ſimilitudinem, ſicut diximus, q̃ fecit hoĩes credere locum eſſe vacuũ, ſ. tres dimenſiones, quę intelligunt in vaſe extra ſubiectum, & dixit Et, quia contentũ, etc. i. et, quia corpus, quod continet finis continens, qui eſt locus in rei veritate, transfertur q̃ñq;, fine manente non tranſmutabili, in quibuſdã rebus per trãslationem corporis, vt accidit aquę, qñ transferẽ à cypho, ſ. qñ ſupficies cyphi pmanet, ſicut erat, qñ aq̃ erat in eo. et exiſtimaẽ ꝙ locus eſt tale, ſ. ꝙ non transferẽ p translationem locati: ideo exiſtimaẽ ꝙ locus eſt vacuum, & dimenſio, q̃ eſt inter ſuperficies corporis continentis locatum. et adiuuat etiã hãc exiſtimationem hoc, ꝙ, qñ aer exit à vaſe, nullum corpus remanet inter ſuperficies vaſis, ſicut dicit Ari. poſt. D. incœpit contradicere huic opinioni, & dixit Et nihil eſt hic tale, &c. i. & non ſunt hic dimenſiones ſeparatæ in vaſe, quæ remanent vacuæ, poſtq̃ corpus ſeparatur ab eis. ſed, cum aliquod corpus ſeparatur à vaſe, ſtatim cadit in ipſum aliquod corpus, quodcũq; ſit, aut aer, aut aqua: & non eſt hic corpus, quod ſeparatur à corpore, ita, ꝙ inter illa ſit non corpus, ſed omnia corpora contangunt ſe, & non diuiduntur abinuicem. & hoc apparet de Cantaplora, & de alijs, quæ dixit Et dicit ꝙ, ſi eſſent hic dimenſiones, in quas caderet corpus locatum, cõtingeret vt quilibet locus eſſet locus cuiuslibet corporis. et ſic ignis non eſſet propriũ ſuperiori, & terra iferiori. Et cauſa in hoc eſt, qm̃ [a] in dimenſionibus abſtractis, & vacuo non ſunt drĩæ, quibus diuerſantur, ſed natura earum eſt conſimilis: [b] fines autem corporum diuerſantur ſm diuerſitatẽ naturarum corporũ: vnde in eis inuenitur ſuperius, & inferius: [c] & ideo corpora mouentur ad ſua vltima propria, vt perficiantur per illa, & vt tangant illa.

a In dimenſionibus abſtractis, & vacuo ñ ſũt drĩæ, qb⁹ diuerſãtur, ſed natura earũ ẽ cõſimilis. Idem infra. cõ. 42.

b Fines corporum diuerſant ſm diuerſitatẽ naturarum corporum. Idẽ 1. ca. de ſubã orbis. 1. cœli. 72. 3. cœ. 6. & 72.

c Oĩa corpa mouẽtur ad ſua vltia ꝓpria, vt perficiantur p illa, & vt tangant illa. Idẽ 1. cœ. cõ. & t. 24. Idẽ hic infra cõ. 42. 43. & 48. & cõ. 69.

Si autem eſſet aliquod ſpatium aptum natura, ac manẽs in eodem loco, infinita vtiq; eſſent loca. translato. n. aere, & aqua, idem facient partes omnes in toto, quod nunc tota aqua in vaſe. ſimul autem & locus erit mutatus: quare erit loci & alius locus, & multa loca ſimul erunt. non eſt autem alius locus partis, in quo mouetur, cum totum vas trãſfertur, ſed idem. in quo enim ſunt, viciſſim transferuntur aer, & aqua, aut partes aquæ, ſed nõ, in quo ſunt, loco, qui pars eſt eius loci, qui eſt locus totius cœli.

Et, ſi eſſet aliqua dimenſio nota pmanens in eadem diſpoſitione, tunc loca eſſent infinita. aqua. n. & aer, qñ transferuntur partes, faciunt in toto, ꝙ aqua tota facit in vaſe. et cũ hoc locus erit translatum: & ſic locus etiam habebit alium locum, et erunt multa loca inſimul. & locus partis, in quo mouetur, quãdo transfertur totum vas, non eſt alius locus, ſed idem. locus enim, in quo eſt aer, & aqua, & partes aquæ, eſt ille, qui transfertur, quia non veniunt in illum locũ, qui eſt pars in loco, quia eſt locus ex toto cœlo.

37 Iſtæ ſunt aliæ rationes, ex quibus declarat ꝙ impoſſibile eſt dimenſiones eſſe ſeparatas per ſe extra materiam, & formam, & oĩa accidentia, ſicut exiſtimãt dicentes vacuum eſſe. Et dixit Et, ſi eſſet hic dimenſio nota, i. exñs per ſe extra ſubiectum, i. ſi tres dimenſiones, quibus corpus definitur, exiſtunt per ſe ſine ſubiecto. D. d. permanẽs in eadem diſpõne, i. non trãſmutabilis, neq; translatabilis, ſm ꝙ exiſtimant opinãtes hoc. D. d. tũc loca eſſent infinita, &c. i. qm̃, ſi locus eẽt dimenſiones abſtractæ à materia, in quibus dimẽſiones corporis ſubijcientur, contingeret loca eſſe infinita. continget. n. vt totum corpus locatũ, & partes eius ſint in loco eſſentialiter. qm̃, ſi locus ſit tres dimenſiones, in quibus ſubijciuntur dimenſiones corporis, & corpus, & quælibet pars eius habet tres dimenſiones, neceſſe eſt vt ſubiectio totius in loco ſit ad modum ſubiectionis partis adeo, ꝙ qñ aer, aut aqua intrat ĩ vas, ſubijcientur ſm tres dimenſiones in tribus dimenſionibus vaſis, ſ. quæ ſunt inane. & ſilr contingit vt medietas aquæ ſm tres ſuas dimenſiones ſubijciatur ĩ tribus dimenſionibus, quæ ſunt medietas dimenſionum primi loci, & ſic de medietate medietatis, & ſic proceduur in infinitum, ex quo contingit loca eſſe infinita cum hoc, ꝙ contingit ꝙ dimenſiones partis ſubijciuntur etiam in dimenſionibus, in quibus totum ſubijciẽ, & ſic erunt dimenſiones in dimenſionibus in infinitũ. pars. n. indiget dimenſionibus per ſe, in q̃bus exiſtat, ſicut totum exiſtit. & differunt à toto dimẽſiones partis, quæ ſunt ſuum vbi, & indigent exiſtere in dimenſionibus totius, quæ ſunt ſuum vbi, ita, ꝙ ſint diuerſæ à dimenſionibus totius. Et hoc intendebat, cum dixit partes. n. & c. i. qm̃ quemadmodũ ſm totũ aqua, quæ eſt in vaſe, indiget dimenſionibus, in quibus ſubijciatur, ita partes aquæ indigent dimenſionibus, in quibus ſubijciãtur, quę differunt à dimenſionibus totius. qm̃, ſi dimẽſiones partis, in quibus ſubijciẽ, eſſent partes dimẽſionum, in quibus totum ſubijcitur, tunc pars non eſſet in loco per ſe, neq; totum etiam. totũ. n. etiam eſt pars totius corporis continentis, & illud corpus alterius corporis continentis ita, ꝙ ſit pars totius mundi. & continget in dimenſionibus, in quibus ſubijcitur totum, vt indigeant dimẽſionibus, in quibus ſubijciantur, & illæ dimenſiones alijs dimenſionibus, & ſic in infinitum. D. induxit etiam aliud impoſſe, & dixit & cum hoc erit translatum, &c. i. &, cum poſuerimus dimenſiones eſſe ſeparatas, in quibus ſubijciuntur dimenſiones corporis, continget vt locus moueaẽ eſſentialiter, et indigeat loco. qm̃, cum vas transfertur de loco in locum, & in eo fuerit aqua, aut aer, cõtinget neceſſario, ſicut vas ſm totum mutat locum, vt dimẽſiones, in quibus eſt aqua, in vaſe mutent locum. et ſic locus indiget loco. &, cum trãsfertur ad alium locum, fient in eo aliæ dimenſiones permanentes in vaſe, quæ mouentur per motum eius. & ſic contingit vt in vaſe ſint loca infinita, quia creſcunt in vaſe per motum, & totum remanet, quia aqua remanet. & ſilr contingit etiam in partibus aquæ. Et hoc intendebat, cũ dixit & locus partis, in quo mouetur, qñ transfertur totum vas, non eſt alius locus, & ſilr partes loci. & continget vt cum eo transferantur dimenſiones, in quibus ſubijciantur aqua, & partes aquæ in vaſe. &, cum transfertur, continget, vt dimenſiones, quę ſunt in vaſe, ſubijciantur dimenſionibus, ad quas transfertur vas: et ſic, locus mouebitur per ſe, & erũt multa loca inſimul. D. d. locus. n. in quo eſt aer, etc. i. dicimus. n. ſm noſtram ſniam, ꝙ vas, in quo eſt aer, aut aqua, aut partes aquę, eſt illud, quod transfertur per ſe, et aqua exiſtit in vno loco, qui eſt vas: non quia aqua, aut partes eius transferuntur per ſe, per translationem vaſis ita, ꝙ ſint in loco, qui eſt pars loci, ad quem transfertur totum vas, q̃ eſt pars loci totius mundi. Et hic ſunt multa impoſſia manifeſtiora iſtis, quæ ſequuntur ex poſitione dimenſionum ſeparatarum, quæ poſt dicet Ari. qñ loquetur de vacuo. ſed iſta ĩpoſſibilia, quæ hic dixit, ſequuntur ex poſitione dimẽſionis ſeparatæ, nõ ſm ꝙ eſt dimẽſio

Pria expō Alexādri. ſio ſeparata, ſed ſm ꝙ ponitur locus. Et Alexan. dicit in hoc capitulo quod eſt valde difficile, & exponit ipſum duabus expoſitionibus. dixit. n. ꝙ, cū dixit Ariſ. aqua. n. et aer, qñ transferūtur, &c. forte intendit. qm̄, ſi locus eſſet dimenſio, contingeret vt partes aquę, qñ aqua transfertur, agerēt illud, quod agit aqua, quæ eſt in vaſe, qñ vas transfertur, i. qm̄ dimenſiones, in quibus partes ſubijciuntur, debent transferri cū ipſis partibus: ſicut contingit, ſi aqua eſſet in vaſe in dimenſione, vt dimenſio, in qua eſt, transferatur cum vaſe. & dicit ꝙ ſimilitudo inter hæc duo, quæ fecit hanc conſecutionē eſt, qm̄ vtrūq; eſt pars totius, & pars nō mouetur per ſe, ſ. qm̄ aqua, quę eſt in vaſe, eſt pars cōgregati, ſicut pars aquę translatæ eſt pars totius aquę. &, cum illud, quod contingit in vtraq; parte, eſt idem, & vas, qñ transfertur, & aqua exiſtit ī eo, transfert̄ cum eo dimenſio, in qua eſt aqua, & contingit vt ſubijciat̄ in alia dimenſione, ita eſt de oībus partibus cuiuslibet moti. &, cum ita ſit, quodcunq; corpus transfert̄, neceſſe eſt vt per trāslationem eius transferantur dimenſiones partium eius, & ſubijciantur in dimenſionibus loci, ad quem transferuntur: & ſic in illo loco congregantur duæ dimenſiones vni parti: & ſilr̄ de alijs partibus: & deinde, qñ ſecunda transfertur, trāsferuntur cum vnaquaq; parte duæ dimenſiones, & ſubijcient̄ in tertia dimenſione: & ſic vna pars in ſecunda translatione, ſ. in ſecundo loco habebit dimenſiones tres: et ſic quanto magis corpus mouebitur in loco, tāto magis habebit dimenſiones: & ſic vna pars habebit dimenſiones infinitas inſimul.

Secūda expō eiuſdem. Secunda expoſitio eſt, & eſt manifeſtior, vt dixit & eſt, vt cōtradictio ſit de partibus corporis, quod eſt in vaſe tm̄, hoc. n. manifeſtū, ſ. ꝙ, ſi locus ſit dimenſio, ꝙ neceſſe eſt vt cū aqua, quæ eſt in vaſe, per tranſlationem vaſis, transferatur dimēſio, quæ eſt in ipſo. ex quo ſequitur, vt aqua, quę eſt in vaſe, habeat loca infinita. & hoc, ſicut dixit, eſt manifeſtius, ſ. aquam quieſcere eſſentialiter in vaſe, & moueri per accidens, q̃ partes eſſe in toto hoc modo. & etiam prima rōcinatio non ſequitur, niſi poſtq̃ ponitur partes moueri per accidens, & forte hoc nō concedetur, niſi poſt conceſſionem eius, ꝙ eſt locum eſſe continens. qui vero ponit dimenſionem, quæ eſt inter ſuperficies continētis eſſe locum, opinatur partes eſſe

Laudat expōnē ꝑpriā. ī loco eſſentialiter. Et ideo vr̄ ꝙ noſtra expoſitio eſt rectior, quia eſt fundata ſuper hoc, ꝙ partes ſunt in loco eſſentialiter: & hoc ſequitur ex ſermone eorum. & impoſſibile, ad quod inducitur, eſt etiam manifeſtū, ſ. ꝙ vnum translatum trāſfertur in locis infinitis. & ſm hanc expoſitionem induxit aquā in vaſe, vt appareat ꝙ contingit eis ꝙ pars debet eſſe in loco eſſentialiter, ſicut aqua in vaſe eſt in loco eſſentialiter.

Et Materia etiam videbitur vtiq; eſſe locus, ſi inquieſcente aliquis conſyderet, & nō ſeparato, ſed continuo. Vt. n. ſi alteratur, eſt quippiam, quod nunc quidem albū eſt, olim autem nigrum, & nūc quidem durum, olim autem molle: (quapropter dicimus eſſe aliquid materiam:) ſic et locus per talem quandam eē vr̄ imaginationem. Verū illud quidem, quoniam quod erat aer, hoc nūc aqua eſt: locus vero, quoniam ubi nunc erat aer; hic nunc eſt aqua.

Materia neq; ē ſeparabilis a re, neq; cōtinēs ē. Sed materia quidem, ſicut dictum ē in prioribus, neq; ſeparabilis à re, neq; continens eſt: locus autem ambo.

Et exiſtimatur ꝙ Materia etiam eſt locus, qñ conſyderatio fuerit poſita ſm hoc, ꝙ in quieſcente eſt aliquod tranſmutabile, abſq; eo, quod ſeparatur, ſed remanet cōtinuum. vt in vaſe ſit aqua, & non mouetur vas, & tranſmutatur aqua, & non eſt ſeparata à vaſe, ſed continua cum eo, & fiet aer abſq; eo, quod ſeparatur, ſed remanēte continuo. Et quemadmodū in alteratione eſt aliqd, quod nunc eſt album, & prius fuit nigrū, & etiam quod nunc eſt durum, et prius fuit molle (ex quo dicimus materiam eſſe aliqd:) ſilr̄ exiſtimamus locum eē hoc modo imaginationis. Sed illam exiſtimamus propter hoc, quod illud, quod fuit aer, eſt nunc aqua: locum vero exiſtimamus eſſe, quia vbi fuit aer, illic nunc eſt aqua. Et materia, ſicut diximus ſuperius, non eſt ſeparata à re, neq; continens ipſam: in loco vero eſt vtrunq;.

Cum poſuit ꝙ locus vr̄ eſſe aliquod quatuor, & ꝙ non eſt aliquod trium, ſ. forma, aut materia, aut dimēſio inter vltima corporis continentis, & dedit ſimilitudines, quę faciunt exiſtimare vnumquodq; eorum, et primo dedit ſimilitudinem, quæ facit exiſtimare locū eſſe formā, & quæ facit exiſtimare locum eē vacuum, incœpit etiam dare ſimilitudinem, quę facit exiſtimare ipſum eſſe materiam, & dixit Et exiſtimatur Materiam eſſe locū, i. & ſimilitudo, quæ eſt inter motum translationis, & motum tranſmutationis, quæ eſt generatio, & corruptio eſt, qm̄ vtrūq; indiget aliquo, in quo fit tranſmutatio. & ideo exiſtimat̄ ꝙ illud, in quo eſt tranſmutatio ſm generationem, & corruptionem, quod eſt materia, ſit ſubiectum translationis, ſ. locus. & hoc exiſtimatur maxime, qñ aliquod corpus tranſmutatur in aliud, etiam vbi quieſcente, abſq; eo, ꝙ ſeparatur ab eo, ſed remanet cōtinuum cum illo vbi. vt aqua quæ in cypho, quæ trāſmutatur in aerem abſq; eo, ꝙ vas moueatur, & abſq; eo ꝙ aqua diuidat̄ à vaſe: qm̄ ſubiectum iſtius trāſmutationis eſſe inſimul cū vaſe, facit exiſtimare ipſum eē locum. D. d. Et quēadmodū in alteratione, &c. i. & illud, quod mouit nos ad credendum materiam eſſe, & locum eſſe, eſt conſimile. illud. n. quod mouit nos ad credēdum materiam eſſe, eſt ſubiectum eſſe in alteratione. qm̄ quemadmodum in alteratione aliquod eſt, ſuper quod ſuccedunt ſibi duo contraria, v. g. albedo, et nigredo, et durities, & mollities, ita, ꝙ in aliqua hora eſt albū, & in alia nigrum, & ſimiliter in tranſmutatione, q̄ eſt in ſubſtantia etiam eſt aliquod ſubiectum, vt in tranſmutatione aquæ in aerem, & aeris in ignem. & ſimiliter exiſtimauimus per motum trāslationis locum eſſe. locus. n. ita ſe habet in motu translationis, ſicut materia in motu ſm ſubſtātiam, & ſubiectum in alteratione. & hoc intēdebat, cum dixit ita exiſtimauimus locum eſſe, &c. Et, cum dedit ſimilitudinem inter cauſam facientē opinari locum eſſe, & materiam eſſe, dedit differentiā, & dixit Sed illam, &c. i. & eſt differentia inter has duas tranſmutationes. qm̄ tranſmutatio, quæ induxit nos ad credendum materiam eſſe, eſt tranſmutatio, [a] quæ eſt in ſubſtantia: tranſmutatio autem, quę induxit nos ad credendum locum eſſe, eſt [b] tranſmutatio in loco. & hoc intēdebat, cum dixit. quoniam illud, quod fuit aer, eſt materia aquæ. i. q̄a tranſmutatur, & transfert̄ de forma aeris in formā aquæ. D. dixit ſignū declarationis ꝙ materia eſt aliud à loco, et eſt, qm̄ [c] materia nō ſeparatur à re, neq; cōtinet ipſam: locus vero ſeparatur, & cōtinet: ergo in ſecūda figura, locus nō eſt materia.

a Trāſmutatio ī ſubā fecit nos cognoſcere materiā. Idē. 2. ph. 63. 2. ca. de ſubā orbis. 8. meta. 4. & 12. cō. 12. me. 10. 1. cœli. 20.

b Trāſmutatio ī loco fecit cognoſcere locū. Idē ſupra. t. c. 3. & 8. meta. cō. 12. Idem hic īfra. t. c. 61. & ſupra. t. c. 12.

c Materia nō ſeparat̄ a re, neq; cōtinet ipſam. Idem 3. ph. 65. & quæ ibi. Idē 2. de anima c. 90.

38

Si igitur

Si igitur nihil horũ trium locus eſt, neq; forma, neq; materia, neq; ſpatium ſemper aliquid exiſtens alterum, præter ſpatium rei translatæ, neceſſe eſt locum eſſe reliquum ex quatuor continentis, ſcilicet Terminum corporis. dico aũt contentum corpus, quod mobile eſt ſecundum lationem.

Et, cum locus nõ ſit forma, neq; materia, neq; dimenſio: qm̃, ſi fuerit dimenſio, cõtinget vt ſit hęc alia dimenſio à dimenſione rei trãslatæ: ſequiť vt locus ſit reſiduũ quatuor, quod eſt Vltimum corporis continentis, ſ. quod continet corpus contentum, quod innatum eſt moueri motu translationis.

39 Cum poſuit hic quatuor, quaſi contradictoria naturaliter, & deſtruxit tria eorum dixit, Et, cũ locus, &c. id eſt quoniam, ſi locus fuerit dimenſio, quæ eſt inter ſuperficies vaſis, neceſſe eſt vt ſint hic dimenſiones ſeparatæ, aliæ à dimenſionibus corporis translati, quod ſubijcitur in loco. quod eſt impoſſibile. cõtinget enim ex hoc vt ſint dimenſiones ſeparatæ, & alia impoſſibilia, quæ dicentur apud ſermonem in deſtructione vacui. Et iſte ſermo eſt hypotheticus diuiſiuus. ſed illa, quæ ponuntur in eo, non ſunt contradictoria ſibi naturaliter. & ideo exiſtimatur eſſe probabile: & ꝙ non vtitur ipſo niſi ad confirmandum demõſtrationem, ſup quam ſuſtentatus eſt, q̃ eſt cõgregatio illoꝝ exiſtium in loco cõtinente: &, qa conuertunť adinuicem.

Quomõ ſyllogiſmo hypothetico vti poſſum° ad cõfirmandum, vide. 1. phy. cõ. 4. & 1. priorum in digreſſiõe ꝓpria de ſyllo hypothe.

Caput Octauum, in quo declaratur per aliã uiam, quòd definitio tradita, eſt definitio Loci.

Videtur autem aliquid magnum eſſe, & difficile captu locus, tum qm̃ eſſe materia uideatur, atque forma, tum qm̃ in ipſo continente quieſcente fit translatio eius, quod fertur. poſſe. n. uidetur eſſe ſpatiũ medium aliud quippiam à motis magnitudinibus. Confert autem aliquid et aer, apparens incorporeus eſſe. videntur enim non ſolum termini ipſius vaſis eſſe locus, ſed & quod intermedium eſt, vt vacuum.

Et exiſtimať ꝙ cõprehendere locũ eſt maximũ & difficile, & hoc, quod apparet in eo de materia, & forma, et qa trãslatio translati eſt in cõtinẽte, & ipſum eſt qeſcens. unde & apparet hic eſſe aliquam dimenſionẽ aliam à dimenſione quantitatũ mobilium. Et adiuuat hoc aliquantulũ aer, qui apparet eſſe nõ corpus. & ideo facit apparere ꝙ locus non tantum eſt ultimum uaſis, ſed cum hoc illud, quod eſt in medio, ita, quòd ſit uacuum.

40 Cum promiſit dare definitionẽ de loco, ex quo appareat natura loci, & per quam diſſoluantur quæſtiones accidentes in eo, & appareat cauſa difficultatis in cognitione ſubſtantiæ eius, & ſecundum quam conuenіat omnibus exiſtentibus in loco, & iam apparuit ꝙ primum continens eſt illud, per quod conuenit oĩbus exiſtentibus in loco per ſe, & declarauit ſimilitudinẽ, quæ eſt inter continens, & materiam, & formam, & ſimilitudinem, ex qua exiſtimať locum eẽ materiam, incœpit declarare ꝙ iſta ſimilitudo, quæ eſt inter continens, et iſta, eſt cauſa difficultatis cognitionis loci, & dixit Et exiſtimať, &c. i. propter ſimĩtudinem, quã diximus eſſe inter ipſum, & materiam, & formam, et propter hoc ẽt, ꝙ quędã corpora trãslata transferuntur in cõtinente qeſcente, vt aquę ĩ cypho qeſcente, et ideo exiſtimať hic eſſe dimenſiones ſeꝑatas inter ſuꝑficies cyphi, & ꝙ illæ dimenſiones ſunt locus, ſ. longitudo, & latitudo, & profundum, q̃ imaginanť illic. qm̃, ſi ſuperficies vaſis corrumperentur apud exitum aquæ, non facerent apparere ꝙ iter ſuperficies eius eſſet inane. & ideo non exiſtimatur hoc in columna, quæ trãſfertur in aqua de loco in locum. Deinde dedit aliam cauſam, quam nondum dixit, et eſt, quia aer, qui eſt in vaſe, eſt iſenſibilis. & eſt cauſa fortis, qm̃ propter hoc, qñ aqua extrahiť à vaſe, exiſtimatur ꝙ vas eſt vacuũ. & dixit Et adiuuat hoc, &c, & eſt ſermo manifeſtus.

Supra. 1. cõ. 40.

Vt autem uas locus eſt, qui transferri poteſt, ſic locus uas immobile. Quapropter, cũ in eo, quod mouetur, quippiam moueatur, muteturq; id, quod intus eſt, ut in flumine nauis, ut uaſe magis q̃ loco, utitur continente. Vult autem immobilis eſſe locus. quocirca totus magis fluuius locus eſt, quia immobilis totus eſt. Quare continentis terminus, immobilis, primus, Locus eſt.

Definitio loci.

Et queãdmodum uas eſt locus translatus, et ſilr locus etiam eſt uas immobile. Et ideo, cum fuerit aliquod cõtinens, intra quod moueť, & transferť in aliquo moto, v. gr. nauis, quæ moueť in flumine, tunc cõtinens apud ipſam eſt quaſi uas, non quaſi locus. Vñ neceſſe eſt ut locus ſit immobilis. & ideo, ſi oĩno fuerit flumen ſm̃ totum, eſt dignius ut ſit locus, qa totum eſt immobile. Vltimum igiť continentis immobile primum eſt Locus.

In definitione loci aliam dr̃iam ponit ĩter ipſum, & vas. & eſt, quoniam vas eſt continẽs, et mobile eſſentialiter, locus vero eſt continens immobile, niſi ꝑ accidens. D. dixit Et ideo, cum fuerit aliquod continens intrinſecum, quod mouetur ĩ aliquo mobili, vt nauis, tunc cõtinens ita habebit ſe apud ipſum, ſicut vas, nõ ſicut locus, i. &, quia locus eſt immobilis eſſentialiter, ideo quando locatum fuerit intra aliquod, & illud, intra quod eſt, ſ. ĩ quo eſt, mouetur etiam, vt nauis, quę mouetur intra flumen per motum fluminis, tunc non dicemus ꝙ iſtud continens habet ſe de contento, ſicut locus, ſed ſicut vas. Deinde dixit Vnde neceſſe eſt vt locus ſit immobilis, i. &, ſi hoc ſit manifeſtum de loco, neceſſe eſt vt locus ſit immobilis eſſentialiter. Et ideo melius eſt, ſi dixerimus ꝙ flumen eſt locus nauis, dicere quòd totum flumen eſt dignius hoc, quàm continens nauem. quoniam flumen ſecũdum totum eſt immobile: non. n. eſt mobile, niſi ſm̃ partes. Et ſignificat ꝙ locus non mouetur eſſentialiter, ſed ꝙ locus eſt illud, ad quod mouetur res, & quieſcit in eo: et, ſi aliqd mouetur ad motam rem, tũc motus eius eſſet ocioſus. & hoc apparebit in alijs locis. Et, cum dedit hanc differentiam, dedit definitionem, in qua perficiuntur omnes differentiæ determinantes naturam loci, & dixit Vltimũ igiť continentis, &c. & intẽdit ꝑ vltimum ſuperficiẽ continentẽ, & per primũ ſuperpoſitã corpori. primum igiť eſt dr̃ia, per quam differt cõtinens equu-

41

Documentũ

Si aliqd mouetur ad motã rẽ, tunc motus ei° eſſet ocioſus.

le ab inæq̃li,& ꝑ hoc,ꝙ dixit imobilis eẽntialr̃, diſtinguit finis extraneus à fine naturali,ſ. q eſt ſil'is locato.

Atq; propter hoc, medium cœli, & vltimum ad nos circularis lationis vr̃ eſſe, hoc qdem ſurſum, illud vero deorſum, maxime oĩbus proprie. qm̃ illud quidẽ ſemꝑ manet, circuli autem vltimum, ſil'r ſe habẽs manet. Quare, cum leue qdem ſit, quod ſurſum fert̃ natura, graue vero, quod deorſum, q verſus mediũ continet terminus deorſum eſt, et ipſum medium. qui vero verſus vltimum ſurſum, & ipſum vltimum, & propter hoc videtur planum quoddam eſſe, & veluti vas locus, & continens. Amplius, ſimul cum ipſa re quodammodo etiam locus exiſtit. ſimul enim cum finito fines ſunt.

Et propter hoc opinantur omnes homines ꝙ medium cœli, & vltimum motus circularis eſt locus, hoc quidem ſuperius, hoc vero inferius prĩcipaliter, & vere, & hoc eſt quoniam hoc eſt ſemper permanens, & vltimum circuli eſt permanens in eadem diſpoſitione. Cum igitur leue eſt translatabile naturaliter ad ſuperius, & graue ad inferius, tunc inferius eſt vltimũ continens, quod eſt verſus medium, & ipſum medium, & ſuperius eſt vltimũ continẽs, quod eſt verſus extremũ, & ipſum extremũ. & ideo exiſtimat̃ ꝙ locus eſt aliquod planum, & quaſi eſt vas continẽs. Et etiam locus, et res ſunt inſimul. fines. n. &, finitum apud ipſos ſunt inſimul.

42 Cum poſuit ꝙ locus nõ mouetur eſſentialiter, dedit ſuꝑ hoc rõnem famoſam, & dixit Et propter, &c. & intendit ꝑ medium cœli, mediũ mundi, & ꝑ vltimum motus circularis, concauũ orbis lunæ. D. d. hoc autẽ ſuperius, i. vltimus motus circularis motuũ orbium, q eſt orbis lunæ. D. d. hoc vero inferius. & intẽdit mediũ mundi, quod eſt locus terræ. Et dixit principalr̃, & vere. qm̃ hęc duo loca ſunt ſupius, & īferius ſimpl'r: quod nõ eſt ita de loco aquæ & aeris. locus. n. aquę eſt inferius, ſed non ſimpl'r, & ſil'r aeris locus eſt ſuperius, ſed non ſimpl'r. D. d. quia illud eſt permanens. & intendit mediũ verum mundi. D. d. & vltimum circuli eſt permanens in eadem diſpoſitione. i. quod non põt trãſferri ad inferius, neq; ad ſuperius, et ſi mouet̃ circulariter. Et iſte ſyll's eſt ex duab' affirmatiuis in ſecunda figura, & componit̃ ſic. Superius debet eſſe fixũ: & vltimũ circulationis eſt fixum: ergo ſuperius eſt vltimũ circulationis. Et põt dici ad hoc, qm̃, qa ratio eſt famoſa, non curat vti in hoc duabus affirmatiuis in 2ª figura. Et põt dici ad hoc ẽt ꝙ propoſitio maior conuertit̃, qñ addit̃ ei hoc, ſ. vt fixũ ſit in maximo ſupiori. qm̃ tunc ſyll's componit̃ ſic. Superius ſimpl'r eſt fixũ, quod eſt ĩ vltimo ſuperiori: & fixũ, quod eſt in vltimo ſuperiori, eſt vltimũ in circulatione: ergo quod ſupius eſt ſimpl'r, eſt vltimum in circulatione. & ſil'r dr̃ de inferiori, ſ. ꝙ cum additur ei, quod eſt vltimo inferiori, tunc conuerſio erit vera. Et, quia verę definitiones debent conuenire oĩbus ſpẽbus rei definitę, incœpit declarare qũo iſta definitio loci conuenit duabus ſpeciebus loci, ſ. ſuperiori, et inferiori, et dixit Cum igitur leue, &c. i. cum igit̃ leue transfert̃ naturalr̃ ſuperius, & transfert̃ natural'r ad finem continentẽ: ergo ſuperius eſt finis continens. Et exiſtimat̃ ꝙ iſta concluſio eſt vl'is, & in tertia figura, quod nõ oportet. Sed iſta cõcluſio eſt vl'is, qa minor conuertit̃ vl'is affirmatiua. vñ ſyll's componit̃ ſic in prima figura. Superius eſt id, ad quod transfert̃ leue naturalr̃: & illud, ad quod transfertur leue naturaliter eſt finis vltimę circulationis: ergo ſupius eſt finis continens, q vicinatur corpori vltimo. Et ſil'r concluditur ꝙ inferius eſt finis aquæ, ſ. concauũ aquæ. Et dixit & medium. quoniam graue non quærit hunc finem, ſ. finem aquæ, niſi ſm ꝙ eſt medium totius, non ſm ꝙ eſt finis aquæ. &, ſi non, tunc terra moueretur ad aquam, vbi eſſet finis eius: ſicut ferrũ mouetur ad magnetem, vbicunq; fuerit: & hoc non ſentitur de aqua. & ſermo de hoc erit perfecte in libro de Cœlo, et Mundo. hic. n. loquitur de loco cõi vl'i oĩbus corporibus naturalibus. D. d. & ideo exiſtimatur ꝙ locus eſt, &c. & quia corpora transferuntur naturalr̃ ad vltima, ſ. ad ſuperficies continẽtes ipſa, & quieſcũt in eis ſecundum conuenientiam, & ſimilitudinem, neceſſe eſt vt locus ſit vltimus: & quaſi eſt vas continẽs, non inane, quod eſt inter vltima. non enim eſt conuenientia inter inane, & corpus, [a] neq; in eo ſunt differentiæ, quibus diuidatur in ſuperius, & inferius. D. d. & etiam locus, &c. & forte intendit, qm̃ locus, et locatum ſunt relatiua, & relatiua ſunt inſimul, & cum alterum aufertur, aufertur & reliquum. & hoc non inuenitur, niſi in loco, q eſt finis ſuus tm̃. [b] finis. n. nõ inuenitur, niſi qñ inuenitur illud, cuius eſt finis, & deficit per ſuum defectum. &, ſi locus eſſet inane, non eſſet neceſſarium in ſuo eſſe locatum eſſe: & tunc inueniretur locus ſine locato. Et forte inducit per hoc rationẽ, qua declarat quòd locus debet eſſe permanens cum permanentia corporis in eo.

Loc' aquę ē īferi', ſed nõ ſimpl'r, & locus aeris eſt ſuperius, ſed non ſimpl'r. Idem. 4. cœli. 26.

Dubium.

Solo prima.

Solo ſcd'a. Qñdo ꝑpõ maior cõuertit̃, poſſum' arguere ex ambab' affirmatiuis in 2. figura. Idẽ ſupra cõ. 15. Idem. 2. phyſi. 23.

Dubium.

Solutio.

a In vacuo nõ ſunt drĩę, qb' diuidai in ſupius, & īferius. Idẽ ſupra. 16. & infra. 64. & 65.

Pria expõ.

b Finis non inuenit̃, niſi qñ inuenitur illud, cui' eſt finis conſiſte. īfra. t. c. 107.

Secũda expoſitio.

Caput Nonum, quòd definitio aſſignata conueniat cunctis corporibus ſimplicibus mobilibus.

CVi igitur corpori eſt aliquod corpus extra, cõtinens ipſum, hoc in loco eſt: cui vero non, minime. quocirca etiã, ſi aqua fuerit hmõi, partes qdem mouebunt̃ ipſius. continent̃. n. à ſeinuicem. totum aũt eſt quidem vt mouebitur, eſt vero vt non. vt. n. totum ſimul locum non mutat, circulariter aũt mouebit̃ (partium. n. hic locus eſt) & ſurſum quidem, et deorſum non. circulariter autem nõnulla, alia vero ſurſum, & deorſum, quæcunq; habent denſitatem, & raritatem.

Dicamus nunc igit̃, ꝙ quodlibet corpus, extra quod eſt aliquid corpus, quod cõtinet ipſum, illud corpus, eſt in loco, & quodlibet corpus, extra quod non eſt aliud corpus, nõ eſt in loco. et ideo, ſi poſuerimus aquam eſſe hmõi, tunc partes eius eſſent mobiles. quædã. n. eſſent continẽtes quaſdã. ipſa vero ſm totum quodãmodo eſt mobilis, et quodammõ ĩmobilis. qm̃ ſm quod eſt totũ, nõ tranſmutat inſimul locũ, & alio mõ mouet̃ circulariter: iſte. n. locus eſt locus partiũ: & quędã mouent̃ ſuperius, & quædã inferius, non circulariter, et quędã ſuperius, et inferius, et eſt oẽ, quod habet denſitatem, & raritatem.

43 Cum declarauit ꝙ locus eſt primum continens, & declarauit prius ꝙ non eſt corpus eſt contentum: qm̃, ſi ita eſſet, tunc infinitum eſſet in actu: ſequitur ex iſtis duobus vt nõ ſit omne corpus ſm totum i loco eſſentialiter, ſed illud, extra quod eſt corpus: illud autẽ, extra quod non eſt corpus, non eſt ſm totum in loco eſſentialiter. et iſta eſt diſpoſitio totius, ſ. ꝙ non eſt in loco eſſentialiter, cum nihil ſit extra ipſum. & ideo dixit Dicamus nunc igitur, &c. D. incœpit declarare quid ſequitur ex hac poſitione, ſ. ꝙ oẽ, extra quod nihil eſt, non eſt in loco ſm totum, & dixit & ideo, ſi poſuerimus totum, &c. i. et propter hoc, ſi poſuerimus totum eſſe aquam, tunc aqua non eſſet in loco ſm totum, & eſſet imobilis ſm totum, & tunc partes eius nec̃io mouerenť in loco, cũ eſſent contentæ. & ideo partes mundi poſſunt moueri modis tribus motuum, ſ. qm̃ quædam partes moueneť circulariter, & q̃dam ſuperius: & eſt oẽ, in quo eſt raritas, vt aer, & ignis: & quędã inferius: & eſt oẽ, in quo dẽſitas eſt, vt aqua, & terra. Ergo diſpõ in toto manifeſta eſt, & non accidit in ea qõ. & ſiſr non accidit qõ in ſphæris contentis de numero ſphærarum cœleſtiũ. ſphæra aũt octaua nõ cõtenta, ſi nõ accidit ei motus proprius, & totus orbis, q mouet motu diurno, accidit in eo magna quæſtio. qm̃ manifeſtum eſt ipſum moueri: et, cum oẽ motum ſit i loco, neceſſe eſt vt totus orbis ſit in loco. ergo ſumus inter duo, aut ponere ꝙ aliquod motum non eſt in loco, aut ponere ꝙ locus eſt inane, & dimenſio. Ioannes vero ꝑpter hoc obedit huic, ſ. locum eſſe, & dimenſionẽ, & vacuum, non finem continentem, vt dicit Ariſt. licet apud ipſum non poſſit inane ſeparari à corpore. quoniam dicentes vacuum eſſe ſunt bipartiti. alij enim dicunt ipſum ſeparari à corporibus, & alij non, quorum eſt Ioãnes grammaticus. Et Ariſt. dicit, cum hoc poſt, quod cœlum, & aĩa ſunt in loco ꝑ accidens. & in hoc dubitauerunt oẽs expoſitores. Themiſtius vero dicit rñdendo ꝙ corpus cœleſte non eſt in loco ſm totũ, ſed ſm partes, ſ. ſm orbes, quos continet maximus orbis, ſicut eſt diſpoſitio in toto mundo. fingit. n. ꝙ cauſa in hoc eſt, qm̃ corpus cœleſte non eſt mobile ſm totum, ſed ſm partes: & apud ipſum partes cœli ſunt in loco, quia continent ſuas partes. ſed quia corpus altiſſimum. v. g. orbis ſtellarum fixarum non continetť ab aliquo, conceſſit ꝙ hoc corpus eſt in loco propter ſuas partes intrinſecas tantum, ſ. quæ ſunt in concauo eius. iſtę. n. partes mouentur circa conuexum, ſ. conuexum corporis, circa quod reuoluuntur, quaſi circumdet ipſas, licet ſit intra. Et hoc idem contingit toti orbi, qñ mouetur motu diurno, ſ. ꝙ eſt in loco ſm partes, quæ ſunt in concauo eius: ſi dixerimus ꝙ motus ſtellati eſt alius à motu orbis. ergo melius eſt dicere ꝙ totum corpus cœleſte eſt in loco, ſicut dicimus in corpore vltimo, ſ. ſm partes, quæ ſunt in concauo. aut dicamus ipſum eſſe i loco vtroq; modo, ſ. quia partes eius ſunt in loco præter vltimum, & quia partes concaui ſunt i loco, ſi poſuerimus ꝙ motus diurnus eſt totius orbis eſſentialiter, & non ſtellati. et hoc eſt neceſſe ſm ſcientiã naturalem. Et in hoc, quod dixit Themiſtius, ſunt quæſtiones non modicæ. qm̃ quomodo dicitur ſphærã moueri ſm oẽs partes, & nõ mouetur ſm totum: & totum nihil aliud eſt q̃ partes. Et etiã uidemus Ariſ. in vltimo ſexti, qñ loquitur de quæſtione Zenonis de motu ſphærico, ponere ſphęram moueri ſm totum, et ſm partes, & ꝙ ſm totum mutat loca diuerſa ſm formam tm̃: ſm aũt partes, ſm formam, & ſubiectum, vt i illo declarabitur. nihil eſt igitur hoc, quod dicit Themiſtius, ꝙ cauſa in hoc, ꝙ ſphæra non eſt in loco ſimpliciter, eſt, quia mouetur ſm partes, non ſm totum. Si igitur aliquis dixerit ꝙ hæc eſt intentio Ariſtote. cum dixit ſecundum. n. quod eſt totum, et c. Dicemus ad hoc ꝙ, cũ dixit ſm. n. ꝙ eſt totum, nõ trãſmutat locum, nõ intendit corpus, quod mouetť circulariter, ſed intendit totum mundũ. &, cum dixit & alio mõ mouetť circulariter, intendit ꝙ toti attribuitť motus circularis propter quaſdam partes, ſ. corpora cœleſtia, ſicut attribuitur ei rectus motus propter motum elementorum, quæ ſunt etiam quędam partes eius. D. d. iſte. n. locus eſt locus partium, i. locus eius, quod mouetť circulariter, cum illud, quod mouetur circulariter ẽ pars totius. locus. n. ſimpliciter corporis, quod mouetť circulariter, eſt locus eius partium: ſicut videmus Themiſtium intelligere ex verbis Ariſt. Et etiam ſm expoſitionem Themiſtij, cum Ariſto. dicit ꝙ cœlum eſt in loco per accidens, intendit ꝙ alterum cœlorum eſt in loco, ſ. orbium: & illud, quod apud Ariſto. attribuitť alicui propter ſuam partem, eſt aliud ab eo, quod attribuitť alicui ꝑ accñs: & ideo oĩbus expoſitoribus, vt dicit Themiſtius, diſplicet vt cœlum ſit in loco ꝑ accñs, & dicunt ipſum eſſe in loco ſm partes. Themiſtius vero dicit ꝙ Ariſt. vtitur hic illo, quod eſt per accidens, large, de eo, quod eſt commune ad accidens, & ad partem. & hoc deberemus dicere, ſi non inueniremus aliquem modum verum, ſm quem diceremus cœlũ eſſe in loco ꝑ accidens. oẽs igitur hoĩes, vt apparet de eis, non potuerunt intelligere verba Ariſ. recte. Auẽpace vero rñdit in hoc loco ſic. qm̃ ſphæra, ſm ꝙ eſt ſphęra, non eſt in loco, quia aliquid extrinſecum cõtinet illam, & ꝙ hoc propriũ eſt corpori recto, nõ corpori rotundo, & locus ſphæræ qui fingitur ab iſto, ſm ꝙ eſt ſphæra, eſt conuexũ centri, circa quod reuoluitť. quaſi igitur locus eius eſt ſuperficies cõuexi, quod continet ſphæra, et eſt quodã modo cõtinens ſphæram. Et nititť dicere ꝙ definitio, quam induxit Ariſ. in loco, qm̃ eſt continens, diuiſum à re, debet intelligi in corporibus rectis ab extrinſeco, et in rotundis ex intrinſeco. Et dicit ꝙ cauſa in hoc eſt. qm̃ corpus rotũdum finitur per ſe, & corpus rectarum dimenſionũ finitur per aliud. et ideo corpora recta, ſ. elementa indigẽt in hoc, ꝙ finiantur corpore rotundo: rotundum vero non indiget corpore extrinſeco. & cauſa in hoc eſt. qm̃ linea rotunda eſt perfecta, & non põt recipere additionẽ, aut diminutionem: linea vero recta eſt diminuta. Et ſm hoc ſphæra erit in loco ſimpliciter, et eſſentialiter, ſicut erũt corpora recta, & oĩs ſphæra ſphæraꝝ cœleſtiũ, quam cõtinet alia ſphæra, habebit hoc per accñs: & ſm hoc oẽ corpus ſimplr̃ erit i loco eſſentialr̃. Et vr̃ mihi ꝙ hoc, quod narrauit Auẽpace, eſt opinio Alfarabij. Alfarabius. n. eſt, qui poſuit ſe contradicentem quęſtionibus Ioannis. & vna illarum quæſtionum eſt iſta, quę inuenitur in libris nr̃is, ſicut inuenitť ex verbis Auẽpace, et non incidit in manus nr̃as. Et, cum ita ſit hoc, quod dicit Ariſto. ꝙ oẽ corpus, extra quod nihil eſt, non eſt in loco, & ꝙ omne corpus, extra quod eſt aliquid, eſt in loco, eſt falſum. apparet. n. ex ſermone eius in hoc loco quod corpora naturalia apud ipſum ſunt tribus modis. eſt enim modus, qui eſt in loco eſſentialiter, ſcilicet corpora recta, & modus, qui eſt in loco per accidens, & hoc eſt corpora rotunda, & modus, qui eſt in loco propter ſuas partes, & hoc eſt totus mundus, ſcilicet corpus compoſitum ex corporibus ſimplicibus quinq;. & totum hoc manifeſtum eſt ex ſuis verbis. Nos autem reuertamur, & dicamus, qm̃, cum ſit notũ per ſe ꝙ locus, ſm ꝙ eſt locus, eſt æqualis locato, manifeſtum eſt ꝙ ſuperficies conuexi centri ſphæræ nõ eſt locus ſimpliciter. non. n. eſt æqualis, niſi ſuperficiei cõcauæ, non oĩbus ſuperficiebus ſphęræ: & locus eſt ęqualis locato, quia oẽs ſuperficies eius ſunt ęquales omnibus ſuperficiebus locati.[a] æqualitas. n. dicitur duobus modis.

Digreſſio vtrum octaua ſphæra ſit in loco.

Op̃ Ioannis grammatici. improbatio prima.

Secũda rõ. iſt a. t. c. 45.

Op̃. Themiſtij. quã ẽt regras. 6. ph. cõ. 85. & 8. phy. cõ. 67.

Prima ratio cõtra Themiſtium.

Secunda rõ. Totum nihil aliud ẽ q̃ partes. Idem. 1. phy. cõ. 17. 6. ph. t. c. 85

Obiectio ꝓ Themiſtio. Solutio.

Quarta rõ in Themiſtius.

Illud, quod apud Ari. attribuitť alicui ꝑp ſuã ptẽ, eſt aliud ab eo, q̃d attribuitť alicui ꝑ accñs. Idẽ. 5 phy. cõ. 1.

Auempace Hiſpani opinio.

Corp⁹ rotũdũ finitť ꝑ ſe: & corpa recta finiuntť ꝑ aliud. Idẽ. 8. phy. cõ. 74.

Improbatio prima.

Secunda.

Auerro. ſolutio, & tertia improbatio.

[a] Æqualitas dr̃ duobus modis.

modis. dicitur.n.ſm continentiam, & ſm hoc dicitꝙ circulus eſt æqualis figuræ rectoꝝ laterum: & dr̄ etiã, qñ duo æqualia habent menſuram cõem, qua menſurentur: & ſm hoc dr̄ corpus eſſe æquale corpori, & ſuperficies ſuperficiei: & iſta æqualitas non eſt vera de loco, niſi inane eſſet, æqualitas igitur propria loco eſt æqualitas ſm continentiam. ex hoc igitur apparet manifeſte ꝙ ſphæra, ſm ꝙ eſt ſphæra, nõ eſt in loco ſimpliciter, niſi accidat ei hoc, ſicut accidit ſphæris cœleſtibus, quas continet alia ſphæra extrinſeca. Et hoc apparet etiam ex hoc, qm̄ primum notum eſt de loco, ꝙ collatio rei ad ipſum eſt ſicut collatio† {cõtenti ad cõtinẽs:} ſicut dicimus ꝙ aqua in cypho nõ eſt ſicut collatio totius ad partem, ſed dicere ſphæram eſſe in centro eſt ſicut dicere totum eſſe in parte, non ſicut dicere aquam eſſe in vaſe. & ideo, ſi conuexum cẽtri dicatur eſſe continens ſphæram, & illud extrinſecum dicatur eſſe continens, erit ſecundum æquiuocationem, quia ĩ altero ſunt vere proprietates loci. eſt enim continẽs, & æquale, & res eſt in eo ſicut aqua in cypho. hoc igitur totum demonſtrat veritatem opinionis Ariſto. & falſitatem eius, quod intendit Auẽpace, & quòd impoſſibile eſt exponere verba Ariſto. ita, quòd definitio, quam induxit de loco, ſit communis corpori ſimplici, & rotundo. Nos autem dicamus, quoniã, cum ſit fixum ſm totum, neceſſe eſt vt hoc modo ſit quieſcens. &, quia quies eſt ei propter quietem cẽtri, quod eſt in terra, & quies eſt, quia eſt in loco eſſentialr̄, ideo dicitur cœlum eſſe in eodem loco, & non trãſmutatur ab eo per accidens, i. quia centrũ eius eſt in loco eſſentialiter, & hæc eſt intentio ſermonis Ariſt. dicentis, ꝙ cœlum eſt in loco per accidens. Vtrum vero dicatur moueri in eodem loco, in quo eſt per accidẽs, cum nihil ſit extra ipſum ſm partes, aut ſm totum declarabitur, cum Ari. declarauerit ipſum moueri ſm totum, et mutare locum, in quo eſt per accidens, in forma eius, non in materia. eſt igitur motum, & quieſcens in ſuo loco per accidens, ſ. propter centrum, quod eſt in loco eſſentialiter. oẽ.n. quod inuenitur in aliquo per accñs, inuenitur in eo, propter aliquod, habẽs illud per ſe. & hæc eſt intẽtio eius, cum dixit de aqua, & de quolibet corpore continẽte. ipſum vero ſm totum quodãmodo eſt mobile, &c. & ſm hoc erit opinio Ari. ꝙ oẽ corpus eſt in loco, & ꝙ oẽ motum eſt in loco. ſed iſtorum quoddam eſt in loco per accidens, & quoddam eſt in loco per ſe. & ſm hoc diuiditur motum, qm̄ aliud mouebitur in loco eſſentialiter, & aliud mouebitur in loco per accidẽs. apparet igitur ex hoc, ꝙ omne corpus attribuitur loco in motu, & quiete, aut per ſe, aut p accidens, & ꝙ nullum corpus eſt, quod nõ eſt in loco, ſicut Alex. intẽdebat in expoſitione loci huius, vt poſt videbitur. Et apparet ex hoc ꝙ corpora attribuũtur loco tribus modis, per ſe, & per accidens, & ſm partẽ, vt intendebat Ari. et ꝙ oẽs expoſitores non potuerũt attingere hanc expoſitionem, & ꝙ Auẽpace dimiſit ſermonem Ariſ. & errauit multum. Sed quæritur ſuper hoc, ſi corpus cœleſte eſt in loco per accidẽs, ergo mouetur per accidens. declarabitur.n. in hoc lib. ꝙ eſt primum mobilium ſimpliciter. & ſic illud, quod eſt p accidẽs, erit prius illo, quod eſt per ſe. Ad hoc autem dicendum eſt ꝙ illa, q̃ mouẽtur per ſe, indigent aliquo quieſcente, circa quod mouent, vt declarat Ari. in lib. de Motibus aīalium localibus: & hoc quieſcens forte erit locus per ſe, quando non fuerit continens rem motam, & forte erit locus per accidens, qñ non fuerit continens rem motam in oĩbus partibus, ſicut eſt diſpoſitio in corpibus cœleſtibus. ergo locũ eſſe per ſe nõ eſt de neceſſitate eſſendi rem motã per ſe, ſed dignius eſt vt ſit de neceſſitate eſſendi rem quieſcentem naturaliter. quieſcens.n. quieſcit propter ſimilitudinem continentis, & mouetur propter priuationem ſimilitudinis inter ipſum, & continens: & hoc erit, quando mouetur in cõtinente. & ideo cauſa motus eius, quod mouetur in continente, eſt extra naturam, & eſt rem motam eſſe extra ſuum vbi naturale. & hæc eſt diſpoſitio corpoꝝ ſimplicium, quæ mouent motu locali, ſ. quatuor elementoꝝ. quod autem mouetur non in continente, ſed circa qeſcens aliquod tm̄, eſt illud, cuius motus non eſt per accñs extrinſecus à natura: & hęc eſt diſpoſitio corporis rotundi. & hoc, quod accidit quibuſdam corporibus cœleſtibus, ſ. quia ſunt in loco, quia continentur ab alijs, eſt per accidens. ſm hoc igitur eſt intelligendus iſte locus, vt mihi videtur. Alexan. vero opinatur ꝙ ſphæra ſtellarum fixarum non eſt in loco, & dicit hanc eſſe opinionem Ariſt. dicit.n. ꝙ non eſt in loco, niſi eo modo, quo mouetur, & non mouet per ſe, neq; per accidens, neq; ſm partes, aut totum, ergo non eſt in loco. & verificat ipſum non moueri p ſe, quia impoſſibile eſt vt moueatur ſm totũ, aut ſm partes. ſm totum quidem, qm̄ non mutat locum: ſm autẽ partes, quia nõ ſunt diuiſę à toto, & quia totum etiam eſt quieſcens. & ſimiliter dicit ꝙ non mouetur per accidens. illud.n. quod mouetur per accidens, non mouetur ſm partes per accidens, niſi quia motus totius eſt per ſe. & ſimiliter non eſt in actu, quia non ſunt diſtinctæ, neq; in potentia, quia nunquam diſtinguentur. et propter hoc dicit præciſe ꝙ motus circularis nõ eſt in loco, & ꝙ non eſt translatio, & dicit ꝙ non eſt impoſſibile corpus eſſe non in loco. locus enim non eſt corporis eſſentialiter, quoniam non accipitur in definitione corporis, neq; corpus in definitione loci. Et, cum locus, qui eſt finis, eſt in continente, non cõtento, & nos dicimus ponatur quòd non eſt de neceſſitate corporis, vt ſit in loco, nõ ne eſt de neceſſitate moti, vt ſit in loco aut per ſe, aut per accidens? quoniam, cum ſphæra non fuerit in loco per ſe, neq; per accidens, non erit in loco. et, cum non fuerit in loco, quomodo igitur mouebitur? niſi dicatur ꝙ locus non eſt de neceſſitate motus. & totum hoc eſt impoſſibile.

Quarta.

† a.i. cõtinẽtis ad contentum.

Opīo ꝓpria

Oẽ, qđ inueniť ĩ aliq̃ per accñs, inueniť in eo pp aliqđ, hñs illud p ſe. cõſimile infra. c. 67. & 1. cm. t. cõm. 14. & 62.

Obiectio.

Solutio.

Quieſcẽs qeſ. ꝗ pp ſimilitudinẽ cõtinẽtis, & moueť pp priuationem ſimitudinis ĩter ipm, & continẽs: & hoc erit qñ mouetur in cõtinẽte. Et idẽ vide ĩfra. cõ. 69. ꝓ hoc etiam vide. 4. cœli cõ. 91.

Opīo Alex.

Improbatio.

Vt autem dictum eſt, alia quidem ſunt in loco ſm potentiam, alia uero ſm actũ. Quapropter, cum continuum q̃dem ſit id, quod eſt ſimilium partium, ſm potentiam in loco partes ſunt: cum uero ſeparata quidem ſunt, tangunt autem ſe, ut aceruus, ſm actum.

Et res, ſicut diximus, aliæ ſunt in loco potentia, & aliæ ſunt in loco actu. Cum igitur illud, quod eſt conſimilium partium, fuerit continuum, partes eius in potẽtia ſunt in loco, donec cum ſeparentur: ſed erunt contingentes, ut aceruus in loco in actu.

44 Cum declarauit ꝙ q̃dam corpa ſunt in loco p ſe, & ſunt illa, extra q̃ eſt aliquod corpus continens, & quędam ſunt in loco, q̃a partes eoꝝ ſunt in loco, & hæc eſt diſpõ corpis totius mundi, & quędã ſunt in loco p accidẽs, vt illud, quod moueť circulariter, incepit declarare etiam ꝙ quędã attribuunť loco potentia, & quędam actu, & dixit Et res, ſicut diximus, &c. i. qm̄ corpoꝝ aliud eſt in potentia in loco, q̃a põt eſſe in ipſo in actu, & aliud eſt in loco in actu. D. d. Cum igitur corpora, &c. i. & corpora, q̃ ſunt in loco in potentia, ſunt partes corporis cõtinui cõſimilium partiũ, dũ fuerit cõtinuũ, v. g. aqua: et, cũ partes illius ſeparanť, & diuiduntť abinuicẽ, erit in loco in actu. Et ĩ iſto ſermone eſt ordo præpoſterus,

do præpoſterus. & debet ſic legi, donec, cum ſeparantur, erunt in loco in actu, ſed erunt contingentes ſicut aceruus, & intendit, ſed accidit eis vt contingantur, & erit locus eorũ vnum, vt aceruus tritici. corpus enim conſimilium partium, dum non diuiditur, partes eius ſunt in loco in potentia, & cum diuiditur, tunc partes eius ſunt in loco in actu. ſi igitur ſeparantur partes eorum, erunt in locis diuerſis actu, &, ſi non ſeparantur, ſed erunt contangentes, erunt in vno loco in actu, & tunc erunt quaſi medium inter illud, quod eſt in potentia pura, & actum purum. & intendebat declarare per hoc, quòd totum non eſt in loco actu, aut potentia, & ſimiliter cœlum.

Atq; alia qdem p ſe. ut oẽ corpus, aut ſm lationem, aut ſm augmentum mobile, per ſe alicubi exiſtit. Cœlum aũt, ſicut dictũ eſt, nõ eſt alicubi totũ, neq; ullo in loco eſt, ſi qdem nullum corpus ipſum continet: in quo autẽ mouetᷣ, hoc etiã locus eſt partibus. altera. n. partium alteri adhærẽs eſt. Alia uero ſm accidens, ut aĩa, & cœlũ. partes. n. in loco quodammodo oẽs ſunt. in circulum. n. continet alia aliam. idcirco mouetᷣ qdem circulariter ſolũ quod ſurſum eſt. Totum aũt non alicubi eſt. quod. n. alicubi eſt, & ipſum aliqd eſt, et adhuc aliud aliqd eſſe oportet pręter hoc, in quo ſit, quod continet. præter autem uniuerſum, ac totum nihil extra eſt.

Aïa. & cœlũ ſunt i loco p accidens.

Et etiam quędam p ſe. v. g. qm̃ oẽ corpus, quod mouetᷣ ſm translationem, aut ſm augmentum, eſt per ſe in aliquo ubi. Et cœlum, ſicut diximus, non eſt in aliquo ubi ſm totũ, neq; in aliquo loco, cum non contineatur à corpore oĩno: ſed ſm q mouetᷣ, ſm hoc partes eius habẽt locum. partes. n. eius ſunt inſeparabiles abinuicẽ. Et quædam per accñs, v. g. anima, & cœlum. partes. n. aliquo modo oẽs ſunt in loco. quædam. n. continent quaſdam circulariter. & ideo pars mouetur circulariter. Totum uero non eſt in aliquo ubi. hoc. n. eſt in ubi, quod eſt in ſe aliquid, et indiget aliquo alio, quod extra illud eſt, & quod continet illud. & non eſt aliquid præter totum, & uniuerſum extra totum.

45 Cum diuiſit illud, quod eſt in loco, in actũ, & potentiam, incœpit etiam diuidere illud in p ſe, & p accidẽs; & dixit Et etiã quædam p ſe, &c. i. etiã quædam corpora mobilia ſunt in loco p ſe, & ſunt illa, quæ mouentur ſm rectam translationẽ, aut ſm augmentũ. illa. n. quæ mouentᷣ his motibus, cõtinentᷣ ab aliquo alio extrinſeco, cum ſint naturaliꝛ terminata, non terminãtia. Et; cum declarauit etiam hãc propoſitionẽ, dicentem q oĩa corpora, extra quæ eſt aliquid, ſunt in loco p ſe; poſuit aliam, & eſt q cœlum non cõtinetur ab aliquo corpore oĩno, & iſta propoſitio declarabitᷣ proprie in Cœlo, & Mundo: & concluſit in ſecunda figura q cœlum non eſt in loco p ſe: & eſt, ſ. ſm totum, i. orbis, qui mouetᷣ motu diurno ſm totum. & hoc intẽdebat, cum dixit Et cœlum ſicut diximus, &c. iſte. n. ſermo continet concluſionẽ, & vnã propõnem; Et forte intendit

3. cœ. te. cõ. 96. vſq; ad tex. cõ. 100.

p hoc, q dixit, non eſt in vbi, neq; eſt in loco idem: & erunt nõia ſynonyma: et talis doctrina vſitatur ad expoſitiones. Et, quia quædã partes eius continentᷣ ab aliquo extrinſeco, excepit hoc, & dixit ſed ſm q mouetᷣ, etc. i. ſed ſm q partes eius mouentᷣ, et partes eius continent ſe adinuicem, dr̃ q partes eius ſunt in loco ſimpľr. et eſt intelligendum q, licet ſint ſimpľr in loco, tñ hoc eſt eis per accidens. ſphæra. n. nõ eſt innata moueri in ſphæra, & vľr in continente. & non eſt ita de illo, quod mouetur motu recto. mobilium igitᷣ quędam ſunt in loco uero, quędam ſunt in loco per accidens, vt colores, & accñtia, quæ ſunt in loco, quia ſubiectũ eorum eſt in loco. & * prope iſtum modum dicimus q cœlum eſt in loco per accidens, ſ. quia aliqua pars eius eſt in loco, ſ. centrum. & illoꝝ, quæ ſunt in loco vero, quędã ſunt per ſe, & ſunt illa, q̃ mouentur motu recto, & ſunt p accidens quædam, & ſunt ſphæræ cœleſtes contentæ: ſi oĩs ſphæra cœleſtis præter primam, q̃ habet motũ propriũ, eſt contenta. et, cũ induxit modum corpoꝝ, q̃ ſunt i loco p ſe, dixit Et q̃dam per accñs, v. g. aĩa et cœlum, i. qm̃ aĩa eſt in loco, quia ſubiectũ eius, quod eſt corpus, eſt in loco. & cœlum etiam ſm totum eſt i loco, quia centrũ eius eſt in loco. Et iſti ſunt duo modi eius, quod eſt per accidens, ſ. attribuere accidẽti rei illud, quod attribuitur rei, aut attribuere toti illud, quod attribuitur parti. D. dixit partes. n. &c. & innuit per hoc q cœlum eſt in loco per accidens ſm totum, partes vero eius ſunt in loco vero. quædam enim continent quaſdam circulariter. Et dixit hoc, quia vltimus orbis, qui habet proprie motum diurnum, ſiue fuerit ſtellatus, ſiue alius, non debet habere motũ proprium, præter diurnum. Et dixit quodammodo qm̃ hoc eſt accidens ei, cũ corpus cœleſte non eſt innatum vt ſit contentum, ſed continens. D. d. & ideo pars mouetur circulariter. & intendit per partes, partem mundi, quæ eſt totum cœlum. & innuit q iſta pars eſt in loco p accidens. quod. n. non eſt in loco per ſe, neq; per accidens, non habet motum per ſe. Et ideo dixit Totum vero non eſt in aliquo vbi. & intendit per totum, totum mundum. & dixit in aliquo, vt concludat eſſentialiter, & accidentaliter. & q. d. totum vero non eſt oĩno in vbi, i. neq; per ſe, neq; per accidens. D. d. qm̃ hoc vbi, etc. i. id. n. quod eſt in loco, eſt i ſe aliquid, & indiget aliquo alio continente ipſum. ſed extra totũ nihil eſt continens ipſum: qm̃ hoc nomen totum ſignificat q extra ipſum non eſt corpus aliquod omnino. & hoc manifeſtum eſt. Et debes ſcire q Auicen. opinatur q corpus cœleſte non eſt in loco, neq; per ſe, neque per accidens. dicit enim quòd motus rotundi non eſt translatio, ſed motus in ſitu, & non eſt neceſſarium in motu ſm ſitum, vt ſit in loco. Et hoc eſt cõtra Ariſto. & contra verum. Primo quidem, quoniam in ſitu non eſt motus vt declaratum eſt in quinto. Et etiam, qm̃ locus eſt prior ſitu, & acceptus in definitione eius. quõ igitur habebit aliquem ſitum, & non habebit locum? Et etiam manifeſtum eſt per ſe q motus ſphæræ eſt translatio, & translatio eſt in loco, & hoc manifeſtum eſt in ſuis partibus: qm̃ mutant locum: tota vero ſphæra non mutat locum, vt exiſtimatur. Et Ari. declarat in vltimo ſexti q ſphæra mutat locum ſecundum formam, non ſm ſubiectum, vt declarabitur in illo loco. Et exiſtimauit Auicen. q motus, qui mutat locum in forma, non in ſubiecto, eſt motus in ſitu. & hic eſt error manifeſtus. & intelligo per formam hoc, quod transfertur circa conuexum centri ex conuexo perfectæ rotunditatis ad conuexum perfectæ rotunditatis: cum conuexũ diuidatur in multa conuexa, quorum vnũquodq; eſt perfectæ conuexitatis, & rotũditatis, Eſt igitᷣ vnum ſm ſubiectũ, nõ ſm formã. & ideo

Nõium ſynonymoruꝫ doctrina vſitatur ad expõnes.

* a. l. præter.

Quod nõ ẽ in loco neq; p ſe, neq; p accidẽs, nõ hẽt motum p ſe.

Auicẽ. opĩo tenẽtis cœlũ non eẽ in loco, neq; per ſe, neq; per accñs, quam, etiã regras. 6. ph. c. 83. Improbatio opinionis Aui.

6. phy. 81.

translatio corporis rotũdi ſm totum circa totalitatem centri eſt mutatio loci ſm formam eius, non ſm ſubiectum. et, quia iſti translatinni accidit diuerſitas ſitus, ſ. ſitus totius ſphæræ ad totum centrum, vocauit ipſum Auicen. ſitualem. & dicere motum eſſe ſitualem, quia mutatur de ſitu ĩ ſitum, eſt aliud ꝙ̃ dicere motum eſſe ſitualem, quia eſt in ipſo ſitu. Et hoc ignorauit Auicẽ. aut vitioſe protulit. Et mouit ipſum ad dicendũ hoc, quod dixit Alexã. ꝙ orbis ſtellatus non eſt in loco per ſe, neq; per accidens, et ꝙ iſte motus non eſt in loco, et ꝙ oon eſt translatio. & hoc totum nihil eſt.

Cã deceptionis Auicen.

Et propter hoc omnia in cœlo ſunt. cœlum. n. ipſum totũ fortaſſe eſt. Eſt autẽ locus non cœlum, ſed cœli quiddam, vltimus, ſ. & tangens mobile corpus terminus quieſcẽs. & ob hoc terra qdem in aqua ẽ, hæc vero in aere, hic aũt in ęthere, & ęther, in cœlo, cœlum autem non amplius in alio eſt.

Et propter hoc omnia erunt in cœlo. videtur. n. ꝙ cœlum eſt totum. Et cœlum nõ eſt in loco, ſed aliquid ex cœlo, & eſt vltimũ eius contangens corpus, quod habet moueri. & ideo terra eſt in aqua, & aqua in aere, & aer in æthere, & æther in cœlo, cœlum vero non eſt in aliquo alio.

46 Qm̃ oĩa ſunt in toto: & totum eſt cœlum: ergo oĩa erunt in cœlo. & ipſe induxit cõcluſionem tm̃, cum dixit Et propter hoc oĩa erunt in cœlo, & cõuerſionem maioris propoſitionis, cum dixit videt. n. ꝙ cœlum eſt totum. & fecit hoc, quia conuerſio eius eſt manifeſta, & minor propoſitio eſt manifeſta. & dixit videt, quia declarabitur, qñ declarabitur ꝙ extra cœlum nõ eſt aliquod corpus oĩno. D. d. Et cœlum nnn eſt locus, &c. & intẽdit p vltimum contangens enncauum orbis lunæ, quod continet ignem. & intendit per corpus, quod habet moueri, ignem, & intendit, vt mihi vr̃, qund habet moueri ad illud, ſ. ad concauum orbis lunæ. & dixit hoc, ne exiſtimet ꝙ locus ſit corpus, & ꝙ cœlum non eſt locus, niſi ſm ꝙ continet. Et intendebat etiam per hoc declarare ꝙ illud, quod ẽ dictum in definitione loci inuenitur eſſe cõueniens in quatuor elemẽtis. [a] terra. n. ſicut dixit, inuenit in vltimo aquę, & aqua in vltimn aeris, & aer etiam, vt demonſtratur in Cœlo, & Mũdo, eſt in vltimo ignis, & ignis in vltimo orbis. ſed poſuit iſta hic, poſitione, ſ. ꝙ eſt ex iſtis oon manifeſtum per ſe, donec declaretur poſt. & ſimiliter hoc, quod dixit, cœlum vero non eſt in aliquo, declarabitur [b] in Cœlo, & Mundo.

Documentũ a Loc' terrę eſt vltimum aquæ, locus aquæ vltimũ aeris, locus aeris vltimũ ignis, locus ignis vltimũ orbis. Idẽ. 4 cœ. tõ. 21. b Primo cœli. 96. vſque ad. 100.

Caput Decimũ, in quo ſoluuntur dubia circa eſſe Loci, & notificatur quòd per eius definitionem ipſorum ſecundum naturam mobilium cauſa haberi poteſt eorum motus, & quietis.

Idẽ ĩ ſra tex. 53. & 55.

MAnifeſtum autem ex his ꝙ & dubitationes oẽs ſoluentur, ſi hoc modo dicatur locus. Neq;. n. ſimul augmentari neceſſe eſt locum, neq; pũcti eſſe locum, neq; duo corpora in eodem loco, neq; ſpatiũ aliquod eẽ corporeum. corpus. n. eſt medium loci quoduis, ſed non ſpatium corporis. Et eſt locus alicubi, non autem ut in loco, ſed ut terminus in terminato. non enim omne, quod eſt, in loco eſt, ſed mobile corpus.

Et declaratũ eſt ex hoc, cum locus dicatur hoc modo, oẽs qõnes diſſoluunt. Non. n. eſt neceſſe ꝙ aliquid neq; augeat per augmentũ eius, in quo eſt, neq; ut punctus ſit locus, neq; ut duo corpa ſint in eodẽ loco, neq; ut locus ſit dimẽſio aliqua corpalis, ſicut eſt finis in finito. qm̃ illud, quod eſt inter locũ, eſt corpus, quodcunq; corpus ſit, nõ dimenſio corpis. Locus uero eſt in ubi, non ita, ꝙ ſit in loco, ſed ſm ꝙ eſt finis in finito. qm̃ non oẽ ens eſt ĩ loco, ſed corpus, quod hẽt moueri.

Cum promiſit dare definitionem loci conuenientẽ oĩbus principijs inuentis in loco, & per quã diſſoluant oẽs qñnes accidentes in eo, incœpit declarare qũo diſſoluantur quæſtiones prædictæ ex hac definitione, & dixit Et declaratum eſt ex hoc, &c. i. & declaratũ eſt ex prædictis ꝙ oẽs qõoes contingentes in loco diſſoluuntur ex hac definitione. D. icœpit diſſoluere Vnã illarum quæſtinnum, & dixit Non eoim eſt neceſſe, &c. i. qm̃ quęſtio dicens, ꝙ ſi oẽ corpus eſt in loco, & in omni loco eſt corpus, neceſſe eſt qõ corpus augetur, vt locus augeatur, ex quo ſequitur locum eſſe corpus. iſta. n. quæſtio diſſoluitur hoc modo per hanc definitiooem. qm̃ locus, ſm ꝙ eſt finis, accidit ei augmentum per accidens, ſm ꝙ locus eſt finis corporum, quæ ſunt facilis paſſionis, ſ. aquæ & aeris. & quæſtio contingit, quando ponatur augeri eſſentialiter, ſ. vt ex ſuo augmeoto ſequitur vt ſit corpus. qm̃ hoc nõ ſequitur, niſi augmẽtum eius eſſet per ſe. D. dedit Aliam quæſtionem, & dixit neq; vt punctus habeat locum. et eſt quæſtin dicens, quoniam, ſi corpus habet locum, neceſſe eſt vt ſuperficies habeat locum, &, ſi ſuperficies habet locum, neceſſe eſt vt linea habeat locum, et, ſi linea, ſimiliter & punctus. iſta. n. ſunt ꝓportionalia. hoc enim non cõtingit, niſi poentibus locũ corporis eſſe corpus. ponẽtibus vero locum corporis eſſe vltimum cootinens non contingit hæc quæſtin. D. induxit Tertiam quæſtinoem, & dixit neq; dun corpora erunt in eodem loco. & iſta quæſtin non contingit etiã, niſi ponentibus locum eſſe tres dimenſiooes, & ſermoni dicenti, qñ quemadmodum locus puncti eſt punctus, et locus ſupficiei eſt ſupficies, ita contingeret vt locus corporis ſit corpus. ponentibus vero ipſum eſſe vltimum continens nnn contingit hæc quæſtio. D. induxit Quartam quæſtionem, & dixit neq; vt ſit nobis aliqua dimenſin in finito. illud enim, quod eſt inter locum, &c. i. & non contingit nobis vt locus ſit dimenſio, quæ eſt inter vltima. illud. n. quod eſt inter vltimã apud nos, ſemper in eo eſt aliquod corpus non dimenſin abſtracta à corpore. & ſic non contingit oobis ſm hanc poſitionem vt locus indigeat lnco. quoniam locus apud nos, ſm ꝙ eſt finis, eſt in aliquo, nõ ſm ꝙ aliquid eſt in loco. ſed ſm ꝙ ſuperficies eſt in corpore. & ideo non conceditur ꝙ omne ens eſt in loco. & hoc intendebat, cum dixit Locus eſt in vbi, non ſecundum quòd eſt in loco, ſed ſecundum ꝙ eſt finis ĩ finito. i. &, cum dicitur locum eſſe in vbi, nõ eſt ſm ꝙ eſt in loco, ſed ſm quòd dicitur in fine, qui eſt vna ſuperficies, aut ſuperficies plures eſſe in finito, cuius ſunt ſuperficies. D. d. non. n. omne ens eſt in loco, i. ſed quædam entia ſunt in ſubiecto, ſ. accidentia, & quædam in loco, ſ. indiuidua ſubſtantiæ. & dixit ſed corpus quod habet moueri. ad excipiendum [a] corpus mathematicũ quod non eſt in loco, niſi ſecundum imaginationem.

47

Locus eſt in aliq. ñ ſm ꝙ aliqd eſt ĩ loco. ſed ſm ꝙ ſupficies eſt ĩ corpore.

a Corp' mathematicum non eſt in loco, niſi ſm imaginationẽ. vide pro hoc. 44. c. 1. de gñatiõe. & hic infra. t. c. 76.

Et

Et fertur igiť ad ſuum ipſius locum vnūquodq; rōnabiliter. quod.n. conſequenter eſt, & tāgit non vi, congeneū eſt. atq; ſimul adnata impaſſibilia ſunt: quę uero ſe tangūt, paſſiua, & actiua ſunt adinuicē. Et manet igitur natura oē in proprio loco, unumquodq; nō irrationabiliť. etenim pars hęc in toto loco, ut diuiſibilis pars ad totū eſt: ut, cū aquæ moueat aliquis partem, aut aeris.

Naturaliter unūquodq; manet in proprio loco.

Et recte unūquodq; corporum transferť ad eundē locum. oē.n. quod eſt conſequens aliquod, & contangens ipſum, non eſt uiolente unigeneū cum eo. cum igitur iſta fuerint, ex eo, quod eſſe continuū, non agent in ſe adinuicē. &, cū fuerint contangentia, agēt in ſe adinuicem, aut patientur à ſeinuicem. Et qualibet rerum naturalium qeſcit in loco ſibi proprio. & hoc rectum eſt, cum pars etiam quieſcit in toto. et illud, quod eſt in loco, diſpoſitio eius eſt, ſicut diſpoſitio partis diuiſæ ad uniuerſum. v. g. cum aliquis motor mouerit partem aquæ, & aeris.

48 Cum dixit q̄ ex hac definitione diſſoluuntur quæſtiones accidentes in loco, incœpit declarare etiam q̄ ex illis poteſt homo dare cauſam, ex qua vnūquodq; corporum habet proprie locū proprium ex locis naturalibus, & q̄ qui dicit locum eſſe inane non poteſt dare cauſam eius, quod apparet ex diuerſitate ſpecierum loci propter diuerſitatem ſpecierum corporum, & dixit Et recte, &c. i. &, cum locus ſit vltimum corporis continens locatum, rectum eſt vt vnūquodq; corporum transferatur ad locum proprium, cum trāſfertur ad vltimum corporis ſibi proprij. [a] omne. n. corpus mouetur naturaliter ad vltimū alterius corporis, donec tangat ipſum, & illud corpus, ad quod moueť, eſt vnigeneum cum eo. [b] cauſa igitur in hoc, quod corpora mouentur ad loca propria, eſt, quia vltimū corporis continentis conuenit cum vltimo rei motæ. & hoc non inuenitur in vacuo. [c] in vacuo. n. non eſt natura, neq; vnigenea, neq; diuerſa. Et hoc intendebat, cum dixit omne. n. quod eſt conſequens, &c. i. oē. n. quod mouetur ad aliquid naturaliter, non violente, donec occurrat illi, eſt vnigeneum cum eo. &, quia mobilia videntur moueri ad vltimum continentis: & omne, quod mouetur ad aliquid naturaliter, eſt vnigeneum cum eo: vltimum igitur neceſſario eſt vnigeneum. & ſic in quolibet vltimo concauo elementorum, ſ. quod aqua mouetur etiam ad vltimum aeris, quando aqua fuerit in ſuo loco proprio mūdi, aut in aliquo loco violente. D. d. cum igitur iſta, &c. i. [d] cum igitur res vnigeneæ fuerint continuę non agunt in ſe adinuicem: et, cum fuerint contiguæ, agunt in ſe adinuicem. D. d. Et qualibet rerum, &c. & iſte ſermo nititur dare cauſam quietis corporum in ſuis vbi naturalibus ex definitione loci, ſicut dedit ex illo cauſam motionis corporum ad ſua vbi naturalia. & ſermo ſic cōponitur. Corpus in corpore continente ipſum eſt ſicut pars diuiſa à toto continuo: & omnis pars diuiſa à toto continuo figitur, quando continuatur cum toto, & quieſcit apud ipſum, v. g. pars aquæ diuiſa, quando mouetur ad vniuerſum aquæ, & continuatur cum eo: ſequitur ex hoc vt corpus locatum figatur in loco, ſm q̄ eſt pars illius. Et nititur etiam per hunc ſermonem dare cauſam quietis naturalis, & vniuerſalis, cum cauſa in quiete eſt eadem cum cauſa, quæ in motu, & eſt ſimilitudo, quæ eſt in continente, & dixit q̄ diſpoſitio eius eſt ſicut diſpoſitio partis diuiſæ, &c. quia locatum quando tangit corpus continens ipſum, non copulatur cū eo, & ſimilitudo inter illa eſt vnigeneitas.

65 Expõ Auer. Hæc eſt Secunda declaratio, ꝙ vacuum ſeparatum non eſt. & differt à prima, qm̃ in prima poſuit vacuũ eſſe non cõſimilium partium, & ꝙ in eo non eſt potentia ſimilis moto. ita, ꝙ motum attrahaẽ ad ipſm ex illa potentia, ſicut attrahitur ad cõtinens ſibi proprium, in hac vero quaſi cõcedit ꝙ in vacuo eſt potentia ſimilis moto, & ꝙ motum attrahiẽ ad illam. ſed, cũ hoc fuerit poſitum: & fuerit manifeſtũ ꝙ, ſi in vacuo ſit potentia conſimilis, neceſſe eſt, cũ idem corpus fuerit poſitũ in vacuo, aut nõ moueaẽ oĩno ꝑꝑ ęqualitatẽ attractionis ex qualibet parte æqualiter, aut vt moueaẽ ſm totum ad loca cõtraria, aut diuidaẽ: ſed ipſm ſm totũ moueri ad loca contraria eſt impoſſibile: & ipſum ẽt quieſcere in oĩ loco eſt impoſſibile: & diuiſio eius etiam nõ ſentiẽ. Et ipſe expreſſit in hoc ſermone primam iſtaꝝ diuiſionum, & tacuit duas, quia intelligũtur ex dictis. Et forte contentus eſt in hac diuiſione. & erit argumẽtum per ſe, ſ. qm̃ motus naturalis fuerit cõſyderatus in eo tm̃. quaſi. d. & ẽt argumẽtum ſecundũ eſt. qm̃, cum poſuerimus ꝙ hoc nomen vacuum ſignificat locũ corporis, & poſuerimus ipſm, ſm ꝙ eſt locus, habere potẽtiam, per quam attrahunẽ ad ipſum corpora, quę quieſcunt in eo naturaliter, cũ fuerint in eo, & mouẽtur ad illud, cum fuerint extra, ad modũ eius, quod ſentiẽ de loco, & poſuerimus in hoc vacuo aliquod corpus, non poterimus dicere ipſm moueri naturalr̃ ꝑ attractionẽ eius à continente, ſicut dicimus hoc de loco. ſequiẽ enĩ ex hoc vt idem corpus ſm totum moueaẽ ad loca contraria.

Expõ Alc. Et Alex. exponit hũc locum ita, ꝙ illud, quod ſequitur in eo, nõ ſequitur, niſi qa vacuum ponitur infinitum, ſicut ſeqtur in Tertio, vt motus non ſit in corpore ĩfinito. & coegit ipſm ad hoc, ꝙ expoſitio noſtra, exiſtimatur ꝙ Ariſ. diceret eam poſt pro rõne alia ab iſta. D. d. Et per hũc eundem ſermonem, &c. i. et illud, quod contingit dicẽtibus vacuum eſſe ex hoc, ſ. qm̃ in eo non erit ſuperius, & inferius naturalr̃, neq; aliquid, ꝓpter quod eadem res quieſcit in alio loco, & moueaẽ in alio, contigit idem ponẽtibus locum eſſe dimenſiones ſeparatas à materia. D. d. Quęritur igitur ab eis, i. qm̃, cum interrogantur de cauſa, quare quædam corpora mouentur in aliquo loco; & quieſcunt in alio loco, non pñt dare cãm. dimenſiones. n. qñ abſtrahũtur à materia, non habebunt potentiã, ne dum ut habeant potentiã nõ conſimilem, ita, ꝙ faciat quietem in vno loco, & motum in alio. & ſilr̃ etiam, qñ interrogantur de differentijs, qbus locus diuiditur in ſuperius, & inferius, non poſſunt dare aliquid ex dimenſionibus. & totum hoc eſt cõtrarium ei, quod accidit dicẽtibus locũ eſſe vltimum cõtinens. Et, cum declarauit ꝙ idẽ impoſſibile cõtingit dicentibus locum eſſe dimenſiones, & dicẽtibus vacuũ eẽ, dedit cãm in hoc, & dixit neceſſe eſt. n. &c. i. & hoc impoſſibile contingit vtriſq;, qm̃ ambo ponunt vacuum, & locum eſſe dimẽſiones, qm̃ nõ differũt apud eos, niſi ſm modum, ſ. quia, cum accipitur, ſm ꝙ in eo exiſtit corpus, dr̃ locus, &, cum accipitur, ſm ꝙ in eo nõ eſt corpus, dr̃ vacuum. D. induxit aliud inopinabile cõe eis, et dixit Et quęriẽ quomodo, &c. i. & dicentes ꝙ dimenſiones ſunt locus, & vacuum nõ pñt dare cãm, ex qua corpꝰ ſm totum eſt in loco ꝑ ſe, & ſm partes in loco ꝑ accñs. manifeſtum eſt enim ꝙ, cum pars non fuerit ſeparata à toto, ꝙ nõ erit in loco per ſe, ſed in toto. & hoc intendebat cum dixit hoc enim nõ aptatur, &c. i. & interrogantur ẽt quõ aliquid ſm totum eſt in loco per ſe, & ſm partes in loco ꝑ accidens, cum poſuerint dimenſiones ſeparatas eſſe locum, & vacuum. hoc enim nõ adaptatur, cum res ſm totum fuerit poſita in loco, qui eſt dimenſiones ſeparatæ, & illud corpus totale fuerit ꝑmanẽs in ſua diſpõne, nõ corruptum, diuidendo ſe in ſuas partes. pars enim, cuꝫ nõ ponitur ſeparata à toto, nõ eſt in loco per ſe, ſed in toto. & ſm hoc ſequitur vt diſpoſitio de toto, & parte ſit eadem, ſ. ꝙ vtraq; ſit in loco per ſe. & hoc prædictum eſt in caplõ de loco. D. d. Neq; etiam, ſi locus nõ fuerit, nõ erit vacuum, i. neq; ẽt ſi locus non fuerit, qui eſt dimenſio ſeparata, erit vacuum. vacuum enim, aut eſt priuatio omnium rerum demõſtratarum, ſ. decem prædicamentorum, aut eſt dimenſio ſeparata. Dixit Alex. & in quibuſdam libris nõ inueniẽ ex hoc capitulo, ſ. ex poſtremo, niſi hoc, quod dixit ĩterrogatur qũo aliquid erit in vacuo. & ſecundũ hoc iſte ſermo nõ erit ratio per ſe, ſed coniunctus ſermoni prædicto.

Dimẽſiones, qñ abſtrahũtur, ſi hñt potentiã, ne dũ vt hẽant potẽtiã nõ cõſimilem. Vide cõſilr̃ ſupra. cõ. 48.

Vacuũ, & locꝰ apud Antiqs nõ dñt, niſi ſm modũ. Idẽ ſup. co. cc. 61.

Pars cũ non poniẽ ſeparata à toto nõ eſt in loco ꝑ ſe, ſed in toto.

Accidit aũt dicentibus vacuũ eẽ vt neceſſariũ, ſi erit motus, cõtrariũ magis, ſi qs cõſyderet, nõ poſſe moueri quicq̃, ſi ſit vacuũ. vt enĩ qui propter ſimile dicũt terram qeſcere, ſic & in vacuo neceſſe qeſcere. nõ enim eſt, quo magis, aut minus mouebitur. quatenus enim vacuum eſt, non habet differentiã.

Et contingit dicentibus vacuũ eſſe neceſſario, ſi fuerit motus contrarium ei, quod dicunt, ſi aliqs ꝑſcrutatus fuerit ꝑfecte de hoc, ſ. qm̃ impoſſibile eſt aliqd moueri, ſi vacuũ fuerit. quemadmodũ igitur dixerunt illi, qui fecerunt terrã quieſcere ꝑꝑ ſimilitudinem, ita neceſſe eſt etiam quieſcere in vacuo, qm̃ non erit vbi, ad quod motus ſit dignior, & remotior. quoniam ſecundũ ꝙ eſt vacuum, non eſt in eo differentia.

66 Pria expõ. Cum narrauit ꝙ ex ipſa rõne eorum improbaẽ ſua rõ, incœpit narrare ẽt ꝙ ex illo eodem improbaẽ concluſio eorũ, ſ. illud, ex quo nixi ſunt probare ipſm, ſ. motum, & dixit Et cõtingit dicentibus, &c. i. & illis, qui exiſtimant vacuum eſſe ex motu neceſſario, contingit cõtrarium ei, quod dicũt, ſ. ꝙ ſi fuerit vacuum, nõ erit motus. D. incœpit numerare argumẽta, ex qbꝰ apparet ꝙ, ſi fuerit vacuum, nõ erit motus, & dixit quẽadmodum igitur, &c. i. primum igitur eoꝝ, quæ contingunt iſtis eſt, ꝙ, quia vacuum eſt cõſimile, neceſſe eſt vt in eo ſit quies, non motus. qm̃, ſi poſuerimus ipſum habere potentiã attractiuam, ſeqtur vt ſit ſm æqualitatem, ex quo ſequitur vt motum qeſcat vbicunq; ponatur, ſicut dixerunt fingẽtes ꝙ cã in quietæ terræ eſt, quia circunferentia orbis attrahit eam ex oĩbus partibus æqualiter. & non intẽdebat verificare ſermonem iſtorum de terra, ſed intẽdebat ꝙ, cũ fuerit poſitum in cõtinente potentia attractiua, continget vt res poſita quieſcat in medio. Secunda. Et forte intendit ꝙ contingit iſtis de inopinabili ſimile ei, quod cõtingit illis. qm̃ quemadmodũ contingit illis ꝙ omne corpus poſitum in medio debet quieſcere in eo, adeo, ꝙ ignis etiam, ita contingit iſtis, vt corpora, vbicunq; ponantur in vacuo, quieſcant. D. d. qm̃ non eſt vbi, &c. i. qm̃, quia eſt conſimilis, non erit vbi, ad quod eſt motus, dignius attractione, & remotius ſimplr̃, q̃ illud, ex quo eſt motꝰ, cũ [a] in vacuo nõ ſint drĩæ, quibus diuidatur in ſuperius, & ĩferius, et duo extrema diſtãtia ſimplr̃ nõ inueniuntur

a In vacuo ñ ſũt drĩę, qbꝰ diuidaẽ in ſuperiꝰ, & inferiꝰ: Idẽ ſup. c. 42. & ibi. Idẽ infra cõ. & tex. ſeq.

niuntur, niſi in ſuperiori & inferiori. ex quo ſequit̃ vt oẽ motũ poſitum in eo quieſcat, vbicunq; ponatur.

Oĩs motus aut violẽtus, aut nãlis. Si mot⁹ violẽt⁹ ẽ, nãl'ẽ. Motus pter nãm eſt poſterior naturali.

Primum igitur, quoniã oĩs motus, aut violẽtia, aut ſm naturã fit, neceſſe aũt eſt, ſi quidem ſit violentus, eſſe & eum, qui ſm naturã. uiolentus enim præter naturam eſt: qui vero præter naturã eſt, poſterior eſt eo, qui eſt ſm naturam. quare, ſi non eſt ſecundum naturam vnicuiq; naturalium corporũ motus, neq; aliorum erit motuum vllus. At vero natura qdem quõ erit, cum nulla ſit differentia ſm vacuum, & infinitum? quatenus enim infinitũ eſt, nihil erit ſurſum, aut deorſum, aut medium: quatenus vero vacuũ, nihil differens erit deorſum, à ſurſum. vt enim nihili nulla eſt differentia, ſic & illius, quod non eſt. vacuum autem non ens quippiam, & priuatio videtur eſſe. natura autem latio differens eſt. quare erunt quę ſunt natura differentia. Aut igitur non eſt natura vſquam vlli latio, aut, ſi hoc eſt, non eſt vacuum.

Et poſtea oĩs motus, aut eſt violẽtus, aut naturalis, & ſequit̃ neceſſario, ſi motus violẽtus ſit, vt ẽt naturalis ſit. motus.n. violentus eſt extra naturalẽ, et motus, q eſt extra naturalẽ, eſt poſt naturalẽ motũ. ergo ſequitur, ſi vnũquodq; corporũ naturaliũ nõ habuerit naturalẽ motũ, vt nõ habeat aliquẽ aliorum motuũ. Quõ igit̃ ẽ poſſibile, vt motus ſit naturalis, & in vacuo nõ eſt ſuperius, neq; inferius, dĩa, & eſt infinitũ. ſm.n. q eſt infinitũ, nõ eſt in eo ſuperius, neq; inferius, neq; medium oĩno: & ſm q eſt vacuum, non differt in eo ſuperius ab inferiori. quẽadmodũ igit̃ in nihilo nõ eſt oĩno diuerſitas, ſil'r ẽt in illo, qd nõ eſt ens. & vacuũ eſt aliquod nõ ens, et priuatio. hoc.n. exiſtimat̃ de illo. ſed translatio naturalis eſt diuerſa. ergo hæc eſt diuerſitas naturalis. Eſt igit̃ alterũ duorũ, aut nulla trãſlatio natural'r ẽ oĩo alicui⁹ rei ad aliq̃ ptẽ, aut, ſi ẽ hic trãſlatio naturalis, nõ eſt vacuũ.

67

Oĩs motus aut ẽ nãl', aut violentus. & iſta ppõ eſt manifeſta p ſe. Sed vide Iſtãnĩ de motu ignis I ppria ſphęra. 3. cœ. cõ. 30 & in. 2. Meteororũ ca. 2. Habitus eſt prior priuatione in re, q caret habitu.

Hæc eſt alia declaratio. & p̊ᵃ ſuarũ ppõnum eſt, q oĩs motus, aut eſt naturalis, aut violentus, i. extra naturam, et eſt manifeſta p ſe. ſecũda aũt eſt, q oẽ hũs motum extra naturam habet motũ naturalem, & iſta eſt ẽt manifeſta per ſe. quod enim eſt extra naturã, intelligit̃ in reſpectu eius, qd nõ eſt extra naturã. & exiſtimatur q Ariſt. declarauit hanc ppõnem per hoc, q dixit motus.n. violẽtus, &c. ſ. qm̃ diſpõ in hoc eſt ſicut diſpoſitio in habitu, & priuatione: qm̃ habitus eſt prior priuatione in re, quæ caret habitu. & hæc ppõ, vt mihi vr̃, nõ cõcedit̃ ab Auic. & eſt fatuitas in illo. Et, cũ poſuit has duas ppões, concluſit q illud, quod mouetur in vacuo, neceſſario mouetur motu naturali. &, ſi non, nõ mouetur. qm̃, cum coniungit propoſitioni, dicenti q corpus mouetur, aut natural'r, aut violente, q motum in vacuo eſt corpus, concluſit in prima figura q motum in vacuo, aut mouetur naturaliter, aut violente, &, cum coniungit huic, q illud, quod mouetur violente, mouetur naturaliter, concluſit ẽt q corpus, qd mouet̃ in vacuo, mouet̃ nãl'r. & ẽt, cũ fuerit verum q oẽ, quod mouet̃ violente, mouet̃ natural'r, ſequit̃ vt illud, quod nõ mouetur natural'r, nõ moueat̃ oĩno. Et hic ẽt eſt q̃ſi ſyllogiſmus inducens ad inconueniens. & in forma illius induxit ſuũ ſermonẽ, cũ dixit ergo, cũ vnũquodq; corporũ, &c. & cum verificauit q corp⁹, qd mouet̃ in uacuo, debet moueri motu naturali, incœpit deſtruere vt aliquod corpus in vacuo moueat̃ motu naturali: & in vacuo nõ eſt ſuperius oĩno. & iſte ſermo eſt in ſecunda figura ſic. Omne, quod mouetur naturali motu, mouet̃ in aliquo, in quo eſt ſuperius, et inferius: & in vacuo non eſt ſuperius oĩno: ergo illud, qd mouetur motu naturali, non mouetur in vacuo. D. incœpit declarare q in vacuo non eſt ſuperius, neq; inferius, & dixit & eſt infinitum, i. qm̃ vacuum eſt infinitum: & infinitum non habet ſuperius, & inferius: ergo vacuum nõ habet ſupius, & inferius, quod eſt mediũ totius. Et, cum declarauit q in vacuo non eſt ſuperi⁹, & inferius, qa eſt infinitum, incœpit declarare etiã hoc alio modo, & dixit & ſm quod eſt vacuum, &c. i. qm̃ in vacuo nõ eſt diuerſitas naturaliter: ſed ſuperius, & inferius differunt naturaliter: ergo in ſecunda figura in vacuo nõ eſt ſuperius, & inferius. D. verificauit propoſitionem dicentem q in vacuo nõ eſt diuerſitas, & dixit quemadmodũ igitur, &c. Et iſte ſermo cõponitur ſic. Vacuũ eſt nõ ens: & quod eſt nõ ens eſt priuatio: ergo vacuum eſt priuatio: & in priuatione non eſt diuerſitas: ergo in vacuo nõ eſt diuerſitas. &, cũ dixit ita illud, quod nõ eſt ens, intendit ita illud, quod nõ eſt ens, cuius potentia eſt potẽtia nihil, quod eſt priuatio, non negatio ſimpl'r. vacuum enim nõ eſt negatio ſimpl'r, i. priuatio pfecta, ſed priuatio corporum naturalium, & illa, quorum potentiæ diuerſantur, ſunt corpora naturalia. D. d. & vacuum eſt aliquod nõ ens, i. non ſimpliciter, ſed priuatio corporis naturalis. Et, cum verificauit quòd in vacuo non eſt diuerſitas, &, cũ in eo non fuerit diuerſitas, non eſt in eo motus naturalis, declarata eſt continuatio inter præcedens, & conſequens, ſcilicet quòd, ſi vacuum eſt, motus non eſt naturalis. D. deſtruxit cõſequens, & concluſit vacuum non eſſe. & quia oppoſitum cõſequentis eſt manifeſtũ per ſe, induxit hoc in forma redargutiõis, & dixit. Eſt igitur alterum duorum, i. aduerſarius igitur non poteſt fugere alterum iſtorum, aut cõcedere vacuum eẽ, ex quo ſequitur motum naturalem non eſſe, aut concedere motum naturalem eſſe, ex quo ſequitur neceſſario vacuum nõ eſſe. D. d. ſed translatio naturalis, &c. per hoc verificat propoſitionem dicentem quòd ſuperius, & inferius ſunt diuerſa naturaliter. & quaſi dicat, & ſignum eius, quòd hæc ſunt vbi diuerſa naturaliter, eſt, quoniam hic ſunt motus diuerſi naturaliter. cauſa enĩ in diuerſitate motuũ eſt diuerſitas naturarũ locorum, & naturarum rerum motarum.

In priuatiõe nõ eſt diuerſitas. confirte ſupra. c. 48.

Cã i diuerſitate motuũ ẽ diuerſitas nãrũ locorũ, & nãrũ rerũ motarũ. cõſule ſup. cõ. 36

ἀντιπερίστασιν.

Amplius, nũc qdẽ mouent̃ proiecta, eo, q impulit, nõ tangente, aut pp cõtrarij circumobſiſtẽtiam, ſicut quidam dicũt, aut ex eo, q pellit pulſus aer motu velociori, q̃ ſit pulſi latio, qua fert̃ in proprium locum. in vacuo autem nihil horum poteſt eſſe. neque enim ferri erit, niſi vt quod vehitur.

Et etiam videmus q illud, quod mouet̃ p expulſionem, mouet̃ expellente ſeparato. et hoc eſt aut ſm ſucceſſionẽ, & motionẽ, vt qdã dicunt, aut, qa motus aeris expulſi eſt velocior trãſlatiõe rei expulſæ in motu eius ad

ſuum

ſuum locũ, quem habet. & nihil eſt ex hoc in vacuo, & trãslatio nõ põt eſſe in eo alio modo, v.g. ſm modũ equitantis, aut natantis.

68 Cum declarauit prius ꝙ, ſi motus naturalis eſt, vacuum non eſt, incœpit ẽt declarare hoc ex motu violẽto, & dixit Et videmus, &c.i. & videmus ꝙ illud, qđ mouetur per expulſionem, violẽte moueri, poſtquam motor ſeparatur, vt videmus in lapide proiecto, q mouetur, poſtq̃ manus ſeparatur ab eo: et ſimilr̃ in ſagitta directa, poſtq̃ ſeparatur à chorda. & hoc non põt eſſe in vacuo, niſi eſſet poſſibile aliquid moueri ſine motore. & ideo [a] omnes cõueniunt in hoc, quòd cauſa iſtius motus eſt aer, aut ſm ſucceſſionem, vt Plato [b] dicit, ſ. ꝙ, qñ res expulſa vacuat locum, in quo eſt, per expellens ſuccedit ei in loco alius aer, qui mouet illud expulſum poſt ſeparationem expellentis, & ille aer, ſm ꝙ vacuat locũ ſuum, & ſuccedit ei in eo alius aer, mouetur etiam ab aere ſuccedente, & ſic donec motus quieſcat: aut ſm hoc quòd aer, qui defert rem expulſam mouet ab expellente, poſtq̃ expellens ſeparatur ab eo, ꝓpter hoc, quia in natura aeris eſt recipere moueri ab alio, & retinere ipſum diu, poſtq̃ ſeparat̃ à motore, & hoc ſm [c] ſuam formam, ſ. qm̃ poſtq̃ ſeparatur ab expellẽte mouetur à ſua forma naturali, & ante ſeparationem mouetur ab vtroq;, ſ. ab expellente, & à ſua forma: quaꝓpter motus eius eſt velocior neceſſario q̃ motus expulſi. [d] expulſum enim nõ hẽt in ſe pñm motus, cũ motus eius ſit violentus purus, aer vero habet in ſe principiũ motus, vt alibi declaratum eſt. Et hoc intendebat, cũ dixit aut quia motus aeris expulſi, &c.i. per potẽtiam leuitatis, quæ eſt in aere, per quem innatus eſt cum aliquo motu aduenĩẽte moueri ad ſuperius. ſ. ꝙ [e] cauſa in motu lapidis poſt ſeparationem proiicientis, nõ eſt ſucceſſio aeris, ſed trãslatio ipſius aeris. & hæc eſt ſententia Ariſto. vt declaratum eſt in lib. Cœli, & Mundi, & vltimo iſtius libri. Deinde dixit & nihil eſt ex hoc in vacuo, ideſt, & non eſt in vacuo aliquid, de quo dicatur ſuccedere, aut illud, quod defert rem expulſam, eſt velocioris motus, q̃ ipſa res, ita, quòd motus uiolentus remaneat poſt ſeparationem expellentis. Et iſte ſermo componitur ſic. Motus violentus poſt ſeparationem expellentis ſit, aut ex ſucceſſione aeris, aut ex velocitate motus eius: ſed in vacuo nõ eſt aliquid, ex quo ſit poſſibile aliquod iſtorum: ergo in ſecũda figura motus non poteſt eſſe in vacuo. D.d. & translatio non poteſt eſſe alio modo, &c.i. & impoſſibile eſt etiã vt trãslatio ſit in vacuo, ſm ꝙ equitans transfertur ſuper aliquod, i. delatum ſuper deferens, aut ſm ꝙ animal natat. volatile enim transfertur in aere ſm alterum iſtorum duorum modorum, aut ſm vtrunq;.

a Ex hoc vr̃ Auerr. velle aerẽ mouere ꝓiecta. de q̃ etiã vide. 7. phy. cõ. 10.

b Plato dixit motũ ꝓiectorũ eẽ ab aere ſm ſucceſſionẽ. Idem. 8. phy. c. 82.

c Aer in motu ꝓiectorũ, poſtq̃ ſepat̃ ab expellente, mouetur a ſua forma nãli, & añ ſeparationem mouet̃ ab vtroque, ſ. ab expellente, & a ſua forma.

d Quare motꝰ aeris i motu ꝓiectorũ ẽ velocior q̃ motꝰ expulſi.

e Cã i motu lapidis poſt ſeparationẽ ꝓiicietis nõ eſt ſucceſſio ipſius aeris, ſed trãslatio ipſius aeris, & hæc ẽ ſnia Ari. Idem. 8 phy. cõ. 82.

Amplius nullus vtiq; poterit dicere propter quid, quod mouetur ſtabit alicubi. cur enim magis hic, q̃ ibi? quare aut q̃eſcet, aut in infinitum neceſſe eſt ferri, niſi aliquid potentius impedierit.

Et etiam non poſſet aliqs dare cauſam, ex qua, cum aliquid mouetur in eo, quieſcit ex eo in aliquo vbi. quare igitur dignius quieſcit hic, q̃ hic? ex quo ſequitur aut quieſcere, aut moueri in infinitum, cum nõ impeditur ab alio impediente fortiori.

69 Cum deſtruxit vacuum eſſe ex motu, incœpit etiã deſtruere ipſm ex quiete naturali. cauſa enim in motu naturali eſt cauſa in quiete naturali; & hæc eſt ſimilitudo continentis ad contentum. Et dixit Et etiam non poſſet aliquis dare cauſam, &c.i. nõ poſſet aliquis eorum, qui dicũt vacuum eẽ, dare cauſam, propter quã, quando aliquid mouetur in uacuo quieſcit in aliquo loco magis q̃ in alio: quemadmodum nõ poteſt dare cauſam, propter quam corpus mouetur motu naturali de vbi in vbi. D.d. quare igitur, &c.i. qm̃ non poſſunt dare in hoc cauſam ex vacuo, quæ conueniat huic, quod ſentitur, ſ. de corporibus ipſa quieſcere in aliquo loco, & non in alio. & intendit hic per quietem, quietem naturalem. D.d. ex quo ſequitur, &c.i. &, ſi conceſſerimus quòd naturaliter inter vacuũ, & rem motam eſt aliqua conſimilitudo, neceſſe eſt vt illa comparatio ſit vna, et ſimplex, propter hoc, quòd uacuum eſt vnum, & ſimplex. ex quo ſequitur ꝙ naturaliter in vacuo ſit alterum duorum tantũ, ſ. aut quies, aut motus. ex quo ſequitur vt corpora naturalia, aut ſemper quieſcant in eo, vbicunq; ponantur, aut ſemper moueantur. quoniam, ſi inter illud, & corpus naturale fuerit comparatio ſimilis, quæ eſt inter corpus, & ſuum vbi propriũ, tunc corpora quieſcunt, vbicunq; ponantur. &, ſi inter illud, & corpora naturalia fuerit comparatio, quæ eſt inter corpus, & vbi non naturale, erit neceſſe vt corpora ſemper moueantur in eo.

Cũ in motu nãli ẽ cã i quiete nãli. et hæc eſt ſimilitudo côtinẽtis ad côtentũ. Idẽ ſup. cõ. 56. et. 65. et. 68

Amplius aũt nunc quidẽ in vacuo, qm̃ cedit, ferri videtur: in vacuo autem prorſus ſimile eſt: quare in oẽm feretur partem.

Et etiã motus exiſtimatur fieri nunc in locis vacuis ex aptatione: in ipſo vero vacuo hoc eſt eodem modo in omnibus ſuis partibus: ergo ſequitur vt illud, quod mouetur in eo, expellatur ad omnes partes.

Iſta eſt alia rõcinatio, qua nititur deſtruere vacuum eſſe per motum violentum. plures enim motus apud expulſionem expellentis erunt in aliqua parte, & non in alia, propter diuerſitatem partium in aptatione, ſcilicet, quia mouetur ad partẽ, quę eſt magis apta, adeo, ꝙ motum naturale mouetur propter aptationem contra ſuũ motũ naturalem, ut accidit in aſſub, vt moueatur ad inferius, quando non inuenit exitum ad ſuperius. Et dicit quòd ponentes vacuum, ponũt ipſum, quia exiſtimant ipſum adaptari motui, &, ſi ita eſſet, non eſſet hic aliqua pars magis adaptata, q̃ alia. Et totum hoc contingit dicẽtibus vacuum eſſe ſeparatum, quibus intendit in hoc ſermone contradicere. dicentibus vero ipſum eſſe non ſeparatum non cõtingit hoc, ſed impoſitum in corporibus. iſti enĩ poſſunt ponere ſuperius, & inferius, et vlr̃ medium, per quod fiũt motus corporum ſimpliciũ. D.d. ergo neceſſe eſt, &c. ideſt ergo neceſſe eſt vt illud, quod mouetur in eo, expellatur ad omnes partes æqualiter: & ſic nullum motum mouebitur ꝓpter aptationẽ ad aliquam partem aliam ab ea, ad quam expellens expellit. quod non ſentitur in pluribus mobilibus. Et in libro Alexan. hoc capitulum inuenitur ſic, & etiam exiſtimatur ꝙ translatio eſt nunc in vacuo propter aptationem: & hoc in vacuo eſt eodem modo ex omnibus partibus: ergo illud, quod mouetur in eo, expellitur ad omnes partes, i. ꝙ, ſi vacuum eſt cauſa translationis ꝓpter aptationẽ, ſicut fingunt dicẽtes ipſum eſſe, neceſſe eſt vt illud, qđ mouetur in eo, moueatur ad oẽs partes, qm̃ aptatio eſt in oibus æqualiter. & hoc in infinitum, quia vacuũ eſt infinitũ apud eos. Et maxima eſt differentia inter ponere ꝙ aptatio eſt neĉia in eſſe motus, & ponere ipſam eſſe cauſam agentẽ motum. ſi igitur poſuerimus ꝙ apta- 70

Aptatio ẽ de neceſſitate motus, & nõ cã agens motũ.

tatio eſt de neceſſitate motus, expoſitio erit illa, quam diximus: &, ſi poſuerimus ꝙ aptatio eſt cauſa agẽs motus, expoſitio erit Alex. ſed erit deſtructio nõ ſm rem in ſe, ſed ſm ſermonem eorum. aptatio enim eſt de neceſſitate motus, non cauſa agens.


Nota duplicẽ cãm velocitatis, et tarditatis in motu.

Amplius autem & ex his manifeſtum eſt quod dicitur. videmus enim idem pondus, atq; corpus velocius ferri propter duas cauſas, aut, quia id differt, per quod, vt per aquã, aut terram, aut aerẽ, aut, quia id differt, quod fertur, ſi alia ſint eadem, ꝓpter exceſſum grauitatis, aut leuitatis. hoc igiť, ꝑ quod fertur, cauſa eſt, qm̃ impedit maxime qdẽ quod cõtra fertur, deinde autem & manẽs: magis aũt id, quod nõ facile diuiditur: tale aũt eſt quod craſſius eſt. Id aũt, in quo eſt. A. mouebitur per. B. eo, in quo. C. tempore: per ipſum aũt D. cum ſit ſubtilius, eo, in quo. E. ſi æqualis eſt longitudo ipſius. B. cum ipſo. D. ſm proportionẽ impedientis corporis. Sit. n. B. q̃dem aqua. D. vero aer. quãto ergo ſubtilior eſt aer aqua, & minus corporeus, tãto citius A. per. D. mouebitur, q̃ per. B. habeat ergo eandem rõnem, ſm quam diſtat aer ab aqua, velocitas ad velocitatem. quare, ſi in duplo ſubtilius eſt, in duplo tempore lineam, quæ eſt ipſum. B. tranſibit, q̃ quæ eſt ipſum. D. & erit tp̃s, in quo eſt. C. duplum eius, in quo ẽ E. atq; ſemper quanto fuerit minus corporeum, minusq; impeditiuum, ac melius diuiſibile id, per quod fertur, citius mouebitur. Vacuum aũt nullam habet rationẽ, qua exceditur à corpore, ſicut neq; ipſum nihil ad numerum. Si enim quatuor excedũt tria vno, pluribus aũt duo, & adhuc vnum pluribus q̃ duo, ipſum ſanè nihil non amplius habent rationẽ, qua excedant. neceſſe enim eſt diuidi id, quod excedit, & in exceſſum, & in id, qđ exceditur. quare erũt ipſa quatuor, quot excedunt, & nihil. Quapropter neque Linea punctum excedit, niſi componatur ex punctis. Similiter autem & Vacuum ad plenum nullam poſſibile eſt habere rationem: quare neque motum.

Excedẽs neceſſe ẽ diuidi ĩ exceſſum, & id, qđ exceditur.

Et apparet ẽt hoc, quod diximus hoc modo. videmus enim idẽ corpus velocitari in motu propter alterum duorum, aut propter hoc, ꝙ illud, mediante quo moueť, diuerſať, v.g. vt motus eius ſit in aqua, aut in terra, aut in aere, aut in igne, aut, quia motũ diuerſatur. ſi igitur alia fuerit eadem ex differentia grauitatis, & leuitatis, illud, mediãte quo erit motus, erit cã. impedit enim motus, aut multum, quãdo motus illius fuerit cõtrarius motui eius, quod mouetur in eo: aut minus, qñ ẽt fuerit quieſcens: & magis, qñ non fuerit facilis diuiſionis: & qđ eſt tale, eſt illud, in quo eſt ſpiſſitudo. Expellatur igiť corpus. A. mediãte. B. in tempore. C. mediãte vero. D. qđ eſt ſubtilius, in tp̃e. H. in longitudine ex. B. æq̃li lõgitudini ex. D. ſm corpus impediẽs. Et intentio illius eſt, qm̃. B. ſit aqua, &. D. ſit aer. & quãto aer eſt ſubtilior aqua, & leuioris corporeitatis, tanto. A. expelliť mediãte D. velocius, q̃ mediante. B. & ſit ꝓportio velocitatis ad velocitatẽ, ſicut ꝓportio exceſſus aeris ſuꝑ aquã, ita, ꝙ, ſi fuerit duplũ in ſubtilitate, ꝑtrãſibit ſpatium. B. in duplo temporis, in quo ꝑtranſit ſpatiũ. D. et erit tẽpus. C. duplum tp̃is. H. & quãto magis fuerit illud, mediante quo erit motus leuioris corporeitatis, & minoris reſiſtentiæ, ſed facilioris diuiſionis, tãto magis expulſio erit ſemper velocior. Vacuũ vero nullã habet cõparationẽ ad corpus, ꝑ quã corpus excedat ip̃m, quẽadmodũ nullam habet cõparationẽ illud, qđ nõ diciť vnum oĩno ad illud, quod dr̃ numerus: Quatuor enim, ſi excedunt tria per vnũ, excedunt duo per magis, & excedunt vnũ per magis ad nõ vnũ, nõ vnũ vero nullã hẽt proportionẽ, qua excedat ipſum. excedens enim diuidiť neceſſario in id, quod excediť, & augmentũ. ergo quatuor diuiduntur in hæc duo, ĩ exceſſum, & ẽt in nõ vnũ. Et iõ Linea ẽt nõ excedit punctũ, cũ non cõponiť ex pũctis. Et ſilr̃ Vacuũ nõ habet ad plenũ ꝓportionẽ: ergo neq; etiam motus erit in eo.

Demõſtratio exemplaris, oſtendens ꝙ talis eſt proportio motus ad motum in velocitate, qualis eſt proportio medij ad medium in tenuitate.



Hæc eſt alia demonſtratio, in qua declarat ꝙ impoſſibile eſt motũ fieri mediãte vacuo ſeparato. Et dixit Et apparet, &c. id eſt & hoc, quòd diximus, ſ. ꝙ impoſſibile eſt vt mot⁹ fiat in vacuo, apparet ex hoc, qm̃ videmus corpora grauia diuerſari in motu ſecundum velocitatem, & tarditatem per duo, quoniã, ſi corpus 71

fuerit

fuerit idem, aut fuerint duo æqualia in declinatione, diuerſitas erit ſm illud, in quo mouentur. v.g. qm̄ idē corpus velocius mouetur in aere, q̄ in aqua, & ſimiliter duo corpora æqualia in grauitate, & figura, & magnitudine. ſi aūt corpora fuerint diuerſa, & moueātur in vno medio, tunc diuerſitas in motu erit propter diuerſitatē in grauitate, & leuitate, ſ. quòd grauius illorū erit velocius. Et, cum declarauit hāc propoſitionem, ſ. ꝙ cauſa velocitatis, & tarditatis in coporibus mobilibus eſt, aut diuerſitas medij in ſpiſſitudine, & tenuitate, aut diuerſitas corporum in grauitate, & leuitate, dixit ſi igitur alia fuerint eadem, i. qm̄, ſi alia exiſtētia in corporibus facientia velocitatem, et tarditatem, vt diuerſitas corporum in grauitate, & figura, & magnitudine, fuerint eadem in duobus corporibus nō diuerſis, & videmus ꝙ illud, quod mouetur in aere, mouetur uelocius illo, quod eſt in aqua, manifeſtum eſt ꝙ cauſa diuerſitatis motus eſt illud, mediāte quo eſt motus. & ſimiliter eſt in eodem corpore, ſ. cum videmus ꝙ motus eius in corpore ſubtiliori eſt velocior, q̄ motus eius in corpore ſpiſſiori. D. dedit cauſam, propter quam accidit hoc medio, & dixit quia impedit multum, &c. i. & cauſa tarditatis eſt, qm̄ illud, mediante quo erit motus, reſiſter rei motæ. & hoc reſiſtēs diuerſatur ſm magis, & minus. reſiſtet enim multum, qn̄ mediū mouet̄ motu cōtrario ei, quod mouet̄ in eo, & reſiſtet minus, qn̄ fuerit quieſcēs. D. d. & magis, &c. i. & medium, quod reſiſtit per ſuum motum ad contrariam partem, reſiſtit magis, qn̄ fuerit difficilis diuiſionis, & paſſionis. diuerſitas igitur mediorū in iſtis duabus cauſis, ſ. in difficultate, & facilitate reſiſtentiæ, aut motum, aut quietis eorum, eſt cauſa in diuerſitate motus eiuſdem moti, aut mobilium cōſimilium. D. narrauit qoid eſt difficilis diuiſionis, & dixit & eſt illud, in quo eſt multa ſpiſſitudo. Et, cum poſuit hanc ꝓpoſitionē, incœpit vti in hac doctrina per literas, et dixit Expellatur ergo, &c. i. ponatur igit̄. A. corpus, quod mouetur in medio, & medium, in quo mouetur, ponatur. B. & tempus, in quo mouetur, ſit. C. ponatur etiā moueri. A. in alio medio ſubtiliori primo, & ſit. D. & tēpus, in quo mouetur. A. in hoc medio ſit. H. & ponatur. A. moueri ex duobus medijs per duo ſpatia ęq̄lia, ſ. ex. B. craſſiori, & ex. D. ſubtiliori. ſequitur igitur vt tēpus, in quo pertranſit hæc duo ſpatia æqualia diuerſetur. notum eſt enim ꝙ velocius pertranſit idē ſpatium in minori tēpore. &, quia cauſa velocitatis, & tarditatis his duobus motibus eſt diuerſitas mediorū in tenuitate, & ſpiſſitudine, ſequitur vt proportio temporis ad tēpus ſit ſicut ꝓportio ſpiſſitudinis, quæ eſt in altero medio ad illam, quæ eſt in alio: & ſimilr̄ ꝓportio motus ad motum. Et, cum dedit exemplū etiā de literis, dedit exemplū de materijs, vt demōſtratio ſit manifeſtior: & quod videtur diminutum in vno exēplo apparebit in alio. & dixit Et intētio illius eſt, &c. v.g. ponatur in loco. B. quod eſt medium craſſius, aqua, et in loco. C. quod eſt medium ſubtilius, aer. quāto igitur magis aer eſt ſubtilius aqua, & minoris reſiſtentię cōtra rem motam, tanto magis erit velocitas motus. A. in eo q̄ in aqua. ꝓportio igitur velocitatis ad velocitatem erit ſicut proportio exceſſus ſubtilitatis aeris ſuper ſubtilitatem aquæ. & ideo dixit erit igitur proportio velocitatis ad velocitatē, &c. i. ſequitur igitur ex iſtis propoſitionibus, vt proportio velocitatis motus. A. in. B. ad motum eius in. D. ſit ſicut proportio exceſſus ſubtilitatis aeris ſuper ſubtilitatem aquæ. D. dixit ita ꝙ, ſi fuerit duplum, &c. i. ita, ꝙ ſequitur, ſi poſuerimus ꝙ aer eſt duplum ad aquam in ſubtilitate, vt res mota in aqua pertranſeat ſpatium æquale ſpatio, quod pertranſit in aere in tēpore duplo ad tēpus, in quo ꝑtranſit ipſum in aere. tēpus igit̄ quod eſt. C. & eſt illud, in quo ꝑtranſit ſpatiū res mota in corpore ſpiſſiori, eſt duplum ad tp̄s. H. in quo mouetur per ſpatiū æquale illi in corpore ſubtiliori quod eſt. D. tardius enim ſemper ꝑtranſit idē ſpatiū in lōgiori tp̄e. & licet nō expſſit hāc ꝓportionē, itellecta tn̄ ē ex ipſo ſermone. D. d. & q̄to magis fuerit illud, mediāte quo, &c. & hoc ēt manifeſtum eſt per ſe. Et, cum poſuit has propoſitiones, cōiunxit etiam aliam propoſitionem, & dixit Vacuum vero &c. ideſt vacuum vero nullam habet comparationē in ſubtilitate ad ſubtilitatē corpis, mediante quo fit motus. &, cū dixit nullā habet cōparationē ad corpus, intēdit q̄d vacuū nullā habet cōpationē, q̄ corpus mediū excedit vacuū. v.g. in ſubtilitate, in vacuo .n. nō eſt ſubtilitas, qua dicat̄ eē ſubtili⁹ igne, v.g. aut aere. D. dixit queādmodū nō habet cōparationē, &c. .i. & inter vacuū, & corp⁹ mediū nō eſt ꝓportio, cū in vacuo nō eſt ſubtilitas, & eſt illud, ſm quod cōparant̄ media adinuicē in ſubtilitate, & ſpiſſitudine: queadmodū nō eſt cōparatio, neq; ꝓportio in eo, quod non eſt vnū, ad illud, quod eſt numerus. numeri enim cōparantur adinuicem, quia cōicāt in vno. et vr̄ oīa duo, q̄ nō cōicant in eadem natura, non hn̄t cōparationē adinuicem. & hoc intēdebat, cū dixit Si igit̄ q̄tuor excedunt tria, &c. i. & numeri excedunt ſe adinuicē ꝑ vnitates, in q̄bus cōicant, illud aūt, in quo nō eſt vnū, nullam habet cōparationem ad numerum. & ſimiliter illud, in quo non eſt ſubtilitas, nullam habet cōparationē ad corpora habentia ſubtilitatem. diuerſa enim ſm magis, & minus neceſſario cōicant in eadem natura. Deinde dixit nō vnum vero, &c. i. quod aūt fuerit ex entibus, in quo non inuenitur vnum, non habet ꝓportionem ad illud, in quo eſt vnum, qua cadat inter illa exceſſus. Deinde dixit excedens enim, &c. ideſt illud enim, quod dr̄ excedere aliquid, neceſſario diuiditur in illud, ꝑ quod excedit, & in id, per quod exceditur. v.g. Quia quatuor excedūt duo, neceſſe eſt vt diuidātur in duo, quibus exceduntur, & in duo, quæ excedunt. cum igitur fuerit aliquod, quod non diuiditur in aliquod, & fuerit aliud, quod diuiditur in ipſum, nō dicetur quod illud, quod diuidit̄ in illud, excedit illud, quod non diuiditur. v.g. qm̄ quatuor non dicitur excedere aliquid, in quo nō eſt vnum. qm̄, ſi excederet, tūc quatuor diuiderentur in exceſſum, & in illud, in quo non eſt vnum. quod eſt impoſſibile. & hoc intendebat cum dixit ergo neceſſe eſt vt quatuor diuidātur, &c. i. qm̄ neceſſe eſt vt quatuor diuidant̄ in illud, per q̄d excedunt illud, in quo eſt vnum, & in illud, in quo nō eſt vnū. Et, q̄a ꝓportio, quam intēdit declarare, eſt cōis numeris, & alijs, & dedit exēplum de numeris, vult ēt dare exēplum de magnitudinib⁹, & dixit Linea.n. nō excedit punctū. i. & ꝓpter hoc nō inuenitur ꝓportio inter lineam, & punctum, qua proueniat exceſſus. qm̄, ſi ita eſſet, tunc excedens, & res exceſſa eſſent partes lineæ: & ſic linea componeretur ex punctis. quod poſt declarabitur eſſe īpoſſibile. Et, cū declarauit hāc ꝓpoſitionē, dicentē ꝙ oē excedens aliq̄d debet diuidi in exceſſum, & in rem exceſſam, & vacuum non diuiditur in illud, per quod excedit corpus, cum in eo non eſt ſubtilitas, dedit cōcluſionem, quæ ſequitur ex hoc, & eſt quòd vacuum non habet proportionem ad plenum, qua dicatur excedere plenum in ſubtilitate, & dixit Et ſimiliter etiam vacuum. Et iſte ſyllogiſmus eſt etiam in ſecunda figura. & quod ſubticuit, eſt minor propoſitio. Et, cum declarauit hanc concluſionē, dedit impoſſibile, quod ſequitur ex ea, ſi aliq̄d moueatur in vacuo, & dixit ergo neq; motus erit in eo. id eſt, &, cum vacuum non habet proportionem ad plenum in ſubtilitate, & ponitur aliquid moueri in eo, ſequitur

Diuerſitas mediorū ē cā in diuerſitate motus, &c.

Si poſt exēplū ī līis adducat̄ exemplū de materijs, demōſtratio erit manifeſtior.

Vr̄ oīa duo, quę nō cōicāt ī eadē natura, nō hn̄t cōparationē adinuicē. diuerſa enī ſm magis & minus neceſſario cōicant in eadē natura.

ex hoc, quòd motus in vacuo non habet proportionem ad motum in pleno, & ſic erit motus indiuiſibilis in tempore indiuiſibili, ſcilicet inſtanti. quod eſt impoſſibile, vt poſt declarabit̃ et quaſi hic accipit pro cõſtanti, quod declaratur in Sexto, ſ. ꝙ omnis motus eſt in tempore, & ꝙ motus eſt diuiſibilis. a Auẽpace aũt bene mouit hic quæſtionem. dicit enim ꝙ non ſequit̃ vt proportio motus eiuſdem lapidis in aqua ad motũ eius in aere ſit, ſicut proportio ſpiſſitudinis aquæ ad ſpiſſitudinem aeris, niſi motus lapidis eſſet in tempore, propter hoc, quòd mouetur in medio. &, ſi hoc eẽt, cõtingeret vt nullus motus eſſet in tempore, niſi propter impediens: medium enim videtur impedire rem motam. &, ſi ita eſſet, tunc corpora cœleſtia mouerentur in inſtanti, cum nullum mediũ impediens ſit illic. et dicit ꝙ proportio ſubtilitatis aquæ ad ſubtilitatem aeris eſt ſicut ꝓportio tarditatis accidẽtis motui in aqua ad tarditatem accidẽtem ei in aere. Et hæc ſunt verba eius in Septimo ſui libri, & dicit Iſta reſiſtẽtia, quæ eſt inter plenũ, & corpus, quod mouetur in eo eſt illa, inter quam, & potentiam uacui fecit Ariſto. proportionẽ in Quarto. & non eſt ſicut exiſtimatur de eius opinione. proportio enim aquæ ad aerem in ſpiſſitudine nõ eſt ſicut proportio motus lapidis in aqua ad motũ eius in aere: ſed proportio potentiæ cõtinuitatis aquæ ad potentiam cõtinuitatis aeris eſt ſicut proportio tarditatis accidentis rei motæ ex illo, in quo mouetur, v. g. aqua, ad tarditatem accidentem ei, qñ mouet̃ in aere. qm̃, ſi eſſet, ſicut æſtimauerunt aliqui, tunc motus naturalis eſſet violentus: ergo, ſi illic non eſſet reſiſtentia quõ eſſet motus? neceſſe eſt enim vt eſſet in inſtanti, quid ergo dicetur de motu circulari? & illic non eſt reſiſtentia: qm̃ illic non eſt diuiſio omnino: nam locus circuli idem eſt ſemper. non itaq; euacuatur vnus locus, & alius impletur. neceſſe eſt igitur vt motus circularis ſit in inſtanti. ſed nos videmus in eo maximã tarditatem, vt in motu ſtellarum fixarum, & maximam velocitatem, vt in motu diurno: & hoc non eſt, niſi ꝓpter diſtantiam motoris in nobilitate à moto. cum igitur fuerit nobilior, tũc illud, quod mouetur ab eo, erit velocius: &, cum motor fuerit minoris nobilitatis, erit propinquior moto: & tunc motus erit tardior. & hæc ſunt verba eius. Et, ſi hoc, quod dixit, cõcedatur, tunc demonſtratio Ariſto. erit falſa. quoniam, ſi proportio ſubtilitatis medij ad ſubtilitatem alterius medij eſt ſicut proportio tarditatis accidentis moto in altero eorum ad tarditatem accidentem ei in alio, nõ ſicut proportio ipſius motus, non ſequitur vt illud, quod mouetur in vacuo, moueatur in inſtanti, quoniam tunc non aufertur ab eo, niſi tarditas, quæ accidit ei ꝓpter medium, & remanet ei motus naturalis: & omnis motus eſt in tempore: ergo illud, quod mouetur in vacuo, mouetur in tempore neceſſario, & motu diuiſibili: & nullum ſeq̃tur impoſſe. hæc igitur eſt qõ Auẽpace. Nos aũt dicamus ꝙ manifeſtũ eſt ꝑ ſe, ꝙ, ſi cã æqualitatis rerum motaꝝ cõuenientiũ in declinatione, & figura, & magnitudine, qñ mouent̃ in uno medio, aut in duobus medijs æqualibus in tenuitate, & craſſitudine, eſt æq̃litas medij, manifeſtũ eſt ꝙ diuerſitas eius in tenuitate ſm magis, & minus eſt cã diuerſitatis motus in velocitate, & tarditate, &, ꝙ iſta diuerſitas, cuius cã eſt diuerſitas medij, ſeq̃tur eſſentialiter ſubtilitatẽ, ſ. ꝙ augmentũ illius diuerſitatis ſeq̃tur augmentũ ſubtilitatis, & diminutio illius diminutionẽ illius. ergo manifeſtũ eſt ꝙ proportio motuum eſt ſm proportionẽ mediorum in ſpiſſitudine, & tenuitate. & iſtæ ꝓpoſitiones ſunt manifeſtæ per ſe, ſ. ꝙ cum fuerint duo mota æqualia in grauitate, & leuitate, & figura, & magnitudine, & moueantur in vno medio, ꝙ motus eorum erit æqualis in velocitate, & ꝙ vtrũq; pertranſit æquale ſpatium in tempore æquali, &, cum duo media fuerint diuerſa in tenuitate, ꝙ motus eorum diuerſabitur diuerſitate ꝓportionali: & vñ manifeſtum eſt ꝙ cauſa diuerſitatis, & æqualitatis motuum eſt diuerſitas, & æqualitas ꝓportionis motoris ad rem motam. cum igitur fuerint duo motores, & duo mota, & proportio alterius motoris ad alterum motum fuerit, ſicut proportio reliqui motoris ad reliquum motum, tunc duo motus erunt æq̃les in velocitate: &, cũ ꝓportio diuerſabit̃, diuerſabit̃ motus ſm illam ꝓportionẽ. Et hoc idẽ eſt in motibus violentis, & naturalibus, ſed in violentis, cum duo motores fuerint æquales in potẽtia, diuerſitas erit propter impediens, in naturalibus vero diuerſitas, aut æqualitas eſt propter diuerſitatem, aut æqualitatem proportionis motoris ad rem motam: & non ſequitur vt in eis ſit æqualitas apud æqualitatem mouentium in potentia, quando proportio diuerſatur, ſicut nõ ſequitur hoc in violentis, qñ impediẽs diuerſatur: qm̃ ꝑ diuerſitatem impedientis diuerſabitur proportio. iſtæ igit̃ ſunt ꝓpoſitiones manifeſtæ ꝑ ſe. Et, ſi hoc eſſet, ſicut dicit Auẽpace, ſ. ꝙ in talibus motibus non erit ꝓportio motus ad motum, ſicut proportio ſpiſſitudinis ad ſpiſſitudinem, ſed ſicut proportio tarditatis ad tarditatem, contingeret hoc in omnibus motibus violentis, ita, ꝙ illud dictum in vltimo Septimi, ſ. ꝙ, cũ aliqđ corpus mouerit aliud corpus ꝑ aliquod ſpatium in aliquo tempore, quod mouebit medietatem illius corporis per illud ſpatium in medietate illius tẽporis eſſet falſum. cõtingeret enĩ ſm Auẽpace vt proportio tpis ad tpš nõ eſſet, niſi ſicut proportio tarditatis ad tarditatem. Et cauſa iſtius erroris fuit exiſtimare quòd tarditas, & velocitas ſunt motus additi motui, & diminuti ab eo: ſicut linea, quæ additur lineæ, aut diminuitur ab ea. cum igitur exiſtimatur ꝙ velocitas eſt additio ſuꝑ motum naturalẽ, et tarditas diminutio: & cã iſtius additionis, & diminutionis fuerit reſiſtentia: ſequitur ex hoc vt proportio reſiſtentis ad reſiſtẽs ſit ſicut proportio tarditatis ad tarditatem, non ſicut proportio motus ad motum, quoniam, qñ quantitatibus proportionalibus additur eadem quantitas, aut diminuit̃, nõ remanent proportionales. & Auẽpace exiſtimauit ꝙ motus ſenſibilis eſt illud, quod remanet ex motu naturali. & exiſtimauit ꝙ motus naturalis eſt quaſi vna menſura, ex qua diminuunt̃ duæ menſuræ ſm proportionem aliaꝝ duarũ quãtitatum. & vidit ꝙ, cum hoc accidit in quãtitatibus, nõ ſeq̃tur ut proportio diminuti ad diminutum ſit ſicut proportio remanentis ad remanens. et exiſtimauit ꝙ accidit motui naturali ꝓpter impediens aliqua diminutio ſm proportionem impedientis ad impediens. & exiſtimauit, ſicut diximus, ꝙ motus ſenſibilis eſt illud, quod remanet ex motu naturali poſt diminutionem, ſicut remanet ex magnitudine poſt diminutionem. & ideo iudicauit ꝙ non ſeq̃tur vt ꝓportio motus ſenſibilis ad motum ſenſibilem ſit ſicut ꝓportio impedientis ad impediens, ſed ſicut proportio tarditatis ad tarditatem: ſicut non ſequitur in quãtitatibus, quę diminuuntur ſm aliquam ꝓportionem, vt reſiduum ſit in illa proportione: ſed differunt, quia, quando ex quantitate mathematica diminuitur aliqua quantitas in actu, remanet reſiduum quantitatis in actu: & quando motui naturali accidit diminutio, tunc motus naturalis non habebit eſſe niſi in potẽtia. ergo tunc motus ſenſibilis non erit, niſi motus non naturalis, qui eſt diminutio ex motu naturali, nõ motus naturalis, cui accidit diminutio. & ſilr̃, cum aliquod motum mouet̃ velocius motu naturali, tunc nõ erit illic motus naturalis & additio, ſed additio tantũ. veruntamen dicimus quòd ꝓportio tarditatis ad tarditatem

Sexto phy. t.c.50. & ſic.

a Digreſſio mota ab Auẽpace, nunquid graue ſimplex moueretur i nõ tpe, dato vacuo, & ei⁹ opio.

Improbatio opionis Auẽpace.

Opio Auer.

Vñ manifeſtũ ẽ ꝙ cã diuerſitatis, & æq̃litatis motus ẽ diuerſitas, et æq̃litas ꝓportionis motoris ad rem motam.

Nota dr̃iã inter motus naturales, & violentos.

Tex. c. 55.

Cã erroris Auẽpace.

tatem eſt ſicut ꝓportio impedientis ad impediens, vt dicit Auẽpace: ſed nõ eſt illic aliqđ, niſi tarditas. & iſta q̃ſtio eſt ſophiſtica: ſed eſt difficilis, q̃a eſt ſm * cõmunicationẽ. qñ, quia motus aſſimilatur lineæ, exiſtimatur ꝙ illud, quod contingit in linea, cõtingit in motu. Declaratum eſt igitur ex hoc ſermone ꝙ ꝓportio impedientis ad impediens eſt ſicut proportio motus ad motum: & hoc eſt in motibus violentis, qñ motor fuerit idem, & ſuum impedimentum fuerit ex medio, aut ex ipſo moto: & ꝙ hoc diuerſatur in motibus naturalibus ſm diuerſitatem ꝓportionũ, quæ ſunt inter motores, & res motas, cum nullum ſit hic impediens, ſed ſm diuerſitatem ꝓportionis exceſſus potentiæ motoris primi ſuper rem motam ad exceſſum potentiæ ſecũdi motoris ſuper rem motam. Sed quæret aliquis, cũ poſuerimus ꝙ iſte motus erit in medio, impeditꝰ à medio, nõ ſequiẽ, & ſi cõceſſerimus ꝙ ꝓportio motuum, quæ fuerit in medio, adinuicem eſt ſicut proportio impedientis ad impediens, vt qñ idem motum mouetur in vacuo, moueatur motu indiuiſibili, & in inſtãti, ſed ſequitur neceſſario vt moueatur in tẽpore, cuius proportio ad tẽpus, in quo mouetur in medio, ſit ſicut proportio exceſſus potentiæ motoris ſuper rem motam, ſm ꝙ eſt mota tantum, ſ. abſq; eo, ꝙ illic ſit impediens extrinſecum ad exceſſum potentiæ motoris ſuper rem motam, ſm ꝙ eſt impedita. vnde exiſtimatur etiam ꝙ licet concedantur illæ ꝓpoſitiones, quibus vſus eſt, tñ non inducet ad impoſſibile, ad quod nititur inducere. Et ad hoc eſt dicendum ꝙ iſti motus, qui ſunt corporũ ſimplicium mediantibus aqua, & aere, nõ ſunt motus impediti à medio, vt apparet in primo aſpectu. qñ, ſi ita eſſet, tunc eſſent hic motus naturales, qui nondum inuenti ſunt, neq; inuenienẽ: niſi eſſet poſſibile hæc corpora moueri ſine medio. quod eſt impoſſibile, niſi vacuum eſſet. Et cã in hoc eſt, quia iſta mota indigẽt medio: quoniã [a] res mota neceſſario debet habere cũ motore aliquam reſiſtentiam, qua potentia motoris excedat potentiam illius: & hoc eſt in motibus naturalibꝰ. &, ſi nõ, tunc quilibet motor moueret quodlibet corpus. & ꝓpter diuerſitatem iſtius proportionis, quæ eſt ex reſiſtentia inter motorem, & rem motam ſimplr diuerſantur motus corporum cœleſtiũ, vt quædam ſint velociora quibuſdam: & per hanc reſiſtentiam motor non mouet rem motã, niſi qñ potentia eius excedit potentiam rei motę. [b] res enim mota vſr eſt ſimilis quodãmodo motori, & contraria alio modo. Et hoc intelligẽdum eſt de nobilitate, quam dicit Auẽpace in corporibus cœleſtibus. motor enim, cuius potẽtia eſt excedens, eſt nobilior motore, cuius potentia eſt minor in exceſſu. & manifeſtum eſt ꝙ [c] iſta reſiſtentia inuenitur inter motorem, & rem motam, quando res mota fuerit diſtincta per ſe: ſicut eſt diſpoſitio in corporibus cœleſtibus. [d] in elementis vero res mota eſt in potentia, & motor in actu, cum ſint compoſita ex prima materia, & formis ſimplicibus, & motor eſt forma, & res mota eſt materia. et, quia hæc corpora non diſtinguiũtur in rem motam, & motorem in actu, impoſſibile eſt ea moueri ſine medio. & Ariſtote. declarauit ꝙ ꝓpter hoc fuit neceſſe illa non moueri ex ſe in [e] Octauo iſtius libri. Si igitur hæc corpora ſimplicia mouerentur ſine medio, non eſſet hic reſiſtentia inter motorem, & rem motam: immo nõ eſſet hęc res mota omnino eſſentialiter. &, ſi hoc, cõtingeret vt [f] mouerẽtur in non tempore, & in quolibet moto. ex hoc igitur dixit Ariſto. quòd, ſi hæc corpora mouerentur in vacuo, ſequeretur vt mouerentur motu indiuiſibili et in tempore indiuiſibili: ponendo ꝙ hęc corpa moueri in medio eſt naturale eis. & eſt cauſa in hoc, ꝙ moueanẽ, non ſicut exiſtimatur, ꝙ ſunt mota ex ſe nõ motu naturali, ſicut exiſtimauit Auẽpace. Auẽpace igitur fecit dubitare in hoc ſermone in duobus locis. Vnus eorũ eſt, in quo dicit, ꝙ ꝓportio motus ad motũ non eſt ſicut ꝓportio ſpiſſitudinis mediĳ ad ſpiſſitudinem mediĳ. Secũdus autem eſt, ꝙ iſti motus ſunt impediti ex medio, et nõ naturales, et nullus peruenit ante ipſum ad iſtas q̃ões: et ideo profundus erat iſte ſuper alios. & in exemplari, à quo ſcripſimus inuenimus quoddã folium per ſe, & inſcriptum erat hoc. Nos autẽ dicamus ꝙ neceſſe eſt ꝙ inter motorem, & rem motam ſit reſiſtentia. motor enim mouet rem motam, ſm quod eſt contrarium, & res mota mouetur ab illo, ſm ꝙ eſt ſimilis. & oĩs motus erit ſm exceſſum potentiæ motoris ſuper rem motam, & diuerſitas motuum in velocitate, & tarditate eſt ſm hanc proportionem, quæ eſt inter duas potentias. & iſta reſiſtentia, aut erit ex ipſo moto, qñ illud, quod mouetur ex ſe voluntate, diuiditur in motorem in actu, & rem motã in actu, ſicut eſt diſpoſitio in animalibus, & in corporibus cœleſtibus, aut erit ex ipſo medio in quo mouetur: & hoc erit, qñ res mota non diuiditur in motorem, & rem motam in actu, ſicut eſt diſpoſitio etiam in corporibus ſimplicibus: aut reſiſtentia erit ex vtroq;, ſ. ex re mota, & ex medio, ſicut eſt diſpoſitio in animalibus, quæ mouentur in aqua. illa autem, in quibus res mota ex ſe diuiditur in motorem in actu, & rem motam in actu, non neceſſario indigent medio, ſed, ſi fuerit, erit per accidens. illa aũt, quæ mouenẽ ex ſe, quæ non diuiduntur in motorem, & rẽ motam in actu, neceſſario indigẽt medio: & hæc ſunt corpora grauia, & leuia. &, ſi non, mouerentur in non tẽpore: cum nihil ſit actu illic, quod reſiſtat potentiæ motiuæ, & eſt impoſſibile etiam vt habeant motus naturales, & ſint ſemper impedita. & ideo contingit, ꝙ, cũ poſuerimus iſta moueri in vacuo, vt moueãtur in non tempore, & vt motus grauis, & grauioris ſit æqualis in velocitate. quod eſt impoſſibile. quod igitur exiſtimauit Auem. eſt, quod iſta ſimplicia habẽt motus naturales ſine medio.

* s. l. cõmutationem.

Epilogus.

Obiectio.

Solutio.

a Res mota neceſſio debet hře cũ motore aliquã reſiſtẽtiã, qua potentia motoris excedat potentiã illius.

b Res mota vſr ẽ ſimis quodãmõ motori, et cõtraria alio modo.

c Nota a q̃ elementa habeãt reſiſtentiã in motu locali.

d In elemẽtis res mota eſt in potẽtia, & motor eſt in actu, cũ ſint cõpoſita ex prima materia & formis ſimplicibus, & motor ẽ forma, & res mota eſt mã. Sed vide oppoſitum. 8. phyſi. 30. & 4. cœli. c. 22 vbi dr ꝙ forma ẽ mouẽs, & motum. Vide cõtradict. Zim.

e Tex. cõ. 28. 29. 30 31. & 32.

f Si elemẽta mouerenẽ in vacuo mouerenẽ in inſtã. Idẽ infra. c. 74. et 8. phyſi. 82.

Laus magna de Auẽpace Hiſpano.

Reſiſtẽtia in motu naturali q̃nq; eſt ex ipſo moto, et q̃nq; ẽ ex ipſo medio, & q̃nq; ex pte vtriuſq; reſpectu diuerſorum &c.


Sed, ſi per ſubtiliſſimum in tanto tpe tanto motu fertur per vacuum, omnem exuperat rõnem. Sit enim. F. vacuum, æquale autẽ magnitudine ipſis. B. &. D. Ipſum ergo. A. ſi tranſibit, & mouebitur ꝗdem in quodam tpe, eo ſcilicet, in quo eſt. G. in minori aũt q̃ in quo eſt. E. & hanc habebit rõnem vacuũ ad plenum. ſed in tanto tpe, quãtũ eſt, in quo eſt. G. ipſius. D. A. tranſibit lineam. K. trãſibit aũt, ſi ẽt ſit quippiam ſubtilitate differens ab aere id, in quo eſt. F. ſm hanc proportionem, quã habet tp̃s, in quo eſt. E. ad tẽpus, in quo eſt. G. Si enim ſit tanto ſubtilius corpus, in quo eſt. F. ipſo, D. quanto exuperat E. ipſum. G. econuerſo trãſibit velocitate in tanto, quantũ. G. ipſum. F. ipſum, in quo eſt A. ſi ferañ. ſi ergo nullum ſit corpus in ipſo E. adhuc velocius. ſed erat in ipſo. G. quare in æquali tempore trãſibit & quod plenum eſt, & vacuum. ſed impoſſibile eſt.

Sed, ſi res mota mouetur mediante ſubtiliſſimo corporũ in tanto tpe per tantum ſpatium, tunc mediante vacuo exit ab omni cõparatione. Sit igitur. Z. vacuũ, & ſit æquale B. Si igitur. A. ꝑtranſit vacuũ, & mouetur in

aliquo tempore, ſ. in tempore. K. ſi eſt breuius tempore. H. tunc iſta proportio nō erit proportio vacui ad plenum. pertranſeat igitur. A. in tempore æquali. K. ꝑ ſpatium. B. & ptrāſeat etiam ſm ꝓportionalitatem, quæ eſt inter tp̄s. H. & tempus. K. aliquid addens in ſubtilitate ſup aerem, qui eſt, B. Quoniam ſi. Z. fuerit corpus ſubtilius, ꝗ. B. ſm exceſſum. H. ſuper. K. tunc pertranſitus. Z. in velocitate erit in tempore æquali. K. ſi. A. mouetur. ſi igitur in. Z. non fuerit corpus, tunc motus. A. in eo erit velocior, ſed erat in. K. ergo ſequitur vt pertranſitus eius per ipſum ſit in tempore æquali, ſiue fuerit plenū, ſiue vacuum. quod eſt impoſſibile.

Demonſtratio ducens ad impoſſibile, probans non eſſe poſſibile proportionē eſſe inter motum, qui fit per uacuum, & qui fit per plenum.

Primæ literæ deſeruiunt textui uero, ſecundæ autem textui Auerrois.



Iſta etiam eſt alia declaratio ad cōfirmandum. quo-
72 niam, ſi aduerſarius non cōceſſerit nobis impoſſibile, quod ſequitur ex ſermone prædicto, quod eſt motum eſſe indiuiſibile, & in tēpore indiuiſibili, et dixerit immo motus, qui eſt in vacuo, eſt in tempore, demōſtrabimus ei, quod ex hoc ſequitur impoſſibile, quod non pōt cōcedi. & hoc erit ponēdo ꝙ idem motum mouetur per ſpatium ęquale in vacuo, et pleno, verbi gratia in aere. cum igitur poſuerimus ipſum moueri per hæc duo ſpatia æqualia, quorum alterum eſt in vacuo, & reliquum in aere in duobus tēporibus, manifeſtum eſt ꝙ tēpus, in quo pertranſit ſpatiū, quod eſt in vacuo, erit breuius: qm̄ in vacuo nō eſt reſiſtentiá. hoc igitur tempus minus habebit aliam proportionem terminatam ad hoc tempus maius. & manifeſtum eſt ꝙ, ſi nos imaginati fuerimus corpus ſubtilius aere ſm additionem tp̄is maioris ſuper tempus minus, manifeſtum eſt ꝙ iſtud motum pertranſibit in corpore ſubtiliori ſpatiū æquale tempori, in quo pertranſiuit ipſum in vacuo: cum poſuerimus ꝙ proportio temporis ad tempus eſt ſicut proportio ſubtilitatis alterius medij ad ſubtilitatem reliqui medij: & ſic idem motum pertranſibit ſpatium æquale in tempore æquali, mediante vacuo, & mediante pleno. & hęc eſt demonſtratio eius in hoc loco. Et dixit Sed, ſi res mota, &c. i. qm̄, ſi poſuerimus ꝙ res mota mouetur in aliquo corpore ſubtiliſſimo, & mouetur etiam in vacuo, neceſſario mouebitur in vacuo velocius. Et, cum poſuit hāc propoſitionem, incepit inducere propoſitiones inducētes ad incōueniens, & dixit Sit igitur. Z. vacuum, &c. i. ſit igitur ſpatium in vacuo, Z. & ſit æq̄le ſpatio. B. quod eſt in aere. Deinde dixit ſi igitur, A. pertranſit vacuum, &c. i. A. igitur, quod eſt res mota, ſi pertranſit hoc ſpatium, quod eſt in vacuo, ſ. Z. i. &, cum conceſſerimus ip̄m moueri in eo in aliquo tēpore, ſit igitur illud tempus, K. & eſt manifeſtum ꝙ hoc tempus eſt breuius tempore. H. in quo. A. mouetur in ſpatio. B. quod eſt in aere. motum enim in vacuo eſt velocius moto in aere. &, cū ita ſit, tunc ꝓportio temporis. K. ad tempus. H. eſt ſicut proportio motus. A. in vacuo ad motum eius in aere. & hoc intendebat, cum dixit tūc iſta proportio erit ſicut proportio vacui ad plenum. D. d. pertranſeat igitur A. &c. i. &, cum proportio temporis. H. ad tēpus. K. eſt ſicut proportio motus, qui eſt in vacuo ad motum, qui eſt in aere, ponatur igitur ꝙ. A. quod eſt motū moueatur in tempore æquali. K. et eſt illud, in quo mouetur in vacuo per ſpatium æquale ſpatio vacui, & aeris in corpore ſubtiliori aere, & ſit, illud ſpatium. Z. eſt manifeſtū ꝙ pertrāſibit iſtud ſpatium ſm proportionem tp̄is. K. ad tempus. H. cū poſuerimus ꝙ corpus, in quo eſt ſpatiū. Z. eſt ſubtilius aere ſm ꝓportionem tp̄is. H. ad tēpus. K. i. qm̄ pertranſiuit ſpatium. Z. ad tp̄s. K. quod ptranſiuit in eo in vacuo. & hoc intēdebat, cum dixit & ptrāſibit ēt ſm ꝓportionalitatem, &c. i. & eſt poſſibile ip̄m ptranſire hoc ſpatiū, ſ. Z. ſm ꝓportionē tp̄is motus in vacuo ad tp̄s motus in aere, cum poſuerimus hoc corpus, in quo eſt ſpatium. Z. maius in ſubtilitate aere, ſ. * ꝗ tp̄s. H. eſt maius tp̄e. K. ſ. ſicut ꝓportio tp̄is motus in uacuo ad tp̄s motus in aere. & hoc intendebat, cū dixit Qm̄ ſi. Z. et c. i. ſi igit̄ corpus imaginatum. ſ. Z. ſit ſubtilius. B. ſ. aere ſm exceſſum tp̄is H. et eſt illud, in quo. A. mouetur in vacuo ꝑ illud ſpatium terminatū ſuper tp̄s. K. & eſt illud in quo. A. mouetur in vacuo per illud ſpatium, tunc. A. ptrāſibit ſpatium. Z. in velocitate in tp̄e æquali ei, in quo pertranſibit illud ſpatium in vacuo, quod eſt tp̄s. K. ſi poſuerimus. A. moueri in vacuo. Deinde incœpit declarare impoſſibile, quod ſequitur ex hoc, & dixit ſi igitur in Z. non fuerit corpus, i. ſi poſuerimus ꝙ in vacuo non eſt corpꝰ omnino, manifeſtum eſt ꝙ motus. A. erit in eo uelocior, ꝗ motus eius in corpore, quod poſuimus ſubtilius aere ſm proportionem temporis motus. A. in aere ad tempus motus eius in vacuo, ſed iam declarauimus ꝙ motus eius mediāte vacuo, et corpore ſubtiliori eſt ęqualis, quia eſt in eodem tempore. quod eſt inconueniens. motus enī in vacuo debet eſſe velocior. Et Ariſt. induxit hanc demonſtrationem ſecundam propter hoc, quod ſciuit de qōne accidente primæ demonſtrationi, qm̄ in ꝓpoſitionibus huius demonſtrationis non eſt dubitandū, niſi in ꝓpōne, dicente ꝙ poſſibile eſt imaginari corpus, cuius proportio in ſubtilitate ad aerem ſit ſicut ꝓportio tp̄is, in quo eſt motus, v. g. in aere, aut in igne ad tp̄s motus in uacuo. dr̄ enim ꝙ iſta ꝓpoſitio eſt falſa impoſſibilis, non falſa poſſibilis. impoſſibile enim eſt inueniri extra aīam corpus ſubtilius igne. ergo impoſſibile, quod extiſtimabat̄ ſeq, nō ſeqtur. qm̄ tunc pōt dici ꝙ illud īpoſſibile ſeqtur ex poſitione falſa, non expoſito. Et vr̄ ꝙ ita eſt de ſubtilitate, & ſpiſſitudine, ſicut eſt de diuiſione lineæ, & ſuperficiei, quoniam, quēadmodum linea, ſm quòd eſt linea,

Abbreuiatio rōnis pñus textus.

Expō lr̄æ.

* a. l. qualee.

Dubium.

Solutio.

Quēadmodū linea pōt diuidi in infinitū, ſm φ ē linea, nō āt ſ φ ē terreſtris, vel ignea, ita ſubtilitas pt diuidi i infinitū, ſm φ ſubtilitas, nō āt vt eſt corporis mobilis. vide. 3. phy. c. 60. & que ibi.

linea, pōt diuidi in infinitum, quod eſt impoſſibile, ſm quòd eſt linea terreſtris, aut ignea, ita de ſubtilitate poteſt intelligi proceſſus in infinitum ex ſua natura, ſcilicet ſm quòd eſt ſubtilitas ſimpliciter, non ſecundum φ eſt ſubtilitas corporis mobilis. & ſm hoc hæc ꝓpoſitio poſita eſt falſa poſſibilis, ſm φ fuit poſita, et ex falſo poſſibili nō ſequitur falſum impoſſibile. & hoc modo declarationis multotiens vtitur Ariſt. & etiam Plato. & eſt vera declaratio. quoniam nō ponitur falſum in eo, ſecūdum quòd eſt falſum impoſſibile, ſed ſecundum quod eſt falſum poſſibile.

Manifeſtum eſt igitur φ, ſi erit aliquod tēpus, in quo per vacuum quoduis feretur, accidet hoc impoſſibile. in æquali enim accipietur aliquid & quod plenum eſt tranſire, & vacuū. erit enim aliquod ꝓportionale corpus alterū ad alterū, vt tempus ad tēpus. Vt aūt in ſumma dicā, manifeſta eſt eius, qđ euenit, cauſa. quia motus qdem omnis ad motū eſt proportio: (in tempore enim eſt:) tēporis aūt omnis eſt ad tempus, finitis vtriſq; vacui autem ad plenum non eſt.

Mot⁹ oīs ad motus eſt ꝓportio.

Apparet igitur φ, ſi fuerit hoc aliquod tēpus, in quo aliquid expellatur ex vacuo, erit impoſſibile. qm̄ inuenitur aliqd, quod pertranſit in tempore æquali, ſiue plenum, ſiue vacuum fuerit illud in comparatione corporis, ſicut tempus habebit proportionem ad tempus. Et dico hoc, φ cauſa eius, quod ſequitur ex hoc, eſt manifeſta. et eſt quòd quilibet motus habet ad quemlibet motum aliquam proportionem: motus enim eſt in tēpore: et omne tempus habet proportionem ad omne tēpus, cū fuerint finita: ſed vacuū, aut plenum non hñt proportionem.

73 Hic inducit ſummam eius, quod prædixit in hac demonſtratione, & dixit Manifeſtum eſt igitur ex hoc, quòd ſi fuerit poſitum aliquod tempus, in quo aliquid mouetur in vacuo, contingit impoſſibile, quod eſt aliquid pertrāſire in æquali tēpore ſpatium æquale in vacuo, & pleno. & cauſa eius, quod ſequitur ex hoc, eſt, qm̄ poſſibile eſt imaginari corpus, cuius proportio ad corpus mediāte pleno, & mediante vacuo, ſi poſuerimus aliquid moueri per idem ſpatium in aliquo tempore, ſit ſicut proportio tp̄is, in quo aliquid mouetur per illud ſpatiū, mediāte corpore poſito primo ad tēpus, in quo mouetur per illud mediāte vacuo, ex quo ſequitur aliquid moueri per idem ſpatium in aliquo tēpore mediante vacuo, & pleno, quod eſt impoſſibile. D. d. & vniuerſaliter cauſa eius, quod ſequitur, &c. i. & vlr ꝓpoſitiones, ex quibus ſeqtur hoc impoſſibile, ſunt duę, quarū altera eſt, qm̄ quilibet motus habet ꝓportionem ad quemlibet motum; qm̄ quilibet eſt in tēpore, & quodlibet tēpus habet proportionē ad quodlibet tp̄s, cum fuerint finita. altera aūt eſt, φ vacuū nō habet ꝓportionem ad plenū. cum igitur cōiungat hiē duabus proportionibus motum eſſe in vacuo, ſequiē alterum duorum, aut φ motus in vacuo eſt, nō in tēpore, cum poſuerimus quòd cauſa eius, φ motus eſt in tēpore, eſt plenum, mediante quo ſit motus, aut quod idem motum moueatur per idem ſpatium in eodem tempore, mediante vacuo, & pleno.

Quodlibet tp̄s hēt ꝓportionē ad qdlibet tp̄s, cū fuerit finita.

Quatenus igiē differūt ea, p q̄ feruntē, hęc contingūt, ſm autem eorū, quæ ferūtur, exceſſum, hæc. Videmus enim ea, quę maiorē impetum habēt aut grauitatis, aut leuitatis, ſi quo ad alia ſimiliter ſe habeant figuris, citius ferri per æquale ſpatium, & ſm rōnem, quā habent magnitudines adinuicem. quare & per vacuū. Sed impoſſibile eſt. Propter quā enim cauſam, ferentur uelocius? in plenis. n. ex neceſſitate. uelocius enim diuidit fortitudine maius. aut enim figura diuidit, aut impetu, quem habet id, quod ferē, aut quod proiectum eſt. æque uelocia ergo omnia erunt. ſed impoſſibile eſt.

Hoc igiē cōtingit corpibus ex diuerſitate ex illo, mediante quo fit motus, ex ſucceſſione aūt corporū mobiliū hoc, quod narrabo. Dicamus igiē φ uidemus corpora, quæ ſunt magis pōderoſa, ſiue grauia, ſiue leuia, cū fuerint in alijs diſpōnibus in capl'o figuræ, eodē modo moueri in æquali loco uelocius ſm ꝓportiones eorum adinuicem. ergo ſequitur ut talis ſit diſpoſitio eorum in uacuo etiam. Sed hoc eſt impoſſe. Qm̄ nō pōt aliquis dicere, qua de cā expelliē in eo uelocius: qm̄ hoc in pleno ē neceſſariū. quod enim eſt fortius uelocius diuidit illud. illud enim, qđ moueē, aut illud, quod cedit, aut per ſuam figuram diuidit, aut per ſuum pondus. ex quo ſequitur ut motus omnium corporum ſit æqualis in uelocitate. quod eſt impoſſibile.

Cum induxit duas demonſtrationes acceptas ex diuerſitate medij, in quo corpora ſimplicia mouentur, vult inducere demonſtrationē acceptam ex diuerſitate potentiarum motiuarum, quæ ſunt in corporibus ſimplicibus, & dixit Hoc igitur contingit, &c. i. hoc igitur impoſſibile contingit huic poſitioni ex propoſitionibus acceptis ex diuerſitate corporum mobilium in velocitate, & tarditate, ſm illud, mediāte quo ſit motus. D. d. ſm vero ſucceſſionem corporum mobilium, &c. i. quod aūt cōtingit huic poſitioni ex propoſitionibus acceptis ex ſucceſſione corporum mobilium, in velocitate, & tarditate, ſm potentias eorū motiuas eſt hoc, quod narrabo. D. d. Dicamus igiē, &c. ideſt manifeſtum enim eſt per ſe φ corpora, quæ ſunt maioris declinationis, ſiue fuerint leuia, ſiue grauia, cū fuerint æqualia in figura, & magnitudine, & modo ſunt velocioris motus, q̄ illa, quæ ſunt minoris declinationis: & φ illud, quod eſt maioris declinationis pertranſit idem ſpatium in minori tempore illo, in quo ꝑtranſit illud, quod eſt minoris declinationis: & φ proportio temporis ad tempus erit ſicut proportio potentiæ motiuæ ad potentiam motiuam, ita, quòd, ſi poſuerimus duo corpora ęqualia in figura, & magnitudine, & grauitas vnius fuerit dupla ad grauitatem alterius, tunc illud, quod eſt minoris grauitatis, mouebitur per ſpatium in duplo tempore ad tēpus, in quo mouetur in illo grauius. D. d. ergo ſequitur, &c. i. &, cū manifeſtū ſit per ſe φ corpus grauius eſt velocioris motus: & hoc accidit pp medium quod reſiſtit motori: qm̄, ſi illic nō eēt mediū, nō eēt illic reſiſtentia: ergo, cum po- 74

Quādo corpa, ſiue grauia, ſiue leuia fuerint ęqualia i figura, magnitudine, & mō, et fuerint maioris declinationis ſūt velocioris mot⁹ q̄ illa, quæ ſunt minoris declinatiōis: & proportio tpis ad tēp⁹ erit ſicut ꝓportio potentiæ motiuæ ad potentiā motiuam.

ſuerimus graui⁹ moueri in vacuo, nõ ẽ neceſſe vt ſit ue locius illo, quod eſt minoris grauitatis: qm̃ nõ erit illic cã, ex qua grauius expelletur velocius, ex quo ſequiť vt motus eorum nõ ſolummodo ſit æqualis, ſed nõ in tempore, vt declarauimus. Et, cum declarauit ꝙ impoſſibile eſt dare cauſam diuerſitatis duorum motoꝝ diuerſorum in declinatione, & velocitate, & tarditate ex vacuo, incœpit declarare quòd cauſa illius manifeſta eſt ex pleno, & dixit. hoc enĩ in pleno, &c. i. & grauius eẽ velocioris motus neceſſarium eſt, cum motus eius fuerit in pleno. & cauſa in hoc eſt. qm̃ illud, qđ eſt maioris declinationis, eſt fortius, & citius diuidit plenum: & ſimiliter illud, quod eſt acutioris figuræ, leuius diuidit aerem. D. d. illud. n. quod moueť, &c. i. corpus enim, quod mouetur in medio, aut cedit ab eo, diuidit medium, aut per grauitatem tm̃, aut per * declinationem, ſ. qm̃ id, quod eſt acutioris figuræ, diuidit citius, & ſimilr̃ grauius, aut per vtrunq;. D. d. ex quo ſequitur, &c. & intendit in vacuo. & ex hoc impoſſibili intelliguntur duo, ſ. ꝙ omnia ſint æqualia in velocitate, ſ. motus grauioris, & minoris grauitatis, & cũ hoc erit in tempore, aut ſit cum hoc in non tempore. Si igitur poſuerimus ꝙ illud, quod ſeqtur, eſt ipſum eſſe in nõ tẽpore, tunc impoſſibile, quod intẽdit concludere, accidit in eo quæſtio Auẽpace, quã iam diſſoluimus. &, ſi dixerimus ꝙ impoſſibile, quod intendit hic Ariſ. eſt vt illud, quod eſt maioris grauitatis, non eſt velocius, euadetur ab illa quæſtione. Sed poteſt aliquis dicere. forte ex hoc nõ accidit impoſſibile. qm̃ hoc nõ accidit graui, & leui, niſi quia ſunt impedita à motu naturali. Sed rñſio ad hoc eſt reſpõſio p̃dicta, ſ. qm̃ graue, & leue nõ impediť à medio, in quo mouetur: neq; motus eius in medio eſt violentus, ſed naturalis.

Com. 71.

Illud, qđ eſt acutioris figuræ leui⁹ diuidit aerẽ.

* a. l. figurã.

Obiectio.

Solutio.

Quod igitur, ſi vacuum eſt, accidit cõtrarium illius, propter quod probant dicentes eſſe vacuum, ex dictis manifeſtum eſt. Hi igitur putant vacuum eſſe, ſi erit ſecundum locum motus, ſeparatum ſecundum ſe. hoc autem idem eſt, ac ſi dicamus locum eſſe qd ſeparatum. hoc autem quòd impoſſibile ſit dictum eſt prius.

Manifeſtũ eſt igiť, ꝙ, ſi vacuũ fuerit, ſeqtur contrariũ ei, pp quod ponunt vacuum dicentes ipſum eſſe. Exiſtimant enim vacuum eẽ, ſi motus in loco ſit, diſtinctum per ſe. & hoc eſt dicere locum eſſe aliquod ſeparatum. & iam poſuimus hoc eſſe impoſſibile.

75 Dicit Manifeſtum eſt igiť ex his demõſtrationibus ꝙ, ſi vacuum fuerit, contingit cõtrariũ illi, quod coegit dicentes vacuũ eſſe, dicere ipſum, ſ. motũ eſſe. Exiſtimabant enim ꝙ, ſi motus eſſet, vacuum foret. &, cũ dixit diſtinctum per ſe, intendit ꝙ iſti non opinantur ipſum admiſceri cum corporibus, ſicut opinatur alia ſecta dicentiũ vacuũ eẽ. D. d. & hoc eſt dicere, &c. i. & dicere uacuũ eẽ ſeparatũ nihil aliud eſt, q̃ dicere locũ eẽ dimenſiones ſeparatas, quod iam deſtruximus.

Caput Quartum, oſtendens uacuum non eſſe ſeparatum quid à corporibus.

At vero per ſe cõſyderantibus videbiť vtiq; dictũ vacuũ, perq̃ vere vacuũ. Vt. n. in aqua, ſi ponat aliqs cubũ, cedet tanta aqua, quãtus cubus, ſic et in aere, ſed ſenſu immanifeſtũ eſt. atq; ſemp̃ itaq; in oĩ corpore hñti trãslationẽ, * in quo eſt aptũ natura trãsferri, neceſſe eſt, niſi cõdẽſetur, cedere aut deorſum ſemper, ſi deorſum latio eſt, vt terrę, aut ſurſuꝫ, ſi ignis, aut ad utraq;, vt aer, ſiue quodcũq; aliud ſit ĩpoſitũ. In uacuo autẽ hoc quidem impoſſ͛e eſt. nõ enim corpus eſt. per vacui aũt æquale ſpatium trãſiuiſſe videbitur, quod qdẽ erat & prius in vacuo: tanq̃, ſi neq; aqua cederet ligneo cubo, neq; aer, ſed omnia trãſirent p̃ ipſum. At vero & cubus tãtã habet magnitudinẽ, quãtũ occupat vacuum. quæ, etſi calida eſt, aut frigida, aut grauis aut leuis, nihilominus ipſo eſſe altera ab omnibus paſſionibus eſt, ẽt ſi ſeparabilis non ſit ab illis. dico autẽ lignei cubi molem. quare &, ſi ſepareť ab omnibus aliȷs, & neq; leuis, neq; grauis ſit, occupabit æquale ſpatiũ, & in eadẽ erit & loci, & vacui parte æq̃li ſibi. quid ergo differt corpus cubi ab æquali vacuo, & loco? & ſi duo talia, ꝓpter quid & non quotlibet in eodem erũt? Vnum igitur hoc inconueniens, & impoſſibile eſt.

Si ponat aliqs ĩ aqua cubũ, cedet tanta aqua q̃tus eſt cubus.

* a. l. in qđ.

Si corp⁹ cubi ab oĩbus qualitatibus ſenſibilib⁹ ſepatũ fuerit, ĩ aqua adhuc ęquale ſpatiũ cõtinebit, ex quo vr corpora Mathematica ſi abſtrahere a loco. Idẽ ſupra cõ. 4. Et. 1. & Gnõ. cõ. 44. 55 Vide oppoſitũ. 3. Cœli. t. c. 55. Vide cont. Zim.

Et, cũ aliquis fuerit p̃ſcrutatus de vacuo, inueniet ipſum in rei veritate eſſe vacuũ, ſicut dr̃. Quẽadmodũ, ſiquis poſuerit corpus cubitum in aqua, euacuabitur de aqua quantum corpus cubitum: ita eſt de aere, & ſi latet ſenſum. & in quocũq; corpore habente translationem ponatur, neceſſe eſt, etiam ſi nõ congregetur, & condenſetur, vt transferatur, quo innatũ eſt transferri, ſ. ad inferius, ſi translatio eius fuerit ad inferius, vt terra, aut ad ſuperius, ut ignis, aut ad utrãq; partẽ, & quomodo fuerit corpus, in quo ponitur. In vacuo autem hoc eſt impoſſibile, quia nõ eſt corpus. ſed penetrabit ex eo in cubitum dimenſio æqualis dimenſioni eius, & illa dimenſio erit prius in vacuo. & ſimiliter eſſet diſpoſitio, ſi aqua non cederet cubito, quod eſt ligni, neq; aeris, ſed intraret ip̃m. Sed cubitum habet quantitatẽ, ſicut eſt quãtitas vacui, quã occupat. & hoc ſiue fuerit calidum, ſiue frigidum, ſiue graue, ſiue leue, eſſentia eius eſt alia ab omnibus accñtibus ſuis. &, ſi non ſit ſeparata, ſ. corpus cubitũ, quod eſt ex ligno, ſi imaginetur eẽ ſeparatũ ab omnibus aliȷs rebus, & non fuerit leue, neq; graue, tñ occupabit uacuũ æquale ſibi, & erit in p̃te loci, & uacui equale ſibi. quæ igiť erit differentia inter corpus cubitum, & uacuum, aut locũ equalẽ illi? et ſi fuerit poſſibile ut duo ſint in hac diſpoſitione, qd igitur prohibet, ut in eodem loco ſint quot poſuerimus in numero? Hoc igitur eſt unum capitulũ de impoſſibili, & inopinabili.

Cum

76 Cum compleuit deſtructionem vacui ex motu, reuerſus eſt ad deſtruẽdum ipſum eſſe ex ſua natura, ſm quam ponunt ipſum eſſe, ſm quam recipit corpora, et dixit Et, cum aliquis fuerit perſcrutatus, i. &, cum aliquis perſcrutatus fuerit de vacuo, vtrum ſit, aut non, inueniet ipſum eſſe vacuum ab eſſe, ſ. ipſum eſſe priuationem puram, & ꝙ nulla eſt vtilitas in ponẽdo ipſum in rebus naturalibus. D. incepit īducere propoſitiones, ex quibus ſequitur impoſſibile, ſi vacuum fuerit, & dixit Quemadmodum, ſi aliquis, etc. i. qm̃ apparet ſenſui ꝙ, ſi aliquis poſuerit corpus cubitum ī aqua, cedetur ex aqua, & fundetur in alium locum, quantũ eſt corpus cubitum, ita neceſſe eſt vt accidat in aere, qñ in eo fuerit poſitum corpus cubitũ: licet hoc lateat ſenſum. & hoc manifeſtum eſt per ſe. D. d. & quodcũq; corpus hñs, i. & vl̃r manifeſtum eſt per ſe quodcunq; corpus innatum eſt transferri, qñ in eo fuerit poſitum aliquod corpus, neceſſe eſt, ſi illud corpus non condenſetur, & congregetur ad ſe, vt transferatur, & cedat in loco, quantũ eſt illud corpus, vbi innatum eſt transferri naturaliter. ſi igitur terra, trãſferetur ad inferius, ſi ignis, ad ſuperius, ſi aer, aut aqua, ad vtrãq; partem. qm̃, cum aqua fuerit in loco terræ, tunc trãſferetur ad ſuperius, &, cum in loco aeris, ad inferius: et aer, qñ eſt in loco aquę ad ſuperius exit, & qñ in loco ignis ad inferius. & hoc intendebat, cum dixit ad vtrãq; partẽ, ſ. et, ſi corpus, in quo ſubijciatur cubitum, fuerit aer, aut aqua, & vl̃r corpus, in quo congregantur hæc duo, ſ. grauitas, & leuitas. Et, cum declarauit ꝙ oẽ corpus, in quo poſſibilis eſt motus, poſſibile eſt vt in eo ſubijciatur aliquod corpus, v. g. cubitũ, aut ita, ꝙ illud corpus condenſetur, quantum eſt corpus cubitum, aut vt transferaſ, incepit declarare ꝙ, ſicut contingit hoc in oī corpore habente tranſlationem, ſ. vt corpus in quo ſubijcitur, moueatur, ita ſequitur in corpore, quod ſubijcitur, cuiuſcunq; modi ſit. & dixit & qũo fuerit corpus, quod ponitur in eo. Et, cum declarauit hanc propoſitionem, dicentem ꝙ oẽ corpus, quod ſubijcitur in aliquo loco, facit transferri de corpore, exiſtente in illo loco, quantum eſt eius corpus, aut ſm condenſationem, aut ſm trãſlationem, incepit declarare hoc eſſe impoſſibile in vacuo, ſm ꝙ eſt corpus ſimplex, ſ. qm̃ impoſſibile eſt vt transferatur, quia eſt tres dimenſiones ſeparatæ, & dixit In vacuo vero, &c. i. vacuũ vero impoſſibile eſt vt condenſetur, aut moueatur, quia non eſt corpus naturale, et ideo, ſi cubitum, v. g. ſubijciatur in eo, neceſſe eſt vt transferantur dimenſiones vacui, ſ. longitudo, & latitudo, et profunditas ęquales dimẽſionibus tribus cubiti, ſ. neceſſe eſt vt penetrent in dimẽſionibus ipſius cubiti. D. d. ſed penetrabit ex eo cubitum, i. ſed penetrabit ex vacuo ī cubito poſito in illo dimenſio ęqualis dimenſioni eius, ſ. ꝙ dimenſiones cubiti penetrabunt dimenſiones vacui. D. dixit & illa dimenſio fuit per vacuum. & iſta dimenſio, quę penetrat etiam cubitum, nõ eſt, niſi per vacui naturã, cum vacuum nihil aliud ſit ꝙ̃ dimenſiones ſeparatæ. D. d. & ſic eſſet diſpõ, &c. i. & ſilr̃ contingit in aqua, & in aere, qñ in eis ſubijceretur corpus cubitum, ſ. ꝙ, ſi non cederent in loco, contingeret duo corpora penetrari, ſ. corpus cubitum, & corpus aquæ, aut aeris. & hoc intendebat, cũ dixit & penetrarent in ipſum, ſcilicet & contingeret in aere, aut aqua, ꝙ penetrarent in cubitum. Et, quia poſſibile eſt exiſtimari ꝙ corpꝰ ſubijci in eodem loco eſt impoſſibile in corporibus naturalibus, hñtibus grauitatem, & leuitatem, non ſm ꝙ habent tres dimẽſiones tm̃, dixit Sed cubitum etiã habet, &c. i. & hoc, ꝙ cubitum debet hr̃e in vacuo dimenſionem æqualem, quam occupet, i. inane æquale, quod occupet, ita, ꝙ dimenſiones penetrent ſe adinuicem, ſ. dimenſiones cubiti in dimenſiones vacui, non eſt, ſm ꝙ eſt cubitum calidum, aut frigidum, aut graue, aut leue, ſed hoc habet ex ſua eſſentia, ſ. ex ſua natura. eſſentia. n. eius eſt alia à ſuis accidentibus. & hoc impoſſibile eſt vt ſeparẽtur ab eo in eſſe, ſed imaginatione tm̃.[a] Et dixit hoc ad declarandum ꝙ impoſſibilitas penetrationis corpoꝝ accidit eis ex ſuis terminis mathematicis, non ex ſuis accidentibus ſenſibilibus. Et, cum declarauit ꝙ hoc eſt neceſſe in cubito ex natura dimenſionum, incepit declarare ꝙ non eſt dr̃ia inter vacuum, & cubitum, qñ ab eo abſtrahuntur accidentia eius in imaginatione. vacuum. n. nihil aliud eſt ꝙ̃ corpus abſtractum ab accidentibus in imaginatione. & dixit &, ſi imaginemur ſeparatum, i. &, ſi cubitum imaginetur ſeparatum ab alijs accidentibus, neceſſe eſt vt occupet de vacuo dimenſionem æqualem ſibi: ſicut eſt neceſſe cum non fuerit ſeparatum ab accidentibus. D. d. quæ igitur erit dr̃ia. &c. i.[b] &, cum cubitum ligneum fuerit abſtractũ in imaginatione ab accidentibus, nulla erit dr̃ia in accidentibus inter ipſum & vacuum: cum vtrũq; ſit tunc dimenſiones ſeparatę ab accidẽtibus. D. d. &, ſi fuerit poſſe vt ſint duo, &c. i. &, ſi fuerit poſſibile vt duo corpora [c] penetrent ſm dimenſiones, ita ꝙ ſubijciantur in vno loco, quid prohibet vt in eodem loco ſubijciantur multa corpora infinita: quod eſt inopinabile.

a Impoſitas penetrationis corporũ accidit eis ex ſuis terminis mathematicis, non ex ſuis accidentibus ſenſibilibus.

b Cũ corpus cubitũ fuerit abſtractum ī imaginatiõe ab accñtibꝰ, nulla erit differentia īter ipſum ī accñtibꝰ & vacuũ, cum vtrũq; ſit tres dimẽſiones ſeparatæ a materia. Id ſupra cõm. 51.

c Si duo corpora poſſit eſſe in eodem loco, & infinita poſſũt eẽ ī eodẽ loco. cõſilr̃ ſupra t. c. 51. Idem infra. t. c. 77.

Amplius autem manifeſtum eſt ꝙ hoc cubus habebit etiam, cum transfertur, quod et alia corpora omnia habẽt. quare, ſi à loco nihil differat, quid oportet facere locũ corporibus, p̃ter vniuſcuiuſq; molem, ſi impaſſibilis moles eſt: nihil. n. confert, ſi alterum circa ipſum æquale ſpatium huiuſmodi ſit.

Manifeſtum eſt etiam ꝙ cubitũ habebit, qñ transfertur etiam illud, quod habent omnia corpora. ſi ergo nulla dr̃ia eſt inter hoc, & locum, ad quid igitur poneſ corpora hr̃e locum, niſi dimenſiones cuiuslibet eorum, cum dimenſiones nõ recipiant paſſionem: non enim eſt vtilitas, niſi inter cubitum eius ſit alia dimenſio huiuſmodi æqualis ei.

D. Et manifeſtũ eſt etiam ꝙ cubitũ habet, qñ ſubijcitur in loco illud, quod hñt oĩa corpora, ſ. tres dimenſiones: & eſt illud idem, quod iſti ponunt in vacuo. ſi igitur nulla eſt dr̃ia inter dimenſiones cubiti, & dimẽſiones vacui, quod eſt locus apud illos, quid igitur coget ad dicendum ꝙ corpora habent dimenſiones, in quibus ſubijciuntur præter ſuas dimenſiones, & abſolutas à paſſione, i. ab accidentibus: & hoc intendebat cum dicit cum corpus non recipiat paſſionem. Et intendebat per hoc, ꝙ corpora indigent dimẽſionibus, ſed non duobus modis dimenſionũ, ſ. dimenſionibus quibus conſtituantur, & dimenſionibus, in quibus ſubijciãtur.[a] nõ. n. eſt neceſſitas vt hẽat corpus dimenſiones, præter dimenſiones ſui ipſius. &, ſi ita eſſet, tũc inuenirentur dimenſiones infinitæ: qm̃ dimenſiones indigerent dimenſionibus, in quibus ſubijcerentur. D. d. non. n. eſt, &c. i. quæ igitur eſt neceſſitas ad ponendum hic eſſe dimenſiones præter dimenſiones corporis, cũ. n. hæc ſit accuſatio, et nulla eſt * accuſatio in ponendo hic eſſe dimenſionem extrinſecam continentem corpus æquale illi, quæ eſt locus. Et intendebat per hoc inuenire ꝙ æqualitas loci nõ eſt æqualitas dimenſionum, ſed æqualitas continentis, qm̃ ex hoc, ꝙ 77

Documentũ

a Non eſt neceſſitas vt corpus habeat dimẽſiones p̃ter dimẽſiones ſui ipſius. et, ſi ita eẽt, tũc inuenirenſ dimẽſiones infinitæ.

* a. l. excuſatio.

Documentũ

locus

locus eſt æqualis: & ęquale eſt dimenſiones: exiſtimauerunt locum eſſe dimenſiones, et modus deceptionis in hoc eſt æquiuocatio in hoc nomine ęqualitas.

† Aliq codices græci nõ hñt iſtũ tex.

†{Amplius oportet manifeſtum eſſe quale vacuum ſit in his, quæ mouentur. nunc autẽ nuſquam infra mundum. aer. n. aliquid eſt, non vr̃ autem neq; aqua, ſi eſſent piſces ferrei. tactu. n. fit iudicium eius, quod tangit̃.}

Et etiã oportet ut manifeſtetur nobis reſiduum uacui in mobilibus. ſed hoc nõ uidemus in aliquo intra mundum. aer. n. eſt aliquod exiſtens, licet reputetur nihil eſſe. & ſimiliter exiſtimatur de aqua, & ſi ſpiſſitudo eſſet fruſtum ferri. iudicare enim de tãgibili eſt per ſenſum tactus.

78

a Aer ſm tactum ſentit̃ eẽ corp⁹: &, ſi ſm viſum exiſtimet̃ nihil eẽ, cũ nõ hẽat colorẽ, & viſus cõprehẽdit colorata. vide ꝓ hoc. 2. de aĩa c. 67. vide cõſiſt de odore. 2. de aĩa cõ. 97. et in lib. de ſenſu, et ſenſato

Et, ſi eſſet, ſicut dicentes vacuum eſſe fingunt, ſ. vacuum eſſe ſeparatum extra mundum, in quo mundus exiſtit, oporteret vt appareret nobis aliquod reſiduũ ex eo, ſed nihil ex eo ſentimus ĩtra mũdum. a aer enim ſentitur ſm tactum eſſe corpus: & ſi ſm viſum exiſtimetur nihil eſſe, cũ non habeat colorem, et viſus comprehendit colorata. D. d. &, ſi ſpiſſitudo eſſet, &c. i. & ſimiliter reputaretur, ſi ſpiſſitudo eius eſſet in duritie ferri. iudicare enim de tangibili non eſt per ſenſum viſus, ſed per ſenſum tactus.

Caput Quintum, quòd non ſit uacuum corporibus imbibitum.

QVod igitur nõ ſit ſeparatum uacuum ex his manifeſtum eſt. Sunt autem quidam, qui per rarum, & denſum putant manifeſtum eſſe ꝙ eſt uacuum. Si. n. non eſt rarum, & denſum, neq; coire, & denſari poſſibile eſt. ſi uero hoc non ſit, aut omnino motus non erit, aut totum fluctuabit, ut dixit Xuthus, aut in æquale ſemper mutari aerem, & aquam oportebit. dico autem, ut, ſi ex aquæ cyatho factus eſt aer, ſimul ex æquali aere tantam aquam fieri, aut uacuum eſſe ex neceſſitate. coarctari enim, ac dilatari non aliter contingit.

Xuthi de vacuo ſententia.

Ex his igitur declarabitur uacuum ſeparatum non eſſe. Et quidam exiſtimant ꝙ ex raro, & denſo apparet uacuũ eſſe. Qm̃, ſi rarum non eſſet, & denſum, nihil cõgregaret̃, & condenſaretur. &, ſi hoc non eſſet, aut nõ eſſet motus omnino, aut totum uniuerſum moueretur, ſicut dixit Caſimedras, aut aqua & aer tranſmutarentur æqualiter, ſ. ſi ex una uncia aquę fit aer, poſſe ẽ ex illo aere fieri aut tm̃ de aqua, aut uacuum eſſe. impoſſe. n. eſt conſtringi, & expandi alio modo ab iſtis.

79

Cum deſtruxit vacuum eſſe ex motu, & declarauit ꝙ, ſi motus eſt, vacuũ non eſt, et fuit perſcrutatus poſt hoc de natura vacui, & declarauit ꝙ impoſſe eſt ipſum recipere corpus, ex quo oẽs exiſtimauerũt ipſum eẽ, ſ. ex receptione corpoꝝ: & iſti ſunt illi, qui dixerunt vacuum eſſe ſeparatum: reuerſus eſt etiam ad dicẽtes vacuum eſſe imbibitum in corporibus, et penetrans illa, & incœpit inducere rõnes eorum, & dixit Et quidam exiſtimant, i. quemadmodum dicẽtes vacuũ eſſe ſeparatũ mouebant̃ ad hoc ex motu, ſiſr dicẽtes vacuũ eſſe penetrans in corpe dixerunt hoc ex hoc, ꝙ ſenſerũt de raritate, & denſitate in corporibus. dicunt. n. ꝙ, ſi in corporibus non eſſet raritas, & denſitas, impoſſe eſſet vt corpora congregarent̃ in ſe, et fierent minoris quãtitatis, aut rarefierent, & eſſent maioris quantitatis. et hæc propoſitio eſt vera, ſ. dicens hoc eſſe dẽſum, & rarum, quæ ſunt cauſa in hoc, ꝙ idem corpus qñq; minoratur, & qñq; fit maius. D. d. aut non erit motus, &c. i. &, cum non fuerit hæc congregatio, & cõſtrictio ad minorem quantitatem, ſequitur vnum trium, ſ. aut ꝙ non erit motus, ſ. generatio, aut motus trãslationis rectus, aut totum moueatur, aut, ſi fuerit gñatio, neceſſe eſt vt gñatio ſit æqualis, ſ. ꝙ, ſi ex aqua tranſmutatur aliqua quãtitas aerea, vt in illa hora transmutet̃ aqua in illa eadem quãtitate: qm̃, ſi non, mouebitur totum. Et hoc, quod dixerunt manifeſtum eſt per ſe. Nos. n. iam poſuimus ꝙ corpus nõ ſubĳcitur in corpore, niſi qñ corpus conſtringitur, ſ. corpus, in quo ſubĳcit̃, aut transfertur à ſuo loco. cum igitur corpus generatur à corpore, & generatum fuerit maioris quantitatis, q̃ illud, ex quo generatur, v. g. ex vna vncia aquæ, cuius magnitudo eſt pedalis, gñatur aer, cuius quantitas eſt bipedalis. ſequitur. n. ex hoc, aut vt corpus condenſet̃ in ſe, aut continens expellat corpora vicinantia, et cõtinentia ipſum, & hæc etiam expellant alia continẽtia, donec totus mundus expellatur, aut in illa hora generetur aqua ex aere in alio loco æqualis illi aeri, qui generatur hic ex aqua. D. d. aut vacuum eſſe. ſed hoc nõ ſequitur ab ablatione iſtorum appoſitorum, ſed ex interemptione iſtorum ſequitur vt ſit denſitas, & ex denſitate, vt fingunt, ſequitur vacuum eſſe: ergo iſta appoſita, q̃ noſauerunt hic, ſunt ſuperflua. ſed intendebant declarare vacuum eſſe ex dẽſitate, & raritate. et, ſi intendebant declarare denſitatem, et raritatem eſſe, tunc ſyllogiſmus eorum erit manifeſtus. qm̃ tunc componeretur ſic. Si vacuum non eſt, neq; denſitas, & raritas eſt: &, ſi denſitas, & raritas non eſt, non erit motus rectus, niſi corpora penetrarentur, aut totum expellatur, aut moueatur. neq; etiam generatio erit, niſi æqualis: ſed denſitas, & raritas ſunt. Et deceptio in hoc ſyllogiſmo eſt in hoc, ꝙ exiſtimant ꝙ denſitas, et raritas non poſſunt eſſe, niſi per vacuum. D. d. impoſſibile eſt. n. conſtringi, &c. i. qm̃, ſi fuerit impoſſe vt ſit conſtrictio, neceſſe eſt vt aliqs iſtoꝝ modorum ſit poſſis, ſ. aut vt non ſit gñatio, aut vt totum moueatur, aut vt gñatum, et illud, in quo gñatur, ſint ęqualia in q̃titate.

Hæc propoſitio ẽ vera, ſ. dicẽs hoc eẽ dẽſum, & rarũ, quæ ſunt cã in hoc, ꝙ idem corp⁹ qñq; minorat̃, & qñq; fit maius.

Si igitur rarum dicunt, multa uacua ſeparata habens, manifeſtum eſt ꝙ, ſi neq; uacuũ eſſe poteſt ſeparabile, ſicut neq; locus habẽs ſpatium ſuiipſius, neq; rarum ſic.

Et, ſi intelligunt per rarum illud, in quo ſint foramina multa vacua exiſtentia per ſe, manifeſtum eſt ꝙ, ſi fuerit impoſſibile vt vacuum ſit exiſtens per ſe, ſicut eſt impoſſibile etiam vt locus ſit habens dimenſionem per ſe, impoſſibile eſt vt ſit rarum hoc modo.

Cum compleuit rõnes eorum, incœpit contradicere eis, & dixit Et, ſi intelligunt, &c. i. et, cum raꝝ apud eos eſt illud, in quo ſunt multa foramina vacua per ſe inter corpus rarum, manifeſtum eſt ꝙ non eſt drĩa inter hanc poſitionem, & ponere vacuum exiſtere ꝑ ſe. Si igitur impoſſibile eſt vacuum eſſe exiſtẽs per ſe, cũ ſit impoſſibile dimẽſionem eſſe ſeparatam per ſe, ma- 80

nifeſtum

nifeſtum eſt ꝙ eſt impoſſibile foramina eſſe in corpore vacuo. D.d. manifeſtũ eſt,&c.& apparet ex hoc, ꝙ vult deſtruere vacuum eẽ alio modo à prædicto. in prędicto.n.deſtruxit vacuum eſſe ex penetratione dimenſionum adinuicem, & hoc contingit etiam in raro, quod eſt tale. cum autẽ dixit quemadmodum eſt impoſſibile aliquam dimẽſionem exiſtere per ſe, vult deſtruere ipſum alio modo. dimenſiones.n. ſunt vltima,& vlr̃ accidentia, quæ non poſſunt exiſtere per ſe. & vr̃ ꝙ iſta deſtructio eſt deſtructio vacui, ſm quod eſt vacuum. deſtructio autem p̄dicta eſt, ſm ꝙ ponũt ipſum recipere corpora. et neceſſe eſt vt qui dicit foramina eſſe vacua, dicat vacuum eſſe ſeparatum: ꝗa foramina habent tres dimenſiones, ſcilicet longitudinẽ, & latitudinem, & profundum.

Si vero non ſeparabile,ſed tñ ineſſe quid vacuum,minus quidem impoſſibile eſt. Accidit autem,primum quidẽ non omnis motus cauſam eſſe vacuum,ſed eius,qui ſurſum eſt. rarum.n.leue: quapropter ignem rarũ eſſe dicunt. Deinde cauſam motus non ſic eẽ vacuum, vt in quo,ſed vt vtres, ex eo, ꝗ feruntur ſurſum,ferunt quod ipſis continuũ eſt,ſic vacuũ ſurſum fert. Atqui qualr̃ poſẽ eſſe lationem vacui,aut locum vacui? vacui enim eſt vacuum,ad quod fertur.

Si igitur non fuerit exiſtens per ſe, ſed in eo fuerit aliquod ſubiectum, tũc dicere hoc erit minus impoſſibile. Sed contingit ei primo vt vacuum non ſit cauſa cuiuslibet motus,ſed cauſa motus ad ſuperius. rarũ.n. eſt leue:& ideo dicũt ꝙ ignis eſt corpus rarum. Deinde contingeteí etiam vt vacuũ ſit cauſa motus,non ita,ꝙ ſit in eo, ſed ſicut vtres per ſuum motum ad ſuperius mouent illud, quod pendet ex eis ad ſuperius, ita vacuum mouet ad ſuperius. Sed quomodo eſt poſſibile vt vacuum,aut locus habeat translationem? tunc enim vacuum, aut locus habebit locum,ad quem transferatur.

Dicit ſed dicere vacuum non exiſtere per ſe,ſed eſſe
81 poſitũ in corporibus, minus eſt diſtans à poſſibilitate, ꝗ̄ dicere vacuũ eſſe ſeparatum, apparet.n.ꝙ non contingit iſtis dicere dimenſiones eſſe ſeparatas, cum ponant eas non abſolutas à corporibus: ſed, ſi poſuerunt ipſum eſſe in corporibus raris, ita, ꝙ ſit mixtum cum eis, ſ. non exiſtens in actu, cõtinget dimenſiones penetrari, ſ. vacui, & corporis. &, ſi poſuerint ipſum ſicut foramina vacua, cõtinget eis dimenſiones eſſe exñtes
Prĩa expõ. per ſe. Vr̃ igitur ꝙ, cum dixit Si igitur non fuerit exiſtens per ſe,&c. intendebat, ſi igitur non poſuerint ipſum exiſtens per ſe, ſed mixtum oĩno, tunc ſermo erit eorũ magis ſufficiens: quia tunc non continget eis di-
Scd'a expõ. menſionem eſſe ſeparatam. Et forte intẽdit etiam ꝙ dicere vacuum eẽ foramina vacua in corpore vacuo, & quod eſt non ſeparatum, eſt minus impoſſibile, ꝗ̄ dicere vacuum eſſe ſeparatum, quia illi ſermoni cõtingunt multa impoſſibilia ex motu in loco, iſti autẽ ſermoni non cõtingunt illa impoſſibilia: vñ videí minus impoſſibile. & ideo poſt induxit inopinabile, pprium huic, & dixit, Sed contingit ei, &c. i. & dicentes vacuum eſſe non ſeparatum à corporibus nõ dant ex eo cauſam cuiuslibet motus, ſed motus leuis tñ. iſti.n. dicunt ꝙ leue eſt illud, in quo eſt multum vacuum, & ꝙ cauſa leuitatis eius eſt vacuum. Et, cum dixit quod iſti dicunt ꝙ vacuum eſt cauſa motus leuis tñ, & ꝙ primo contingit eis ꝙ hoc, quod dicunt de vacuo, nõ eſt cõe omni motui, Deinde (dixit) continget, &c. i. & contingit iſtis vt vacuum non ſit cauſa motus, ita, ꝙ ſit locus, vt opinabantur habentes primam opinionẽ: ſed vacuũ eſt cauſa motus, ita, ꝙ ẽ motor, ſicut vtres mouẽt rem ligatam cum eis ad ſuperius, et ſilr̃ vacuũ mixtum cum corpore leui mouet ipſum ad ſuperius. D. induxit inopinabile, & impoſſibile, quod ſequitur hunc ſermonẽ, & dixit Sed qũo eſt poſſibile, &c. i. & cõtingit huic ſermoni vt vacuum moueatur per ſe ad ſupius, qñ mouet aliquod corpus. oẽ.n. quod mouet aliud per attractionem, neceſſe eſt vt moueatur ad locum, ad quem attrahit ipſum, quod eſt inopinabile. & maxime, ſi dixerimus ꝙ vacuum eſt locus, in quo nõ eſt corpus. qñ tunc contingit vt locus transferatur, et īdigeat loco. & hoc intendebat, cum dixit Sed qũo locus, aut vacuum habebit tranſlationem? i. ſed qũo eſt poſẽ vt vacuũ habeat tranſlationẽ, aut locus, ſi poſuerimus ꝙ vacuũ eſt locus, vt ponũt dicẽtes vacuũ eſſe. Oẽ, q̄d mouet aliud per attractionem neceſſe ẽ vt moueaẽ ad locũ, ad quẽ attrahit ipſum. q̄d quõ itelligendum ſit. vide cõ. decimũ. v. ph.

Amplius autem qũo in graui aſſignabunt ferri deorſum? Et inſuper manifeſtũ eſt ꝙ, ſi quanto rarius,& magis vacuum fuerit,ſurſum feretur,ſi omnino ſit vacuum, velociſſime vtiq; feretur. Fortaſſe autem & hoc impoſſibile eſt moueri. ratio autem eadẽ. quoniam,vt & in vacuo immobilia ſunt omnia, ſic & vacuum quòd immobile. incomparabiles enim ſunt velocitates.

Et etiam per quid ratiocinantur in deſcenſu grauis ad inferius. Et manifeſtum eſt etiã, ſi quanto magis res fuerit rara,& vacua, tanto magis attrahitur ad ſuperius, ꝙ qñ fuerit uacuum perfectum,tũc motus eius erit ualde uelocius. Dignius eſt igitur ut ſit impoſſe ut moueatur. & eadem eſt rõcinatio in hoc ꝙ omnia non habent motum in uacuo,& in hoc ꝙ uacuum non mouetur. qñ inter quãtitates uelocitatis non eſt comparatio.

Et contingit iſtis hoc. qñ, cum dixerint ꝙ cauſa le- 82
uitatis eſt vacuũ, non poſſunt dicere quæ ſit cauſa grauitatis. qñ, ſi dixerint ipſum eſſe plenum, cõtingit vt non inueniatur graue ſimplr̃, neq; leue ſimpliciter, ſed grauius, & leuius, vt dictũ eſt in quarto Cœli, & Mundi, illic.n. contradictum eſt iſtis perfecte. D. induxit Tex. c. 26. 27. & inde.
etiam aliud inopinabile, & dixit Et manifeſtum eſt etiam, &c. i. qñ, ſi rarum eſt illud, quod penetrat vacuum: et vacuum eſt cauſa motus ad ſuperius: manifeſtum eſt quòd quanto corpus fuerit magis rarum, tanto magis mouebit̃ velocius ad ſuperius: quia erit maioris vacuitatis. contingit igit̃ nec̃io, cum aliqua duo mota ex iſtis fuerint diuerſa in velocitate, et tarditate, vt proportio motus alterius ad motũ reliqui ſit, ſicut proportio raritatis ad raritatem. cum igitur imaginati fuerimus vacuum moueri, tunc illic non erit proportio. vnde neceſſe eſt vt motus eius ſit īdiuiſibilis, & in tempore indiuiſibili. Et ideo dixit Dignius eſt igitur vt ſit impoſſibile vt moueatur, ſ. vacuum: quia ſequiẽ vt motus eius ſit non in tempore. &, ſi non fuerit conceſſum nobis ꝙ motus vacui eſt non in tempore, probabimus ꝙ poſſibile eſt īueniri aliquod motum, com-

poſitum

poſitum ex vacuo, & pleno, quod pertranſit cum ſolo vacuo idem ſpatium in eodem tempore, quod eſt valde inopinabile. Et vſr impoſſe, quod contingit iſtis, eſt ſiſe impoſſibili contingenti dicẽtibus vacuum eſſe cauſam motus ſimpliciter. & ideo dixit & rõcinatio eſt eadem, &c. i. & impoſſibile contingens dicentibus vacuum eſſe cauſam translationis ad ſuperius eſt ſiſe impoſſibili, quod contingit dicentibus vacuũ eſſe cauſam motus in loco. non eſt. n. comparatio iter id, quod mouetur in vacuo ſolo, & illud, quod mouetur in pleno, apud dicentes vacuum eſſe cauſam trãslationis ad ſuperius, ita, quòd eſt vbi, nec inter illud, quod mouetur, cui admiſcetur vacuum, & ipſum vacuũ, apud dicentes vacuum eſſe cauſam translationis ad ſuperius, ita, ꝙ eſt motor pleni. &, cum contingit iſtis duobus ſermonibus vt inter velocitates non ſit ꝓportio, & ꝙ vacuum moueatur non in tempore, contingent hæ duę demonſtrationes ſiſes, quæ contingunt illis, ſ. demonſtrationi inducenti ad hoc, quod motus ſit non in tempore, & demonſtrationi inducenti ad hoc, ꝙ idem motum moueatur in vacuo, & pleno, eodem ſpatio, & in eodem tempore. contingit. n. iſtis ꝙ plenum, et vacuũ moueanť eodem ſpatio, in eodem tempore. Hę igitur duæ rationes, ſicut dixit, ſunt eędem ſm ſimilitudinẽ, & terminus medius in eis eſt idem ſm genus.

Caput Sextum, quòd non abſq; ratione dubitent ponentes Vacuum eſſe, earumq; dubitationũ ſolutio.

QVoniam autem vacuum quidem nõ dicimus eſſe, alia vero dubitata ſunt vere, aut motus non erit, ſi non erit denſitas, et raritas, aut fluctuabit cœlum, aut ſemper æqualis aqua ex aere erit, & aer ex aqua. manifeſtũ. n. eſt ꝙ plus aeris ex aqua fit. Neceſſe eſt igitur, ſi non eſt conſtrictio, aut expulſum attiguum, vt vltimũ fluctuet facere, aut alicubi alibi æquale mutari ex aere in aquam, vt tota moles totius æqualis ſit, aut nihil moueri. ſemper. n. re mutata hoc accidet, niſi circulariter moueatur. non autem ſemper fit in circulum loci mutatio, ſed & in rectum. hi igitur propter hæc vacuum aliquid eſſe dicerent.

Et nos etiam, ſi non dicimus vacuum eſſe, tamẽ dicimus ꝙ illa, in quibus dubitatur de illo ſunt dubitãda. rectum enim fuit dictum quòd, ſi non fuerit denſitas, & raritas non erit motus, aut cœlum expelletur, aut ſemper erit æqualis generatio aquæ ex aere, & aeris ex aqua. ſed manifeſtũ eſt ꝙ fit aer maioris quantitatis. Vnde neceſſe eſt, ſi nõ fuerit hic aliqua conſtrictio, vt continua expellantur: et ſic accidit poſtremo eorũ, ad quem peruenit hoc, quaſi in motu ſuffocari, aut in aliquo alio loco trãſmutatur aqua ęqualiter ex aere, ita ut corpus uniuerſi ſit æquale, aut ut nihil moueatur. hoc enim ſequatur, ſi ſemper transfertur, niſi transferatur circulariter. ſed motus non ſemper circularis eſt, ſed quandoque rectus. per iſta igitur dixerunt iſti vacuum eſſe.

Cum deſtruxit vacuũ eſſe, incœpit diſſoluere quæſtiones accidentes in hoc, & dixit Et nos etiam, ſi non dicimus, &c. i. & nos, ſi non dicimus vacuum eſſe, tñ concedimus ꝙ illæ quæſtiones, quæ induxerunt iſtos ad dicendum vacuum eſſe, ſunt quæſtiones in quibus debet homo dubitare, et quas homo debet diſſoluere. D. d. rectum. n. &c. i. verum. n. eſt hoc, quod dicetur, ꝙ, ſi denſitas, & raritas nõ fuerint, ſequitur aut vt motus translationis rectus non ſit, aut ſi fuerit, expelletur vniuerſum. & ſiſr etiam ſequitur, aut vt gñatio nõ ſit, aut totũ expelletur, aut vt gñatio ſit in elemẽtis ęqualiter in eodem tempore, ſ. ꝙ, ſi i aliqua hora generatur ex vncia aquæ aer in aliquo loco, oportet vt illa hora generetur ex aere vncia aquę in loco alio. D. incœpit declarare qũo ſequitur, ſi non fuerit dẽſitas, et gñatio non fuerit æqualiter, aut vt vniuerſum expelletur, aut vt non ſit hic motus gñationis, neq; tranſlationis rectus oĩno, & dixit ſed manifeſtum eſt, &c. i. & hoc eſt neceſſe, ſ. ſi non fuerit dẽſitas, vt non ſit hic gñatio, niſi ęqualiter, aut vt vniuerſum expellatur. qm̃ manifeſtũ eſt, cum aer generať ex aliqua quantitate aquæ, ꝙ erit maioris quantitatis aqua: et ſic indiget neceſſario maiori loco, q̃ ſit locus aquæ, ex qua generatur. &, cũ ita ſit, & corpus continens aquam corruptam non poteſt conſtringi, ita, ꝙ locus ĩpleatur aeris generati, neceſſe eſt vt illud corpus, quod continet aquam, et continuatur cum ea, expellatur, donec euacuet locum æqualem aeri. &, cum hoc corpus expellatur, cõtinget ei vt expellat aliud, & illud aliud: & ſic procedetur, ſi non fuerit denſitas, donec motus perueniat ad totum corpus continens: & ſic accidit ei inundari, & fluctuari. &, ſi hoc non acciderit, continget, qñ ex aere generať aqua in aliquo loco, vt in illa hora genereť aer ex aqua ęquali illi aeri in alio loco, ita, ꝙ quantum corpus continẽs aquam expellitur apud gñationem aeris ex aqua, vt euacuet locum, tm̃ conſtringetur corpus cõtinens aerem ab aqua, ex qua generatur: & ſic quãtum corpus continens illic euacuat ex illo, tm̃ occupat hoc ex hoc loco: & ſic non continget inundatio vniuerſi, ſed motus perueniet ad hunc locum vacuum, ſ. quem aer euacuauit, qñ ex eo generabatur aqua. D. dixit ita, ꝙ totum corpus vniuerſi ſit æquale, i. qm̃ non accidit inundatio, neq; additio in corpore vniuerſi. qm̃ quantum additur in aliquo loco, tm̃ diminuitur in alio: & ſic vniuerſum remanebit in eadem diſpõne. D. dixit aut vt nihil moueatur, i. et cum fuerit impoſſibile vniuerſum inundari, & non conceſſerimus etiam ꝙ gñatio eſt inſimul æqualis in eadem hora, ſequitur ex hoc vt nõ ſit trãslatio, neq; gñatio oĩno. Deinde incœpit declarare 13
qũo ſequitur hoc in translato, & dixit hoc enim ſequitur, &c. i. qm̃ motum trãslationis auferri ex ablatione denſitatis ſequitur, ſi poſuerimus ꝙ translatum expellit quod vicinať ei, & illud expulſum ẽt expellit aliud, et ſic ſemper. qm̃ ex hoc ſequitur vt totum inundetur, niſi aliquis ponat ꝙ omnis translatio eſt circularis. ſed eſt manifeſtum per ſe ꝙ non omnis translatio eſt circularis, cum ſit hic translatio recta.

Quod gñatio in elẽtis ſit æqualr in eodẽ tẽpore in locis diuerſis. vide 2. ph. cõ. 77.

Nos autẽ dicimus ex ſuppoſitis, ꝙ eſt materia vna contrariorum, calidi, & frigidi, & aliarum naturalium contrarietatũ, & ex eo, quod potentia eſt id, quod eſt actu, fit. & nõ ſeparabilis quidem eſt materia, ipſo aũt eſſe diuerſa eſt. & vna eſt numero, ſi forte fuerit coloris, et caliditatis, et frigiditatis. Eſt aũt et corporis materia, & magni, & parui eadem. manifeſtum autem eſt. cum. n. ex aqua factus eſt aer, eadem materia non inſuper ac-

Contrariorũ una eſt materia.

cipiens

cipiens aliquid aliud facta eſt, ſed quod erat potentia actu facta eſt: atq; rurſus aqua ex aere ſilr, aliqñ quidem in magnitudinem ex paruitate, aliqñ vero in paruitatem ex magnitudine. ſilr igit̃ ſi & aer, multus exiſtens, in minori fiat mole, & ex minori maior, potentia exiſtens fit materia vtraq;. Vt. n. ex frigido fit calidum, et ex calido frigidum, eadem, quia erat potentia, ſic & ex calido magis calidum, nullo facto in materia calido, quod non erat calidum, qñ minus erat calidum. Sicut neq; maioris circuli circunferentia, & curuitas, ſi fiat minoris circuli, eadem cum ſit, aut alia, in nullo facta eſt curuitas, quod erat non curuum, ſed rectum. non. n. ex eo, quia intermittitur, ipſum minus, aut magis eſt. neq; eſt accipere flammæ magnitudinem aliquam, in qua & albedo, & caliditas non inſit. ſic igitur & prior calor poſteriori. quare & magnitudo, & paruitas ſenſibilis molis, non inſuper accipiente aliquid materia, extenditur, ſed quia potẽtia eſt materia vtriuſq;. quare eſt idem denſum, & rarum, & vna materia ipſorũ eſt. eſt aũt ipſum quidẽ denſum graue, rarum autem leue.

Nos autem dicamus ſm fundamenta poſita nobis, quod contraria habent eandẽ materiam, ſ. calidum, & frigidum, & alia contraria naturalia, & ꝙ generatio eſt ex illo, quod eſt in potentia, ad illud, quod eſt in actu, et ꝙ materia nõ eſt ſeparata, ſed quiditas eius eſt aliud, & eſt eadem in numero, coloris, v. gr. & caliditatis, & frigiditatis, & corpus etiam magnum, & paruum habet eandem materiam. Et ſignum eius ẽ hoc, quod narrabo: qm̃, cum ex aqua fit aer, tunc eadem materia non recipit additionem alterius, ſed illud, quod eſt in potentia fit in actu: & ſilr gñatur aqua ex aere, & ſic transfertur qñq; de paruitate in magnitudinem, & qñq; de magnitudine ĩ paruitatem. & eodem modo etiam ipſe aer qñq; fit in minori corpore, qñq; in maiori. materia. n. q̃ eſt in potẽtia, fit vtrunque. Quemadmodum ipſa eadem transfertur de calido in frigidum, et de frigido in calidum, quia erat in potentia, ſic etiam venit de caliditate in magis calidum, abſq; eo, ꝙ in ea fiat aliquod calidum, quod ante non erat: aqua enim erat minoris caliditatis. Quemadmodum, ſi incuruaueris arcum circuli maximi, quouſq; ipſe fiat idem, non alius circuli parui, non erit illic aliquid, in quo fiet incuruatio, quod ante nõ fuit curuum, ſed rectum. qm̃ minus ex maiori non eſt carentia. nec poteſt inueniri ex flamma aliqua quantitas, in qua non eſt caliditas, aut albedo. & ſilr eſt de caliditate, quæ eſt ante calidum, & caliditate, quæ eſt in poſtremo. magnitudo igitur, & paruitas corporis ſenſibilis nõ eſt, quia materia recipit additionem, & expanditur, ſed quia materia eſt vtrunq; in potentia. ergo neceſſe eſt vt dẽſum, & rarum ſint idem, & materia eorum eadem. & denſum eſt graue, & rarum eſt leue.

Cum induxit quæſtiones, quæ faciunt dicentes vacuum eſſe concedere hoc, & iam deſtruxit naturã vacui, incepit hic diſſoluere quæſtionem dicentem impoſſibile eſſe rarum, aut denſum eſſe ſine vacuo, declarando ꝙ hæc eſt alia cauſa rari, & denſi à vacuo. & incepit præponere ad hoc, quod vult dicere, propoſitiones declaratas 1 Primo iſtius libri, et dixit Nos autem dicamus, &c. i. nos autem præponamus ad hoc, ꝙ volumus dicere de natura rari, & denſi fundamenta, quę iam declarauimus, quorum Primum eſt ꝙ omnia cõtraria. v. g. calidum, & frigidum, & alia contraria hñt eandem materiam recipientem illa alternatim. Secundum autem eſt ꝙ generatum eſt aliquod inuentum in actu ex illo, ex eo, quòd eſt in potentia, non in actu. & intentio illius eſt, qm̃ calidum, generatum eſt calidum in actu, ex calido in potentia, non in actu. et hoc intendebat, cum dixit & ꝙ generatio, &c. i. qm̃ gñatio eſt trãſmutatio ex eo, quod eſt aliquid in potentia, ĩ hoc, quod fit illud in actu. Tertium vero eſt, quod materia non ſeparatur ab altero contrariorum, cum hoc, quòd quiditas eius eſt aliud à quiditate contrariorũ. Quartũ autem eſt, quod eſt idem in numero ſubiectum albi, et nigri, & calidi, & frigidi, ſ. qm̃ qñq; recipit calidum, et qñq; frigidum. Et, cum poſuit has propoſitiones,[a] et eſt manifeſtum ꝙ rarum, & denſum ſunt contraria in quantitate, cum translatio corporis de raritate in denſitatem eſt translatio de maiori quantitate in minorẽ, & econuerſo, ſequitur ex hoc vt materia denſi, & rari ſit eadem, & ꝙ idem corpus trãsferatur de minori corpore in maius, non ab aliqua quantitate in actu aduenientе ei, ex qua fit maius: ſed fit maius ex eo, quod eſt in potentia aliquid, non ex illo, quod eſt in actu: et ſilr, qñ fit minus, non exeunt ab eo partes in actu, ſed materia tunc denudatur à termino maioris quãtitatis, & recipit terminum minoris, eodem modo, quo recipit calidum, & frigidum, & alia contraria. Et hoc manifeſtum eſt, cum illis propoſitionibus coniungetur ꝙ denſum, & rarum ſunt contraria, & maxime propoſitioni, dicenti ꝙ materia recipit contraria ex eo, ꝙ eſt in potentia contraria, non actu, et ꝙ eſt eadem amborum contrariorum. & hoc intendebat, cum dixit poſt & corpus etiam magnum, & paruum habet eandem materiam. D. d. Et ſignum eius eſt, &c. & hoc non eſt principium demonſtrationis, ſed confirmatio propoſitionis, dicentis ꝙ materia contrariorum eſt eadẽ. eſt. n. ſermo exemplaris. & quaſi d. & manifeſtum eſt ex hoc, ꝙ corpus magnum, & paruum habẽt eandem materiam, ſm hoc, ꝙ magnum, & paruum ſunt cõtraria: & dictum eſt ꝙ cõtraria habent eandem materiã: & ſignum eius eſt etiam hoc, quod narrabo. D. incœpit inducere ſignum ſuper hoc, quod concluſit ex propoſitionibus poſitis, ſ. ꝙ materia eiuſdem corporis, quod trãsfertur de magnitudine in paruitatem qñq;, & qñq; econuerſo, eſt eadem: & translatio eius ad magnitudinem non fit partibus extrinſecis aduenientibus ad foramina: neq; translatio eius de magnitudine ad paruitatem eſt partibus exeuntibus ab illis foraminibus, ex quo cõſtringuntur illa foramina, & fit corpus minoris quantitatis: & dixit qm̃, qñ ex aliqua aqua 84

[a] Manifeſtũ ẽ ꝙ rarũ, & denſum ſunt contraria in q̃titate. Sed vide oppoſitum c. ſequẽti, vbi habes ꝙ nõ ſũt de eẽntia quantitatis. & in. 7. phy. dicit eſſe qualitates. & 1. me. cõ. 15. dicit ꝙ ſunt de p̃dicamento ſitus. Vide con. Zim.

ſit

Cõſiſe.1.ca. de ſuba orbus.

fit aer,&c.i. q̃m,cum ſit manifeſtum in gñatione, ꝙ, cum aliquod corpus maioris quãtitatis generatur ex corpore quãtitatis minoris, v.g. aer ex aqua, tunc materia recipiens formam aeris recipit maiorem quantitatem poſt minorem,nullo extrinſeco aduenIẽte, quo aer fit maioris quantitatis: ſed illud,quod eſt in potentia maioris quantitatis, ſ. materia, fit in actu maioris quantitatis nullo extrinſeco in actu adueniente. D.d. & ſilr fit aqua ex aere,i.& ſilr,qñ aqua fit ex aere. igit̃ qñq; transfertur de magnitudine in paruitatem,nullo exeunte,& qñq; ecõuerſo,nullo addito. Et,cum declarauit hoc de gñatione,in qua eſt manifeſtum, incœpit notificare ꝙ hoc eſt poſſibile dici in cauſa rari, & denſi abſq; eo, ꝙ ſit neceſſe ponere vacuum eſſe, et dixit. & eodem modo ipſe aer,&c.i.& ſm hunc modũ, quẽ diximus,qui accidit in generatione,accidit etiam in ipſa alteratione in eodem corpore,aer enĩ, v.g. qñq; minoratur ſine aliquo exeunte, & qñq; fit maior, ex hoc, ꝙ accidit ei de calore, nullo adueniente extrinſeco: ſed quia materia eius naturalr̃ recipit vtrãq; quantitatem, maiorẽ,ſ.et minorem, hãc qñq;, & hãc qñq;, ſine aliqua quantitate in actu addita, aut diminuta, quemadmodum naturaliter recipit qñq; caliditatem, & qñq; frigiditatẽ. Et hoc,quod dixit, manifeſtum eſt in dolijs fuſis ex muſto, qñ muſtũ fit maioris quantitatis nullo extrinſeco adueniente: & ſilr manifeſtum eſt in aere, qñ rareſit ex calore, & condenſatur ex frigore. Et,cum aſſimilauit quantitatem minorem fieri ex maiori, & econuerſo, hoc, ꝙ calor fit ex frigido, aut econuerſo: & exiſtimatur ꝙ inter haec duo eſt differentia: põt.n.aliquis dicere ꝙ caliditatem fieri ex frigiditate, & econuerſo, non eſt ſicut quantitatem maiorem fieri ex minori, aut econuerſo: q̃m ĩpoſſibile eſt imaginari ꝙ caliditas augmẽtetur ex frigiditate, cum ſint contraria: & eſt poſſibile imaginari magnum augmentari ex partibus paruis additis: magnum.n.et paruum, licet ſint oppoſita, poſſibile eſt imaginari alterũ augmentari ex alio: & non eſt ita de contrarijs, q̃ ſunt in qualitate: &, cum perceperit hanc obiectionem, dixit et veniet de caliditate in caliditatem, etc.i. ſed ſicut dicimus ꝙ materia veniet de hac caliditate demõſtrata ad maiorem caliditatem, nullis partibus calidis in actu aduenientibus, ſ. corporibus calidis; ſed transferuntur in maiorem caliditatem ex intenſione ipſius caliditatis: & ſilr materia transfertur de minori quantitate in maiorem nulla quantitate in actu adueniente. Et poteſt aliquis * quærere ꝙ caliditas creſcit ex caliditate aduenIẽte extrinſeca: oportet igitur vt ita ſit de quantitate. [a] Dicamus igitur ꝙ additio caloris agẽtis in calorem corporis non eſt ſm additionem partis in toto, & ſilr partis materiæ in materiam: ſed ſm additionem agentis in paſſionem patientis, ſ. ꝙ, qñ calor agentis vigorabitur, creſcat calor patientis, nõ ſm additionem partium calidarum extrinſecarum, cum ad patientem non transferatur aliqua pars ab agẽte. Et dr̃ia eſt inter illa. q̃m caliditas fit ab alia caliditate in actu: [b] quod non inuenitur in quantitate, ſ. quia nõ fit per aliam quantitatem ſm viam gñationis: cum nõ ſit [c] quantitas de potentijs actiuis, ſed ſequitur potentias actiuas, & operationes earum, ſ. calidum, & frigidũ. Intendebat igitur ꝙ caliditas non creſcit ex alia caliditate ſm translationem: & hoc in alteratione de debilitate in vigorem: & ſilr eſt diſpõ in translatione corporis de parua quãtitate in magnam, aut ecõuerſo. Et, quia hoc eſt graue imaginari, ſ. aliquid creſcere ſine q̃titate extrinſeca aduenIẽte, aut diminui etiã ſine quantitate recedẽte, vſus eſt in hoc exemplo [d] Rhetoricorum & tali vtitur in iſtis locis propter difficultatem imaginandi; & dixit aqua,n, erat minoris caliditatis, &c.i. & hoc, ꝙ aqua eſt modo minoris caliditatis, & poſtea fit maioris in qualibet parte ſuarum partium, non in partibus aliquibus proprijs, ſilr ẽ arcui circuli, qui cũ incuruatur fit maioris incuruationis ĩ qualibet parte, nõ ita, ꝙ aliquæ partes rectæ erant in eo, q̃ fiunt maioris incuruationis, ſed in qualibet partium eius recipit incuruationem. & hoc intendebat, cũ dixit non fuit hoc aliquid, in quo fit incuruatio, &c.i. q̃m incuruatio nõ eſt facta in eo in aliquibus partibus, & non in alijs. v.g. vt aliquis dicat ꝙ partes rectę, quę erant in arcu, incuruabantur. D.d. minus,n.ex maiori nõ eſt carentia,&c.i. q̃m tranſmutatio corporis de magnitudine in paruitatem non fit per carentiam partium exeuntium à foraminibus, vt fingunt dicentes vacuum eſſe. q̃m, ſi ita eſſet, contingeret vt corpus calidum nõ eſſet calidum ſm oẽs partes, & ſilr album, ſed ſolummodo eſſet calidum ſm ipſa foramina: illud autem, quod interiacet foramina, non diſponitur per aliquid ex hoc, quod eſt impoſſibile. et hoc intendebat, cum dixit neq; poteſt inueniri ex flamma, &c.i. ſed quælibet pars flãmę ignis, q̃ exiſtimatur eſſe in fine raritatis, habet caliditatem æqualiter. & ſilr eſt de oĩbus calidis. ſed dedit exemplum de flamma propter ſuam raritatem. & hoc intendebat, cum dixit & ſilr eſt de calore, &c.i. q̃ creſcit ex primo, ſ. q̃m eſt in oĩbus partibus. Et intendebat per hoc, ꝙ denſitas, & raritas ſunt in oĩbus partibus rei: & hoc ſignificat ꝙ non ſunt ex foraminibus. D.d. magnitudo igitur, & paruitas, &c. declaratum eſt igitur ex hoc, ꝙ magnitudo, & paruitas, q̃ inueniuntur in eodem corpore ſenſibili, nõ fiunt ita, ꝙ materia, quando trãsfertur in magnitudinem, recipit additionem corporum, qñ foramina expanduntur, neq; conſtringuntur foramina, qñ transfertur ad paruitatem: ſed cauſa in hoc eſt, qũ materia eſt in potẽtia magnũ, & paruum. &, cum declarauit ꝙ trãſlatio corporis de paruitate in magnitudinem, & econuerſo, non fit ex foraminibus vacuis in corpore, quæ qñq; cõſtringuntur, & fit corpus minus, et qñq; ampliantur, et fit maius, ſiue fuerint ſtricta apud exitum corporum, & ampla apud introitum corporum, vt opinantur dicentes vacuum non eſſe ſeparatum, aut ſtrictura, & ampliatio in eis fuerit ſine introitu, et exitu corporum, vt opinantur in denſitate dicentes vacuum eſſe ſeparatum: &, cum declarauit hoc de paruitate, & magnitudine; & denſum, & rarum nihil aliud eſt q̃ idem corpus trãſferri de paruo in magnum, & econuerſo: dicit neceſſe eſt ergo vt rarum, & denſum, &c. ideſt &, cum hoc declaratum ſit, neceſſe eſt vt corpus, quod qñq; condenſatur, & qñq; rareſit, ſit idem, abſq; eo, ꝙ accidat additio ex introitu corporum extrinſecorum, et diminutio ex exitu partium: ſed quia eadem materia recipit qñq; maiorem quantitatem, & qñq; minorem. D.d. & dẽſum eſt graue, & rarũ eſt leue. põt intendere contradictionẽ iſtorũ. ſequit̃.n. ſm ſermonẽ eorũ vt leue ſit grauius, q̃a ĩ eo ſunt partes plures, et dẽſum ſit leuius, q̃a ĩ eo ſunt p̃tes pauciores. Et põt intelligi, q̃m queadmodũ materia recipit graue, & leue, & eſt ĩ poã vtrũq;, nullo graui, aut leui aduenIẽte ĩ actu, ita eſt de raro, & denſo, cum vtrũq; ſequatur ſuum compar.

† {Amplius, ſicut circuli circũferentia, conducta in minus, nõ accepit aliud cõcauũ, ſed q̃d erat conductũ ẽ, ſic & ignis, quẽcunq; aliq̃s accipiat, oĩs calꝫ ẽ, ſic et oẽ cõgregatiõe, et diſtinctiõe eiuſdẽ materiei.} duo.n. ſunt ĩ vtroq;, & dẽſo & raro. graue.n. et durũ dẽſa vĩr eẽ, & cõtraria, leue inq̃, & molle, rara. diſſonãt aũt graue, & durũ ĩ plũbo, et ferro.

Et etiam,

* a.l. credere.

a Additio caloris agẽtis ĩ calorẽ corporis nõ eſt ſm additionẽ p̃tis ĩ toto, & ſilr p̃tis materiæ ĩ materiã, ſed ſꝫ additionẽ agẽtis in paſſionẽ patientis, ſ. ꝙ quando calor agẽtis vigorabitur, creſcat calor patientis. facit hoc ꝓ tenẽtib* ĩtenſionẽ nõ fieri p̃ additionem p̃tis gradualis ad partem gradualem.

b Vide oppoſitũ. 1. de Generatiõe cõmen. 30. Vide contr. Zim.

c Q̃ntitas ñ ẽ de potẽtijs actiuis, ſꝫ ſeq̃t potentias actiuas, & operationes earum.

d Exemplis Rhetoricis vtit̃ Ariſt. in locis, ĩ q̃bus eſt difficultas imaginandi. Cõſiſe. 1. phy. cõ. 81. & quę ibi.

Quęlibet p̃s flãmæ ignis, quæ exiſtimat̃ eẽ ĩ fine raritatis, habet caliditatẽ æqualr̃. vide cõſiſe in cõ. ſequenti.

Pria expõ.

Scda expõ.

† In aliq̃bus codicib' grecis iſte text. nõ inuenitur, quem et Byzantius non tranſtulit.

Et etiam, quẽadmodum arcus circuli, qñ cõgregatur, & fit minor, nihil fit in eo, quod non accidit ei, ſ. incuruatio, ſed hoc, quod habebat, congregatur, & quodcunq; accipitur ab igne, eſt calidum, ita eſt de toto: congregatio.n. & ſegregatio ſunt eiuſdẽ materię. ſunt.n. hæc duo, q̃ fiunt ex vtroq; ex dẽſo, & raro. graue.n. & durum exiſtimant eſſe denſa, & leue, & molle rara. grauitas enim, et durities ſegregantur in plumbo, & ferro.

85 Ideſt, & quemadmodum idem arcus circuli aliquãdo recipit minorem incuruationem, & qñq; maiorem abſq; eo, ꝙ in eo fiat aliquid, quod ante non fuit, ſed illud, quod erat in eo, ſ. incuruatio, aliqñ inuenitur maior, aliquãdo minor: et additio incuruationis in eo non eſt in aliqua parte, & non in alia: ſed quãcunq; partem acceperis inuenies incuruationem additam in ea: quẽadmodum quælibet pars ignis eſt calida. D.d. & ſilr eſt de toto, ſ. in hoc ꝙ aliqñ eſt denſum, & eſt congregatum, aliqñ rarum, & eſt ſegregatum, ſ. ꝙ dẽſitas, & raritas eſt in qualibet parte illius. Et innuit per hoc, peccatum, quod accidit dicentibus ꝙ denſitas, & raritas ſunt ex conſtrictione, & amplatione foraminum. qm̃ ſm hoc non quælibet pars corporis recipit denſitatem, & raritatem: & eſt manifeſtum per ſe ꝙ dẽſum eſt denſum ſm oẽs partes, & ſilr rarũ. D.d. cõgregatio.n. & ſegregatio, &c. i. gñatio.n. & corruptio apud nos, quas Antiqui vocabant ſegregationem, & congregationem ſunt eiuſdem materiæ, & non ſm cõgregationem partium, & ſegregationem partium aliarũ, & additio, & diminutio. D.d. ſunt.n. duo, &c. i. qm̃ hæc duo ſequuntur denſum, & rarũ. denſum.n. ſequitẽ graue, et durũ, rarũ aũt leue, & molle. Et intẽdebat p hoc innuere ꝙ dẽſitas, & raritas nõ ſunt de eſſentia q̃titatis. qñ, ſi eſſent, tunc ſequerẽtur ex eis iſtę q̃litates cõtrarię. D.d. ſed grauitas, & durities, &c. i. ſed in q̃buſdam corpibus ſeparãtur grauitas, & durities, & non ſequuntur denſum, ſed aliquod grauius inuenitur magis rarum, vt ĩ plumbo, & ferro. [a] plumbum enim eſt grauius ferro, & eſt magis rarum.

Denſitas, & raritas non ſunt de eſſentia q̃titatis.

a Plũbũ eſt grauiꝰ ferro, & eſt magis rarum.

Ex dictis igitur manifeſtum eſt ꝙ neq; diſgregatum eſt vacuũ, neq; ſimpliciter, neq; in raro, neq; potẽtia. niſi quis velit omnino vocare vacuum cauſam lationis. ſic autẽ ipſius grauis, ac leuis materia, quatenus huiuſmodi, erit vacuum. denſum.n. & rarum ſm hanc cõtrarietatem lationis factiua ſunt, ſm aũt ipſum durum, & molle paſſionis, & impaſſibilitatis, & non lationis, ſed alterationis magis. Et de vacuo quidem qũo eſt, & quomodo non eſt determinatum ſit hoc modo.

Apparet igitur ex hoc, quod diximus, ꝙ non eſt vacuum diſtinctum per ſe ſimpliciter, neq; in raro, neq; in potentia. niſi aliquis voluerit omnino vocare cauſam translationis vacuum. tunc igitur erit materia grauis, & leuis vacuum, qm̃ denſitas, & raritas hoc modo contrarietatis recipiunt translationẽ. durities autem, & mollities ſunt cauſę facilitatis, & difficultatis receptionis, non translationis, ſed alietatis proprie. Iam igitur determinauimus quomodo eſt vacuum, & quomodo non eſt, hoc modo determinationis.

Cum compleuit loqui de vacuo ĩducit declarata ex illo, & dixit Apparet igitur, &c. & intẽdit per diſtinctum per ſe, exiſtens per ſe. & cũ dixit ſimplr, neq; in raro, intendit ꝙ vacuum non inuenitur exiſtens p ſe, neq; exñs in alio, ſ. in raro. et, cum dixit neq; in potentia, innuit opinionem dicentium, ꝙ vacuum nõ eſt extra corpus. qm̃ ſm opinionẽ iſtorum vacuum erit ſemper in potentia, cum nunq̃ inueniatur in actu, ſ. extra corpus. Et, quia materia eſt cauſa paſſionis, quę eſt cauſa translationis, & materia etiam eſt in potentia, vt dictum eſt de materia, & hoc nomen potentia dicitur æquiuoce de vacuo eſſe in potentia apud ponentes ipſum eſſe non ſeparatum, & de materia, præmuniuit ſe à deceptione in hoc, & dixit niſi aliquis voluerit, &c. i. niſi aliquis vocet cauſam translationis, q̃ eſt paſſio corporis, in quo fit translatio. & tunc illud, quod intendit per vacuũ, erit ipſa materia. D.d. qm̃ denſitas, & raritas hoc modo contrarietatis, &c. i. & materia eſt cauſa translationis. qm̃ materia eſt cauſa denſitatis, & raritatis, vt declaratum eſt: & corpora non recipiunt translationem in eis, niſi hoc modo cõtrarietatis, ſ. ſm denſitatem, & raritatem: denſitas.n. & raritas recipiunt motum translationis, ſ. motus corporum trãſlatorum in alijs. &, cum ita ſit, materia eſt cauſa eius, ꝙ corpora recipiunt trãſlationem per hoc, ꝙ recipiunt ex denſitate, & raritate. D.d. durities vero, & mollities, &c. i. durities vero, & mollities non ſunt cauſa translationis, ſicut denſum, & rarũ, ſed ſunt cauſæ facilitatis, & difficultatis translationis. qm̃, cum corpus, in quo eſt translatio, fuerit molle, translatio erit facilis in eo ſicut in aere, &, cum fuerit durum, erit difficilis, aut impoſſibilis, ſicut in terra. D.d. non trãſlationis ſed alietatis, i. & non ſunt cauſæ translationis in loco, ſicut ſunt leue, & graue, ſed ſunt cauſæ translationis proprie. & intendit, vt mihi vr̃, ꝙ molle eſt cauſa paſſionis, & durum actionis. molle.n. eſt paſſiuum, & durum actiuum. Et debes ſcire ꝙ ex hoc, ꝙ materia eſt eadem contrariorum, & eſt in potẽtia, apparet per demonſtrationẽ ſm cauſam ꝙ eſt cauſa dẽſitatis, & raritatis. & hoc apparet etiam ex ſignis, quæ induxit Ari. ſ. ex hoc ꝙ raritas, & denſitas inueniuntur in qualibet parte corpis rari, & denſi: & ſilr apparet hoc etiam ꝙ denſitatem, & raritatem ſequuntur qualitates contrarię. D.d. Iam igitur determinauimus qũo eſt vacuum, i. ſiquis vocauerit materiam vacuum, & quomodo nõ eſt, ſi aliquis vocauerit vacuum dimenſiones ſeparatas hoc modo. 86

Si corpꝰ, ĩ q̃ eſt trãſlatio fuerit molle, trãſlatio erit facilĩ eo, ſicut in aere. vide cõſ. ĩ 8. ph. cõ. 82. Idem ſupra hic. cõ. 68.

Summa Tertia de Tempore.

Caput Primũ, in quo dubitat an Tempus ſit, uel nè.

COnſequẽs autem eſt ad ea, quæ dicta ſunt, aggredi de Tempore. Primum autẽ bene ſe habet dubitaſſe de ipſo, & per exteras rationes, vtrum ſit eorum, quæ ſunt, an eorum, quæ non ſunt, deinde quę ſit natura ipſius.

Et copulatur cũ hoc, quod diximus, narrare de Tempore. Et rectum eſt inducere prius dubitationes accidentes in eo, ex hoc, quod dixerunt extranei, & conſyderemus vtrum ſit de rebus entibus, aut non entibus, & quæ ſit natura eius;

Cum

87 Cum cõpleuit loqui de loco, & vacuo, incœpit perſcrutari de Tẽpore, & dixit Et ſequitur, qa ſermo de tempore * conuenit ſermoni de loco: qm̃ perſcrutatio de vacuo eſt pars perſcrutationis de loco. D.d. Et rectum eſt, &c.1. & rectum eſt ponere perſcrutationem de illo ex ſermonibus Logicis, qui faciunt dubitare de illo. Et intendit per extraneos Logicos, ſermones.n. Logicos vocat ſermões extraneos: & Philoſophiam, quæ componitur ex iſtis, vocat Philoſophiam extraneam: vt dicitur ꝙ ipſe compoſuit Philoſophiam extraneam. D.d. cõſyderemus igitur vtrum ſit, &c.i. ſm Logicam, qm̃ [a] tempus eſſe manifeſtum eſt per ſe: qm̃ ſm hanc perſcrutationem inueniunt plures ſermones, qui deſtruunt ſuum eſſe. D.d. & quæ ſit natura eius, i. &, cum perſoluerimus illas dubitationes, tunc pſcrutabimur de natura eius pſcrutatione demõſtratiua. D. incœpit inducere ſermones Dialecticos, & dixit.

* i.l. copulatur.

Philoſophia facta ex ſermonibus Logicis ē extranea. pro hoc vide c. vn. primi cæli. a Tps eſt manifeſtum eſt per ſe.

Quod igitur omnino non ſit, aut vix, & obſcure, ex hiſce aliquis ſuſpicabitur. Aliud enim ipſius factum eſt, & non eſt, aliud vero futurum eſt, & nondum eſt. ex his autem, & infinitum, et quod ſemper accipitur, tempus cõponitur. quod autem ex ijs, quæ non ſunt, componitur, fieri non poſſe videt, vt poſſideat aliquando ſubſtantiam.

Dicamus igitur ꝙ cadit in mẽte in eo, qm̃ aut non eſt oĩno, aut ſi eſt, eſt valde difficile, & lates ex hoc, quod dicam. Qm̃ quoddam eius iam fuit, & non eſt, & quoddã eius eſt futurum, & nõ eſt. & ex his duobus componit tẽpus infinitum, quod inuenit ſemper. et quod componit ex nõ ente impoſſe eſt imaginari ipſum habere cõicationem in eſſe.

88 Iſte ſermo ſic componitur. Tempus cõponitur ex præterito, & futuro, qm̃ inſtans diſtinguens non eſt tempus, ſed præteritum iam defecit, & futurum nondum eſt: & hæc duo non ſunt: ergo tempus componit ex non ente. Et dixit aut, ſi fuerit, eſt difficile, & occultum, qm̃ ex ſermonibus Logicis non præciſe iudicabitur aliquid eſſe, aut non eſſe, ſed ſm exiſtimationem intrinſecam. D.d. & ex his componitur tempus infinitum, quod ſemper eſt. & diſpoſuit ipſum hoc modo ad affirmandum ipſum eſſe ſemper. [b] plures.n. Antiquorum concedebant tempus eſſe infinitum, & ipſum eſſe ſemper, præter Platonem, qui generabat ipſum. Et deceptio ĩ hoc ſermone eſt. qm̃ ita eſt de motu. motus.n. comprehenditur ſenſu: & nulla pars eius eſt in actu, ſed quælibet pars demonſtrata receſſit: ergo eſt compoſitus ex hoc, quod iam defecit, et ex hoc, quod nõdum eſt. ſed talia non habent eſſe completũ, ſed [c] eſſe eorum componitur ex actione aĩæ ĩ eo, quod eſt in eis extra aĩam: & entia [d] cõpleta ſunt illa, in quorum eſſe nihil facit aĩa, vt poſt declarabitur de tempore, ſ. qm̃ eſt de numero entium, quorũ actus complet per aĩam. & forte hoc innuebat, cum dixit aut erit difficile, & occultum, i. erit de entibus latentibus. quia, ſi ĩn anima non eſſent, non eſſent niſi in potentia.

b Plures Antiquorũ concedebãt tps eẽ infinitũ, & ipſum eẽ ſp, pter Platonẽ, q gñabat ipm. Idẽ. 8. phy. tex. cõ. 10.

c Entia ſucceſſiua ñ hñt eẽ cõpletum extra aĩam, ſed eẽ eorum complet ex actiõe aĩæ in eo, qd ẽ i eis extra aĩam. Conſiſt de motu hr̃ ĩfra cõ. 104. & infra cõ. 109. de motu, & tpe idem hr̃.

d Entia completa ſunt illa, ĩ quorum eẽ nihil facit aĩa. Conſiſt ĩfra cõ. 131.

Ad hęc autem omnis rei partibilis, ſi quidem ſit, neceſſe eſt, qñ eſt, aut quaſdam, aut oẽs partes eſſe: temporis aũt aliæ fuerũt, alię vero futuræ ſunt: nulla autem eſt, cum ſit diuiſibile. ipſum autem nunc nõ eſt pars: † {nã & menſurat pars}. & componi oportet totum ex partibus: tempus autem non videtur componi ex ipſis nunc.

† Alex. legit locũ iſtũ paſſiue (menſural enim pars) Simplici⁹ autẽ actiue.

Et cum hoc, oẽ habens partes neceſſe eſt, cum fuerit, vt oẽs ſuę partes ſint, aut quædã: ſed temporis quædam partes iam fuerũt, & non ſunt, & quædam ſunt futurę, & nõ ſunt: ergo nulla earum eſt, ſi tẽpus habet partes. inſtãs vero non eſt pars: qm̃ pars mẽſurat. et eſt neceſſe vt totũ cõponat ex ſuis ptibus: ſed tẽpus exiſtimat nõ cõponi ex ĩſtãtibus.

Iſte ſermo etiã eſt Logicus, & facit dubitare de tempore, & componitur ſic. Oẽ habens partes, neceſſe eſt vt partes eius ſint oẽs inſimul, aut qdam, ſi fuerit ens: & tẽpus habet partes, quarum nulla inuenitur ĩ actu: ergo tempus non eſt. Et ipſe verificauit propoſitionem, dicẽtem ꝙ nulla pars temporis inuenitur in actu per duas propoſitiones: quarum Vna eſt, ꝙ ex tẽpore nihil inuenitur in actu, niſi inſtans: & iſta eſt manifeſta per ſe: Secunda autem eſt, ꝙ inſtans non eſt pars temporis: ergo ex tẽpore nulla pars inuenitur in actu. Et ipſe verificat propoſitionem, dicentem ꝙ inſtans non eſt pars temporis ſic. Oĩs pars menſurat: & inſtans nõ menſurat: ergo inſtans nõ eſt pars. Vel ſic. Partes cõponunt totum: & inſtans non componit tempus: ergo inſtans non eſt pars temporis, & iſta propoſitio declarabitur perfecte in Sexto. 89

Ex tpe nihil inueni ĩ actu, niſi inſtãs: & hoc eſt manifeſtũ per ſe.

Tex. c. 10. 11. & inde.

Amplius autem & ipſum nunc, quod videtur diſtinguere præteritum, & futurum, vtrum vnum, & idem ſemper permaneat; an aliud ſit, et aliud, nõ facile eſt videre. Si.n. ſemper alterum, & alterum eſt: nulla autem eſt earum, quæ ſunt in tempore, alia, & alia pars ſimul, quæ non continet, alia vero continetur, vt minus tempus ſub maiore: ipſum autem nunc, quod non eſt, prius autem fuit, neceſſe corruptum eſſe aliqñ: & ipſa nũc ſimul quidem inter ſe non erunt. corruptum autem eſſe neceſſe eſt ſemper prius. In ſeipſo igitur corruptum eſſe impoſſibile eſt, ex eo, quia tunc eſt. in alio autem nunc corrumpi ipſum prius nunc non contingit. ſit.n. impoſſibile contigua eſſe adinuicem ipſa nũc, vt punctum cũ puncto. Si igitur in eo, quod eſt conſequenter, non corruptum eſt, ſed in alio, in medijs nunc, quæ ſunt infinita, ſimul erit. hoc autem impoſſibile eſt.

Et etiam eſt difficile ad ſciendum hoc, ſ. vtrum inſtans, quod videtur diſtinguere inter præteritum, & futurũ, ſit idem permanẽs ſemp, aut eſt vnum poſt aliud. Qm̃, ſi ſemp vnum fuerit poſt aliud, & ex tempore non eſt aliqua pars, quæ ſit, & alia pars inſimul, niſi altera ſit contẽta, et altera continens, vt minus tempus in maiori, tunc inſtans, quod non eſt nunc, & fuit prius, neceſſe eſt & ipſum corrumpi. Et impoſſe eſt vt corruptio eius ſit, qñ fuit, qm̃ tunc erat ens. & impoſſe eſt vt prius inſtans corrumpatur in poſteriori

riori inſtãti. impoſſibile. n. eſt vt duo inſtantia copulentur, quemadmodum non continuant duo puncta. Et, ſi nõ corrumpitur in illo, quod eſt poſt, ſed in alio, tunc inuenitur in inſtantibus, quæ ſunt inter illa, quæ ſunt infinita, & inſimul, quod eſt impoſſibile.

90 Cum induxit ſermones dubitabiles de tempore, induxit etiam ſermones dubitabiles de inſtanti, & dixit Et etiam eſt difficile, etc. ideſt et eſt difficile de inſtãti, quod eſt diſtinguens inter præteritum tempus, & futurum ſcire vtrum ſemper ſit idem, ſ. præſens, & præteritum, aut ſunt plura ſuccedẽtia, ſ. vnum poſt aliud. Et, cum poſuit quòd inſtãtia neceſſe eſt vt ſint vnum numero, aut plura, incœpit prius inducere inopinabilia contingentia, ſi fuerint plura numero, et dixit. Quoniam, ſi ſemper fuerit vnum poſt aliud, &c. ideſt &, ſi inſtantia fuerint plura ſuccedentia: & eſt impoſſibile vt ex tempore inueniantur duo inſimul, ſ. duæ partes, aut duo inſtantia: quoniam inſtantia non numerantur, niſi per numerationem temporis, cum ſint vltima tẽporis: ſequitur neceſſario vt inſtans, quod non eſt nunc, & iam fuit in præterito, corrumpatur. D. d. & ex tempore non eſt aliqua pars, &c. & intendit per partem, illud, quod cõtinet inſtans, & tempus. quoniã pars temporis in rei veritate non eſt inſtans, ſed tempus. Et, cum poſuit hãc propoſitionem, ſ. qm̄ ex tempore non inueniuntur duo inſtantia inſimul: quoniam ex eo non inueniuntur duæ partes inſimul, niſi in vna earum accipiatur continens ſecundam, v. g. ſicut diximus ꝙ talis menſis eſt in tali anno, & talis dies eſt in tali menſe: & hoc nõ nocet in vniuerſalitate illius propoſitionis: excepit hoc, ne aliqs exiſtimet ipſum ignorare illud: quoniam in inſtanti non imaginatur continens, & contentum. &, cum poſuit ꝙ in tempore non inueniuntur duo inſtantia inſimul, ſequitur nec̃io vt prius inſtans corrũpatur. & dixit inſtans, n. quod non eſt nunc, &c. i. inſtans. n. quod non eſt nunc, & fuit in præterito neceſſe eſt nunc corruptum eſſe. D. incœpit inducere quæſtiones contingentes ex hoc, & dixit Et impoſſibile eſt vt corruptio eius, &c. ideſt &, ſi eſt corruptum, neceſſe eſt vt corruptio eius ſit in tempore, cum omne corruptum ſit huiuſmodi: & impoſſibile eſt vt corruptio eius ſit in inſtãti præſenti, qm̄ tunc non inuenit̃, niſi ipſum: & ſic erit in ſe corruptũ. quod eſt impoſſibile. & hoc intendebat, cum dixit in hora, quæ eſt nunc. Et, cum declarauit ꝙ inſtans impoſſibile eſt vt corrumpatur in inſtanti præſenti, aut in ſe ipſo: qm̄ præſens idem eſt cum corrupto: incœpit declarare etiam ꝙ impoſſibile eſt vt præſens inſtans, corrumpat̃ in inſtanti futuro, & dixit, et impoſſe eſt etiam vt prius inſtans corrumpat̃ in poſteriori, et c. i. qm̄, cũ poſuerimus ꝙ inſtans corrumpitur in inſtanti futuro, continget vt illud inſtans continuet̃ cum eo, ita, ꝙ ſuũ eſſe continuetur cum ſua corruptione, & erit inſtans, in quo eſt aliud ab inſtãti, in quo corrumpitur, et poſt declarabimus ꝙ inſtans non continuatur cum inſtanti, ſicut neqꝫ punctus cum puncto. D. d. Et, ſi nõ corrumpitur in illo, quod eſt poſt, &c. i. &, ſi non corrumpitur in illo, ita, ꝙ ſit cõtinuum cum eo, corrumpetur in inſtãti, quod eſt poſt, quod non eſt continuum cum eo. qm̄ inter quælibet duo inſtãtia eſt tempus. ex quo ſequitur vt illud inſtans inueniatur in illo tempore: & omne tempus diuiditur in inſtãtia infinita: ex quo ſequitur vt inſtans corruptum inueniatur in inſtãtibus infinitis, ſ. cum eis inſimul. quod eſt ipoſſe. & ſimr eſt impoſſe ipſum poni corruptũ ĩ inſtãti, qđ eſt ante: qm̄ tũc erit corruptũ antequã ſit, & iſta quæſtio diſſoluet̃ poſt.

Pars tpis in rei ỽitate ñ ẽ inſtans, ſed tps. Idem ſupra cõ. 89.

At vero neqꝫ ſemper idẽ permanere poſſibile eſt. nullius. n. diuiſibilis finiti vnus terminus eſt. neqꝫ. n. ſi ad vnũ ſit continuum, neqꝫ ſi ad plura. ipſum autem nũc terminus eſt, & tempus eſt accipere finitum.

Et impoſſibile eſt vt idem ſit ſemper permanens. qm̄ nullum finitum diuiſibile habet vnum finem: neqꝫ ſi fuerit cõtinuum in vna parte, neque ſi fuerit continuum in pluribus vna parte. ſed inſtans eſt finis, & poſſibile eſt inuenire tempus finitum.

Cum deſtruxit ꝙ inſtantia ſunt plura, incœpit deſtruere ꝙ inſtans ſit idem. qm̄, ſi inſtans fuerit, aut erit vnum, aut plura: &, cum hęc duo deſtruentur, deſtruetur inſtans eſſe. Et d. Et impoſſe eſt etiã vt ſit idẽ, &c. i. & impoſſibile eſt etiam vt ſit ens, ita, ꝙ ſit idem ſemper permanens. Et ſignum eius eſt, quia non inuenit̃ finitum aliquod continuum, habens vnum finem, ſed ſaltem duos, quibus ſit finitũ: neqꝫ ſi fuerit continuũ in vna parte, vt linea: qm̄ linea habet duos fines tantum: neqꝫ ſi fuerit continuum in pluribus vna parte, vt ſuperficies, & corpus: corpus enim habet ſex fines, & ſupficies quatuor. D. d. ſed inſtans eſt finis, & poſſibile eſt inueniri tempus finitũ. iſta eſt propoſitio minor iſtius figuræ. Et iſte ſermo componit̃ ſic. Inſtans eſt finis alicuius finiti: & nihil, quod eſt finis alicuius finiti, eſt vnum: ergo inſtans non eſt vnum. 91

Linea habet duos fines tm̃, ſupficies quatuor, corpus ỽo ſex.

Amplius, ſi ſimul eſſe ſm tempus, & neqꝫ prius, neqꝫ poſterius, in eodẽ eſſe, & in ipſo nũc ſit, & ſi quæ prius, aut poſterius in hoccine nunc ſunt, ſimul vtiqꝫ erunt quæ ante decies millenos facta fuerunt annos cũ ijs, quæ ſiunt hodie, & neque prius, neqꝫ poſterius vllum aliud alio.

Et etiam, ſi intẽtio eſſendi in tempore nõ ante, neqꝫ poſt, eſt, vt ſint in eodem inſtãti, deinde illud, quod eſt ante, & illud, quod eſt poſt, ſint in eodem inſtãti demonſtrato, tũc illud, quod fuit tranſacto milleſimo, & quod eſt hodie ſunt inſimul, & neutrum præcedit reliquum, aut eſt poſt illud.

Iſta eſt ſecunda ratiocinatio, & componitur ſm inductionem ad inconueniens. & iſta, & prædicta ſunt vera. & ſecundum ſignum eſt. qm̄, cum intentio eius, ꝙ dicimus de aliquibus duobus quòd ſunt inſimul in aliquo tempore, quod non eſt ante, aut poſt, eſt, vt illa duo ſint in eodem inſtanti. Et, cum induxit iſtã propoſitionem veram conuertibilem, coniungit cum ſua conuerſa propoſitionem dubitatiuam, & induxit inconueniens, & dixit deinde illud, quod eſt ante, & illud, quod eſt poſt, &c. i. &, cum coniunximus conuerſę propoſitioni dicenti ꝙ illa, quæ ſunt inſimul, ſunt in eodem inſtanti, & eſt, quia illa, quæ ſunt in eodem inſtanti, ſunt inſimul, hanc propoſitionem, ſ. ꝙ idem inſtans eſt oĩum entium, de quibus dicimus quædam eẽ ante, & quædam eſſe poſt, ſequitur vt illud, quod fuit tranſacto milleſimo, & illud, quod eſt hodie, ſint inſimul, quod eſt inopinabile. Et ſylls categoricus concludens inconueniens in hoc ſermone componitur ſic in prima figura. Omnes res inueniũtur in eodẽ inſtanti: & oĩa, quę ſunt in eodem inſtanti, ſunt inſimul: ergo omnia, quæ ſunt, ſunt ſimul. quod eſt impoſſibile. 92

Caput Secundum, in quo quæritur quid ſit Tempus: probaturq́; ipſum non eſſe motum.

DE ijs igitur, quæ inſunt ipſi, tot ſint dubitata. Quid autem eſt tempus, et quę ipſius natura, ſilr & ex traditis ĩmanifeſtum eſt, & ex ijs, quę fuimus percurrentes prius. Nam qdam vniuerſi eſſe motũ dicunt. Alij ſphæram ipſam. Atqui circũlationis ẽt pars tempus quoddã eſt, circũlatio vero nõ. pars .n. circũlationis eſt quod acceptum ẽ, ſed nõ circũlatio. Amplius aũt, ſi plures eſſent cœli, ſimiliter vtiq; eſſet tempus cuiuslibet ipſorum motus. quare multa tempora ſimul.

Iſta igitur ſunt dubitabilia de rebus, q̃ inueniuntur in tpe. Et etiã qd ipſum ſit, & quã habet naturã latet hoc modo ex hoc, quod recepimus à prædeceſſoribus. Quidã. n. dicunt ipſum eſſe motum totius. Et quidã dicũt ipſum eſſe ſphęrã ipſam. Et, ſi pars tẽporis ſit tẽpus, & pars reuolutionis non ſit reuolutio. qm̃ eſt, ſicut appellatur, pars reuolutionis, nõ reuolutio. Et ẽt, ſi cœli eſſent plures vno, tunc tp̃s eſſet eodẽ mõ motus, cuiuſcũq; modi eorũ, & eſſent plura tp̃a inſimul.

93 Iſta igitur, quæ diximus, ſunt qõnes, quæ faciunt dubitare in eſſe temporis, accepta ex rebus exiſtentibus in tempore, vt diximus de eſſe temporum, & de eſſe præteriti, & futuri: qm̃ ex conſyderatione exiſtente in iſtis rebus prouenit dubitatio in ſuo eſſe. D. d. Et ipſum etiam quid ſit, &c. i. & ſcire etiam ipſum qd ſit, & quæ ſit natura eius, ſi conceſſerimus ipſum eſſe, ſilr latet. & hoc manifeſtum eſt, qm̃ nullus prædeceſſorum dixit de eo aliquod rectũ. D. d. Quidam. n. dicunt, &c. i. & intendit per motum totius, reuolutionẽ totius cõpletam. D. induxit inopinabile, contingens dicẽtibus reuolutionem totius, ſ. motum diurnum, & dixit, licet pars tẽporis ſit tempus, &c. i. & iſte ſermo deſtruitur leuiter, ſ. dicentium tempus eſſe reuolutionem completam. qm̃ pars temporis reuolutionis diurnæ eſt tempus, vt dies, & nox, & pars reuolutionis nõ eſt reuolutio. &, ſi tẽpus eſſet tota reuolutio, tunc pars reuolutionis eſſet reuolutio. Deinde incœpit inducere etiam ſecundam contradictionem, et eſt communis iſti opinioni, & opinioni dicentium quòd tempus eſt motus totius cœli, et partes eius ſunt partes temporis: & eſt opinio Plato. & eſt ſufficientior omnibus alijs: & dixit Et etiam, ſi cœli eſſent, &c. i. &, ſi tempus eẽt motus cœli, cuiuslibet eorum eſſet tempus. ex quo ſequeretur plura tempora eſſe inſimul. ſi. n. tempora eſſent cœli, tunc ipſa eſſent multa ſm numerum cœlorũ. ſi igitur eſſent plures cœli, vt dicunt Antiqui, dicẽtes plures mundos eſſe, tunc neceſſe eſſet vt motus cuiuslibet eorum eſſet tempus. ex quo ſequeretur plura tẽpora eſſe inſimul quod eſt impoſſibile. Et iſta ratiocinatio componitur ex propoſitione dubitabili, & alia, quæ vr̃ impoſſibilis, niſi ſm imaginationem: & eſt illa, in qua ponunt plures cœlos eſſe. &, cum ita ſit, põt aliquis dicere q̧ illud falſum, quod ſequitur ex hoc ſermone, & eſt plura tempora eſſe inſimul, non ſequit̃ ex poſitiõe eius, q̧ tempus eſt motus cœli, ſed ex poſitione eius, q̧ eſt plures cœlos eſſe vno. quod eſt falſum, et impoſſibile. Sed iſta declaratio ẽ alterius modi. qm̃, cum fuerint duo conſequentia ſe complete, et poſuerimus aliquid eſſe ipſum præcedens, aut diſponi p̄ præcedens, neceſſario ſequetur conſequens, licet ſit impoſſibile illud diſponi per præcedens, v.g. quoniam, quia dies ſequitur ortum ſolis, manifeſtũ eſt q̧ in quacunq; hora ponemus ſolem oriri, ſequetur tunc diem eſſe, licet ſolem oriri in illa hora ſit impoſſibile, & ſimiliter omne, quod ponitur volare, ſequitur vt habeat alas, licet ſit impoſſibile ipſum volare. &, quia tempus, & cœlum ſunt conſequentia ſe, vt ponit aduerſarius, dicens tempus eẽ motum cœli, neceſſe eſt, ſi poſuerimus plures cœlos eſſe, vt ſint plura tempora: ſed plura tempora eſſe eſt impoſſibile: ergo id, ex quo ſequit̃ hoc, impoſſibile, eſt impoſſe: & eſt tempus eſſe motum cœli.

Null⁹ prædeceſſorũ dixit de tpe aliqd rectum.

Digreſſio.

Solutio.

Ex hoc ſumit aliquam cõſequẽtiam neciam eẽ, cu⁹ tñ alis. & cõſequẽs ſit impoſſa. Confiſe. 7. ph. cõ. 2. & 8. ph. c. 78.

Vniuerſi autem ſphæra viſa eſt quidẽ dicentibus eſſe tẽpus. quia & in tempore omnia ſunt, & ĩ ipſa vniuerſi ſphæra. Eſt autem ſtultius quod dictum eſt, quàm vt de eo impoſſibilia conſyderemus.

Idem primo topicorum.

Et quidam dixerunt tempus eſſe ſphærã totius. & exiſtimauerunt hoc, quia omnia ſunt in tempore, & ſunt in mundi ſphęra. Et iſte ſermo eſt magis vanus, quàm indigeat probatione.

Cum deſtruxit ſermonem dicentium tẽpus eſſe reuolutionem totius cœli, incœpit inducere aliam opinionem debiliorem: & eſt opinio dicẽtium q̧ tempus eſt ſphæra totius. & induxit rationem eorum. dicebãt enim q̧ omnia ſunt in ſphæra totius: & omnia ſunt in tempore: ergo tempus eſt ſphæra totius. Et decipiebantur in hoc q̧ duæ affirmatiuæ non concludunt in ſecunda figura. & etiam dicere omnia eſſe in tempore, & in ſphęra mũdi non ſignificat idem. & ſic ſermo eorum eſt in falſis propoſitionibus, & figuræ inconſtantis. &, quia concluſio eorum eſt improbabilis p̄ ſe, & etiam ſyllogiſmus eorꝫ eſt falſus ſm formam, et materiam, dixit Et iſte ſermo, &c. Et, qa magis ſufficiens iſtarꝫ opinionũ trium de tpe eſt ſermo dicentiũ ipſum eẽ motũ, reuerſus eſt ad cõtradicendũ huic opinioni. 94

Duę affirmatiuæ nõ concludunt ĩ ſecũda figura. Vide limitationẽ in. 2. ph. cõ. 23. & ĩ hoc. 4. c. 33 & c. 42.

Quoniam autem videtur maxime motus eſſe, ac mutatio quædam tempus, hoc conſyderãdum erit. Vniuſcuiuſq; igitur mutatio, & motus in ipſo, quod mutatur, eſt ſolũ, aut vbi fuerit ipſum, quod mouet̃, & mutatur: tempus autem ſilr & vbiq;, & apud oĩa eſt.

Et, quia exiſtimatur q̧ dignius eſt vt ſit motus, & tranſmutatio, oportet nos intendere hæc in perſcrutatione, et conſyderatione. Dicamus igitur quòd tranſmutatio eſt in omni, quod tranſmutatur, & motus eius eſt in ipſo tranſmutato tantum: & vbi fuerit illud motum, tempus eſt eodem modo in omni loco, & apud quodlibet, & in reſpectu cuiuslibet.

D. q̧ tẽpus eſt dignior vt exiſtimetur q̧ ſit motus, quoniam tempus impoſſibile eſt vt imaginetur, niſi cum motu, & multotiẽs exiſtimatur quòd illud, quod ſequitur rem, ſit ipſa res. Et in hoc ſermone ſunt propoſitiones, quarum vna eſt, quòd Omnis tranſmutatio & omnis motus eſt in moto: & omne motum eſt in aliquo vbi: ergo omnis motus eſt in aliquo vbi: &, quia plura mota ſunt in pluribus vbi, ſequitur vt plures motus ſint in pluribus vbi. Deinde coniungit 95

Tp̃s ĩpoſſe ẽ vt imaginetur, niſi cum motu. Idem infra. c. 97.

huc

huic hãc propoſitionem, dicentem ꝙ tẽpus eſt vnum in omni loco, & apud quodlibet, & in reſpectu cuiuſlibet, & cõcluſit in ſecunda figura ꝙ motus non eſt tẽpus, ſic. Motus non eſt vnus in omni loco, & apud quodlibet: & tempus eſt vnum in omni loco, & apud quodlibet: ergo motus non eſt tempus.

Velox

Tardum

Amplius autem mutatio quidem omnis velocior, aut tardior eſt, tempus aũt non eſt. tardum. n. & velox tempore definiunt̃. Velox. n. eſt, quod in pauco multum mouetur: Tardum autem, quod in multo parum. tempus autem non definitur tempore, neq; quo quantum quid eſt, neq; quo quale.

Et omnis tranſmutatio eſt velocior, aut tardior, & tempus non eſt tale. velox enim, & tardum definiuntur per tẽpus. Velox. n. eſt illud, quod eſt multum ĩ tempore breui: & Tardum eſt illud, quod eſt modicũ in tpe longo. et tẽpus non definit̃ p̃ tẽpus, neq; ſm ꝙ eſt quantum, neq; ſm ꝙ eſt quale.

96 Iſta eſt ſecunda contradictio, & continet quatuor ꝓpoſitiones, quarũ tres ſunt manifeſtæ per ſe, & quarta declarabitur per duas illarũ. cũ igitur propoſitio cõcluſa ex duabus cõiungetur ad tertiã manifeſtam per ſe, ſequetur concluſio. & cõpoſitio earũ eſt ſic. Velox, & tardũ in motibus definiuntur per tẽpus: ſed tempus non definitur per tempus: ergo in ſecunda figura in tẽpore nõ eſt velocitas, & tarditas: ſed in oĩ motu eſt velocitas, et tarditas: ergo in ſecunda figura, tempus non eſt motus. Et dixit Velox. n. eſt illud, quod eſt multum, &c. i. Velox enim eſt illud, quod pertranſit longum ſpatium in tempore breui: & Tardum eſt illud, quod pertranſit breue ſpatium in longo tempore. Et, cum dixit & tempus nõ definitur per tempus, &c. nõ intẽdit ꝙ in tẽpore ſit quodammodo quantũ, & quodãmodo quale: qm̃ tempus eſt quantũ, non quale: ſed intendit ꝙ impoſſibile eſt vt aliquis definiat tẽpus per tempus, neq; ſm quale, ſi hr̃et quale, neq; ſm quãtum ſi haberet, vt inuenimus in motu definitum, ſ. qm̃ velocitas, & tarditas, quæ ſunt in eo, ſunt quale, & definiuntur per tempus: & ſimiliter quantum, quod eſt in eo, definitur per tempus, cum dicitur ꝙ magnus motus eſt in tempore magno, & paruus in paruo.

Tp̃s ẽ q̃tum, & nõ quale.

Caput Tertiũ, oſtendens Tẽpus, quãuis nõ ſit motus, nõ tamen eſſe ſine motu, & declarans quid ſit ipſius motus: ubi datur etiam ipſius Temporis definitio.

Quod igit̃ non eſt motus manifeſtum eſt. nihil aũt referat nobis dicere in p̃ſentia motũ, aut mutationẽ. At vero neq; ſine mutatione. cũ. n. ipſi nihil mutamur ſm intelligẽtiã, aut latet nos mutari, nõ vr̃ nobis fuiſſe tẽpus. ſicuti neq; ĳs, q̃ in Sardo fabuloſe dñr dormire apud Heroas, cum fuerint experrecti. copulant. n. primũ nunc poſteriori nunc, et faciunt vnũ, remouentes ꝑꝑ inſenſibilitatẽ mediũ. Vt igit̃, ſi non eſſet alterũ nunc, ſed vnũ, & idẽ, non eſſet tẽpus, ſic et, qñ latet alterũ eſſe, non vr̃ quod mediũ eſt, eſſe tẽpus. Si igit̃, vt nõ putemus eẽ tempus, tunc accidit nobis, cũ nõ definimus vllã mutationẽ, ſed in vno, & indiuiſibili vr̃ aĩa manere: cũ aũt ſenſerimus, ac definiuerimus, tũc dicimus factũ fuiſſe tẽpus: manifeſtũ eſt ꝙ non eſt ſine motu, ac mutatione tempus.

Cũ nihil ipſi mutamur ſm intelligentiam, aut latet nos trãſmutari, non vr̃ nobis fuiſſe tẽpus.

Manifeſtum eſt igit̃ ꝙ non eſt motus. & non eſt dr̃ia in hoc inter motum, & tranſmutationẽ. Sed non eſt etiã extra motũ. qm̃, ſi nos non fuerimus trãſmutati in nr̃a mente, aut fuerimus tranſmutati, ſed non perceperimus, non reputabimus tempus eſſe, vt dicitur in Apologis de ſomno, qui accidit diuinis in inſula Rhodos, ſ. quia nõ ꝑceperunt, cum ſurrexerunt à ſomno, ſe dormiuiſſe, & coniunxerunt inſtans præcedens ſomnũ ad ſm inſtans, & fecerunt ipſa vnum, & abſtulerunt illud, quod fuit inter, quia non perceperunt ipſum. Quẽadmodum igit̃, ſi inſtans non eſſet diuerſum, ſed idem, non eſſet tempus, ſimiliter &, ſi eſſet diuerſum, & nõ percepiſſemus nos, non reputaremus tempus inter illa duo inſtantia. Si igit̃ nos non comprehenderimus determinare tranſmutationem omnino, ſed exiſtimauerimus nos exiſtere in eadem diſpoſitione indiuiſibili, tunc accidet nobis exiſtimare tẽpus nõ eſſe, & cũ, ſenſerimus trãſmutationẽ terminatã, tũc dicemus tẽpus fuiſſe. Manifeſtũ eſt igit̃ ꝙ tẽpus non eſt extra motũ, & trãſmutationem.

Cum declarauit ꝙ tempus non eſt motus, incœpit innuere ipſum ſequi motũ, & accidere ei, & dixit Manifeſtum ẽ igitur, &c. i. & hoc nomine motus vtimur in hac perſcrutatione large, ſ. tãquam ſynonymo cum hoc nomine tranſmutatio, ita, ꝙ ex hac declaratione hic declaratur ꝙ tempus non eſt aliquod generũ quatuor motuum. D. d. ſed non eſt extra motum, &c. i. ſed apparet per ſe ꝙ impoſſibile eſt vt tempus ſit ſine motu. & hoc manifeſtum eſt. qm̃, cum nos non intellexerimus motum, aut intellexerimus, & poſt tradiderimus obliuioni, non ſciemus tempus, neq; comprehendemus ipſum oĩno. & hoc intendebat, cum dixit non tranſmutabimur nos in noſtra mente, i. non comprehendimus tranſmutationem. Non ſicut exiſtimauit Gal. Gal. n. credidit ꝙ Ariſto. intendebat ꝙ nos non comprehendimus tempus, niſi cum mouemur, i. quando per imaginationem comprehendimus motum: & ꝙ hoc eſt ſignum ꝙ tempus non eſt extra motum. & cum Gal. exiſtimauerit hoc, contradixit Ariſto. & dixit quòd multotiens comprehendimus res quieſcentes, & mouemur, cum omnis imaginatio ſit motus: vt quando comprehendimus polos mundi, & centrum. Sed Ariſt. non intendebat, niſi quod nos nõ ſentimus tempus, quando non ſentim⁹ motum: & quia ª tẽpus non imaginatur ſine motu, & motus poteſt imaginari extra tempus, ſignificat hoc, quòd motus pręcedit tẽpus naturaliter, et ꝙ tẽpus accidit motui: licet ſint cõſequentia ſe complete. Et, cum dixit ꝙ qui non ſentit motum, nõ ſentit tempus, dedit teſtimonium de hoc, quod dicitur de illis, qui dormierunt multis annis, & non perceperunt, iſti. n. cum exiſtimauerunt ꝙ inſtãs præcedens ſuum ſomnum eſt inſtans ſm, aut prope ipſum: quia non perceperunt motum inter illa, exiſtimauerunt ꝙ nõ dormierunt, aut ꝙ dormierunt modicũ,

97

Inuehit contra Gal.

a Tp̃s ñ imaginat̃ ſiñ motu, & motus põt imaginari extra tp̃s. Sed vide oppoſitum. 12. met. c. 29. et hic ĩ tex. ſequẽti, vbi habet philoſophus ꝙ, cũ tp̃s aliq̃d, vr̃ fieri ſit, & motus aliq̃s fieri videt̃. Vide con. Zimar.

D.d. Quēadmodum igiť, &c. & hoc, quod dixit, ſignificat ꝙ tēpus non hēt eſſe extra aīam. & ſermo eius intellectus eſt per ſe. ſ. qm̄ quemadmodum, ſi inſtans fuerit idem, non fiet tempus omnino, ſimiliter, ſi reputauerimus ipſum eſſe idem, non reputabimus tēpus fieri, ſicut accidit illis hoībus, quos dixit. & forte erant illi, quos Macumet numerauit in Alcorano. D.d. Si igitur nos non comprehenderimus, etc. i. quoniā, cum nos non perceperimus, neq; imaginauerimus motum determinatum, ſ. finitum in duo extrema, ſed exiſtimauerimus quòd nullus motus eſt factus in nobis, neque in aliīs, & quòd nos ſumus in eſſe indiuiſibili tunc, accidet nobis tunc non ſentire tempus. Et hoc, quod dixit multotiens accidit dormientibus multū: & etiā qui faciunt opus delectabile fit tempus eis breue: quia delectatio prohibet eos comprehendere motū. et ecōtrario eis, qui laborant. & ideo dixit verificator.

Dormientib⁹, & opus delectabile agētib⁹ fit tēpus breue: ecōtrario laborantibus.

Quod igitur neq; motus, neq; ſine motu tempus eſt manifeſtum eſt. Accipiendum eſt autem, qm̄ querimus qd eſt tempus, hinc incipientibus, qdnam ipſius motus ſit. ſiľ. n. motū ſentimus, & tēpus. Etenim, ſi ſint tenebræ, & nihil ꝑ corpus patiamur, motus autē qdam in anima inſit, confeſtim ſiľ vr̄ quoddam factum fuiſſe & tēpus. at vero &, cum tempus vr̄ fuiſſe aliquod, ſimul & motus qdā fuiſſe vr̄. quare aut motus, aut motus aliquid eſt tempus. cum igitur non ſit motus, neceſſe eſt motus aliquid eſſe ipſum.

Manifeſtum eſt igitur quòd tempus non eſt motus, neq; extra motum. Et, cū noſtra intentio eſt definire tempus, ponemus principium conſyderationis ex hoc loco. conſyderemus igiť qd ſit de motu. qm̄ inſiľ ſentimus motū, & tēpus. Qm̄, ſi fuerimus in obſcuro, & nihil acciderit nr̄is corpibus, ſed in aīa nr̄a acciderit aliqs motus, ſtatim reputabimus tēpus fieri. et ſiľr ēt, cū ſciuerimus aliqd tp̄s fieri, ſtatim reputabimus aliquē motū fieri. ex quo ſequiť ꝙ tp̄s, aut ē motus, aut aliquid motus. &, cum non ſit motus, ſequitur neceſſario vt ſit aliquid motus.

108 Cum dedit differentiam inter numerum acceptū in definitione t̃pis, & numerū ſimplr̃, & numerum, q eſt inſtans, qui eſt cauſa in numeratione prioris, & poſterioris, quemadmodū numerus, qui eſt puncta, eſt cauſa in numeratione lineæ ꝑ lineas, vult inducere accidentia, quibus numerus acceptus in definitiōe t̃pis differt à numero ſimpliciter, et dixit Manifeſtum eſt igitur, i. qm̃ eſt numerus motus, nō ſm̃ q̃ mens accipit illud habens partes tantum, ſed ſecundū quòd accipit illud habens partes priores, & poſteriores. Et fecit rememorationē de hoc in hoc loco propter hoc, q̃ vult conſyderare de accidentibus t̃pis, & ideo dixit & quod eſt continuum, i. & apparet ex hac definitione, q̃ eſt cōtinuum, cū ſit numerus cōtinui, ſ. motus. Et, quia eſt numerus cōtinui, & non eſt numerus ſimplr̃, dedit differentiam inter numerum ſimplr̃ in hoc, q̃ paucitas inuenitur in eo, & inter numerū alicuius, vt deſcēdat ad modum, quo inuenitur in eo paucitas, & multitudo, & d. & habemus accipere, &c. i. & in numero ſimplr̃ inuenit̃ minimū, v.g. duo, aut vnum, ſi intellexerimus ꝑ minimū illud, quod eſt indiuiſibile, ſ. vnitatem. Et, cum declarauit q̃ in numero ſimplr̃ poſſibile eſt inuenire minimū, & indiuiſibile, ſ. vnitatem, declarauit q̃ numerus alicuius eſt econtrario, & q̃ quodāmō inuenitur in eo minimū, & quodāmodo nō, & dixit Quod aūt eſt aliquis numerus, &c. i. illud aūt, q̃ eſt numerus alicuius, poſſe eſt, ſm̃ q̃ eſt numerus vnitatū indiuiſibiliū, in illo genere inueniri minimū eius, &, ſm̃ q̃ eſt numerus alicuius, cui accidit diuiſio in īfinitū, nō īuenit̃ ī eo minimū. D.d. V.g. linea, &c. i. qm̃, cū linea accipiatur, ſm̃ q̃ eſt mēſurans, & numerans, tūc minimū eius erit, aut vna linea: ſi intelligitur ꝑ minimū illud, quod non eſt diuiſibile in illa menſura, ſ. per quod menſurat̃ numerus illius lineæ, & eſt illud, quod eſt ex eo quaſi vnitas: aut duæ lineæ: ſi intelligitur per minimum prima multitudo numeri. duo enim ſunt hmōi, ſ. qm̃ ſunt minima multitudo numeralis. Et, cum declarauit q̃ accidit ei, ſm̃ q̃ eſt numerus, vt ex eo inueniatur minimum illis duobus modis, qbus inuenit̃ in numero, incœpit declarare q̃, ſm̃ q̃ eſt menſura, & non numerus ſimplr̃, accidit ei etiā vt in eo nō inueniatur minimū, & eſt diuiſibile in duo naturalr̃, & dixit menſura, &c. ideſt, qm̃ non diuiditur in indiuiſibile, ſicut diuiditur numerus. & hoc declarabitur in Sexto huius libri. Et, cum declarauit q̃ in continuo quodāmodo inueniuntur propria numero, & quodāmodo propria cōtinuo, & hoc erit, cum numeratur, & t̃ps fuerit continuum, concluſit ex hoc, q̃ t̃ps eſt hmōi, & dixit Et ſimilr̃ eſt de tēpore, i. & quia t̃ps eſt continuum, neceſſe eſt vt in eo inueniatur minimū quodāmodo, & alio modo non inueniatur. ſm̃ igitur quod numeratur, inuenitur in eo minimum, & eſt vnum tempus, per quod numeratur, aut duo tempora: ſm̃ autem quòd eſt menſura, non inuenitur in eo minimum.

Tex. cō. 4. & inde.

Manifeſtum autē eſt & propter quid velox quidem & tardum non dicitur, multum autem & paucum, & longum & breue. quatenus enim continuum eſt, longum & breue dicitur, quatenus autem numerus, multū & paucum. velox autem et tardum non eſt. non enim numerus, quo numeramus, velox, & tardus vllus.

Manifeſtum eſt igitur, q̃ in eo nō dicitur velox & tardum, & dicitur in eo multum & paucum, et longum & breue. ſm̃ enim quòd eſt continuum eſt longum, & breue, ſm̃ autem quod eſt numerus eſt multum, & paucum. velox vero, & tardum non eſt. quoniā neque numerus, per quem numeratur, eſt velox, aut tardus omnino.

Hic dat tria propria tempori: quorum Vnum eſt q̃ non eſt uelox aut tardum; Secūdum aūt eſt, qm̃ pōt dici multum 105

ci multum

Tria ꝓpria tempori.

ei multum, & paucum, quod eſt propriũ numero: Tertium aũt eſt, qm̃ eſt longum et breue, quod eſt propriũ quãtitatis continuę. & hoc põt dici, ſm ꝙ eſt cõtinuũ, id eſt, quia ſequitur continuum. multum vero & paucum põt dici, ſm ꝙ eſt numerus. velox aũt, & tardum non põt dici, quia eſt numerus: & numerus nõ põt diſponi per alterum iſtorum oppoſitorum: & contraria ſunt falſa in eo, quod nõ eſt ſubiectum propriũ eis. qđ non accidit in contrarijs. Et quęret aliquis, ſi tp̃s quodãmodo ẽ cõtinuũ, & quodãmodo diſcretũ, q̃re definitum eſt per diſcretum, cum dr̃ ipſum eſſe numerũ? Dicamus igitur ad hoc, ꝙ extra mentẽ non eſt niſi motũ; & tp̃s non fit, niſi qñ mens diuidit motum in prius, & poſterius: & hæc eſt intentio numeri motus, i. motum eſſe numeratum: ergo ſubſtãtia tẽporis, quę eſt in [a] eo, quaſi forma, eſt numerus, & quod eſt in eo, quaſi materia, eſt motus cõtinuus: qm̃ non eſt numerus ſimpliciter, ſed numerus motus. cõtinuatio igiť accidit ei grã materiæ, & diſcretio, ſ. numerus gratia formæ. & eſt cõpoſitum ex duabus quantitatibus. ſ. diſcreta, & continua. & iſta cõpoſitio accidit menſuris, qñ diuiduntť. & conſyderatio, quæ eſt in decimo Euclidis eſt de magnitudinibus. in illo enim tractatu conſyderat de magnitudinibus, ſm ꝙ ſunt numerus.

Dubium.

Solutio. Tp̃s non fit, niſi qñ mens diuidit motũ ĩ pri⁹, & poſterius. Conſile ſuꝑ cõ. 88. 104.

a Illud, qđ ẽ in ſubã tp̃is, qũ for̃a, ẽ numerus, & illud qđ eſt qũ materia, eſt motus continuus.

Et idem ẽt vbiq; ſimul eſt. prius aũt, & poſterius non idem. quia et mutatio p̃ſens quidem vna eſt: facta vero, et futura, altera. Tp̃s aũt numerus eſt, non quo numeramus, ſed qui numerať. hoc aũt accidit ſm prius, & poſterius ſemper alterum. ipſa enim nunc altera ſunt. Eſt autem numerus, vnus qdem, & idem centum equorum, & centum hominũ: quorũ autem numerus eſt, altera ſunt, equi ſcilicet ab hominibus.

Tp̃s ẽ numerus, nõ quo numeramus, ſed q numerať. Idẽ ſuꝑ tex. 102.

Et in omni loco, quod vere eſt ĩſimul, eſt idem. prius autem, & poſterius non eſt idẽ. quoniã tranſmutatio etiam præſens non eſt idem: quod autẽ fuit, & erit, eſt diuerſum. Et tẽpus non numerus eſt, per quem numeratur, ſed numerus numeratus, & contingit huic, vt prius, & poſterius ex eo ſint ſemper diuerſa, quoniam inſtãtia ſunt diuerſa. Et numerus centum equorum, & numerus centũ hominum eſt idem: illa autem, quorũ eſt hic, ſunt diuerſa, quia ſunt equi, & homines.

Nititur in hoc ſermone narrare accidentia, quę accidunt tp̃i, ſm ꝙ eſt numerus, & accidentia, quibus differt à numero, ſm ꝙ nõ eſt numerus ſimpl'r, ſed numerus numeratus. Et dixit Et in oĩ loco, &c. i. & in oĩ loco illud, quod accipitur de tempore præſenti, i. in actu eſt idem & in omni motu, & in omni loco. & cauſa in hoc eſt, qm̃ inſtans non multiplicatur ꝑ multiplicationem motorum, aut motuũ, cum ſit numerus eorum, et numerus non multiplicatur ꝑ multiplicationẽ numerati. Et, cum declarauit hoc, quod accidit tp̃i, ſm ꝙ eſt numerus, incœpit ẽt declarare ꝙ accidit ei, ſm ꝙ ẽ numeratum. i. numerus motus, et non numerus ſimpliciter, & dixit prius aũt, & poſterius, &c. i. prius, autẽ, & poſterius tp̃is eſt idẽ ſm ſubiectũ, ſed eſt diuerſum ſm definitionem. & hoc nõ accidit in numero ſimpl'r, ſed hoc accidit tp̃i, quia tp̃s numerus tranſmutati, & trãſmutatum eſt idem ſm definitionem, & ſubiectũ. prius vero, & poſterius diuerſantur ſm definitionẽ, ſ. in prioritate, & poſteritate, vt dictum eſt ſuperius. D. d. Et tp̃s nõ eſt numerus, &c. & itẽdebat declarare ꝑ hoc, ꝙ ex hoc modo accidit ei diuerſitas in p̃terito, & futuro, & vl'r in priori, & poſteriori: & hoc eſt æquale inſtanti, & tp̃i. & ideo dixit poſt, & contingit hoc, &c. i. & ſeqtur ex hoc ꝙ tp̃s eſt numerus, & numeratum, i. numerus motus, vt prius ex eo, & poſterius diuerſenť ſm definitionem: licet ſint vnum ſm ſubiectum. D. d. inſtantia enim ſunt diuerſa, i. ſm prioritatem, & poſteritatem. D. d. Et numerus centum equorũ, &c. declarauit ex hoc, qm̃ eſt proprium numero ſimpl'r hoc, ꝙ non multiplicatur ꝑ multiplicationem ſuorũ ſubiectorum, & ꝙ ſubiecta multiplicantur, & ꝙ illud, quod eſt numerus quodã modo, & numeratũ alio modo, ſicut eſt diſpoſitio in tẽpore, accidit ei vtrũq;, ſ. multiplicari per multiplicationẽ ſubiecti, & adunari per formã, ſ. ſm ꝙ eſt numerus. & ex hoc modo prius, & poſterius in tp̃e ſunt idem in omnibus motibus, non multiplicata per multiplicationem eorum: ſicut eſt diſpoſitio in inſtanti. Et cauſa in hoc eſt. qm̃ eſt prius, & poſterius in motu continẽti totũ. & ideo oĩa ſunt in tempore, quã ſunt in ſphęra mundi. vnde quidam exiſtimauerunt tẽpus eſſe ſphęram, aut mundum.

110

Com. 99.

Amplius aũt, vt cõtingit motũ eſſe eundem, & vnum iterum, & iterũ, ſic & tp̃s contingit, vt annum, aut ver, aut autumnum.

Nõ ſolũ motũ tp̃e metimur, ſed & motu tẽpus. Vide cõtradictiones Zim.

Et etiam ſicut eſt poſſibile, vt idem motus iteretur poſt alium, ſimiliter eſt hoc poſſibile etiam in tempore, verbi gratia hyems, & ver, & autumnus.

111 Declarat hoc ꝙ accidit tp̃i illud, quod accidit motui circulari. & hoc demonſtrat ipſum ſequi motum circularem, nõ motum rectũ. motus enim, q põt iterari iterum poſt alium, eſt idẽ cũ circulari. & adduxit ſermonem ſm modum ſermonis, dicentis cãm eius, ꝙ eſt tẽpus circulare. Et quaſi aliquis diceret, quõ eſt poſſibile tp̃s reuolui? Et tunc dicetur illi, quia declaratum eſt ipſum ſequi motum, &, quẽadmodũ poſſibile eſt eundem motum reuolui in ſe, ſ. circularem, ſimiliter tẽpus, v. g. hyemem, & autumnum, & ęſtatem, & ver, quoniam vnumquodq; reuoluitur.

Tp̃s ſequiť motũ circularẽ, nõ motũ rectum.

Non ſolum autẽ motum tempore metimur, ſed & motu tempus: propterea ꝙ à ſeinuicem definiuntur. tempus enim definit motum, cum ſit numerus ipſius: motus aũt tempus. et dicimus multum, aut paucum tẽpus, motu metientes: ſicuti numerabili numerũ, vt equo vno equorum numerum. numero enim equorum multitudinẽ cognoſcimus: rurſus aũt in vno equo ipſum equorum numerum. ſimiliter aũt & in tp̃e, & motu. tp̃e enim motũ, motu aũt tempus mẽſuramus.

Et non ſolũmodo motus mẽſurať per tẽpus, ſed tp̃s per motum etiam: qm̃ vtrũq; determinat reliquũ. per tempus enim determinať motus, quia eſt numerus illius: & qñq; etiam tempus per motũ. dicimus enim tempus magnum, & paruum nos menſurando ipſum per motum. quemadmodũ etiam per numeratum terminamus numerũ. v. g. qm̃ qñq; notificamus numerũ iſtorum equorũ

per vnum equum illorũ, quemadmodũ igitur per numerum notificamus numerum equorum, & per vnum equum etiam notificamus illum numerum, ita eſt etiam de tempore, & motu. menſuramus enim tempus p motum, & motum per tempus etiam.

112 Quia ſubſtantia tp̃is eſt aliquis numerus, & actio numeri eſt mẽſurare, iõ actio ſubſtãtiæ tẽporis eſt mẽſurare motum. Et, quia numero accidit ei per accidẽs ipſum numerari p numeratum, & iõ cõtingit tp̃i etiã per accidens ipſm menſurari per motum, dixit Et non ſolũmodo, &c. & intelligendum eſt ex hoc, q̃ tp̃s mẽſurat motum, q̃ hoc eſt eſſentiale ei, & ex hoc, q̃ motus menſurat tp̃s, quod hoc eſt accidens ei. Et, cũ narrauit q̃ vtrunq; mẽſurat reliquum hoc modo, quo diximus, dedit cãm in hoc, & dixit qm̃ vtrunq;, &c. i. & neceſſe eſt vt vtrunq; menſuret reliquũ, quia vtriuſq; paucitas, & multitudo determinatur in eo p reliquũ: & omne, quod determinatur p aliud, eſt menſuratum per illud. D. diſtinxit hoc, & d. per tp̃s enim, &c. i. per tẽpus vero determinať motus eſſentialiter, qm̃ ſubſtãtia tp̃is eſt numerus motus. &, quia determinatio tp̃is per motum eſt per accidens, dixit & q̃nq;, &c. i. & demonſtrat per hoc, q̃ dixit q̃nq;, q̃ hoc raro accidit, & q̃ eſt per accidens. D. declarauit hoc, & dixit dicimus enim, &c. i. & nos cõprehendimus tp̃s eſſe magnũ, cũ nos comprehendimus q̃ motus, quem ſeq̃tur tp̃s, eſt magnus. D. declarauit modũ, ex quo accidit tempori menſurari per motum, & eſt modus, ex quo accidit numerato menſurare numerũ, & dixit qm̃ menſurať p motum, &c. i. & accidit nobis menſurare tp̃s per motum, ſicut accidit nobis numerare per numeratũ in aliqua hora ipſm numerum: licet rectum ſit numerare numeratum per numerum. ſed, cum dubitamus de numero, tunc numeramus ipſm per numeratũ: vt accidit numerantibus, qñ ſignificat numeros digitis: & accidit nobis ſicut dixit numerare numerum iſtorũ equorum per vnum equũ illorum, qñ dubitauerimus de numero illorũ: qm̃ prius cognoſcimus p vnũ numerũ, numerũ equorũ: et, cum dubitamus de numero illorũ, cognoſcimus hoc per ipſos equos. Et, quia proportionalitas in hoc inter numerum, & numeratum, & motũ, & tẽpus, eſt vera, ſ. in hoc, q̃ vtrũq; numerat reliquum eo modo, quo diximus, ſ. qm̃ vnum numerat alterũ eẽntialiter, & alterum numerat illud p accidens, d. queadmodum igiť cognoſcimus per numerũ, &c. i. queadmodũ igiť per numerũ ſcimus numeratum, ſic ſcimus numerum iſtorũ equorũ per numerum, cum numerus eorum fuerit cognitus, ſilr per numeratum, quod eſt equus vnus, ſcimus numerũ illorum, cum acciderit nobis dubitare, aut errare in numero illorum. & ita eſt de tempore cũ motu, & accidit nobis vt numerũ numerari p numeratũ ſit per accidẽs. qm̃ non facimus hoc ſemper in p̃nº, ſicut facimus hoc in menſuratione numerati per numerũ: ſed facimus hoc per accñs, ſ. q̃ illud, q̃ eſt notius apud nos naturalr, eſt numerus, & ignoratũ naturaliter eſt numeratũ: & ſic ſemp per notius, quod eſt numerus, ſcimus latentius, quod eſt numeratũ. &, ſi poſt hanc cognitionem accidit nobis errare, aut dubitare in numero, tunc reuertimur, & ſcimus numerũ per ipſum numeratum. et ſm hoc eſt intelligendum de numero, & numerato, & motu, & tempore, ſcilicet in hoc, q̃ vtrunq; numerat reliquum.

Tpi p accñs cõtingit ipſm menſurari. Idẽ ſup̃ cõ. 102. & infra 115.

Licet rectus ſit numerare numeratũ p numerũ: tñ cũ dubitam⁹ de numero, tũc nũeram⁹ ipſm p numeratum.

Et hoc rationabiliter accidit. Seq̃tur enĩ magnitudinẽ motus, motũ aũt tẽpus, ex eo, q̃a quanta, & continua, † { et diſcreta ſunt. } propterea enim q̃ magnitudo eſt hmõi, motus hæc patitur: propter aũt motum tp̃s. Atq; menſuramus & magnitudinẽ, motu, & motum magnitudine. multã enim dicimus eſſe viam, ſi ambulatio multa eſt, & hanc, multã, ſi via multa ſit: & tp̃s, ſi mot⁹, et motũ, ſi tp̃s.

† a.l. diuiſibilia ſunt.

Et recte ſequitur hoc. Qm̃ motus ſequiť quantitatẽ, & tp̃s ſequitur motum, quia eſt de quãtitate, & eſt de diuiſibili. qm̃, ſm q̃ mẽſura eſt talis, motus eſt talis: & q̃a motus ẽ talis, tp̃s eſt tale. Et ẽt mẽſura mẽſurať per motũ, & motus per menſurã. dicimus enim viã eſſe longã, qñ curſus fuerit lõgus, & dicimus curſum eſſe lõgũ, qñ via fuerit longa: & dicimus de tp̃e ſm motum, & de motu ſm tp̃s.

Id eſt recte contingit vt tp̃s menſuret motum. qm̃ queadmodum motus ſeq̃tur menſurã in hoc, quod eſt de quanto, & de continuo, et diuiſibili, ſ. qm̃ iſta eſſe in motu ẽ propter illa eſſe in mẽſura, ſimiliter tp̃s ſequitur motum in habendo iſta, ſ. quia eſt quãtum diſcretum quodã modo, & continuum alio modo, i. q̃ iſta ſunt in eo, propter hoc, q̃ ſunt in motu. Et hoc intendebat, cũ dixit qm̃ ſm q̃ mẽſura eſt talis, &c. i. qm̃, ſm q̃ menſura eſt hmõi continuationis, & diſcretionis, & quantitatis, ideo motus eſt hmõi de quãtitate, & diſcretione, & continuatione: &, quia motus eſt hmõi de cõtinuatione, aut diſcretione, iõ tp̃s eſt hmõi. Et intẽdebat p hoc declarare q̃ cauſa in hoc, q̃ accidit tp̃i, ſ. q̃ menſuratur per motum eſt, quia motus eſt cauſa in eſſe eius, ſm q̃ eſt ſubiectum illius. & ideo accidit ei, cum fuerit imaginatum ipſm eſſe menſurã extenſam per extenſionem motus, menſurari per motum ſm modũ, quo mẽſurat motum. ſed differunt, qm̃ motum mẽſurare ipſm eſt accidens motui: tp̃s vero menſurare motum eſt illi eſſentiale: cũ eſſentia eius ſit mẽſurare motum. Et, q̃a diſpoſitio tp̃is in hoc cum motu eſt ſicut diſpoſitio motus cum menſura, ſ. qm̃ menſuram eſſe eſt cã in eſſe motus, narrauit q̃ ſimiliter accidit quantitati etiam cum motu de menſuratione vtriuſq; à reliquo, ſicut accidit tempori cum motu, & dixit Et etiam mẽſura mẽſuratur per motũ, &c. D. d. & dicamus de tp̃e ſm motũ, i. & menſuramus tp̃s per motũ. Sed ſciendũ eſt q̃ ſubſtantia motus nõ eſt in menſuratione ſpatij, ſicut ſubſtantia tp̃is eſt in menſuratione motus. 113

Docum' tũ.

Motũ mẽſurare tp̃s eſt accñs motui: ſed tp̃s mẽſurare motũ ẽ illi eẽntiale: cũ eẽntia ei' ſit mẽſurare motũ. Idẽ ſupra cõ. 102. 111. & infra 133.

Documẽtũ.

Caput Sextũ. Quid ſit in Tempore eſſe. Quæ ſint ea, quæ ſunt in Tempore, et quæ non ſunt in tempore. Tempuſq;, ut motum, ita & quietem menſurare.

QVoniam aũt tempus eſt menſura motus, ipſiuſq; moueri, metiť aũt * hoc motum determinãdo quendã motum, qui menſurabit totum, ſicut & longitudinem cubitus, determinando aliquam magnitudinem, quæ remetieť totam, & eſt motui, in tempore eſſe, menſurari tempore, & ipſum, & eſſe ipſius: ſimul enim motũ, & eẽ motus menſurat: & hoc eſt ipſi in tempore eſſe, menſurari ipſius eſſe:

* a.l. ita. Vide cõtradictiões Zimar.

Motui i tp̃e eẽ ẽ ipſm menſurari tp̃e.

Et, quia tempus menſurat motũ, & moueri, & motus mẽſuratur, quando per illud terminať aliquis motus, per quem numerať

totus

totus motus,ſicut per cubitum numeramus longum, quãdo per ipſum terminamus aliquam menſurã,per quã menſurat̃ totũ. motum enim eſſe in tempore eſt,quia tẽpus mẽſurat eſſentiã eius,qm̃ menſurat inſimul motũ,& eſſentiã eius. & intentio eius, quod eſt in tpe,eſt,quia numerat eſſentiã eius.

114 Intendit narrare qũo dr̃ q̃ tranſmutabilia ſunt in tpe,& incœpit à motu, cum manifeſtius ſe habeat ad tp̃s,& dixit Et,quia tp̃s,&c.i.&,quia tp̃s eſt illud,per quod menſuratur motus.qm̃ nos menſuramus motũ, ita,q̃ per tp̃s determinamus aliquam partem motus, ſ.qñ per aliquã partem terminatam tp̃is terminamus aliquã partem terminatã motus,ſ.æqualem ei, & poſt per illam partem menſuramus totum motum.v.g. cũ dixerimus q̃ iſte motus fuerit in qnq; horis. iſta enim mẽſuratio motus eſt,qñ acceperimus vnã horã,& determinauerimus per illã aliquã partem motus æqualẽ ei,& poſt per illã partem menſuramus alias partes motus,ſicut accipimus vnum cubitum,& terminamus p ip̃m aliquã partem illius,quod volumus numerare,& poſt menſuramus,ipſum per illam partem cognitam. quemadmodũ igitur cubitus hic eſt notior apud nos q̃; illud,quod menſuratur per cubitum, ita iſta pars tẽporis debet eſſe notior,q̃ motus menſuratus per tempus:& iſta pars tp̃is debet ſciri per notiorem motuũ, & priorem illorum,qui eſt motus diurnus,vt poſt dicet. D.d. illud,quod ſeqtur ex hoc,& eſt q̃ dicere motum eſſe in tempore eſt idem cum dicere tp̃s menſurare illum motum,hæc eſt iotentio eius, quod dicimus, q̃ oumeratũ eſt in oumero. &.d. motũ enim eẽ in tpe, &c.i.&, cum ita ſit de mõ menſurationis motus à tẽpore,ergo intentio eius,quod dicimus q̃ motus eſt in tpe,eſt q̃ motus menſuratur per tp̃s,ſ.qm̃ motus mẽſurat ipſum,nõ eſſe ipſius: [a] tempus vero mẽſurat de motu vtrũq;,ſ.quantitatem,& eſſe. & hoc accidit motui: quia nõ eſt ens ſm oẽs ſuas partes in actu: ſicut eſt diſpoſitio in mẽſura. & forte hoc intendebat, cũ.d. mẽſurat inſimul,&c.D.d. & intẽtio eius,q̃d eſt in tpe, &c. .i.et intẽtio eius,quod dicimus,q̃ oĩs motus eſt in tpe, nihil aliud eſt q̃ hoc,q̃ tempus menſurat eſſe eius.

[a] Tp̃s mẽſurat de motu vtrũq;,ſ. q̃titatẽ,& eſſe. & hoc accidit motui:q̃a non hẽt oẽs ptes i actu: ſicut eſt diſpõ in menſura.

Manifeſtum eſt quòd & alijs hoc eſt ip̃m in tempore eſſe,menſurari ipſorum eſſe à tẽpore.In tẽpore enim eſſe duorũ eſt alterum. vnum quidem eſſe tunc,quando tp̃s eſt, alterũ autem,vt quædam dicimus, q̃ in numero ſunt. hoc aũt ſignificat,aut vt partem numeri,& paſſionẽ,& omnino q̃ numeri aliquid eſt,aut q̃ eſt ipſius numerus. Quoniam autẽ numerus tp̃s eſt, ipſum q̃dẽ nunc, & prius, & quæcunq; ſunt hmõi ſic in tempore ſunt, vt in numero vnitas,& impar & par.hæc.n. numeri aliquid, illa vero temporis aliquid ſunt. Res autẽ,vt in numero,ita in tempore ſunt. ſi aũt hoc eſt,continentur à numero, ſicut & ea,quæ ſunt in loco,à loco.

Vide contradictiones Zim.

Et manifeſtum eſt quod de alijs intentio eius, q̃ ſunt ĩ tpe,eſt, q̃ tp̃s numerat q̃ditatẽ eorũ. Qm̃ aliquid eſſe in tpe habet duas intẽtiones. quarum vna eſt,vt aliquid ſit, cũ tempus fuerit,& alia,ſicut dicimus, de quibuſdã rebus,q̃ ſunt in numero. & iſte ſermo ſignificat, aut illud,quod eſt quaſi ps numeri, aut accidens ei, & vr̃ aliquod attributum numero,aut q̃ habet numerum. Et,quia tp̃s eſt numerus,inſtans prius,& poſterius,et alia ſimilia ſunt in tpe, ſicut vnitas in numero,& par,et impar. iſta enim attribuũtur numero, & illa tpi. Et res ſunt in tpe, ſicut ſunt in numero. &,cũ ita ſit,numerus continet illas,ſicut locus continet illud,quod eſt in loco.

Et manifeſtum eſt ẽt, q̃ inteotio eius, q̃ alia ſunt in tpe,eſt q̃ tempus mẽſurat eſſentiam illorum,i. eſſe eorum,& q̃ attributio illorum tempori eſt, ſm q̃ tẽpus continet illa ad modum eius, q̃ numerus continet numeratum. Et,cum poſuit hoc poſitiõe,incœpit declarare illud,&.d.Qm̃ aliquid eſſe in tpe habet duas intẽtiooes,&c.i. & hoc apparet, qm̃ dicere aliquid eſſe in tempore habet alteram iſtarum duarum intẽtionum. Quarum Vna eſt,vt tp̃s ſit coniunctũ cũ eſſe eius,ita, q̃ ſit aliud ab eo,oon cõtinuum cum eo, ſed ſeparatũ, coniunctum tm̃ in eſſe.ſ.vt inter illa non ſit ligatio, niſi in eſſe eorum inſimul.Secunda aũt intentio eſt vt intẽtio eius,quod dicimus aliquid eſſe in tpe eſt aliquid eẽ io numero. Et facit hãc diuiſionem bimembrem. qm̃ notum eſt q̃ ens attribuitur tpi, ſm q̃ eſt coniunctum ei,non ſm q̃ accipit̃ in definitione rei,tanq̃ pars illius, neq; q̃ res accipiatur in definitione illius. &,cum tempus ſit cõiunctum,nõ remanet vt attribuatur ei illud, quod eſt in tẽpore,niſi aut ſicut numeratum attribuit numero,aut ſicut aliquid attribuitur illi, quod exiſtit cum eo: licet aliqs poſſit dicere q̃ adhuc eſt iſta tertia ps poſſibilis,q̃ eſt attributio partis rei ad rem, & accidentium illius ad ipſam rem. et ideo iam cito poſt induxit illam, qñ diuiſit aliquid attribui numero,cum d.& iſte ſermo,&c.ſed apparet vr̃ q̃ ſuſtentatus eſt in hac declaratione ſup hoc, quod prius declarauit,ſ.q̃ tempus eſt aliqs numerus:& illa,quę induxit,ſunt ad confirmandũ. Et,cum poſuit q̃ res attribuitur tpi altero duorum modorum,aut ſicut res,quæ inuenitur in numero,attribuitur numero,aut ſicut illud eſt coniunctũ alicui in eſſe ad ipſum,cui coniungitur,reuerſus eſt ad diuidendum ipſum, quod eſt aliquid eſſe in numero, &.d.& iſte ſermo ſignificat,&c,i. Et intendit p partẽ illud,quod eſt in numero,quaſi ſpẽs, & differentię, & per accñs cõſequeotia eſſentialia, & per attributum illud,quod eſt cõe accidentibus. Et intendit per hoc,q̃ dixit,aut q̃ habet oumerum hoc,ſ.aut quod attribuitur ei,ita,q̃ ſit numeratum ab eo,ita,q̃ ip̃m ſit numerus illius. & quaſi d. & res attribuitur numero, aut ſicut aliquid,quod accipitur in definitiõe numeri, aut ſicut aliq̃d,in cuius definitione accipit̃ numerus,ſ. accidẽtia eẽntilia, aut ſicut ea, quorũ vtrũq; accipit̃ in definitione alterius, & ſunt correlatiua, quæ ſunt in numero, vt duplum, & dimidium,aut ſicut numeratum attribuitur ei: & hoc eſt ſimile attributioni continentis ad contentũ. Et, cum poſuit hoc,incœpit narrare q̃d inuenitur ex iſtis in tpe:licet hoc nõ fuerit intẽtio eius, qm̃ iotentio eius fuit declarare, q̃uo attribuuntur tempori res exiſtentes in tpe, ſed vidit q̃,cum fuerit declaratum quæ ſunt illa, quę ſunt de tpe, ſicut partes numeri de numero, & accidẽtia eius, declarabitur ex hoc q̃ attributio rerũ tpi eſt alia. Et d. Et,q̃a tempus,&c.i., &,quia tempus eſt numerus,neceſſe eſt vt in eo ſint ẽt aliqua, quæ ita ſint in eo, ſicut vnitas, & par de numero:& ſunt inſtantia,quæ multiplicãtur per prius,& poſterius, vt declaratum eſt prius. ꝓportio.n. iſtarum ad tp̃s eſt ſimilis proportioni differentiarũ numeri ad numerum,

115 Aliquid eſſe in tpe dupl̃r contingit.

Documẽtum

merum. & hoc intendebat, cum dixit, iſta enim attribuuntur numero, &c. Et, cum poſuit ꝙ tp̃s eſt numerus, & ꝙ illa, quæ attribuuntur numero, ſunt duobus modis, aut de natura numeri, aut numerata, quæ continet numerus, & eſt declaratum ꝙ illa, quæ ſunt in tp̃e, quæ ſunt illa, q̃ ſunt de natura numeri ſunt alia ab eis, quæ ſunt in tempore, concluſit ex hoc, ꝙ illa, quæ ſunt in tẽpore, attribuuntur tp̃i, ſm ꝙ numeratum attribuitur numero, & dixit Et res ſunt in tẽpore, &c. & forte induxit cito hanc concluſionẽ, anteq̃ deſtrueret tertiam diuiſionem, quæ eſt vna diuiſionũ ſyllogiſmi: quia iam declaratũ eſt ꝙ tp̃s eſt numerus. &, cũ ita ſit, illa, quę attribuũtur ei, ſunt duobus modis, aut partes, aut accidentia ei, aut numerata ab eo. &, quia illa quę ſunt ex eo quaſi partes, et accidentia, ſunt alia ab eis, quę dicuntur eſſe in tp̃e, ſequitur vt illa, quæ dicuntur eſſe in tp̃e, attribuantur ei, ſm ꝙ numeratum attribuitur numero. & quaſi induxit tertiam diuiſionem ad confirmandũ, nõ quia eſt neceſſaria in hoc ſyllogiſmo. D. d. numerus. n. cõtinet illas, & c. i. &, quia res ſunt in tp̃e, ſicut numerata in numero: & numerus continet numerata ſm modum ſimilem ei, ſm quem locus cõtinet locatũ: neceſſe eſt vt tempus contineat numerata.

Manifeſtum aũt eſt et ꝙ non eſt in tẽpore eſſe, eſſe qñ tẽpus eſt, ſicut neq; in motu eſſe, neq; in loco, quando motus, & locus eſt. Si enĩ erit id, quod eſt in aliquo, ſic, omnes res in quolibet erunt, & cœlum in milio. quãdo enim miliũ eſt, & cœlum eſt. ſed hoc quidẽ accidit, illud aũt neceſſe eſt cõſequi, & id, qđ eſt in tp̃e, eſſe quoddã tp̃s, qñ & illud eſt, & id, quod eſt in motu, eſſe tunc motum.

Et eſt manifeſtũ ꝙ intentio eius, ꝙ aliquid eſt in tẽpore, non eſt ꝙ aliquid ſit, cũ tempus fuerit, quemadmodũ intentio eius, ꝙ eſt aliquid eſſe in motu, nõ eſt vt ipſum ſit, cũ fuerit motus, neq; intentio eius, ꝙ eſt aliquid eẽ in loco, eſt vt ipſum ſit, cũ fuerit locus. Qm̃, ſi aliquid eſſe in loco, habet hãc intentionẽ, neceſſe eſt vt oĩa ſint in quolibet, & cœlũ in milio. qm̃, cũ vnum granũ milij fuerit, cœlũ erit ẽt, ſed per accidens. neceſſariũ vero eſt, vt ſemp ſequat̃ aliqd eſſe in tẽpore aliquod tp̃s eſſe, cũ illud fuerit, aut ſequat̃ aliqd eſſe in motu motũ eſſe in illa hora.

116 Cõtinuatio. Cum diuiſit attributionem rerum tp̃i in attributionem cõiunctionis, & I attributionẽ rei ad numerũ, & diuiſit attributionem rei ad numerum in duo, quorũ vnum eſt attributio rerum eſſentialiũ, quæ ſunt in numero ad numerum, et aliud attributio eſt numerati ad numerũ, & declarauit quæ ſunt illa, quę ita attribuuntur tp̃i, ſicut res eſſentiales attribuuntur numero, cum tp̃s ſit numerus, feſtinauit, & poſuit ꝙ ꝓportio entiũ, quæ ſunt in tp̃e, ad tempus eſt ſicut ꝓportio numerati ad numerum, anteq̃ deſtrueret tertiã diuiſionem. Et fecit hoc, ſicut diximus, quia concluſio erat verificata ei propter hoc, quod declarauit prius de tempore, qm̃ eſt aliqs numerus. &, cũ fecit hoc, intẽdebat cõplere primã rõnem, à qua incœpit. & iõ reuerſus eſt ad deſtruẽdũ primã diuiſionẽ, à q̃ incœpit ſermonẽ, & dixit

Expoſitio. Et manifeſtum eſt, &c. i. qm̃, cum manifeſtum eſt per ſe, ꝙ dicere aliquid eſſe in tp̃e eſt ſicut dicere aliqd eſſe in motu: & eſt manifeſtũ per ſe ꝙ aliquid eſſe in motu non eſt intẽtio eius, quod eſt, qñ motus fuerit: ergo neceſſe eſt vt intentio eius, ꝙ aliquid ſit in tp̃e non ſit, ut cum fuerit, erit tp̃s. &, quia proportio eſſe alicuius ad tp̃s eſt ſimilis proportioni eſſe eius ad locum, et eſt manifeſtum ꝙ res nõ attribuitur loco, ita, ꝙ erit, cum fuerit locus, ideo neceſſe eſt, vt ita attribuat̃ tẽpori. & iõ dixit poſt neq; intentio, &c. Et, cum dedit rõnem ad deſtruendũ vt aliqd attribuatur loco attributione cõiunctionis, incœpit confirmare rõnem ſuam inducendo inopinabile ſequẽs hanc põnem in loco, ſ. dicere ꝙ intentio eius, quod eſt aliquid eſſe in loco eſt ꝙ, cum fuerit locus, erit res. & dixit Qm̃, ſi intentio eius, qđ eſt aliqd eſſe in loco, &c. i. qm̃ ſi intẽtio eius, quod eſt aliqd eſſe in loco eſt vt ſit, qñ locus fuerit, tunc intẽtio eius non erit, niſi hoc, ꝙ locus rei ſit oẽ, quod, cum fuerit, erit res ſm coniunctionem, non ſm eſſentiam. &, cum ita ſit, & coniunctiones ſunt plures, tũc idem erit in plurib⁹ infinitis. & magis inopinabile eſt ꝙ, ſi locus eſt illud, qđ, cũ fuerit, erit res, &, qñ miliũ fuerit, erit cœlum, tunc ſeqtur vt cœlum ſit in milio. D. d. ſed hoc eſt per accidens, i. ſed iſta cõſecutio eſt per accidens, ſ. dicere ꝙ, cum fuerit milium, erit cœlum. & ſilr dicere ꝙ, cum fuerit tp̃s, erit homo, &, cum fuerit homo, erit tp̃s. D. d. neceſſarium vero eſt, &c. i. conſecutio aũt neceſſaria eſt, ut ſemp ſequatur ex eſſe alicuius in tp̃e eſſe tp̃is proprij illi rei, non eſſe tp̃is ſimpliciter: & ſilr conſecutio neceſſaria motus ex eſſe alicu⁹, quod eſt in motu, non eſt conſecutio ſimplr, ſ. ꝙ, cum aliquid fuerit, erit mot⁹ ſimplr: ſed cõſecutio neceſſaria in hoc eſt, ꝙ, cum aliquid fuerit, erit motus proprius ei. Et intendebat per hoc declarare differentiam inter conſecutionem eſſentialem, & accidentalem. dicere enim aliquid eſſe in tp̃e ꝓprio ſibi eſt dicere, ꝙ, cũ fuerit, erit ꝓpter hoc illud tempus proprium ei. iſta igitur eſt conſecutio neceſſaria. & non eſt differentia inter dicere quòd aliquid eſt in tempore, aut dicere ꝙ, cum fuerit tẽpus, erit illud, quod eſt in illo tempore. Documẽtũ.

Quoniam aũt eſt, vt in numero, eſſe in tẽpore, accipietur aliquod maius tẽpus omni eo, quod eſt in tẽpore. Quapropter neceſſe eſt omnia ea, quæ in tẽpore ſunt, contineri à tẽpore, ſicut & alia, quæcũq; in aliquo ſunt: vt ea, quę in loco ſunt, à loco. Et pati itaq; aliquid à tẽpore, ſicut & dicere cõſueuimus ꝙ tabefacit tẽpus, & ſeneſcũt omnia tẽpore, & obliuiſcuntur propter tẽpus, ſed nõ didicit, nec nouũ factũ eſt, nec pulchrũ. corruptionis enim cauſa per ſe magis eſt tẽpus. numerus enim ipſius motus eſt: motus aũt expellit id, quod ineſt. Quare manifeſtũ eſt ꝙ ea, quæ ſemp ſunt, quatenus ſemp ſunt, nõ ſunt in tp̃e. nõ enim continent̃ à tẽpore, neq; mẽſuratur eſſe ipſorum à tempore. Signum aũt huius eſt, ꝙ neq; patiunt̃ quicquam à tempore, tanq̃ non exiſtentia in tempore.

Tp̃s corruptionis cã. Vide cõtradictionẽ Zi. B 2, quæ ſemp ſũt, nõ ſũt in tp̃e, quatenus ſemper ſunt.

Et, ſi res nõ inuenitur in tp̃e, niſi ſm ꝙ eſt in numero, poſſibile eſt inuenire tp̃s maius tp̃e cuiuslibet exiſtentis in tp̃e. Vnde neceſſe eſt vt omnia exiſtentia in tp̃e contineant̃ à tp̃e, ſicut alia exiſtentia in aliquo: vt locus continens rem, quæ eſt in loco. Tp̃s igit̃ operatur aliqd in iſtis omnibus rebus, vt ſumus

aſſueti dicere ꝙ tempus inducit ſenectutem, & corrũpit omnia, & facit obliuiſci omnia, & nõ dicimus ipſum docere, & renouare, & meliorare. tp̃s enim ꝑ ſe dignius eſt vt ſit cauſa corruptionis, quia eſt numerus motus: & motus aufert ens. Manifeſtum eſt igitur ex hoc ꝙ res æternæ, ſm ꝙ ſunt æternæ in eſſe, non ſunt in tẽpore, quia tp̃s non continet illas, neq; mẽſurat eſſentiam illarum. Et ſignũ eius eſt, quia nõ operaĩ in eis omnino, ſicut illud, quod non eſt in tempore.

117 Intendit in hoc capl'o dare differentiã inter illa, quæ non ſunt in tpe, & quæ ſunt, & dicit Et, ſi aliquid non eſt. &c. & iſte ſermo cõponitur ſic. Omne, quod eſt in tpe, eſt in eo, vt numeratum in aliquo numero: & omne, quod eſt in aliquo numero, numerus excedit ip̃m in duobus extremis: ergo omne, quod eſt in tpe, tẽpus excedit ip̃m ex duobus extremis. Et maior propoſitio in hoc ſermone, ſ. dicẽs ꝙ res eſt in tpe, ſicut numeratũ in numero, eſt manifeſta ꝑ ſe ex declaratis, & ſilr. minor. D.d. Vnde neceſſe ẽ, & c. i. vnde neceſſe eſt ut oĩa contineantur à tpe, & tp̃s excedat illa. Et intendit per hoc, quod d. ſicut alia exiſtentia in aliquo, id eſt ſicut oĩa, quæ attribuũtur alicui continenti. v.g. ſicut attribuitur aliquid loco, vt aqua vaſi. locus enim continet locatũ, & vas aquã: & ſilr tp̃s exiſtẽtia in illo, & numerus vlr numeratũ. D.d. Tp̃s igiĩ operaĩ, & c. i. tp̃s igitur, ſm ꝙ continet illa exñtia in ipſo, & ſeqtur in hoc cõtinens operans, quod eſt motus totius, neceſſe eſt dicere ipſum opari in res exiſtẽtes in ipſo paſſione corruptionis. & ideo oẽs cõueniunt in hoc, ꝙ tẽpus inducit ſenectutem, & corruptionem ad oĩa, & non dicunt ipſum renouare, & docere. D.d. cãm, ꝑpter quã attribuitur ei corruptio, & non generatio: & ſi vtrũq; inueniaĩ in ipſo, quia ſeqtur motum circularem, & dixit tp̃s enim per ſe, &c. i. & hoĩes attribuunt ei corruptionem, & non generationem. qm̃, cum tp̃s attribuiĩ per ſe operationi, dignius eſt vt attribuatur opationi, quæ inuenitur eſſentialiter in re, quam ſeqtur tẽpus, ſ. in motu, & [a] motus naturaliter in ſe habet, vt ꝑ ipſum auferatur res à ſua ſubſtãtia: & iſta ablatio inducit per ſe corruptionem rei: licet inducat generationẽ in rebus generatis per accidens. [b] ex motu igitur inuenitur generatio per accidens, & corruptio per ſe: & ex tpe inuenitur vtrunq; per accidens: ſed generatio ꝑ accidẽs accidẽtis. tp̃s enim accidit ei, cui accidit generatio ex motu, & ſeqtur ex illo, in quo inuenitur corruptio per ſe. corruptio igitur attribuitur ei, quaſi ſecundario, & generatio quaſi per accidens purum. Et, cum declarauit ꝙ illa, quæ ſunt in tpe, ſunt illa, q̃ tp̃s excedit ex vtraq; parte, declarauit ex hoc ꝙ res æternæ non ſunt in tpe, ſic. Tp̃s non continet res æternas: & continet res exiſtentes in tpe: ergo res æternæ non ſunt in tpe. D.d. Et ſignum eius, &c. induxit hoc ad confirmandum ex hoc, ꝙ apparet ſenſui. & intendit per res æternas corpora cœleſtia. apparet enim ſenſui ꝙ tp̃s non operatur in eis: ſed oĩa, quæ ſunt in tpe, tempus operatur in eis: ergo res æternæ non ſunt in tpe. D.d. ſicut illud, quod nõ eſt in tpe. & innuit ſeparata à materia. [c] corpora enĩ cœleſtia licet non ſint in tpe, ſm ꝙ tẽpus non continet illa, tamen ſunt coexiſtẽtia cum tempore, ſcilicet quòd eſſe eorum, quod eſt in motu, eſt coexiſtens cũ eſſe tẽporis, coexiſtentia quantitatis cum quantitate. res autem ſeparatæ non habent continentiam, neque coexiſtentiam. et ideo dixit ſicut illud, quod non eſt in tempore, i. in aliquo modo.

a Mot' naturalr in ſe hẽt vt ꝑ ip̃m auferatur res a ſua ſubſtã. Vide tñ oppoſitũ infra l. t.c. 128. & in. 8. phy. t.c. 59. Vide cont. Zim.

b Ex motu inueniĩ generatio ꝑ accidẽs, & corruptio ꝑ ſe: & ex tpe inueniĩ vtrũq; ꝑ accñs: ſ; generatio ꝑ accidẽs accidẽtis. corruptio ꝟo ieſt ei, quaſi ſecũdario. Et idẽ infra. 128.

c Corpa cœleſtia, licet non ſint i tpe, ſm ꝙ tẽpus non cõtinet illa, tñ ſũt coexiſtẽtia cũ tpe, coexiſtentia quãtitatis cũ quãtitate. res aũt ſeparatæ nõ hñt cõtinẽtiã, neque coexiſtẽtiã.

Quoniam aũt tẽpus menſura motus eſt, erit & quietis menſura ſm accidẽs. oĩs enim quies in tẽpore eſt. non enim vt quod eſt in motu neceſſe eſt moueri, ſic & quod in tẽpore. nõ enim tp̃s motus eſt, ſed numerus motus. in numero aũt motus põt eſſe & qeſcẽs. non [a] enim oẽ ĩmobile quieſcit, ſed priuatũ motu, aptum aũt natura moueri, ſicut dictũ eſt in prioribus. Eſſe aũt in numero eſt eſſe quendam numerũ rei, & mẽſurari eẽ ipſius numero, in quo eſt. quare, ſi eſt in tpe, à tẽpore. Menſurabit aũt tempus id, quod moueĩ, & quod quieſcit, quatenus hoc quidem moueĩ, illud vero qeſcit. motũ enim ipſorũ menſurabit, & quietẽ, quanta quædam.

a Nõ oẽ ĩmobile qeſcit, ſed priuatum motu, aptũ autẽ natura moueri. 5. phy. t.c. 16.

Et, cum tẽpus menſuret motum, menſurat etiã quietẽ. omnis enim quies eſt in tpe. quoniã nõ omne, quod eſt in motu, neceſſe eſt vt moueatur, ſimiliter etiam quod eſt in tẽpore. tẽpus enim non eſt motus, ſed numerus motus. & rectum eſt vt quieſcẽs ſit in numero motus. & nõ omne, quod nõ moueĩ, neceſſe eſt vt quieſcat, ſed omne, quod innatũ eſt moueri, & caret motu, ſicut diximus ſuperius. Eſſe aũt alicuius in numero eſt, vt illud habeat aliquem numerum, & ꝙ eſſentia illius menſuretur à numero, in quo eſt. & eẽ alicuius etiam in tẽpore eſt, vt menſuretur à tẽpore. Et tp̃s menſurat rem motam, ſm ꝙ eſt res mota, & mẽſurat quieſcens, ſm quòd eſt quieſcens. menſurat enim motũ, & quietem, quotus eſt, & quota eſt.

Cum declarauit ꝙ illa, quæ exiſtunt in tẽpore, ſunt in tẽpore, ſm ꝙ illa ſunt in numero: & omne, quod eſt ĩ numero, menſuratur ab illo numero: ergo neceſſe eſt vt oĩa exiſtentia in tpe, menſureñ à tpe: &, quia tempus eſt numerus motus: neceſſe eſt ut mẽſuret res exiſtentes in ipſo, ſm quòd ſunt motæ, aut in actu, & ſunt res motæ, aut ĩ potẽtia, & ſunt quieſcẽtes. &, quia manifeſtius menſurat res motas quàm quieſcentes, & ratio eſt in eis eadem, d. Et, cum tempus menſuret motum, menſurat etiam quietem. D. narrauit quomodo aſſimilanĩ, &. d. omnis enim quies in tempore eſt. i. & neceſſe eſt vt diſpoſitio motus in hoc ſit ſicut diſpoſitio quietis, quoniam quies dicitur eſſe in tempore ſm modum, quem dicimus motum eſſe in tempore, ſcilicet, ſm ꝙ menſuraĩ à tempore. Et, quia aliquis poteſt dicere ꝙ res ſunt in tempore, ſm ꝙ ſunt motæ: & quieſcens eſt contrarium moto: ergo quieſcens nõ eſt in tempore, ſm quòd eſt quieſcens, ideo dixit quoniã non omne, quod eſt in motu, &c. id eſt, & non debet aliquis dicere quòd res non eſt in tempore, niſi ſit mota. quoniam quemadmodum illud, quod eſt in motu, i. in re mota, ẽ ſicut diſpoſitio noſtra cum motu totius, non contingit in eo ꝙ ſit motum, ita eſt diſpoſitio in rebus, quæ ſunt in tempore, ideſt quoniam ſequitur in eis vt ſint motæ. D. incœpit declarare ꝙ tempus eſt dignius hoc, quàm motus, ſecundum quòd nõ eſt motus, ſed numerus motus, &. d. tẽpus enim non eſt motus, &c. i. & tempus eſt dignius in hoc q̃ motus, ſcilicet, vt in eo inueniatur quieſcens. quoniam tempus 118

non

non eſt motus, ſed numerus motus: & poſſibile eſt vt quieſcens inueniatur in numero motus, cum ſit poſſibile vt inueniatur in motu: ſed eſſe eius in numero motus eſt dignius. Et, quia quieſcens dicitur tranſumptiue, vt dicitur quòd poli ſunt quieſcentes, & dicitur vere in eis, quæ innata ſunt moueri eſſentialiter, & quies, quæ eſt in tempore, eſt vera quies, incœpit declarare hoc, ne in eo cadat deceptio, & dixit & non omne motum neceſſe eſt, vt quieſcat, &c. ideſt, & non omne ens neceſſe eſt vt diſponatur per quietem, ſed ſolummodo illa, quæ innata ſunt moueri eſſentialiter. & ideo dicimus quòd corpora quieſcunt, & non dicimus quòd punctus eſt quieſcens, cum non ſit innatus moueri. & ſimilis diſpoſitio eſt in omnibus accidentibus. &, cum talis fuerit expoſitio, tunc, cum dixit & non omne motum, intendit & non omne ens: niſi ſit error in libro. Et forte vult notificare modum motarum rerum, quæ recipiunt motum quandoq;, & quietem quandoq;: & ſunt mota, quæ innata ſunt carere motu. & quaſi dicat. & non omne motum neceſſe eſt vt quieſcat, ſed quieſcit ex motis illud, quod naturaliter habet moueri, & caret motu apud quietem. & ſiomnuit quæ mota, & quæ quieſcentia ſunt in tempore, & quæ non ſunt. mota enim ſemper non ſunt in tempore, vt orbis, & ſimiliter quieſcentia ſemper, vt terra, cum tempus nõ excedat ipſa. Et, cum narrauit quòd quies menſuratur per tempus, ſicut motus mẽſuratur: quoniam modus, quo dicimus quòd quieſcens eſt in tempore, eſt idem cum modo, quo dicimus quòd motum eſt in tempore: &, quòd non ſequitur vt omne, quod eſt in tempore, ſit motum, quemadmodum non ſequitur vt illud, quod eſt in motu, ſit motum: immo illud, quod eſt in tempore, eſt remotius ab hoc, quoniam tẽpus non eſt motus, ſed numerus motus: &, cum ſit poſſibile vt quieſcens ſit in motu, dignius eſt vt inueniatur in numero motu: &, cum narrauit etiam ꝙ quieſcẽtia, quæ ſunt in tempore ſunt mota quæ carent motu, incœpit demonſtrare ex prædictis quòd neceſſe eſt ex prædictis vt tempus menſuret quieſcens, & dixit & ſicut diximus ſuperius, &c. ideſt, &, cum poſuerimus illud, quod declaratum eſt prius, ſcilicet quòd eſſe alicuius in numero eſt vt illud, quod eſt in numero, habeat aliquem numerum, qui menſuret eſſentiam eius: &, cum poſuerimus quòd eſſe alicuius in tempore eſt eſſe eius in numero: manifeſtum eſt quòd ex hoc concluditur quòd eſſe alicuius in tempore eſt vt tempus menſuret eſſentiam eius. Et ipſe expreſſit maiorem propoſitionem, & concluſionem, et tacuit minorem, quia eſt manifeſta. Et, cum concluſit, quòd omne, quod eſt in tempore, menſuratur à tempore: & quieſcens eſt in tẽpore: concluſit ex hoc quòd quieſcens menſuratur à tẽpore: & ſimiliter motum. Et, quia iſta concluſio eſt manifeſta, & ſimiliter minor propoſitio, in ſermone hoc dimiſit minorem propoſitionem, & contentus eſt inducere modum menſurationis motus, & quietis à tẽpore. quoniam dicere modum cõcluſionis habet in ſe concluſionem, licet non expreſſe. & ideo induxit modum concluſionis, ſcilicet modum mẽſurationis quietis, & motus à tempore. & hoc fecit ſm abbreuiationem. Et dixit poſt, ſcilicet poſtquam induxit concluſionem, dicentem quòd omne, quod eſt in tempore, menſuratur per tempus, Et tempus menſurat rem motam, &c. i. &, cum ſit declaratum ex hoc ſermone ꝙ tẽpus menſurat motum, & quietem: ergo menſurat rem motam, ſm quòd res eſt mota, & quieſcentem, ſecundum quòd eſt quieſcens, non ſm quòd eſt mota. &, qa quies eſt priuatio motus: & priuationes terminantur in reſpectu habituum, & menſurantur: neceſſe eſt vt menſuratio quietis à tempore nihil aliud ſit quàm mẽſurare priuationem motus: ergo menſurat motum, & eius priuationem. & hoc intendebat, cum dixit menſurat enim motum, & quietem, quanta ſunt. ideſt menſurat motum, quotus eſt, & priuationem eius. menſurat igitur motum primo, & eſſentialiter, & quietem ſecundo, & per accidẽs, ſcilicet ſm quòd eſt priuatio motus. ſicut accidit in comprehenſione habituum, & priuationum. viſus enim cõprehendit album per ſe, & nigrum per accidens, ſm ꝙ eſt priuatio albi. & ſimiliter eſt de omnibus habitibus, & priuationibus.

Quies alia tranſumptiua, ſicut ē qes polorũ. alia vera. ꝓ hoc vide .2. cœli cõ. 14.

Pria expõ.

Secunda.

Mota ſp nõ ſunt ĩ tpe, vt orbis, neque qeſcẽtia ſp, ſicut tra. cõ ſiſe ſup. t. c. 117. & infra 119. & 120. Idē .1. cœ. c. 100. & .8. phy. 12. & .2 cœ. cõ. 1.

Priuationes terminãt ĩ reſpectu habituũ. Idem. ſ.

de aīa. ſ. cõ. 25. & .1.2. ſt Idem hic infra. c. 120.

Tpꝰ menſurat motũ primo, & eſſentialr, & qetẽ ſecũdo, & p accñs. Idẽ infra. cõ. 130.

Quare quod mouet̃ non ſimpliciter erit menſurabile à tempore, quatenus quantum quoddam, ſed quatenus motus ipſius quantus eſt. Quare quæcunq; neq; mouent̃, neq; quieſcunt, nõ ſunt in tpe. eſſe enim in tempore eſt menſurari tẽpore: tempus autem motus, & quietis menſura eſt.

Eſſe in tpe ẽ menſurari a tpe. Idẽ ſup. ſ. c. 114.

Motum igitur non ſimpliciter menſuratur à tempore, ſed ſm ꝙ motus eius eſt quantus. Ergo neceſſe eſt vt illud, quod minime mouetur, neq; quieſcit, non ſit in tẽpore. intentio enim eius, quod eſt aliquid eſſe in tempore eſt ipſum menſurari per tẽpus: & tempus eſt menſura motus, & quietis.

Cum poſuerat ꝙ res æternæ non menſurantur à tẽpore, quia non excedit illas, & declarauit etiam ꝙ tempus menſurat motum, & quietem, nititur etiam declarare ex hoc, ꝙ illa, quæ non mouentur, neq; quieſcunt, non ſunt in tempore. et qa hoc non apparet, donec declaretur ꝙ tẽpus non menſurat entia, quæ excedit, niſi ſm ꝙ ſunt mota, aut quieſcentia tantũ, dixit Motum igitur non ſimpliciter menſuratur à tempore, i. &, cum conſyderatum fuerit menſurationem moti à tempore, apparebit ꝙ non menſurat rem motam, ſm ꝙ eſt mota ſimpliciter, v. g. ſubſtantia aut quantum, aut quale, aut aliud modorum eſſendi, ſed ſm ꝙ motum eſt in pdicamento paſſionis, ſed motum, ſm ꝙ eſt motum, eſt in pdicamento, ſ. ſm quantitatem accidentem motui, & hoc intendebat, cum dixit ſed ſm ꝙ motus eius eſt quantus. & eſt manifeſtum ꝙ, cum non menſurauit rẽ motam, ſm ꝙ eſt mota ſimpliciter, ſed ſm quãtitatem accidentem motui, dignius eſt ipſum non mẽſurare aliquid, ſm ꝙ eſt ens. & ſimiliter eſt intelligẽdum de qeſcente. qm̃ non menſurat ipſum, niſi ſm ꝙ exiſtimatur in eo quantitas, non ſm ꝙ eſt quieſcens ſimpliciter, quantitas in quieſcente exiſtimatur exiſtimatione geſtis in reſpectu motus. Et, cum declarauit quòd tempus menſurat ens, ſm ꝙ eſt motum, aut quieſcens, nõ ſimpliciter, ſed ſm quantitatem accidentem motui, & quieti, ſequitur ex hoc, vt quod nõ mouetur, neq; qeſcit, non ſit in tẽpore. & hoc ſm conuerſionem per cõtrapoſitionem. qm̃ hæc propoſitio, Omne, quod menſuratur à tempore, eſt aut quieſcens, aut motũ, conuertitur ſic, omne, quod non mouetur, neq; quieſcit, non menſuratur à tempore. &, quia ꝓpoſitio, cuius conuerſam per contrapoſitionem accepit, eſt dicens ꝙ omne, quod eſt in tempore, eſt aut motum, aut quieſcens, incœpit declarare hanc propoſitionem ex prædictis de ſubſtantia temporis, notificando cauſam, ꝓp quam tempus menſurat motum, & quietem tm̃, & dixit intentio enim eius, quod eſt aliqd eſſe in tempore, &c. i. & ſignum eius, ꝙ omne, quod eſt in tempore, eſt motum, aut qeſcens, eſt, qm̃ manifeſtum eſt per ſe, ꝙ dicere aliquid eſſe in tempore, eſt quòd tempus menſuret 119

Nota de cõuerſione per cõtrapoſitionem.

Měſuràs debet eě de genere měſura ti. idě. 10. me ta. t. c. 4. Idě hic lřa. t. c. 133.


illud. &, quia ipſum tempus eſt měſura motus, & gerità & menſurans debet eſſe de genere menſurati: ſequitur vt omne, quod menſuratur à tempore, měſuretur ſm quòd eſt motum, aut quieſcens. linea enim měſuratur per lineam, & corpus per corpus, & ſuperficies per ſuperficiem. & hoc manifeſtum eſt. Sed induxit hanc rationem: quoniam cum ſcitur cauſa cum ſcientia, tūc ſcientia erit perfectior.

Cū ſcit cauſa cum ſciētia, tunc ſcia erit perfectior, &c.

Manifeſtum igit̃ eſt ꝙ neq; omne, quod non eſt, erit in tempore, vt quęcunq; nō poſſunt aliter eſſe, vt diametrum eſſe lateri commenſurabilē. omnino enim, ſi menſura quidem eſt motus tempus per ſe, aliorum autē ſm accidens, manifeſtum eſt quòd, quorum eſſe menſurat, his omnibus erit eſſe in quiete, aut motu. Quęcunq; igitur corruptibilia, & generabilia ſunt, et omnino quæ aliquando quidem ſunt, aliquando vero non, neceſſe eſt in tēpore eſſe. eſt enim tempus quoddam maius, quod excedet eſſe ipſorum, & id, quod menſurat ſubſtantiam. Eorum autem, quæ non ſunt, quæcūq; quidem continet tēpus, alia quidem erant, vt Homerus aliquando erat, alia vero erunt, vt futurorum aliqd, quæ ad vtrauis cōtinet. & ſi ad ambo, vtraq; & erant, & erunt. Quæ autem haudquaquā continet, neq; erant, neq; ſunt, neque erunt. ſunt autem huiuſmodi eorum, quæ nō ſunt, quorum oppoſita ſunt ſemper. vt incōmenſurabilem eſſe diametrum ſemper eſt: et non erit hoc in tempore: neq; ergo commenſurabilem eſſe. quapropter ſemper non eſt, quoniā contrarium eſt ei, quod ſemp eſt. Quorum autem contrarium non ſemper eſt, hęc poſſunt & eſſe, & non eſſe, & eſt generatio, & corruptio ipſorum.

Corruptibilia, & generabilia, & oino quæ aliqñ qdē ſunt, aliqñ õ nō, neceſſe eſt in tēpore eſſe.

Et manifeſtū eſt ꝙ, quod non eſt, nō omne etiam eſt in tempore, ver. gra. illud, quod impoſſibile eſt vt ſit aliter, vt diametrum eē aſimetrum coſtæ. quoniam, ſi vniuerſaliter tempus eſt menſura motus per ſe, & menſurat alia per accidens, manifeſtū eſt quòd omne, cuius menſurat eſſentiam, eſſentia omnis illius erit in hoc, quod mouet̃, aut quòd motus ſit in eo poſſibilis. Omne igitur corruptibile, aut generabile, & vniuerſaliter omne, quod eſt in aliqua hora, et non eſt in alia, neceſſe eſt vt ſit in tempore. eſt. n. aliquod tempus, quod excedit eſſentiam iſtarum rerum, et quantitatem ſubſtātiarum, quæ ſunt in ea. Non ens vero illud, quod ex eo à tempore terminatur, aliud iam fuit, vt Homerus, qui iam fuit in aliqua hora, et aliud erit, vt quædam futura. & tempus continet vtrunq; modum, ſi ex vtralibet parte iſpexeris. Et quòd ex non ente non determinatur à tēpore nunquam fuit, neq; eſt, neq; erit. & illa, quæ ſunt talia, ſunt illa, quorum oppoſita ſunt ſemper neceſſario. v. g. vt diametrum eſſe aſimetrū coſtæ ſemper eſt. hoc igitur non erit in tempore, neque ſimetrum. & ideo eſt non ens ſemper, quia eſt contrarium ei, quod eſt ſemper ens. Illa vero, quorum contraria nō ſunt ſemper, poſſunt eſſe, & non eſſe, & generatio, & corruptio ſemper eſt iſtorum.



Quia ens eſt duob⁹ modis, ens ſemp, & ens nō ſemper, & non ens etiam eſt duobus modis, non ens ſemper, & non ens non ſemper, & eſt iam declaratū quòd tempus non menſurat ens ſemper, ſed menſurat ex eo illud, cuius eſſe non ſemper eſt, incœpit etiam declarare hic ꝙ tempus non menſurat non ens ſemper, ſed illud, cuius non eſſe non eſt ſemper, & dixit Et manifeſtum eſt, &c. i. & manifeſtum eſt igitur ꝙ illud, quod eſt non ens, nō ſunt eius duo modi in tempore. quoniā modus eius, qui eſt non ens ſemper, non eſt in tempore, quemadmodum modus entis, quod ſemper eſt, nō eſt in tempore. & illud, quod eſt ſemper non ens, eſt illud, quod impoſſibile eſt, vt ſit aliter ab eo modo, quo eſt, ver. g. vt diameter ſit ſimeter coſtæ. Et, cum narrauit quòd tempus non menſurat illud, quod eſt non ens ſemper, incœpit dare cauſam, propter quam tempus menſurat illud, quod menſurat per ſe, & per accidens: cum ex hoc appareat impoſſibilitas měſurationis eius ad illud, quod ſequitur menſurationem illius ſimpliciter: qm̃ illud, quod non menſurat per ſe, neque per accidens, nō menſurat illud omnino. Et dixit qm̃ ſi vlr, &c. i. & hoc, ꝙ dicimus de menſuratione, aut nō menſuratione priuationis à tempore, apparet ex prędictis de měſuratione entis ab eo. qm̃, ſi vlr tempus menſurat de entibus per ſe motum, et menſurat alia entia p accidens, i. quia coniunguntur cum motu, manifeſtū eſt ꝙ omne, cuius eſſe měſurat tp̃s, měſurat ip̃m, ſm ꝙ eſt motū, aut ſm ꝙ eſt mobile: illud aūt, quod non pōt moueri, eſſe eius non menſurat̃ à tpe. Et, cum declarauit ꝙ tp̃s menſurat de entibus illud, in quo eſt motus, aut pōt eē in eo, dixit Omne igitur corruptibile, &c. i. omne igit̃, quod fuerit corruptibile, aut generabile, & vniuerſaliter illud, cuius tpa in ſuo eſſe, & non eſſe ſunt terminata, neceſſe eſt vt eſſe eius, & nō eſſe eius ſint in tpe: qa eſſe motus eſt poſe in nō eē eius, & nō eſt ita in eo, quod eſt nō ens ſemp. qm̃ priuatiões iſtoꝝ, cū ſunt cōſyderatæ I ſubto ꝓpinquo eis, ſunt terminata p tp̃s. Et quaſi intēdebat notificare ꝙ iſte modus entium eſt ille, cuius eſſe, et nō eſſe menſurat tempus, nō ille cuius eſſe, & nō eē eſt ſemp. Et, qa [a] generabilia, & corruptibilia menſurant̃ à tpe duabus de cauſis, quarū vna eſt, 120

a Generabilia, & corruptibilia menſurant̃ à tēpore duab⁹ de cauſis.

quia

quia, ſunt mota, aut mobilia; ſecunda aũt eſt, quia tp̄s excedit illa in vtraq; parte, & iam dedit cãm primam in hoc, & modo induxit ſecundam, & dixit eſt enĩ tempus, &c. i. &, eſſe generabiliũ, & non eſſe determinant à tp̄e, quia excedit eſſe eorũ & eſſe ſubiectorũ, quæ innata ſunt, vt in eis inueniant iſta. qm̄ per hoc, quod excedit eſſe ſubiectorũ, excedit tẽpora priuationis eorũ. qm̄ tp̄a priuationũ rerũ terminant ꝑ tp̄a ſubiectorum ſuorũ ꝓpinquorũ, in quibus eſt poſſibilitas eſſendi illarũ rerum. v. g. qm̄ priuatio Soc. ſm q̄d pcedit ſuũ eſſe, terminatur per tp̄s, qñ accipitur in reſpectu ſubiecti propinqui ei. v. g. ex quo ſperma adiungebatur cum ſanguine menſtruo. cum autem priuatio eius accipitur in reſpectu poſſibilitatis eius in prima materia, inuenietur infinita in ꝑterito. & ſimiliter priuatio eius, qñ priuatur res in ꝑterito, eſt infinita in futuro. ſm hoc igitur, ſi dicatur in iſtis ꝙ tempus terminat priuationem eorũ, erit ſm vnum modum. iſta enim ſicut iam diximus, non eſt poſſibile vt tẽpus menſuret ſuum nõ eſſe, niſi in reſpectu ſubiecti terminati, & hæc eſt priuatio, quæ præcedit eſſe, ſ. cum quo coniũgitur poſſibilitas eſſentiæ. priuatio vero, quæ eſt poſt eſſe, cum non coniungitur cum ea poſſibilitas eſſendi ſecundo: & hoc non eſt niſi in rebus reciprocatis: non menſuratur per tp̄s omnino. illud autem, per quod menſuratur eſſe alicuius ſecundo, & ſunt illa, quæ reciprocant tẽpora ſuarũ priuationũ, ſunt terminata per tp̄s: vt qñ aqua generatur ex aere, & aer ex aqua. & ſubſtãtiã rerum generabilium, & corruptibilium, ſ. propinquam, innuit, cum dixit & quantitatem ſubſtantiarum, i. quibus ſunt. qm̄ priuationes rerum terminararum ſunt in ſubſtantijs, in quibus inueniuntur res. Et, cum declarauit ꝙ tempus nõ menſurat illa, quorum priuatio eſt ſemper, quia nõ mẽſurat priuationem alicuius, niſi in reſpectu ſui eſſe, & iſta nunquã habebunt eſſe, ideo tempus non menſurat non eſſe eorum, cum hoc, ꝙ tempus etiam nõ excedit non eſſe eorum. & declarauit cum hoc ꝙ tempus menſurat entia, ſm ꝙ ſunt mobilia motu nouo, & corruptibili, incœpit etiam inducere ſecundum modum priuatorum, & ſunt illa, quæ poſſunt menſurari à tempore, & dixit Non ens vero, &c. i. modus vero nõ entis, in quo dicimus ꝙ tp̄s menſurat ſuam priuationẽ, neceſſe eſt ipſum eſſe, aut in ꝑterito, vt Homerus, aut in futuro, vt eclipſis, et alia futura. & eſt neceſſe in priuatis, quæ terminantur à tempore, vt ſint in prędterito, aut futuro, quia priuatio non imaginatur, niſi in reſpectu eius, cuius eſt priuatio. & ideo, cum etiam terminatur à tẽpore, erit per reſpectum eius ad tempus eſſentiæ illius rei priuatæ. & ideo ſequitur vt omne, cuius nõ eſſe eſt terminatũ, vt ſit aut in præterito, aut in futuro. D. d. & tempus continet, &c. i. & tẽpus continet iſtos duos modos eſſendi, ſ. quod iam fuit, et quod erit: ſi ex vtralibet parte inſpexeris, ſ. ex futuro, aut præterito. Et intẽdebat innuere per hoc, quòd cauſa in hoc, quòd tempus terminat priuationes iſtarum rerum, ita, ꝙ poſſumus dicere ꝙ tot ãni ſunt elapſi à tempore eclipſis, eſt hoc, quòd hoc tempus terminat illa. et ideo dixit poſt, Et quod eſt ex non ente, non determinatur à tempore, id eſt, & illud, quod eſt non ens, quod determinatur à tp̄e, eſt econtrario non enti, quod non determinatur à tp̄e. non ens enim, quod determinatur à tp̄e, eſt illud, quod fuit, aut erit: nõ ens aũt, q̄d nõ determinatur à tẽpore, eſt illud, quod nunquã fuit, aut erit, neq; eſt modo. Et, quia iſte modus non entis differt ab illo modo alio in hoc, ꝙ oppoſitum illius inuenitur quandoq;, & oppoſitum iſtius inuenitur ſemper, dixit & quę ſunt talia, &c. i. & eſt proprium huic generi priuationis hoc, ꝙ oppoſitum eius eſt ſemp, vt diametrum eẽ ſimetrũ coſtæ. diametrum enim eſſe aſſimetrum eſt ſemper: & ideo ipſum eſſe ſimetrum nũquam eſt. D. d. & hoc nõ eſt in tp̄e, neq; ſimetrum, i. & ipſum eſſe aſſimetrum nõ eſt in tp̄e, quia eſt neceſſarium: neq; etiam ipm̄ eſſe ſimetrum eſt in tp̄e, quia eſt oppoſitũ ad aſſimetrum. D. d. & ideo eſt nõ ens ſemp, i. & ideo diametrum eſſe ſimetrum eſt non ens ſemper, quia eſt contrarium ei, quod eſt ens ſemp, ſ. ad aſſimetrum. Et, cum narrauit ꝙ illa, quæ ſunt ſemper priuata, ſunt illa, quorum contraria ſunt ſemper: & ſunt illa, quorum eſſe, & non eſſe non terminat tp̄s: narrauit ꝙ ſecundus modus priuationum eſt oppoſitus iſtis, & dixit illa autem, quorum contraria, &c. i. priuata autem, quorũ contraria, &c. i. priuata autem, quorum cõtraria non ſunt ſemper, poſſunt eſſe quandoq;, & non eſſe quandoq;, econtrario alio modo priuationis, & generatio, & corruptio ſunt ſemper hoc modo entium.

Nota quòd priuatio Socra. põt ſumi vel in ſubiecto ꝓpinq. vel in ſubiecto remoto. Vide cõſimile. 1. coll. cõ. 120.

Priuatio nõ imaginatur niſi in reſpectu eius, cuius ẽ priuatio. Idẽ ſup cõ. 118. & ibi.

Caput Septimum. Quo pacto ipſum Nunc continuat tempus. Deq; alio ſignificato ipſius Nũc. Et quid hæc ſignificent, ſ. Aliquando, Iam, Nuper, Quondam, & Repente. Et quod Tempus corruptionis per ſe magis, generationis autem magis per accidens eſt cauſa.

IPſum autem nunc eſt continuatio temporis, ſicut dictum eſt. continuat enim tempus præteritum, & futurum, & omnino terminus temporis eſt. eſt enim huius quidem principiũ, illius autẽ finis. Sed hoc non, vt in puncto manente, manifeſtum eſt. diuidit autem * potentia. &, quatenus quidem hm̄ôi, ſemper alterum eſt ipſum nunc: quatenus autem copulat, ſemper idem eſt. Vt in mathematicis lineis, non enim idem ſemper, unũq; punctum eſt intellectu: diuidentium enim * aliud eſt: quatenus autẽ eſt vna, idem penitus eſt. Sic & ipſum nunc aliud quidem temporis diuiſio ſm potentiam eſt, aliud autem terminus vtrorumq;, & vnio. eſt autem idẽ, & ſecundum idem diuiſio, & vnio: eſſe autem non eſt idem.

* a.l. & potentia.

* a.l. addit & aliud.

Inſtans vero eſt copulatio tẽporis, ſicut dictum eſt. copulat enim tempus præteritũ cũ futuro, & extremum tp̄is: quia eſt principiũ cuiuſdam partis, & finis cuiuſdam. Sed hoc nõ eſt manifeſtũ, ſicut eſt in puncto, qñ figitur. & ipſum inſtans eſt punctus ex potẽtia. &, ſm ꝙ inſtãs eſt tale, ſemp eſt aliud ab alio: &, ſm ꝙ ligat, ſemp eſt idẽ. Et quemadmodũ igitur in lineis mathematicis punctus acceptus in eis in imaginatione nõ ſemp eſt idẽ: qm̄, cum diuiſerimus lineam per illum erit diuerſa: ſm vero quòd eſt vnum eſt neceſſario idem. Et ſimiliter etiam inſtans eſt quodammodo diuiſio tẽporis in potentia, & quodãmodo extremum, & adunatio duorũ temporũ. & adunatio, & diuiſio ſunt idem in eodẽ: eſſentia vero eorum non eſt eadem.

Cum narrauit prius ꝙ inſtans in tempore eſt tanq̃ punctus, & qũo eſt vnus punctus, & qũo eſt vnus, & multus, reuertitur etiã hic, & complet intẽtionẽ in eo, qa 121

Sup. t. c. 10. & infra.

intendit inducere modum, quo aſſimilatur puncto, & quo differt. Et dixit Inſtans vero eſt copulatio temporis. &c. id eſt, & inſtans eſt cauſa in hoc, quòd tempus præteritum eſt copulatum cum futuro, non diuiſum ab eo. & eſt eadem cauſa in hoc, quòd preteritum diuiditur à futuro. qm̄ per hoc, quod eſt differẽtia, vel terminus cõmunis, eſt cauſa continuationis præteriti cum futuro. D. d. & extremum temporis, i. & eſt extremum duorum temporũ. ſ. futuri nũq;, ſm q eſt principium, preteriti autem ſm quòd eſt finis. Et, quia punctus in hoc eſt, ſicut inſtãs, ſ. in hoc, q copulat lineam, ſm quòd eſt terminus cõmunis duabus lineis in ſimul, & diuidit illam, ſm q eſt finis vnius, & principium alterius, dedit differentiam in hoc inter inſtans, & punctum, & dixit Sed hoc non eſt manifeſtum, &c. i. ſed hæc diuiſio, quę eſt in inſtanti, ſ. quoniã eſt principium futuri, & finis præteriti, & ſimiliter copulatio, non eſt manifeſta, ſicut eſt in pũcto. Et cauſa in hoc eſt. quoniam punctus acceptus in linea eſt fixus demonſtratus bis, & inſtans non eſt fixum, neque demonſtratum bis. D. d. & inſtans eſt punctus ex potentia, i. & inſtãs, quia eſt non fixum, ideo eſt in potentia, & punctus, quia eſt fixus, eſt in actu: & ſic inſtans ſm veram ſimilitudinem eſt punctus in potentia. D. d. & ſm quòd inſtans eſt tale, &c. i. & ſm quòd inſtans ligat tempus, & diuidit illud, quãdo accipitur, ſm quòd eſt diuidẽs, eſt duo ſm terminos: eſt enim principium futuri, & finis præteriti: & principium eſt aliud à fine ſm definitionem, & ſm quòd eſt differentia, vel terminus communis eſt idem. & hoc intendebat, cum dixit & ſm q ligat, eſt idem. Et, quia hoc manifeſtius eſt in puncto cum lineis, q̃ in inſtanti cũ tempore, d. Et quemadmodum igitur in lineis mathematicis, &c. i. qm̄ non erunt idem omnibus modis, ſ. quia eſt idẽ vno modo, & duo alio modo. D. dedit modum, quo non ſunt idem, & dixit quoniam, cum diuiſerimus lineam, &c. id eſt, quoniam, cum diuiſerimus lineam, per ipſum, erit finis vnius lineæ, & principium alterius: & ſic ſecundum q eſt principium, eſt alterius rationis ab ipſo, ſm q eſt finis. D. d. ſm vero q eſt vnum, &c. i. ſm vero quòd eſt vnus punctus, non eſt in eo diuerſitas. et intendit q vnus punctus per ſe eſt duo ſm rationem: & ſm quòd eſt duo diuidit lineam: & ſm q eſt vnum copulat illã. Et, cum declarauit hoc de puncto cum linea, incœpit declarare hoc de inſtanti cum tempore, & dixit Et ſic inſtans eſt quodammodo, &c. i. ſimiliter inſtans quodãmodo eſt diuidens tempus in potentia, non in actu in præteritum, & futurum: & eſt modus, ſm quem eſt duo, ſ. ſm q eſt principium vnius, & finis alterius: & alio modo eſt extremum cõe ambobus, quod facit illa adunari: & eſt modus, ſm quem eſt vnũ: & ita eſt vnũ in potentia. D. d. & diuiſio, & adunatio ſunt idẽ in eodem, &c. i. & diuiſio, & adunatio ſunt vnius eſſentiæ, ſm vero eſſentiam, & definitionem differunt: qm̄ definitiones eorũ ſunt contrariæ. & iſta diuiſio, quæ accidit puncto, eſt diuiſio relatiua, non in eius ſubſtantia: qm̄ punctus nõ diuidit̃, ſed ſolummodo diuidit̃; ſm q eſt principium in reſpectu, & finis in reſpectu.

Pũctus acceptus ĩ linea ẽ demſtrat^9 bis, ſed inſtãs nõ eſt fixũ, neq; demonſtratũ bis. Idẽ ſup̃ c. 105. 106.

Vnus pũct^9 p ſe eſt duo ſm rõnẽ. Idẽ 6. phyſi. cõ. 24.

Diuiſio, quę accidit puncto, ẽ diuiſio relatiua, non in eius ſubã. Idẽ. 6. phy. cõ. 27.

Ipſorum igit̃ nunc hoc qdem ſic dr̃. aliud aũt, cum tp̃s, quod eſt huius, ꝓpè ſit. ut ueniet nũc, qa hodie veniet: venit nũc, qa hodie venit. quæ vero in Ilio geſta ſunt, fuerunt non nũc, neq; diluuiũ fuit nũc: & tñ cõtinuum tẽpus eſt ad ipſa: ſed quia non propè.

Quædam igitur dicitur in eis inſtãs ſic. & quædam dicit̃ alio modo in tempore propinquo iſti, ſicut dicimus Socrates ueniet nunc, id eſt veniet hodie: & venit nũc, i. venit hodie. bellum vero, quod fuit in Ilion, non eſt nunc: quamuis tempus ſit ipſi continuũ: qm̄ tempus eius non eſt propinquum.

Cum declarauit q inſtans eſt illud, quod ita ſe habet ad tempus, ſicut punctus ad lineam, & hoc nomen inſtans vſitatur tranſumptiue de tempore propinquo huic inſtanti vero, & de illo, quod continet ipſum ex vtraq; parte, notificauit hoc, ne aliquis exiſtimaret q verũ inſtans eſt diuiſibile, & dixit Quędam igit̃, &c. i. quædam igitur attribuuntur huic inſtãti vero, & quędam attribuuntur tempori propinquo iſti, q tempus nominatur nomine veri inſtantis. ut dicimus, Soc. veniet nunc, i. in hoc inſtanti, intendendo q veniet hodie, aut in tp̃e propinquo huic vero inſtanti. &. D. d. bellum vero, quod, fuit in Ilion, &c. i. bellum vero, qd̃ fuit in Ilion, nõ dr̃ eſſe nunc: licet hoc tempus idem ſit continuum cũ vero inſtãti, in quo fuit bellum: qm̄ hoc tẽpus non eſt ꝓpinquum illi inſtanti vero. 122

Ipſum aũt Aliqñ, tp̃s eſt determinatum ad prr^9, & poſterius nũc. vt aliqñ capta ẽ Troia, & aliqñ erit diluuiũ. oportet enim terminari ad ip̃m nunc. erit ergo quãtum aliqd̃ ab hoc tẽpus, & ad illud, & erat ad præteritum.

Quãdo vero eſt tempus terminatũ apud inſtans præcedens. ver. g. quando fuit capta Ilion, & quãdo fuit diluuium. qm̄ neceſſe eſt vt finiatur apud inſtans præſens. quando igitur futurũ, eſt aliqua menſura tẽporis inter futurũ, & illud: quãdo præteritum eſt menſura tẽporis inter inſtans nunc, & p̃teritum.

Vult in hoc ſermone exponere dictiones vſitatas, quæ ſignificant intentiones exiſtentes in tempore, vt quando, & ecce, & paulo ante. & incœpit à quãdo, cũ ſit famoſius, & dixit Quando vero eſt tempus terminatum apud inſtans precedens, i. hæc aũt dictio Quãdo, ſignificat tempus terminatæ quantitatis per inſtãs præcedens, quod eſt principium illius facti, de quo interrogatur, & inſtans poſterius, quod eſt finis illius facti, quando illud tempus notæ fuerit diſtantiæ ab inſtanti pręſenti. D. d. neceſſe eſt enim vt finiatur apud inſtans, id eſt neceſſe eſt enim vt finiatur tempus, de quo interrogatur per quando, i. determinetur per inſtans præſens, ſ. diſtantia eius ab eo. v. g. cum dicitur, quando fuit capta Ilion, & dicetur in tali die, talis menſis, talis anni. dies enim terminantur per menſem, & menſis per annum, & annus per ſuam diſtantiã ab inſtanti præſenti. & ſic dies, in qua capiebatur, terminatur per inſtans, quod eſt principium, & inſtans quod eſt finis, & per ſuam diſtantiam ab inſtanti præſenti. & ſimiliter, ſi captio fuerit in quinq; horis, aut ſex, tũc illæ horæ terminantur per tria inſtãtia. D. d. qñ igitur futurum, &c. i. quando futurum eſt quantitatis inter duo inſtantia, futurum, ſ. quod eſt ante factum, & futurum, quod eſt poſt. D. d. & quando præteritũ eſt quãtitatis temporis inter futurum nunc, & præteritũ. Et intendit inter futurum, quod eſt poſt factum, & p̃teritum, quod eſt ante ip̃m. & hoc tempus terminatũ per duo inſtantia eſt terminatũ per præſens inſtans. 123

Si vero nullum tempus eſt, quod non ſit aliqñ, omne erit tẽpus finitum. Deficiet ne igitur? An nõ: ſi quidem ſemper eſt motus. Aliud igit̃, aut idem ſæpe? Manifeſtum eſt,

q ut

ꝙ vt motus, ſic & tempus eſt. ſi enim vnus, & idem ſit aliquando, erit tempus vnum & idem: ſin vero non, non erit.

Si igitur non eſt tempus, niſi ſit quando, ergo omne tempus eſt finitum. Vtrum igiť tempus deficiet, aut nō? Amplius vtrum eſt vnum poſt aliud, aut vtrum eſt idē iteratū? Dicamus igiť, qm̄ diſpoſitio tēporis in hoc eſt ſicut diſpoſitio motus. ſi igitur motus eſt in aliqua hora idem, & tempus erit idem: &, ſi non, tp̄s non erit huiuſmodi.

124 Cum declarauit quòd, qn̄ eſt tempus determinatum per ioſtans præcedens, & inſtans poſterius, terminantia rem factam, eſt terminatum etiam per ſuam diſtantiam ab inſtanti præſenti, incœpit quærere de tempore, vtrum ſit finitum, aut non, & dixit Si igiť, &c. i. ſi igitur omne tempus poteſt induci in reſponſione ad quando: & omne, quod poteſt reduci in reſponſione ad quando, eſt terminatum: ergo omne tēpus eſt determinatum: & oē determinatum eſt finitum: ergo omne tempus eſt finitum. & cum vnaquæq; partium temporis eſt finita, quærendum eſt vtrū illud, quod eſt cōgregatum ex partibus finitis eſt finitum, aut infinitū. exiſtimatur igitur ꝙ compoſitum ex partibus finitis eſt finitum. & ideo dicit poſt. Vtrum igitur, &c. i. vtrum igitur tp̄s, &c. &, ſi oē tp̄s, quod accipitur pars tpis totalis, eſt finitum, quærendum eſt vtrū diſpoſitio in vniuerſo tempore eſt ſicut diſpoſitio in partibus, ſ. vtrum vniuerſum tp̄s eſt finitum, quemadmodū quælibet ꝑs eius eſt finita: &, ſi omne tēpus eſt finitum, deficit ſuū eſſe, et non continuatur. & hoc intendebat, cum dixit vtrū tp̄s deficiet, aot non, i. an deficiat eſſe ſm̄ geous. D. d. Amplius vtrum eſt idē, &c. i. &, ſi nō deficiat eē, vtrum eſt hoc, propter quod tempus ſit vnum poſt illud, ita, ꝙ infinitas tēporis ſit propter generationem, & corruptionem ꝑpetuam in partibus, ſicut eſt diſpoſitio in motibus cōſequentibus, & indiuiduis generabilibus, aut eſt idem, ſed iteratur infinities, ſm̄ ꝙ corp⁹ ſphæricum mouetur circulariter. Sed voluit exprimere ꝙ īpoſſibile eſt tēpus deficere, licet poſt dicat hoc, quoniā hoc manifeſtum eſt per ſe. quod enim deficit, deficit in aliquo tempore: &, ſi tēpus deficiet tunc erit tempus aliud à tempore deficiente. & ideo nullus poteſt auferre tempus, abſq; eo, quin ponat aliquod tempus: immo qui aufert tempus, ponet ipſum neceſſario. &, cum impoſſibile eſt auferre tempus, remanet perſcrutari vtrum tempus aequirat æternitatem ex ſucceſſione, aut ex reciprocatione. &, quia tempus ſequitur motum, dixit ſi igitur motus, &c. i. ſi igitur fuerit poſſibile inuenire aliquem motum vnum circularem, qui ſit cā in oībus motibus, tunc erit idē in oībus motibus tp̄s circulare etiam. &, ſi fuerit impoſſibile inuenire aliquem motū perpétuum, ſed cōſequēs ſucceſſiuū, tp̄a erunt ſucceſſiua: & erit impoſſibile inueniri idē tēpus reciprocatum, ſed ſuccedens, & ſucceſſiuum.

Docum'ital.

Nullus pōt auferre tp̄s abſq; eo, qn ponat aliqd tp̄s. Vide cō fik. 8. phy. c. c. 10. & . 11.

Quoniam aūt ip̄m nūc, finis, & principiū tpis eſt, ſed non eiuſdem, ſed p̄teriti qdem finis, principiū autē futuri, vt habebit circulus in eodē quodāmodo curuū, & cōcauū, ſic & tp̄s ſemp in principio erit, & fine. & ob hoc videtur ſemp alterū nō. n. eiuſdē principiū, et finis ip̄m nunc. ſimul enim, & ſm̄ idem oppoſita eſſent. & non deficiet itaq; tēpus, ſemper enim in principio eſt.

Et, quia inſtans eſt principiū, & finis tpis, ſed nō eiuſdē tpis, ſed eſt finis præteriti temporis, & principiū tpis futuri, ideo diſpoſitio eius eſt ſicut diſpoſitio circuli. quēadmodū igiť in circulo gibboſitas, & concauitas ſunt in eodem quodammodo, ſimiliter tempus etiā eſt ſemper in principio, & fine. & ideo exiſtimatur ſemper eē vnum poſt aliud. qm̄ inſtans non eſt principium, & finis eiuſdē tēporis. quoniā, ſi ita eſſet, tunc duo contraria eſſent in eodē inſimul. ergo nō deficit, quoniam ſemper eſt in principio.

Cum quæſiuit vtrum tempus ſit ꝑpetuum ꝑꝑ hoc, ꝙ eſt idem, aut ꝓpter hoc, ꝙ eſt ſucceſſiuum, & narrauit ꝙ diſpoſitio in hoc in tp̄e ſequitur diſpōnem in motu, incœpit inouere modū, ex quo certificať ꝙ tp̄s eſt ꝑpetuum, & circulare, & ꝙ perpetuitas eſt ei ex hoc modo, & dixit Et, quia inſtans, &c. i. &, quia inſtans ſm̄ ſuā ſubſtantiā, & ſuam naturā eſt finis tpis p̄teriti, & principium futuri, & hoc non eſt in reſpectu eiuſdē tēporis, ſequitur vt diſpoſitio eius ſit ſicut diſpoſitio pūcti, qui eſt in circulo, non puncti, qui eſt in linea recta. punctus enim, qui eſt in linea recta, pōt imaginari principium lineæ abſq; eo, ꝙ ſit finis lineæ alterius: & ſilr pōt imaginari finis lineæ abſq; eo, ꝙ ſit p̄nm̄ alterios. inſtans vero, ſm̄ ꝙ eſt p̄ſens, nō pōt imaginari, niſi diſtinguens inter duo tempora, ſ. præteritum, & futurū, vbicunq; ponať in tp̄e, ſ. ſiue ponatur in milleſimo p̄terito, ſiue in milleſimo futuro, ſicut eſt diſpoſitio ī pūcto, qui ponitur in circulo, vbicunq; ponatur. Et, cū fuerit coniunctū huic ꝙ tempus ſequiť in ſua ſpecie ſpeciem motus, & eſt declaratū ꝙ in omni inſtāti, in quo inuenitur principium, eſt & finis, & omne inſtans, in quo inuenitur finis, eſt principiū, & iſta eſt diſpoſitio lineæ circularis cū puncto imaginato in ea, neceſſario ſeqoitur motum circuli. eſt igitur motus circularis, cōtinuus, æternus, vt poſt declarabitur. Et, cum narrauit quòd inſtans eſt principium, & finis duorum diuerſorom, ex quo exſtimatur ꝙ inſtans eſt diuiſibile, aut ꝙ contraria inueniuntur in eodem, d. quemadmodum in circulo gibboſitas, & cōcauitas. &c. i. & quēadmodum in circulo gibboſitas, & cōcauitas ſunt idē indiuiſibile, & circulus ſubiectum gibboſitatis, & concauitatis eſt idem indiuiſibile, & eſt linea circulata, ita inſtans, quod eſt poſitum principium, & finis, eſt in ſe indiuiſibile, ſed eſt diuiſibile in reſpectu duorum. Et intendebat, quoniam quemadmodum noo ſequitur ex hoc, quod poſuimus, ꝙ linea circulata habet gibboſitatem, & concauitatem, vt inter gibboſitatem, & concauitatem ſit aliquod diuiſibile, ſcilicet vt linea ſit diuiſibilis latitudine, ita eſt diſpoſitio in inſtāti, ſ. quoniam nō ſequitur ex hoc, quòd principium & finis, vt ſit diuiſibile. Deinde dixit vnde exiſtimať ſemp, &c. i. & quia inſtans diuidit tempus præteritū à futuro, qui eſt finis illius, & principium iſtius, exiſtimatur quòd tempora ſunt multa, & fiunt vnum poſt aliud. & non eſt ita. quoniā, & ſi inſtans diuidit tempus quodā modo, tamen copulat ipſum alio modo, vt poſt declarabitur. Deinde dixit ſimiliter tempus, &c. i. &, quia de tempore non demōſtratur, niſi inſtās tantū, ſ. ꝙ illud, qđ eſt ex eo, nō eſt, niſi inſtās tantū, & nō eſt ita, ꝙ demōſtrať bis, & cū hoc eſt p̄nm̄ futuri, & finis p̄teriti, ergo eſſe tpis eſt ſemper in principio, & fine. &, quia inſtans diuidit illud, exiſtimatur eſſe vnum poſt aliud. Deinde dicit inſtans enim non eſt principium, &c. i. &

Pōt imaginari pūct⁹, qui ſit principiū lineæ, & n… finis alterius lineæ, & cōtra, non autē inſtās. Idē. 8. phy. cō. 11.

eſt neceſſe vt tempus ſit ſemper, & nunquam deficiat, quia inſtans eſt principium, & finis. & impoſſibile eſt vt ſit principium, & finis eiuſdem tẽporis, i. ex eadem parte. quia, ſi ita eſſet, tunc idem eſſet principium, & finis eiuſdem, & eodem modo, quod eſt impoſſe. &, cũ inſtans non fuerit principium, & finis eiuſdem temporis, v. g. prgteriti aut futuri, ſed duorũ temporũ, quorũ, vnum eſt præteritum, & alterum futurũ, ergo tps nunquã deficiet. quia illud, quod eſt ex eo, eſt inſtans: & inſtans ſemp eſt principium tpis, & finis tpis. & hoc intendebat, cũ dixit tps igitur ſemper eſt in principio.

Ipſum aũt Iam, ꝓpiquũ p̃ſenti nũc ĩdiuiſibili, ps eſt futuri tpis. qñ ambulabis? iam. qa ꝓpe eſt tps, in quo futurum eſt. & præteriti tẽporis id, quod nõ procul eſt ab ipſo nunc. qñ ambulabis? iã ambulaui. Ilion aũt iã captũ ẽ, nõ dicimus, qa ꝓcul valde eſt ab ipſo nũc.

Ecce vero eſt pars temporis futuri propinqua inſtanti præſenti indiuiſibili. ver. g. quando ambulabit? ecce. i. tempus, in quo eſt ambulãdum, iam venit. & temporis præteriti illud, quod non eſt remotum ab inſtanti. verb. gr̃a quãdo ambulauit? ecce, iam ambulauit. & non dicimus quòd Ilion ecce capta eſt, quoniam captio eius fuit valde remota ab inſtanti.

126 Cum deſcripſit qñ, & ſoluit qõnem accidentem ex eo in tpe, incœpit ẽt declarare qd ſignificat hæc dictio Ecce, & d. ꝙ iſta dictio ſignificat partem tẽporis propinquam vero inſtanti, ſ. ĩdiuiſibili, & inducitur in reſponſione ad qñ. pars enim aut erit in tpe futuro, aut in præterito. verbi gratia, ſicut dixit in futuro dicere, qñ ambulabit Soc. & rñdetur ecce ambulat, ſ. quando ambulatio fuerit ex propinquo inſtanti, in quo fuit interrogatus per hanc dictionem qñ. & in p̃terito dicere, qñ ambulauit Soc. ecce, iam ambulauit, qñ ambulatio fuit propinqua inſtãti, in quo fuit interrogatum. Et ſignum eius, ꝙ hæc dictio non ſignificat tps remotum ab inſtanti p̃ſenti, eſt hoc, quia non reſpondet̃ per illam ad interrogationem per qñ in rebus remotis ab inſtanti p̃ſenti. v. g. cum dr̃ quãdo fuit capta Ilion, quia tunc non dr̃ ecce, iam fuit capta Ilion.

Ipſum autẽ Nuꝑ, ꝓpinquum p̃ſenti nunc, & pars p̃teriti eſt. quando veniſti? nuꝑ, ſi ſit tempus propinquũ p̃ſenti nunc. Quondam aũt, quod procul eſt. Repẽte aũt, quod in inſenſibili tpe propter paruitatẽ remotũ eſt.

Vide contradictiones Zim.

Et Pauloante eſt etiã propinquũ inſtanti præſenti, ſed eſt pars tẽporis p̃teriti. v. g. qñ veniſti? & reſpondetur pauloante, quando illa hora fuerit propinqua inſtanti præſenti. Pridem aũt, et, Antiquitus ſignificat tempus remotum. Subito ſignificat illud, quod fit in tempore non ſenſibili.

127 Significata iſtarũ olum dictionũ ſunt quaſi ſpẽs earum, quæ ſignificat hæc dictio Qñ. omnia enĩ ſunt qñ, i. inducuntur in reſponſione ad quando. Pauloante igitur, ſicut dixit, eſt quando propinquum eſt inſtanti p̃ſenti, ſed non eſt niſi pars temporis præteriti, quod nõ eſt in ecce, quoniã eſt pars præteriti & futuri, ſ. propinqua inſtanti, v. g. dicere, ſicut dixit quando venit Soc. et rñdetur pauloante, quãdo aduentus ſuus fuerit propinquus inſtãti præſenti. Pridem vero, & Antiquitus ſignificat, vt dixit, qñ remotum eſt ab inſtanti præſenti, & ſunt partes temporis præteriti. Deinde dicit Subito aũt ſignificat aliquid eſſe in tempore inſenſibili, i. in tempore valde veloci, ita, ꝙ ante neſcitur illud fieri, quia ſubito habet in ſe hæc duo.

Significata iſtarũ olum dictionũ ſunt ꝗſi ſpẽs earũ, quę ſignificat hæc dictio Quãdo.

Mutatio autem omnis natura remotiua eſt. in tempore aũt omnia fiunt, & corrumpũtur. Quapropter & alij quidem ſapientiſſimũ dicebant. Pythagoreus autem Paro indoctiſſimum, quia obliuiſcunt̃ & in hoc, dicens rectius. Manifeſtum itaq; eſt ꝙ corruptionis magis erit per ſe cauſa, q̃ generationis, ſicut dictum eſt & prius. remotiuũ enim mutatio ꝑ ſe ẽ, generationis aũt, & ipſius eẽ ſm accidens. Signum autem ſufficiens eſt, quia fit quidem nihil, niſi moueatur quodãmodo ipſum, & agat, corrumpitur autẽ, etiã cum nihil mouetur. & hanc dicere maxime conſueuimus à tempore corruptionem. ſed neque hanc tempus facit, ſed accidit in tempore fieri & hanc mutationem. Quod igitur tps eſt, & qd eſt, & quot modis dicimus ipm nunc, & quid ipſum aliqñ, & nuper, & iam, & quondam, & repente, dictum eſt.

Vide contr. Zim.

Corruptibilis magis ꝑ ſe, q̃ generationis cã eſt tẽpus. Idẽ ſuꝑ. tex. 117. vide cõtradi. Zim.

Et omnis tranſmutatio naturaliter eſt auferens, & in tẽpore generatur, & corrumpit̃ omne, quod generat̃, & corrumpit̃. Et ideo quidam attribuũt ipm maximæ ſcientiæ. Pythagorici vero attribuũt ipm maxime ignorãtiæ, quia facit tradi obliuioni, & bene dixerunt. Manifeſtum eſt igitur ꝙ per ſe dignius eſt vt ſit cauſa corruptionis, q̃ cauſa generationis, vt diximus ſuperius. tranſmutatio enĩ per ſe ẽ auferẽs, generationis vero, & eſſe eſt per accidens. Et quod ſignificat hoc perfecte eſt, quoniã nihil generatur, quin moueatur aliquo modo motus, ſed põt aliquid corrumpi, & ſi non moueatur. & hoc proprie ſumus aſſueti dicere corruptionem factam ex tempore. ſed tamen author non eſt tempus, ſed ſequitur vt tranſmutatio ipſius ſit in tempore, Iam igitur narrauimus tẽpus eſſe, & quid ſit, & ſm quot modos dicitur, & inſtans quid ſit, & quando quid ſit, & pauloante, & ecce, & ſubito.

D. Et omnis tranſmutatio, &c. i. aufert ſubſtantiam tranſmutati: tranſmutatum enim tranſmutatur in ſua ſubſtantia. omnis igitur tranſmutatio naturaliter aufert ſubſtãtiam tranſmutati, in quacunq; ſpecie fuerit tranſmutatio, niſi in loco. D. d. et in tempore generatur, & corrumpitur, &c. i. & quia omne generatũ, & corruptum in tpe generat̃, & corrũpitur, ideo qui conſyderauit generationẽ, & attribuit ipſam tempori ꝑꝑ hoc, quod fit in tpe, attribuit tẽpus maximæ ſcientiæ, credidit enĩ ipm eẽ cãm ſciæ, & cãm bonorũ generabiliũ, & qui conſyderauit ipm ſm hoc, ꝙ corruptio fit in 128

Ois tráſmutatio naturaliter aufert ſubãm tranſmutati, in q̃cũq; ſpẽ fuerit tráſmutatio, niſi in loco. Idem. 8. phy. t. c. 19.

eo

to, attribuit ipſum maximæ ignorantiæ, ſicut narrauit de Pythagoricis. iſti enim attribuunt ei obliuionẽ, & corruptionem. Et, cum induxit has duas ſententias, rectificauit ſententiam de Pythagoricis, & dixit & bene dixerũt, i. quoniam, ſi tranſmutatio attribuatur tempori aliquo modo eſſentiali, dignius eſt, & propinquius vt attribuatur ei corruptio, ꝗ generatio, vt prædixit. D. induxit cauſam in hoc, & dixit tranſmutatio enim p ſe, &c. i. & corruptionẽ attribui ipſi eſt dignius ꝗ generationem attribui ei: quia ſequitur tranſmutationem, & tranſmutatio per ſe aufert naturam entis, qm̃ trãſmutatio alicuius extrahit illud ab illo, cum quo eſt, & tranſmutatio non eſt cauſa eſſe, & generationis niſi per accidens. Eſſe enim non eſt eſſentialiter in aliquo ente, niſi ex cauſa generante, & agente, quæ eſt aut natura, aut anima, aut intellectus. eſſe autẽ formæ rei generatæ ex tranſmutatione rei p̃cedente, quæ dicitur generatio, eſt per accidens. quoniam illa tranſmutatio in rei veritate aufert formam trãſmutati, quæ eſt contraria formæ generabili eſſentialiter. Eſt igitur cauſa formæ generabili per accidens, & corruptæ per ſe. D. d. Et quod ſignificat hoc, &c. i. vt mihi videtur, & ſignum eius, quòd generatio nõ attribuitur tempori, & attribuitur ei corruptio, eſt quòd generatio, quia eſt in re ex cauſa extrinſeca ſenſibili, ideo ſemper attribuitur illi cauſæ: corruptio vero, quia eſt de eſſentia rei abſq; eo, ꝙ habet cauſam extrinſecam ſenſibilem, ideo homines attribuũt ipſam tempori. Et, quia corruptum eſt duobus modis, modo, qui corrumpitur ex alio, ſ. extrinſeco, & modo, qui corrumpitur ex ſe, ſ. quoniam cauſa corrumpens in eo eſt in ſe, notificauit quòd illud, cuius corruptio attribuitur tẽpori, eſt corruptum, quod corrumpitur ex ſe propter latẽtiam ſuæ cauſæ, & dixit & hoc proprie, &c. et dixit hoc, quia ratio eius eſt propria quibuſdam corruptibilibus: & in initio ſermonis dixit expreſſe ꝙ corruptio attribuitur tempori ſimpliciter, & ideo declarauit hic ꝙ illud, qđ fuit acceptũ ſimpliciter, eſt particulare. & ideo ꝗ mortuus eſt gladio, non dicitur corrumpi ex tẽpore: & qui mortuus eſt ex ſe vita humana cõpleta, dicitur quòd eius corruptio eſt ex tempore. Et, quia tempus non eſt tranſmutatio, & tranſmutatio eſt illud, cui attribuitur per ſe corruptio, tempori vero attribuitur, quia ſequit̃ trãſmutationem, ideo declarauit hoc, & dixit ſed author illi⁹, & c. i. ſed illud, quod agit corruptionẽ rei, non eſt tẽpus: ſed tempus ſequitur agentẽ corruptionẽ rei eſſentialiter, & eſt tranſmutatio: quoniam neceſſe eſt vt tranſmutatio ſit in tempore. Et, cum declarauit iſta de tempore, fecit rememorationem, & ſummam de hoc, quod declaratur, & dixit Iam igitur narrauimus, &c. i. iam igitur narrauimus eſſe tẽpus, id eſt diſſoluimus quæſtiones accidentes in eius eſſe, & declarauimus poſt ſubſtantiam eius, quid eſt, et quot habet modos. D. d. & inſtans quid ſit, &c. id eſt determinauimus has dictiones.

Si tranſmutatio attribuatur tpi aliq̃ mõ eſſentiali, dignius ẽ, & ꝓpinquius vt attribuat̃ ei corruptio, ꝗ generatio, ꝓ hoc vide ſup̃ cõ. 117.

Eſſe non eſt eſſentialr̃ 1 ali ꝗ ente, niſi ex cã agẽte, & generãte, quæ eſt aut nã, aut aĩa, aut itellect⁹. eſſe aũt for̃ generatæ ex trãſmutatiõe rei p̃cedẽte, quæ dr̃ generatio, eſt per accidẽs, &c.

Corruptio duplex, ab intrinſeco, et ab extrinſeco.

Caput Octauum. Omnẽ Mutationem eſſe in tpe.

HIs autẽ nobis ſic determinatis, manifeſtum eſt ꝙ omnem mutationẽ, & oẽ, quod mouetur, neceſſe eſt moueri in tpe. velocius enim, & tardius ſm omnem eſt mutationem. in omnibus enim ſic videtur. Dico aũt velocius moueri, quod prius, dum tranſmutatur ad ſubiectũ ſm idem ſpatiũ, & regularem motum mouet̃. vt in latione, ſi vtraq; ſm circunferentiã mouentur, aut vtraq; ſm rectam. ſimiliter autẽ eſt & in alijs. At vero prius in tpe eſt. prius enim, & poſterius dicimus ſm eam, quæ ad ipſum nunc eſt diſtantiam. ipſum aũt nunc terminus præteriti, & futuri eſt. quare, qm̃ ipſum nũc in tempore, & prius, & poſterius in tpe erunt. in quo. n. eſt ipſum nunc, & ipſius nũc diſtãtia. E contrario aũt dicitur prius & ſm præteritum tẽpus, & futurum. in præterito enim prius dicimus, quod longius eſt ab ipſo nunc, poſterius aũt, quod ꝓpius eſt. in futuro autẽ prius quidem, quod propinquius eſt, poſterius autem, quod longius eſt. Quare, quoniã prius in tempore eſt: omnem autem motum ſequitur ipſum prius: manifeſtũ eſt ꝙ omnis mutatio, & omnis motus in tempore eſt.

Omne, quod mouetur, neceſſe eſt in tẽpore moueri.

Et, cũ iam determinauimus hæc hoc modo, manifeſtum eſt ꝙ oĩs trãſmutatio, & omnis motus eſt in tempore. velocius enim, & tardius inueniuntur in omni trãſmutatione, qm̃ hoc manifeſtum eſt in omni tranſmutatione. Et intelligo, cum dico aliquid eſſe velocioris motus, illud, quod p̃acquirit in tranſmutatione rem intentã in eadẽ dimenſione, & in æquali motu. verbi gratia in trãſlatione, vt duo mota moueantur in circũferentia circulari, aut moueant̃ in linea recta, & ſimiliter in alijs motibus. Et præacquirens eſt p̃cedens in tempore. quoniã non dicitur poſterius, niſi ſm ſuam diſtantiam ab inſtãti: & inſtans eſt terminus inter tp̃s p̃teritum, & tẽpus futurum. & ideo inſtans eſt in tempore: prius enim, & poſterius etiã ſunt in tempore. illud enim, in quo inſtans eſt, in eo eſt diſtantia ab inſtanti. Et intentio eius, quod eſt prius in tpe p̃terito, eſt contraria intentioni eius, quod eſt in tpe futuro. in tẽpore enim præterito prius eſt illud, quod eſt remotius ab inſtanti, & poſterius illud, quod eſt ꝓpinquius ei. in tpe vero futuro prius eſt illud, qđ eſt ꝓpinquius ei, & poſterius remotius. Et, ſi prius ẽ in tẽpore: & prius ſequitur oẽm motum: manifeſtum eſt ꝙ omnis tranſmutatio, & omnis motus eſt in tempore.

129 Cum declarauit quòd tempus eſt numerus motus, & ꝙ inſtans eſt terminus inter tempus præteritũ, & futurum, vult declarare ꝙ omnis tranſmutatio eſt in tempore, & ꝙ impoſſibile eſt vt aliqua tranſmutatio fit nõ in tempore, v. g. in inſtanti, & dixit Et, cum iam determinauimus, &c. i. &, cum iam determinauimus ſubſtantiam temporis hoc modo, manifeſtum eſt ex hoc, ꝙ omnis tranſmutatio, & omnis motus eſt in tempore, & ꝙ impoſſibile eſt vt motus fiat in inſtanti indiuiſibili. Et videtur ipſum intendere per motum, motũ tranſlationis proprie, & per tranſmutationem omnes modos motuũ: & hoc erit ad confirmandum. Et, ſi intendebat per motum illud, quod intendebat p̃ trãſmutationem, tunc vteretur nominibus ſynonymis, quod [a] diſplicet expoſitoribus. Et, cũ poſuit, quòd illud, quod vult declarare in hoc loco, eſt quod omnis

a Diſplicet expoſitorib⁹ Ariſtote. vti noib⁹ ſynonymis, ſdem 1. phy. cõ. 1.

tráſmutatio, & oīs motus eſt in tpe, incœpit declarare hoc, & dixit velocius enī, & tardius, &c. i. manifeſtū eſt enim p ſe quòd omnis tranſmutatio, & omnis motus diſponitur in reſpectu alterius motus, aut per velocitatem, aut per tarditatem. Et, cum poſuit hanc ꝓpoſitionem, incœpit exponere nomē, quod ſignificat velocitatem, & dixit Et intelligo, &c. i. & quod dicit̄ eſſe velocius altero duorum motorum eſt illud, quod præacquirit rem, ad quam mouetur in dimenſione æquali, & vno modo motus. & hoc intendebat, cum dixit in motu ęquali, i. in ſpecie. quoniam non dicitur quòd illud, quod mouetur in circulo, eſt velocius illo, quod mouetur in recto. D. induxit exemplū, & dixit, v. g. in tranſlatione, &c. i. & illud, quod ante pertranſit circulum, aut lineam rectā, illud dicitur velocius. Et, cum poſuit ꝙ velocius eſt præacquirēs dixit Et præacquirens eſt præcedens. & hoc manifeſtū eſt per ſe. Et, cū concluſit ex his duabus ꝓpoſitionibus ꝙ omne tranſmutatū, aut eſt prius, aut poſterius, poſuit ēt ꝙ omne prius, & poſterius eſt in tpe. & ad declarādum hoc expoſuit hæc noīa prius, & poſterius, & dixit dicitur enī poſterius, &c. i. & prius, et poſterius in motu definiūt per tēpus. poſterius enim duorum motorum eſt remotius ab inſtāti, ex quo incœpit motus, et prius eorū eſt propinquius. Et, cum poſuit ꝙ in definitione prioris, & poſterioris accipitur inſtās, incœpit definire inſtās, ad declarandum ex hoc ꝙ prius, & poſterius ſunt in tēpore, & dixit & inſtans eſt terminus, &c. i. differentia cōis, ſicut punctus, qui eſt terminus cōis inter duas lineas. ergo manifeſtum eſt ꝙ inſtans eſt in tpe, ſm ꝙ finis eſt in finito, & terminus in terminato. & hoc intendebat, cum dixit & ideo inſtans eſt ēt in tēpore. Et ſyllogiſmus cōponitur ſic. Inſtans eſt terminus duorum temporū: & oīs terminus eſt in re, cuius eſt terminus: ergo inſtans eſt in re, cuius eſt terminus: Et res, cuius eſt terminus, eſt tempus: ergo inſtans eſt in tempore, ſ. ſm ꝙ terminus eſt in terminato. Et, cum declarauit ꝙ inſtans eſt ī tēpore, & iam declarauit ꝙ poſterius eſt remotius ab inſtanti, & prius eſt propinquius, dixit prius enim, & poſterius, &c. i. &, cum ſit declaratum ꝙ poſterius eſt illud, quod eſt remotius ab inſtanti, & prius eſt propinquius, & inſtans eſt in tempore, ſequitur ex hoc ꝙ prius, & poſterius ſunt in tempore. qm̄ illud, in quo eſt inſtans, eſt illud, in quo eſt illud, quod ſignificat hoc, quod dicimus, ſ. remotius ab inſtanti, & propinquius ei. &, quia iā declarauit quòd inſtans eſt in tēpore: ergo remotius etiam, & propinquius ſunt in tēpore. ſed iſta ſunt partes temporū, & inſtans eſt terminus iſtorum temporū. Et, cum deſcripſit ꝙ prius eſt illud, quod eſt propinquius inſtanti, & poſterius illud, quod eſt remotius, & hoc non eſt verū, niſi in priori, & poſteriori in futuro, incœpit declarare duos modos prioris, & poſterioris in tempore futuro, & præterito, et dixit Et intētio eius, quod eſt prius in tpe, &c. & ſermo eius eſt manifeſtus. dicim⁹ enī ꝙ Plato prior eſt Alexan. quia eſt remotior ab hoc inſtanti, & dicimus ꝙ Alexā. eſt poſterior, quia eſt propinquior huic inſtanti. & econtrario eſt de tempore futuro. dicimus enī ꝙ aſcenſio ſolis in craſtino eſt prior ſuo eſſe in meridie: qm̄ aſcenſus eius eſt propinquior huic inſtanti q̃ eſſe eius in meridie: & eſſe eius eſt remotius: quia eſt remotius ab hoc inſtanti. ergo prius hic eſt contrarium priori illic, & poſterius poſterori. Et, cum declarauit hoc, induxit concluſionem ex iſtis ꝓpoſitionibus, & dixit Et, ſi prius eſt in tēpore, &c. i. &, cum manifeſtū eſt ex hoc, quod dicimus ꝙ in oī tráſmutatiōe inuenit̄ prius, & poſterius: et pri⁹, & poſterius ſunt in tpe: ergo manifeſtum eſt quòd omnis tranſmutatio, & omnis motus ſunt in tempore. Et quæritur qūo poteſt eē hoc, nos enim videmus tráſmutationes quaſdam, quæ ſunt non in tempore, vt illuminatio totius orizontis à ſole, & totius domus à candela, & ſicut factio formæ rei generatæ in actu. exiſtimatur enim quòd hoc eſt aliquod indiuiſibile. ſumus enim inter duo, aut concedere hanc demonſtrationem eſſe vniuerſalē, & dicere ſenſum peccare in iſtis rebus, & quòd non comprehendit tempus propter velocitatem earum: aut iſte ſermo erit particularis, ſ. qm̄ nō eſt verus, niſi de quibuſdam tráſmutationibus, in quibus inuenit̄ velocius, & tardius. Et ad hoc dicemus ꝙ tranſmutatio dicitur æquiuoce de tranſmutatione, quæ eſt per ſe, & de tranſmutatione, quæ non eſt per ſe, ſed eſt finis tráſmutationis. finis enim rei nō eſt de natura rei.ª &, quia tráſmutationes, quæ ſunt non in tpe, ſunt fines tranſmutationis: & nō ſunt tranſmutationes niſi æquiuoce: ergo in omni tráſmutatione vera inuenit̄ velocius, & tardius. Et oē, in quo inuenit̄ velocius, & tardius, inuenitur in eo prius & poſterius: & oē, in quo inuenitur prius, & poſteri⁹, eſt in tpe: ergo omnis tranſmutatio eſt in tpe: ſiue finis tranſmutationis fuerit de genere illius, ſiue de alio genere, & hoc declarabitur bene in Sexto.

Illud, qđ mouet̄ ī circlo, nō dr̄ velocius moueri eo, qđ mouetur ī recto. ꝑ hoc vide cōs 10. meta. c. 14. & 7. phyſi. t. c. 21. & 24.

Oīs termin⁹ ē ī re, cui⁹ ē termin⁹. Idē ſuꝑ cō. 42. & 107. Idem 6. phy. c. 57 & 2. de aīa cō. 22.

Digreſſio.

Dubium.

Illuminatio ſit in inſtāti. Idē. 2. de aīa t. c. 70.

Solutio.

Finis rei nō eſt de natura rei. Idē. 6. phyſi. 32.

a Tráſmutationes ſubitæ nō ſūt tráſmutationes, niſi æquiuoce. Idem. 6. phy. 32.

6. phy. c. 32.

Caput Nonum, in quo quædam adducuntur dubitationes circa ipſum Tempus, & earū ſolutiones.

DIgnum aūt conſyderatione eſt & qūo tandem ſe habet tp̄s ad animā. Et propter quid in omnibus videtur eſſe tempus, & in terra, & in mari, & in cœlo. An, quia ipſius motus paſſio quędam eſt, vel habitus, cum numerus quidem tēpus ſit: hæc aūt mobilia oīa: in loco enim oīa ſunt: † { tempus autem, & motus } ſimul ſunt & ſecundum potentiam, & ſm actum.

† a. l. locus ſit, & mot⁹. vt d. Alex.

Tp̄s, & motus ſimul ſūt ſm potētiā, & actum.

Et quærendū eſt quomodo diſpoſitio tēporis eſt apud animā. Et quare homines dicunt ꝙ tempus eſt in quolibet, in terra, & in mari, & in cœlo. Dicamus igitur ꝙ tempus eſt accidens motui, & forma eius, cum ſit numerus illius: & iſta omnia īnata ſunt moueri: oīa enim ſunt in loco: & tempus, & motus in potentia cū eo, quod eſt in potentia, & qđ eſt in actu cum eo, quod eſt in actu.

Perſcrutatur hic in tempore de duobus. Quorum 130
vnum eſt, quomodo eſt diſpoſitio temporis in eē, ſcilicet ſi habet eſſe extra animam, ſicut eſt in anima, ita, quòd, ſi anima non eſſet, eſſet tempus: aut, ſi anima nō eſſet, non eſſet tempus, niſi in potentia: quemadmodū numerus non eſt, niſi anima ſit, niſi in potentia. & hoc intendebat, cum dixit quomodo eſt diſpoſitio, & c. Quęſtio aūt ſecunda eſt, quare tēpus inuenitur in quolibet, ſiue quieſcente, ſiue moto. Nos enim comprehēdimus tempus in terra, & in mari, & in cœlo, ſicut dixit & tempus eſt accidens motui: vnde neceſſe eſt vt non inueniatur niſi in mobilibus. & hoc intendebat, cum dixit Et quare homines dicunt. Et intendebat per terram quieſcens, & per cœlum motum. & quaſi dicat, & quare homines dicunt quòd tempus ita eſt in quieſcente, ſicut in moto. D. incœpit ſoluere ſecundam quæſtionem, & dixit Dicamus igitur quòd tempus eſt, i. & tempus exiſtit in terra, & mari, & cœlo, qa eſt accidens motui, & forma eius, cum ſit numerus illius, ſ. qm̄ numerus eſt accidens numerati: &, cum tempus eſt numerus rerū mobilium, et numerus inuenit̄ in

Documentũ. Tpˢ nõ eodẽ ordine reperiĩ i reb⁹. qm̃ p̃rio inueniĩ ĩ cœlo, et ĩ alijs motis ſecundario, pp̃ hoc, q̃d inueniĩ in cœlo, & inueniĩ in q̃ſcente, pp̃ hoc, q̃d inueniĩ ĩ moto. cõſiſe ſupra cõ. 118. Vide & iſta cõ. 132.

numerato: & iſta omnia, ſ. terra, cœlum, et mare naturaliter habent moueri: neceſſe eſt vt tempus inueniaĩ in eis. Sed ſciendum eſt q̃ non eodem ordine inueniĩ in iſtis. qm̃ primo inuenitur in cœlo, & inueniĩ in alijs motis ſecundo, propter hoc, quòd ĩuenitur in cœlo: & inuenitur etiam in quieſcẽte, propter hoc, q̃ inuenitur in moto. D.d. ſunt.n.oĩa in loco, i. & cauſa in hoc, q̃ iſta, in quibus ĩuenitur tempus, ĩnata ſunt moueri, eſt eſſe eorum in loco. omne.n. quod eſt in loco, innatum eſt moueri, quia eſt corpus. D. d. & tempus, & motus, &c. i. & quod eſt ex iſtis rebus motum in potẽtia, & eſt illud, quod eſt quieſcens, tempus inuenitur in eo in potentia: & quod eſt motum in actu, tempus inuenitur in eo in actu.

Vide contr. Zim.

An tẽpus ſine aĩa.

Vide contr. Zim.

Vtrum autem, cum nõ ſit anima, erit tempus, an non, dubitauerit aliquis. Cum.n. impoſſibile ſit numeraturum eſſe, impoſſibile eſt numerabile aliquod eſſe. quare eſt manifeſtum q̃ neq; numerus eſt. numerus.n. eſt aut numeratum, aut ipſum numerabile. Si autem nihil aliud aptum natura eſt q̃ anima numerare, & animæ intellectus, impoſſibile eſt tẽpus eſſe, cum non ſit anima. niſi hoc, quod aliquando exiſtens tempus eſt, vt, ſi contingit motum eſſe ſine anima. prius autem, & poſterius in motu eſt: tempus autem hæc ſunt, quatenus numerabilia ſunt.

Et quęritur etiam, vtrum eſt poſſe q̃ tempus ſit, licet anima non ſit, aut eſt impoſſibile. Dicamus igitur q̃, cum numerans nõ fuerit, numerare non erit. ergo manifeſtum eſt q̃ numerus etiam non erit. numerus. n. eſt aut numeratum, aut illud, per quod numeratur. Et, cũ nihil ĩnatum ſit numerare pręter animam, & de anima intellectus, impoſſibile eſt vt tempus ſit, cum anima non fuerit, niſi fuerit ex illo, quod, cũ fuerit, erit tempus, v.g. qm̃ poſſibile eſt vt motus ſit abſq; eo, quòd ſit anima: & quòd prius, & poſterius ſunt in motu: & quod tempus eſt hæc duo, ſecundum q̃ ſunt numerata.

131 Cum diſſoluit ſecundam quæſtionem, reuerſus eſt ad primam, & dixit Et quæritur etiam vtrum ſit poſſibile, &c. i. & quæritur de tempore vtrum inueniatur extra animam, ſicut eſt in anima. et ſic erit, licet non comprehendatur ab anima, ſi poſuerimus animã deficere, ſicut erit, ſi apprehendaĩ ab anima. & iſta eſt diſpoſitio entium naturaliũ. aut eſt impoſſibile vt ſit in actu, niſi anima ſit. D. incœpit declarare hoc, et dixit Dicamus igitur q̃, cum numerans nõ fuerit, ergo numerare non erit, i. et, cum res numerans, quę eſt aĩa, non fuerit, tunc numerare, quod eſt actio rei numerantis, non erit. D.d. manifeſtũ eſt igiĩ q̃ numerus, &c. i. & cum numerare, quod eſt actio numerantis, nõ fuerit, manifeſtũ eſt q̃ numerus non erit. numerus. n. aut eſt numeratum, aut actio numerantis in numerato, i. illud, per quod numerat numerans. & hoc intẽdebat, vt mihi videtur, cum dixit aut illud, per quod numeraĩ, i. aut illud, per quod numerat numerans. &, cum manifeſtum eſt q̃ numerans nõ eſt numeratum, ergo eſt actio numerantis in numerato. & eſt manifeſtũ q̃, cum numerans non fuerit, actio eius non erit. D.d. Et, cum nihil innatum ſit, &c. i. &, cum ſit declaratum q̃, cum numerans non fuerit, non erit numerus: et eſt impoſſibile aliquid aliud numerare pręter animam, & de anima intellectus: manifeſtum eſt q̃, ſi aĩa non fuerit, non erit numerus: &, cum numerus non fuerit, nõ erit tempus.[a] Et, quia eſſe numeri in aĩa nõ eſt omnibus modis eſſe in aĩa:[b] qm̃, ſi ita eſſet, eſſet fictũ, & falſum, vt Chimera, & Hircoceruus: ſed eſſe eius extra mentẽ eſt in potentia propter ſubiectum propriũ, & eſſe eius in aĩa eſt in actu, ſ. qñ aĩa egerit illam actionem ĩ ſubiecto præparato ad recipiẽdum illam actionem, quæ dr̃ numerus, dixit niſi ex illo ſit, &c. i. &, cum non fuerit anima, non erit tempus. niſi aliquis dicat q̃ erit, & ſi aĩa non fuerit, ex illo q̃, cum fuerit in actu, tempus erit in potentia. & hoc eſt propter ſuũ ſubiectum proprium, ſ. motum. Et hoc intendebat, cum dicit, v. g. qm̃ poſſe eſt vt motus ſit abſq; eo, q̃ anima ſit, i. mot⁹ erit, & ſi anima non erit. & ſecundum quòd prius et poſterius ſunt in eo numerata in potentia, eſt tempus in potentia: & ſm̃ q̃ ſunt numerata in actu eſt tempus in actu. tempus igitur in actu non erit, niſi aĩa ſit: in potentia vero erit, licet aĩa non ſit. D.d. & q̃ prius, & poſterius ſunt in motu, i. & nõ poteſt aliquis dicere q̃ tempus eſt, & ſi aĩa non erit, niſi quia motus eſt, & ſi aĩa nõ fuerit. & ſilr̃ ſunt in eo prius, & poſterius: & tẽpus nihil aliud eſt q̃ prius, & poſterius ĩ motu, ſed ſm̃ q̃ ſunt numerata. et ideo ĩdiget in hoc, q̃ ſit ĩ actu, aĩa, ſ. ſm̃ q̃ eſt prius, et poſterius numerata. Et q̃ſi p hoc, quod dixit et tempus eſt hæc duo, ſm̃ q̃ ſunt numerata. innuit q̃ tempus diminuitur ab eo ex eſſe perfecto extra aĩam hoc, q̃ numeratur ab aĩa tãtum. ſm̃ igitur hunc modum dicitur tempus habere eſſe extra aĩam ſimile perfecto, & ſi non ſit perfectum. Et iſta pſcrutatio de tempore magis ẽ Philoſophica, q̃ Naturalis. ſed induxit ipſam in hoc loco, quia eſt cauſa in ipſum[c] latere, ſ. quia eſt diminutum in ſe.

Diſpõ entiũ naturaliũ eſt ea hẽe eẽ, ls ab aĩa nõ cõprehendanĩ. Idem ſupra. cõ. 88.

a Eſſe numeri ĩ aĩa nõ eſt oĩb⁹ modis. ſed ĩ aĩa ẽ in actu, et extra aĩam in potentia.

b Ex hoc ſumiĩ q̃ omne ens ĩ aĩa, cui nihil correſpõdet in re, eſt figmentum.

Tp̃s in actu non erit, niſi aĩa ſit: tẽpus vero ĩ potentia erit, licet aĩa non ſit.

c Latẽtia tẽporis ẽ, qa ẽ ens diminutũ in ſe. cõſiſe de motu 5. phy. c. 18.

Dubitauerit autem aliquis & qualis motus numerus tempus ſit. An qualiſcũq;. etenim generatur in tempore, & corrumpitur, & augmentatur, & alteratur in tempore, & fertur. Quatenus igitur motus eſt, eatenus eſt vniuſcuiuſq; motus numerus. quapropter ipſius motus ſimpliciter eſt numerus continui, ſed non cuiuſdam, ſed eſt nunc motum eſſe, & aliud, quorũ vtriuſq; motus erit numerus. Alterum igitur tempus erit, & ſimul duo æqualia tempora erunt? An non. omne nanq; tempus vnum ſilr̃, & ſimul eſt, ſpecie aũt & quæ non ſimul. ſi. n. ſint hi quidem canes, illi vero equi, vtriq; aũt ſeptem, idem numerus eſt. ſic et motuũ ſimul terminatorũ idem tempus eſt. ſed hic quidem velox fortaſſis, alius vero non: & hic q̃dem latio, alius autem alteratio. tẽpus tñ idem eſt, ſi quidem & numerus æqualis ſit & alterationis, & lationis, & ſimul ſint. Atq; ꝓpter hoc motus q̃dem alteri, & ſeorſum ſunt, tempus aũt vbiq; eſt idem, q̃a & numerus vnus, & idem vbiq; eſt, qui eſt æqualiũ, & ſimul.

Et quęrendũ eſt etiam de tempore hoc, ſ.

cuius motus eſt numerus. Dicamus igiẽ ꝙ, ſi fuerit numerus cuiuslibet motus, & omne, quod generatur, ſemper eſt in tempore, & ſimiliter quod augmentatur, & quod alteratur, & quod transfertur. Secundum igitur ꝙ tẽpus eſt numerus motus, ſm hoc eſt numerus vniuſcuiuſq; motuum. & ideo eſt numerus motus continui ſimpliciter, ideſt numerus cuiuslibet motus continui, nō numerus alicuius motus: ſed eſt poſſibile vt nunc moueatur aliquid, & cum eo moueaẽ aliud. tempus ergo eſt numerus vtriuſq; motus. Ergo eſt hic aliud tempus? erunt igitur duo tempora inſimul ęqualia? Dicamus igitur ꝙ non eſt ita. qm̃ eſt idem tempus æqualiter, et inſimul, in forma vero nō eſt inſimul. qm̃, ſi haberemus numerum canum, & numerū equorum, & numerus vtriuſq; eſſet ſeptenarius, tunc numerus eſſet idē. & ſimiliter tempus duorū motuum coexiſtentium eſt idē: ſed forte alter erit velox, & alter tardus: & forte alter erit motus translationis, & alter erit motus alterationis. tempus vero eorum eſt idem, cum numerus motus alterationis, & numerus motus translationis ſunt æquales, & inſimul. Et tamen cauſæ motus ſunt diuerſæ, tempus vero eſt ĩ omni loco idem, quia numerus rerum æqualium, quæ ſunt inſimul, eſt idem in omni loco.

132 Et, cum declarauit de ſubſtantia temporis, ꝙ eſt numerus motus ſm prius, & poſterius, quærit hic qs motus eſt iſte, ſ. cuius numerus eſt tempus, ſ. vtrum eſt numerus cuiuslibet motus, aut alicuius. &, ſi eſt numerus cuiuslibet motus, vtrum attribuatur eis eodē modo, aut principaliter, & ſecundario. Et dixit Et quærēdum eſt, &c. i. & iſta quæſtio accidit, ſicut diximus. qm̃, ſi poſuerimus ꝙ eſt numerus alicuius motus, ſeqtur vt non numeret alios motus. &, ſi poſuerimus ꝙ eſt numerus cuiuslibet motus, ſequitur vt tẽpus multiplicetur per multiplicationem motuum. Et, cū narrauit ꝙ ĩ iſta quæſtione eſt difficultas, dixit Dicamus igitur in hoc, ꝙ eſt numerus, &c. i. ꝙ eſt numerus cuiuslibet motus, quia omnis motus eſt ĩ tempore: & eſt in tempore, quia tempus numerat ipſum: & ſiue motus fuerit gñatio, aut corruptio, aut augmentatio, aut alteratio, aut translatio, tempus numerat ipſum, quia eſt in tempore. Sed debes ſcire ꝙ tempus licet ſit numerus cuiuslibet motus, tamen non eodem modo, ſed ſm prius, & poſterius. qm̃ eſt numerus aliorum motuum præter translationem, quia eſt numerus translationis, qm̃, ſi translatio non eſſet, non eſſet tempus. ſi alteratio non eſſet, neq; augmentatio, neq; generatio, neq; corruptio. &, ſi eſſet translatio tm̃, eſſet tempus. &, ſi de modis translationis non eſſet translatio circularis, non eſſet tempus: & de circulari velocioris circulationis, ſ. diurni motus. tempus igitur, & ſi non eſt numerus cuiuslibet motus, tamen attribuitur eis principaliter, & ſecundario. Et, cum narrauit ꝙ tempus eſt numerus cuiuslibet motus hoc modo, d. Secundū igitur ꝙ tempus, &c. i. ſm igitur ꝙ tempus ſequitur motum, & accidit ei ꝙ eſt numerus cuiuslibet motus, & qa ſequitur motum ſimpliciter, quicūq; ſit, neceſſe eſt vt ſit numerus motus continui ſimplr, non numerus alicuius motus, ſed cuiuslibet motus cōtinui, quia eſt continuum. ſm hoc igitur exponendus eſt iſte locus. Et in quibuſdam ſcripturis inuenitur, ſm hoc igitur ꝙ tempus eſt motus, ſecundum hoc erit numerus vnius motuum. eſt igitur propter hoc numerus motus continui ſimpliciter, non numerus alicuius motus. Et intēdebat ſm hæc verba, qm̃, ſm ꝙ tempus accidit motui, & motus eſt prior naturaliter, neceſſe eſt vt ſit numerus vnius motus primo, & eſſentialiter: & eſt motus, qui accipitur in definitione tẽporis. D. d. Eſt igiẽ propter hoc numerus motus, i. corpis cœleſtis. D. d. non numerus alicuius motus, i. cuiuslibet motus. & ſm hanc expoſitionem intendebat ꝙ ſm hoc, ꝙ in definitione temporis accipitur motus, ſequitur vnū motum, & eſt numerus illius primo, & eēntialiter: &, ſm ꝙ menſurat omnes motus, eſt numerus cuiuslibet motus. D. d. ſed eſt poſſibile, &c. i. ſed, ſi poſuerimus ipſum eſſe numerum cuiuslibet motus, cum fuerit numerus alicuius motus demonſtrati, & in illa hora moueẽ aliud motu ęquali ei, tunc tẽpus erit numerus vtriuſq; illorum motuum: & ſic multiplicabitur per multiplicationem eorum: & ſic eſſent duo tẽpora inſimul. quod eſt impoſſibile. D. incœpit diſſoluere hanc quæſtionem, & d. Dicamus igitur ꝙ non eſt ita, &c. i. & hoc non ſequitur. qm̃ poſſibile eſt vt idē tempus ſit æqualiter duorum motuum ſimul diuerſorum abſq; eo, ꝙ tempus multiplicetur per multiplicationē motuum, et non ſequitur neceſſario vt duo motus habeāt duo tēpora neceſſario. tempus. n. ſm ꝙ eſt numerus motuū, non multiplicabitur per multiplicationem motuum, & numerus nō multiplicabitur per multiplicationem numeratorum. v. g. quinarius, per quem numerantur quinq; canes, & qnq; equi, & alia genera, qm̃ eſt idē. non ergo ſequiẽ vt tempus multiplicetur per multiplicationē motuū. Sed, ſi poſuerimus ꝙ diſpō tpis cum oī motu ſit talis, ſ. ſicut diſpō numeri cū numerato, ſequiẽ vt tẽpus nō ſit ens naturale, neq; mobile, ſed imaginabile. res. n. q̃ ſunt in mente, nō accipiẽ motus ĩ definitiōe earū. Et, ſi poſuerimus etiā † {ꝙ tẽpus accipiẽ ĩ definitione cuiuslibet motus, } ſequiẽ vt multiplicetur per multiplicationem motuum: ſicut eſt diſpoſitio in albedine, & alijs accidentibus, quæ multiplicātur per multiplicationem ſubiecti. Si autem poſuerimus ꝙ diſpoſitio eius cum motu vno eſt diſpoſitio ſequētis, in cuius definitione accipitur illud, ad quod ſequiẽ, & cum alijs motibus, ſicut diſpoſitio numeri cum numerato, diſſoluetur quæſtio. & iam declarauimus prius ꝙ nos percipimus tempus, qñ percipimus motum, p quem ſentimus nos eſſe in tranſmutatione cōtinua, & eſt motus circularis. Tempus igitur ſequitur hūc motum: & iſte motus accipitur in definitione eius: & ipſum menſurat illum, non ſm ꝙ numerus menſurat numeratum, ſed ſm ꝙ menſurat aliquid, quod eſt forma in re: alios vero motus menſurat, ſm ꝙ numerus menſurat numeratum, ſ. ꝙ numeratum non accipiẽ in definitiōe numeri. Per hoc igitur diſſoluitur quęſtio Themiſtij, & aliorum. et hoc manifeſtum eſt ex ſermone eius. et per hoc poteſt demonſtrare ex hoc, ꝙ tẽpus eſt continuum continuitate motus, ex hoc, ꝙ tempus eſt reciprocum reciprocatione motus. D. d. ſed forte alter erit velox, &c. i. ſed forte erit alter velox, et alter tardus, & non habebunt tempus æquale, licet ſit idem. D. d. & forte alter erit, &c. & innuit ꝙ non ſolum mēſurat motus, qui ſunt inſimul eiuſdem ſpeciei, ſed etiam qui ſunt ſpērum diuerſarum. D. d. tempus vero corp, & c. i. & diſpoſitio in tempore duorum motuum

Documentū
Tp̃s, licet ſit numer⁹ mot⁹ cuiuslibꝫ, nō tñ eodem mō, ſed ſm pri⁹, & poſteri⁹. cōſule ſupra cō. 130

Pria expō.

Scda expō.

Quæſtio.

† a. l. ꝙ ĩ definitiōe tpis accipiẽ quilibet motus.

Solutio.

Cō. 98.

Tēpus ſeqẽ motū circularē diurnū: & iſte mot⁹ ſumiẽ ĩ definitione ei⁹: & ip̃ſ mēſurat, ñ ſm ꝙ nūerus mēſurat numeratum, ſed ſm ꝙ aliq̃d mēſurat, q̃d ē ſorā in re. Sed oppoſitū vr̃ ſētire infra cō. 133. Vide cōtra. Zim.

tuum diuerſorum in ſpecie in hoc, ꝙ tempus eorum eſt idem, & æquale, ſi motus fuerint æquales, aut diuerſum ſecundum magis, & minus, ſi motus fuerint diuerſi ſecundum magis, & minus, eſt ſicut diſpoſitio in motibus, qui ſunt vnius generis.

Supra te. 12.

Quoniam autem eſt latio & huius circularis, numeratur autem vnumquodq; vno quodam cognato, vnitates vnitate, equi vero equo, ſic & tempus tempore quodam finito. (menſuratur autē, ſicut diximus, et tempus motu, & motus tēpore. hoc autem eſt, quia à determinato motu tempore menſurat̃ & ipſius motus quantitas, et temporis.) ſi igitur primum menſura omnium cognatorum eſt circũlatio, regularis menſura maxime erit, q̃a numerus huius notiſſimus eſt. Neq; igit̃ alteratio, neq; augmentatio, neq; generatio regulares ſunt, latio aũt eſt. Quapropter & videtur tempus eſſe ſphæræ motus, quia hoc menſurantur alij motus, et tempus hoc motu. Propter hoc autem & quod conſuetum eſt dici accidit. dicunt enim circulum eſſe humanas res, & aliorum motum habentium naturalem, & generationem, & corruptionem. hoc autem eſt, quia hęc omnia tempore dijudicãtur, et accipiunt finem, & principium, ac ſi ſecundum quandam periodum ſit. etenim tempus ipſum eſſe videt̃ circulus quidam. hoc autem rurſus videtur, quia huiuſmodi lationis menſura eſt, et menſuratur ipſum ab huiuſmodi. Quare dicere rerum eas, quæ fiunt, eſſe circulum, eſt dicere temporis eſſe quendam circulum. hoc autem eſt, quia mẽſuratur circũlatione. præter †{enim menſurã} nihil aliud vr̃ eſſe quod menſuratur, q̃ multæ menſuræ, totum.

Vide con. Zimarræ.

Alteratio, augmẽtatio, generatio ñ ſunt regulares, latio autem eſt.

† a. l. quod menſuræ.

Et hic, quia eſt translatio, ex qua eſt motus circularis, & vnaquæq; rerum numerat̃ per aliquid ſui generis, qm̃ vnitates numerantur per vnitatem, & equi per equum, ſimiliter tempus neceſſe eſt vt menſuret̃ per aliquod tempus terminatum. ſed tẽpus, ſicut diximus, menſuratur per motum, et motus per tempus. quoniam tempus motus terminati menſurat quãtitatem motus, & quãtitatem temporis. &, cum per primam menſuram menſurentur omnia, quæ ſunt vnius generis, dignius motuum, vt ſit menſurans, eſt motus circularis æqualis. qm̃ numerus iſtius motus eſt notior numerorum. Et motus alteratiuus non eſt æqualis, neq; motus augmenti, neq; motus generationis, translatio vero aliqua eſt æqualis. Et ideo exiſtimatur ꝙ tempus eſt motus ſphæræ, quoniam per iſtum motũ menſurantur iſti cæteri motus tempus. Et ideo mos eſt dicere ꝙ diſpoſitiones hominum currunt ſm̃ circulum. vt cum homines dicunt rotam infortunij, et ſimiliter alia, quæ habent motum naturalem, & generationem, & corruptionem. & hoc dicitur, quia omnia experimentantur ꝑ tempus, & in eo deſinunt, & incipiunt, q̃ſi eſſent currentia per aliquam rotam. ipſum enim tempus exiſtimatur eſſe circulus. & hoc exiſtimatur etiam, quia menſurat motum quod eſt tale, & quia ipſum menſuratur etiam per motũ, q̃ eſt talis. Dicere igit̃ ꝙ res, q̃ ſunt in generatione, currũt ſuper circulũ, eſt dicere ꝙ tempus eſt circulus. & intentio eius eſt, quoniam tempus menſurat motum circularem, & quoniam menſura nihil aliud eſt, q̃ menſurans menſuratum, præter hoc, quòd totum eſt plures menſuræ vna.

Cum declarauit ꝙ tempus numerat quemlibet motum, incœpit declarare tempus primum eſſe ex hoc, ꝙ motus eſt primus, et dixit Quia autem hic eſt translatio, &c. i. &, quia hæc eſt translatio, in qua inuenitur translatio circularis, quę eſt prior cæteris motibus, & tempus ſequitur iſtam etiam, & vnaquæq; rerum numeratur per aliquod ſuæ ſpeciei, v. g. qm̃ vnitates in numero numerantur per vnitatem, & equi numerant̃ per vnum equum, neceſſe eſt vt tempus etiam numeretur per aliquod tempus notum, & terminatum naturaliter. Et d. in præcedenti ꝙ hic eſt motus tranſlationis, et circularis. qm̃, cum fuerit poſitum ꝙ tempus eſt numerus cuiuslibet motus, & fuerit poſitum ꝙ hic eſt prior motus cæteris motibus, ſequitur vt tempus iſtius motus ſit prius cæteris temporibus, & numerãs illa. Et, cum declarauit ꝙ neceſſe eſt vt ſit hoc primũ tempus, ĩcœpit declarare per quid poteſt hoc tempus determinari, & d. ſed tempus, ſicut diximus menſurat̃ per motum, &c. i. ſed tempus, quod eſt primum menſurãs, debet eſſe terminatum per motum, cum iam diximus ꝙ tempus menſuratur per motum, licet ſit mẽſuratio accidẽtalis, & quòd motus menſuratur ꝑ tempus primo, & eſſentialiter, qm̃ per tempus motus terminati poteſt menſurari quantitas motus, & quantitas temporis, ſ. per tempus iſtius motus primi menſuratur quantitas totius temporis, & quantitas motuũ. Et, cum declarauit ꝙ iſtud tempus terminatur ꝑ motum, ĩcœpit declarare per quem motum, & d. &, cum prima menſura, &c. i. et, cum manifeſtum eſt ꝙ prima menſura, & indiuiſibilis in aliquo genere, eſt illud, per quod menſurantur omnia, quæ ſunt in illo genere, dignius motuum, vt ſuum tempus ſit primum tempus, eſt motus circularis æqualis. & hoc eſt ita, q̃a iſte motus eſt prior motuum, vt poſt declarabimus: & eſt primus naturaliter, & velocior: ergo primum tempus eſt iſtius motus: qm̃ prima menſura talis eſt, ſ. ꝙ non diuiditur in illo genere. D. induxit rationem ſuper hoc, et d. quoniam numerus iſtius motus, &c. i. & prima mẽſura debet eſſe notior. & ſyllogiſmus componitur ſic. Numerus motus circularis eſt notior: et notius in omni numerato eſt prima menſura: ergo numerus motus circularis eſt primus numerus numerorum omnium motuum. Deinde declarauit ꝙ motus alteratiuus, et motus generationis, & corruptionis ſunt valde remoti ab hoc, ꝙ tempus ſit numerus eorum, quoniam tempus eſt ęquale, vnde ſequitur vt ſequatur motũ ęqualem, non variabilem in velocitate, & tarditate, & dixit 133

Vnaquæque rerũ numeratur ꝑ aliquid ſuę ſpẽi. Idẽ ſupra c. 119. & 10. Met. t. c. 4.

Menſuratio tp̃is ꝑ motũ ẽ accñtalis, ecõtra vero ẽ eſſentialis. Idẽ ſupra cõmen. 102. 112. 113.

Prĩa menſura eorũ, quæ ſunt ĩ aliquo gñe, ẽ idiuiſibilis in illo gñe. Idẽ. 10. Me. t. c. 3. & t. c. 4. & 6. Phy. c. 64. & 2. cœ. t. cõ. 28.

xit Et motus alterationis, &c. Et ſyllogiſmus componitur ſic. Numerus cæterorum motuum eſt numerus motuum non æqualium: & tempus eſt numerus æqualis motus: ergo tempus nõ eſt numerus aliorum motuum. &, cum non eſt numerus aliorum eorum, dignius eſt vt prius numerus eius inueniatur exemplum iſtorum motuum. Deinde d. translatio vero aliqua eſt æqualis. ideſt motus autẽ translationis poſſibile eſt vt ſit æqualis. & ideo exiſtimatur ꝙ primum tempus eſt numerus motus totius, ſ. diurni, ſ. quia iſte motus eſt motus translationis, & quia per illum menſurantur cęteri motus, & cętera tpa. & hoc manifeſtũ eſt de iſtis motibus. ideo omnes cõueniunt ꝙ tempus menſuretur per illum. Et aliquis poteſt quærere, q̄m nos videmus ꝙ prima menſura in rebus mẽſuratis eſt duobus modis, aut menſura, quę dicitur vniuoce cum menſuratis in illo genere, aut principaliter, et ſecundario. totum igitur tempus cum primo tempore menſurãte cuiuſmodi eſt iſtorum duorum modorum? Dicamus igitur ꝙ, ſi tempus ſequeretur omnẽ motum, tunc primum tempus cum alijs temporibus diceretur principaliter, ſ. q̄m menſurat: quemadmodum motus, quem ſequitur, dicitur cum alijs motibus principalit. ſi autem tempus totum ſequitur motum corporis rotundi, tunc primum tempus erit dictum cum alio tempore, quod menſurat, vniuoce: ſicut eſt diſpoſitio in vnitate cum numeris: quod nõ eſt ita de primo numerante cum alijs numerantibus. ſm hoc igitur eſt intelligendus iſte locus. Et, cum dedit demonſtrationem ſuper hoc induxit res famoſas ſm ſuum morem, & d. Et ideo mos eſt dicere, &c. i. et hoc, quod homines dicunt ꝙ rota infortunij tranſiuit ſuper aliquem, qa percipiunt ꝙ cauſa infortunij eſt motus circularis, aut ſequens motum circularem, quod eſt tempus. D. d. & ſiſr alia, &c. i. q̄m omnia attribuuntur circulo, & tempori. D. d. & hoc dicitur, &c. i. & illa, quæ generantur, & corrumpuntur dicuntur reuolui, & reciprocari, quia omnia tranſmutata numerantur per tempus, & in eodem deſinunt, & incipiunt. &, quia tempus exiſtimatur eſſe circulus, ideo illa, quæ numerantur per tempus, exiſtimantur currere ſuper circulum, ſcilicet quaſi eſſet circulus. Deinde d. & exiſtimatur hoc, &c. ideſt & exiſtimatur quòd tempus eſt circulus, quoniam menſurat motum, qui eſt circularis, & quia menſuratur etiam per motum circularem. Et cum declarauit hoc fecit ſummam de illo, & dicit. Dicere igitur, &c. ideſt cũ igitur vulgus dicit quòd res, quæ ſunt in generatione, currunt ſuper rotam, dicunt hoc, qa * tranſmutantur per tempus, & tempus apud eos eſt circulus. D. d. & intentio eius eſt, &c. i. & tempus apud eos eſt circulus, quia tp̄s mẽſurat motũ circularem, & menſuratur per motum circularem, & menſura in quolibet non eſt extra genus menſurati, ſed totum menſuratum eſt plures menſuræ. verbi gratia, quoniam vnum non eſt aliud à numero, ſed numerus plures vnitates. &, cum menſurans, & menſuratum ſunt vnius generis: & menſurans tempus eſt circulare: ergo tempus eſt circulare. & hoc exiſtimatur, &c. & quaſi aliquis quæreret, quare exiſtimatur ꝙ, cum tempus menſurauerit motum circularẽ, et fuerit menſuratum etiam per motum circularem, quòd erit circularis. & d. quia exiſtimatur quòd menſurans, et mẽſuratum debent eſſe vnius generis.

Dubium.


Solutio.

* s.i. terminantur.

Dicitur autem recte & quòd numerus quidem eſt idem ouium, & canum, ſi æqualis vterque ſit. denarius autẽ non idem, neque decem eadem, ſicut neque trianguli ijdem, ęquilaterus, & qui trium inęqualium laterum, & tamen figura eadem eſt, quia ambo trianguli ſunt. Idẽ. n. dr̄, cuius nõ differt. dr̄ia, ſed nõ cuius dr̄t. vt triangulus triãguli dr̄ia differt (diuerſi enim trianguli ſunt) figuræ autem non, ſed in vna, & eadem diuiſione. figura enim talis quidem circulus eſt, talis vero triangulus. huius aũt talis qdem eſt ęquilaterus, talis vero q triũ inæqualiũ laterũ. figura igr̄ eadẽ, & hæc: triangulus. n. eſt: triangulus autem non idem eſt. Et numerus igitur idem. non enim differt numeri differentia numerus horum. denarius autem non idem eſt. in quibus enim dicitur, differunt: hæc enim canes, illa vero equi ſunt. Et de tempore quidem, & ipſo, & de ijs, quæ circa ipſum conſyderationi ſunt propria dictum eſt.

Idẽ dr̄, cuius non differt differentia.

Et bene dicitur etiam quòd numerus hominum, & numerus canum eſt idem, cum vterq; numerus fuerit alij ęqualis. & dicitur quòd denarius numerus non eſt idem, neque decem res ſunt eædem. quẽadmodum triangulus æqualium, & diuerſorum laterum non ſunt idem, licet ſit eadem figura, qa ambo ſunt trianguli. Dicitur enim aliquid eſſe Idem, quando non differt in differentia, & dicitur eſſe diuerſum, quando differentia eius fuerit diuerſa. verbi gratia triangulus, quoniam trianguli diuerſi differunt in differentia eius, in figura vero non differunt, ſed collocãtur in eadem diuiſione. quoniam figura illa, quæ eſt talis, eſt circulus, & illa, quę eſt talis, eſt triangulus, & triangulus ille, qui eſt talis, eſt æqualium laterum, & ille, qui eſt talis, eſt diuerſorum laterum. & triangulus eſt eadem figura, & non eſt eadem intentio in numero. Et numerus etiam eſt idem. & non diuerſatur in rebus naturalibus in differentia numeri. decem vero non ſunt idem. diuerſantur enim in rebus, de quibus dicuntur, quoniam poſſunt eſſe numerus canum, & numerus equorum. Iam igitur compleuimus ſermonem de tempore, & de rebus perſcrutandis in hac conſyderatione.



Complet capitulum, in quo dicitur quòd tempus non multiplicatur per multiplicationem motuum, & dat cauſam in hoc, & dixit Et bene dicitur, &c. ideſt, 134

& bene

& bẽne fuit dictum in ſermone prædicto quòd numerus non multiplicatur per multiplicationem numeratorum, & quòd numerus iſtarum ouium decem, & numerus iſtorum canum decem eſt idem, cum non differant ſecundum numerum, cum ſint ęqualia ſecundum numerum. Deinde d. & dicitur quòd denarius eſt numerus, &c. idest denarius autem collocatus ſub denario numerali non eſt idem. iſte enim denarius eſt denarius talis, ſcilicet decem alicuius generis, non decem ſimpliciter. & ideo poſt dixit neq; decem res ſunt eędem. idest, & ſi accepiſſemus vniuerſalium genus eorum, verbi gratia decem res. Et, cum narrauit differentiam inter numerum ſimpliciter, & numerum non ſimpliciter in hoc, quòd numerus ſimpliciter non multiplicatur, & eſt idem, & non ſimpliciter multiplicabitur, dedit exemplum de illo, qui eſt non ſimpliciter; & dicit, quemadmodum trianguli æqualium laterũ, &c. idest, & decem, quæ ſunt non ſimpliciter, verbi gratia decem animalia non ſunt eadem in ſpecie: quoniam hæc decem animalia, quędã ſunt decem equi, & quędam decem canes. quemadmodum triangulus non eſt idem: quoniam alius eſt ęqualium laterum, et alius diuerſorum laterum: licet conueniant in hoc, quòd ſunt eadem in figura, quia ambo ſunt triangulus. Et, cum narrauit hoc de vno in ſpecie, & de vno in genere, dedit cauſam in hoc, & dixit Dicitur enim aliquid eſſe Idem, &c. idest & trianguli, & ſimilia non ſunt eadem in ſpecie, qa diuerſantur ſecundum differẽtias: et res, quæ ſunt eędem in ſpecie, non diuerſantur ſecundum differentias: & diuerſa ſecundum ſpeciem ſunt diuerſa ſecundum differentias. Deinde d. verbi gratia triangulus, &c. idest quoniam triangulus diuiditur in differentias, in quibus trianguli diuerſantur, ſecundum q̃ ſunt trianguli. D. d. in figura autem, &c. idest quoniã non diuerſantur in hoc, quòd ſunt figura triangularis, ſed ſecundum hunc modum collocantur ſub eodem genere, quod eſt triangulus. Deinde dicit figura enim illa, quæ eſt talis, &c. idest figura enim, quæ eſt ex tribus lineis æqualibus, dicitur Iſopleuros, &, cum non fuerit æqualis, dicitur diuerſorum laterum. & triangulus eſt eadem figura ſecundum genus, & non eſt eadem ſecundum ſpeciem. Et, cum poſuerit quòd illa, quæ diuerſantur ſecundum ſpeciem, ſunt illa, quæ differunt ſecundum differentias, incœpit declarare q̃ numerus non diuerſatur ex numeratis eſſentialiter, cum nõ ſint tanquam differentiæ ipſius, & dixit Et numerus eſt etiam idem, &c. idest & numerus eſt idem ſecundum ſpeciem, & non diuerſatur per res numeratas, ſicut numerus diuerſatur ex ſuis differentijs, ſcilicet par, impar, & alijs differentijs. Et ſyllogiſmus componitur ſic. Numerus non diuerſatur in ſpecie per differentias ſubſtãtiales ex numeratis: & omne, quod diuerſatur in ſpecie, diuerſatur per differentias ſubſtantiales: ergo numerus non diuerſatur ex numeratis: ſed tempus eſt numerus: ergo tempus non multiplicatur in ſpecie per multiplicationem numerati. & hoc intendebat per hunc ſermonem. Deinde dicit denarius vero non eſt idem, &c. idest decem vero ſimpliciter, verbi gratia decem animalia non ſunt idem in ſpecie, quoniam diuerſantur per differentias ſubſtantiales ex rebus, quę ſunt ſub eis. verbi gratia quoniam animalitas eſt eadem, ſed diuerſatur per latrabile, & rationabile: quoniam iſtæ ſunt differentiæ ſubſtantiales, aut tanquam differentiæ. Deinde dicit Iam igitur compleuimus, &c. idest iam igitur declarauimus perfecte quid ſit tempus in ſua natura, & declarauimus illa, quæ conſyderanda ſunt apud conſyderationem de tempore.

Numerus ſimplr nõ multiplicatur, ſed nũerus non ſimplr multiplicatur.

Res, quę ſũt eædẽ in ſpẽ, nõ diuerſant̃ ſm dĩas.

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV LIBER QVINTVS, *cum Auer. Commen.*

SVMMAE LIBRI.

In Prima agitur de Diuiſione Motus in ſuas ſpecies.
In Secunda de Vnitate, & Pluralitate motus.
In Tertia de Contrarietate motuũ, et quietum.

Summæ primæ Caput Primum, in quo diſtinguitur motus per Se à motu per Accidens, & à motu ſecundum Partem.

MVtatur autem, quod mutatur, omne, hoc quidem ſm accidens, vt cum dicimus muſicum ambulare, quoniã, cui accidit muſicũ eſſe, hoc ambulat. Hoc autem ex eo, qa huius aliquid mutatur, ſimpliciter dicitur mutari, vt quæcunq; dicuntur ſecundum partes. ſanatur enim corpus, quia oculus, aut thorax: hæc autem partes ſunt totius corporis. Eſt autem aliquid, quod neq; ſm accidens mouetur, neq; ex eo, quia aliud quid eorum, quę ipſius, ſed ex eo, quia ipſum mouetur primum: & hoc eſt ſecundum ſeipſum mobile. ſecundum alium autem motum alterum eſt, vt alterabile, & alterationis ſanabile, * & calefactibile alterum.

* al. aut.

Omne ergo, quod tranſmutatur, tranſmutatur aliud per accidens. v. g. muſicum currere, quia accidit ei, qui eſt muſicus, vt currat. Et aliud, quia pars eius tranſmutatur dicetur ſimpliciter ipſum tranſmutari. v. g. illud, quod dicitur ſecundum diſpoſitionem ſuarum partium. dicimus enim Socratem ſanari, quia oculus eius ſanatur, aut pectus eius; et hęc duo ſunt duæ partes totius corporis. Et quædam mouentur non per accidens, neq; quia aliud exiſtẽs in eo mouetur, ſed quia ipſum in ſe primo mouetur: & hoc eſt motum per ſe. & etiam eſt motum per alium motum cæterorum modorum motus, vt alteratum, & de alteratiõe etiã alteratum ad ſanitatẽ eſt aliud ab alterato ad calefactionem.

INtendit hoc tractatu loqui de ſpeciebus motuum, & de accidentibus eſſentialibus eis: quod. n. declaratum eſt ex hoc in Tertio eſt quaſi genus. & quia intendit numerare ſpecies motuum eſſentialium, incœpit primo determinare mota eſſentialia à non eſſentialibus, & dixit Q. tranſmutatum vl'r eſt tribus modis. Aut per accidẽs, vt cum dicitur q̃ muſicus currit. non. n. currit ſm q̃ muſicus, ſed ſm q̃ eſt animal ambulãs, cui accidit, vt ſit muſicus, & ſic curſus attribuitur ei per accñs, Secundus vero modus eſt illud, quod dici- 1

Infra. t.c. 9.

tur

tur tranſmutatum ſimpliciter, quia tranſmutatur ſm partem, vt cum dr̃ ſortes eſt ſanus, licet non ſit ſanus, niſi ſm oculum, & infirmus, quia eſt infirmus oculo. & hoc intẽdebat cum d. Et aliud, quia pars eius, &c. i. & quoddam dr̃ tranſmutari ſimpliciter, qñ non tranſmutatur ex eo, niſi vna pars tm̃. Et iſte modus reducitur ad illum, qui eſt per accidens, & eſt quaſi medium inter illud, quod eſt per accidens, & illud quod eſt p ſe. pars. n. põt moueri per ſe, qñ diſtiguitur à toto, quod eſt impoſſibile in muſica, aut in albedine. primo enim modo attribuitur motus gratia eius; quod non eſt innatum moueri, ſ. qualitatum, vt cum dicimus q̃ muſicus currit, & medicus ſcribit; ſecundo vero attribuit̃ motus gratia eius, quod innatum eſt moueri. Et iſti tres modi inueniũtur in eis, quæ mouent̃ in loco, & in alteratione manifeſte, illud, quod mouet̃ per accidẽs, aut gratia partis, aut quia mouet̃ per ſe. ſed Ariſt. non indiget in hoc loco diuidere motum per ſe i hoc Quinto, ſed in Septimo, & in Octauo faciet hoc. & contentus eſt ex his tribus modis, ſ. motu per accñs, & motu ſm partẽ, & motu per ſe, ad declarandũ q̃ ſermo eius non eſt, niſi de moto per ſe, qñ nulla ars cõſyderat de moto per accñs. D. d. & eſt motum per aliũ motũ, i. & etiam mouet̃ per ſe motu alio à motu tranſlationis, vt illud, quod mouet̃ ſm alterationẽ. &, quia alteratio dr̃ quaſi æquiuoce, d. & de alteratione etiã, &c. i. & illud, quod ſignãt hoc nomẽ alteratio, quod eſt trãſmutatio ad ſanitatẽ, eſt aliud ab illo, quod ſignãt hoc nomen alteratio, quod eſt tranſmutatio ad caliditatem,

Documentũ primum.

Pars poteſt moueri p ſe. qñ diſtinguit̃ a toto, q̃d eſt ĩpoſſe ĩ accñtib°. Idẽ. 4. phyſi. 32. & 8. phy. 27. et 1. de ala. 5°. Idem hic cõmen. 1°.

Nulla ars cõſyderat de moto p accidẽs. Idẽ infra cõm. 6. vide cõm. 6. Meta. t. c. 6.

Eſt autem & in mouente ſimiliter. Aliud enim ſm accidẽs mouet, Aliud vero ſm partem, ex eo, quia partium huius aliqua, Aliud vero per ſeipſum primum, vt medicus quidem ſanat; manus vero percutit.

Et ita eſt de motore. Qm̃ alius mouet per accidens, & Alius mouet, quia pars eius mouet, & Alius mouet per ſe primo, v. g. medicum ſanare, & manum percutere.

2 Cum declarauit q̃ motus diuiditur in illos tres modos, declarat etiam q̃ in motore inueniunt̃ illi tres modi, ſ. Motor per ſe. v. g. medicũ ſanare aliũ ab infirmitate, & Motor per accidens. v. g. muſicus ſanat ſe, qm̃ accidit muſico vt ſit medicus, aut medicus ſanans ſe, medicus. n. nõ ſanat per ſe, niſi aliud, cum res artificiales nõ agant in ſe, niſi per accñs, ecõtrario ei, quod dictum ẽ i definitiõe naturæ. Illud autẽ, quod dicit̃ mouere, quia pars eius mouet, eſt, vt cũ dicimus Soc. mouet hoc pondus, licet non moueat niſi manu tantum, D. d. & manum percutere. hoc eſt exemplum de illo, quod mouet ſm partem, ſ. Soc. percutere, licet nõ percutiat, niſi manu: aut dicere manum percutere, licet non percutiat, niſi pars eius.

Res artificiales ñ agũt i ſe, niſi p accñs. Idẽ. 2. phy. cõ. 1. 2. 3. et. 5. de ala cõ. 18.

Quoniam autem eſt quidem aliquid mouens primum, eſt autem aliquid, quod mouetur, ad hæc in quo tempus, & præter hæc ex quo, & in quod. (omnis enim motus ex quodam, & ĩ quiddam. alterum. n. eſt quod primũ mouet̃, & in quod mouet̃, & ex quo, vt lignum, & calidum, & frigidum. horum aũt, aliud quidem quod, aliud vero in quod, aliud autem ex quo.) motus manifeſtũ eſt q̃ ĩ ligno eſt, nõ in forma. neq; . n. mouet̃, neq; mouet̃ forma, aut locus, aut ipſum tantum.

Omnis motus ẽ ex quodam, et ĩ q̃dam.

Forma neq; mouet, neq; mouetur.

Et, quia eſt hic aliquis motor primo, & aliquid motum primo, & cum hoc aliquid, in quo eſt motus, ſ. tempus, & præter iſta aliquid, ex quo eſt, & aliquid, ad quod eſt. omnis. n. motus eſt ex aliquo, & ad aliquid. & illud, quod primo mouetur, eſt aliud ab illo, ad quod mouetur, & ab illo, ex quo mouet̃. v. g. quoniam lignum eſt aliud à calido, et frigido. & primum iſtorum eſt motum, & ſecundum eſt illud, ad quod eſt motus, & tertium eſt illud, ex quo eſt motus. manifeſtum eſt igitur ex hoc q̃ motus in ligno non eſt forma. forma. n. non mouetur, neq; mouet, neq; locus, neq; talis quantitas.

Cum diſtinxit illud, quod eſt per ſe, ab illo, quod eſt per accidens, in motore, & moto, incœpit numerare 3 conſequentia motus ad declarandum, quæ eorũ ſunt, quibus attribuit̃ motus per ſe. vt ex hoc veniat ad numerandum ſpẽs motus, & dixit Et quia eſt hic, &c. i. &, quia in oĩ motu inueniunt̃ quinq;, ſ. Motor per ſe, & Motum per ſe. Et hoc intẽdebat, cum dixit primo. primũ. n. eſt q̃ñq; ſynonymum ei, quod eſt per ſe, & q̃ñq; dicitur magis proprie, & eſt id, quod mouet non ꝓpter alium motorem. Et ſilr̃ primum motum dr̃ his duobus modis, ſ. de illo, quod eſt p ſe, & de illo, quod mouetur per ſe, non quia in eo eſt alia pars, quæ eſt primum motum in ipſo. ſed hoc intendebat per motum primum illud, quod eſt per ſe ſimpliciter. Tertiũ vero eſt illud, ſicut dixit, in quo eſt motus, ſ. tẽpus. Et quartũ illud, ex quo eſt motus. Et quintũ illud, ad quod eſt motus. Et hoc eſt ita. qm̃ oĩs motus eſt à motore, & in moto, & in tẽpore, & ab aliquo, & in aliquid. oẽm vero motum eſſe à motore eſt poſitũ hic, & declarabitur in principio Septimi. et ſilr̃ oẽm motum eſſe in tẽpore declarabit̃ etiam perfecte in Sexto, licet modicũ inde declaratum ſit in capl̃o de tẽpore. Qm̃ autem oĩs motus naturalis rectus eſt ex aliquo, et in aliquid, manifeſtum eſt per ſe in motu alterationis, & augmenti, & tranſlationis recte, licet exiſtimetur q̃ ipſe perſcrutabit̃ de hoc in alio loco. & vr̃ q̃ ipſe ponit hic iſta, ſm q̃ ſunt famoſa, & poſt perſcrutabitur perfecte de eis. D. d. motum. n. primo eſt aliquid, &c. i. & illud, quod mouetur per ſe, manifeſtum eſt ipſum eſſe aliud ab illo, ad quod mouetur. et iſta alietas eſt ei primo, et eẽntialiter. per accñs vero nõ eſt remotum, vt illud, quod mouetur, & illud, ad quod eſt motus, ſint idem. & ſilr̃ eſt de illo, ex quo eſt motus, ſ. quia etiã eſt aliud à moto. D. d. v. g. qm̃ lignum, &c. i. qm̃ lignum eſt illud, quod mouetur in alteratione, et illud, ad quod eſt alteratio, eſt calidum, & frigidum, et lignum eſt aliud à calido, aut frigido. D. d. & primum iſtorꝭ eſt motũ, &c. i. illud ex iſtis, quod magis diſponit̃ per motũ, eſt res mota. & ſequitur ipſum illud, ad quod eſt motus, cum illud ſit finis motus. & ſequit̃ iſta illud, ex quo eſt motus, cum ab hoc ſeparatur res mota, & transfertur ab eo. Primũ igitur iſtorꝭ, & dignius in motu eſt res mota, ſ. ſubiectum motus. Deinde illud, ad quod eſt motus. Deĩde illud, ex quo eſt motus. Iſte igitur ordo eſt iſtarũ cauſarum, ex quibus conſtituitur motus. [a] motus. n. conſtituit̃ in ſubſtantia eius ex iſtis tribus cauſis, ſ. de cauſis exiſtentibus in eo nõ extrinſecis. et ideo nõ numerauit motorem, aut tempus, quia [b] tẽpus eſt de accñtibus eius, & motor de cauſis extrinſecis. Et, cum poſuit iſta, dixit manifeſtum eſt igitur q̃ motus eſt i ligno, &c. i. &, cum motũ eſt aliud ab eo, ad quod eſt motus, & eſt forma, manifeſtum eſt q̃ motus eſt in

Primum q̃ñq; eſt ſynonymũ ei, q̃d eſt per ſe, & q̃ñq; dr̃ magis proprie.

T. cõ. 1. & infra. 6. ph. t. c. 50. & infra 4. phy. t. cõ. 129.

a Motus cõſtituit̃ i ſubſtãtia ei° ex iſtis tribus cãis, ſ. ſubo, termino ad quẽ, termino a q̃: loquẽdo de cauſis intrinſecis.

b Tp̃s eſt de accñtib° motus. Idem. 4. phy. c. 98. et que ibi.

moto

Manifeſtum eſt ꝙ mot⁹ ē ī moto, nō ī illo, ad qđ ē mot⁹, & eſt forã. idē īfra cō.9. idē 8. phy.cō.3.& ibi.

moto, non in illo, ad quod eſt motus, & eſt forma. Et hoc manifeſtum eſt per ſe. v.g. qm̄ calefactio eſt in corpore calefacto, nō in calore, qui eſt finis calefactionis. & ſilr tranſlatio eſt in tranſlato, non in ſuperiori, aut inferiori, quæ ſunt fines tranſlati, & quantitas, quę eſt finis augmenti, non eſt in ea augmētum. & ideo illud, ad quod eſt motus, eſt aliud à moto per ſe. D.d. forma.n. non mouet, neq; mouetur. & intendit formam ſubſtantialem, quæ eſt finis motus generationis, & qualitates, q̄ ſunt fines motus alterationis. D.d. neq; talis quantitas. & intendit q̄titatem, ad quam peruenit motus augmenti, & diminutionis. D.d. [a] forma enim non mouet, neq; mouetur, i. qm̄ motor, & motū eſt cōpoſitum ex materia, & forma, & declaratum eſt in [b] Tertio ꝙ motus eſt in moto, non in motore.

a Forma nō mouet, neq; mouetur, qm̄ motor, & motū ē compoſitum ex materia, & forma.

b 3. phy. 18. 19. 22. et 23.

Sed eſt mouēs, & quod mouetur, atq; in quod mouetur. Magis autē ab eo, in quod, q̄ ex quo mouetur, denominatur mutatio. quapropter & Corruptio in id, quod non eſt, mutatio eſt quamuis & ex eo, quod eſt, mutetur quod corrūpitur: & Generatio in id, quod eſt, quamuis ex eo, quod non eſt.

Mutatio denolaſ magis ab eo, in qđ, quā ex quo mouetur. Vide cauſas 2. de ala. co. 49.

Sed hic eſt motor, & motum, & ad quod eſt motus. Tranſmutatio.n. magis nominaſ ab illo, ad quod eſt motus, nō ab illo, ex quo eſt motus. & ideo Corruptio eſt tranſmutatio ad non ens, & ſi corruptum trāſmutatur ex aliquo ente: & Generatio eſt tranſmutatio ad ens, & ſi tranſmutaretur à non ente.

4 Ideſt, ſed ſi hic ſunt motor, & motum, & ex quo, & ad quod: & motus eſt in aliquo iſtorum præterq̄ in re mota: hoc nomē motus eſt acceptum ab illo, ad quod eſt motus, non ab illo, ex quo eſt motus, et ideo motus ex ente in non ens dicitur Corruptio, qm̄ non ens eſt corruptum, et nō denominatur à noīe eius, ex quo eſt, ſcilicet ab ente. & hoc intendebat, cum dixit, & ideo Corruptio. D.d. & Gn̄atio, &c. i. & ens. i. & motus, qui dicitur generatio, dicitur, quia eſt trāſmutatio ad illud, quod eſt ens, & generatum, licet tranſmutaretur de non ente, ideſt incipiat ex eo.

Quid igitur motus ſit dictū eſt prius. Formæ autem, & paſſiones, & locus, ad quę mouentur ea, quæ mouentur, immobilia ſunt, vt ſcientia, & calor. Attamen dubitabit aliquis, ſi paſſiones motus ſunt: albedo autem paſſio eſt: erit.n. ad motum mutatio. Sed fortaſſis non eſt albedo motus, ſed dealbatio. Eſt autem & in illis & quod eſt ſm accidēs, & quod eſt ſm partē, atq; ſm aliud, & quod primo eſt, & non ſm aliud. vt quod fit albū in id, quod intelligitur, mutatur ſm accidēs: colori.n. accidit intelligi: in colorem autem, quia album pars eſt coloris: & in Europam, quia pars Europæ Athenæ ſunt: in album autem colorem per ſe. Quomodo igitur per ſe mouetur, & quomodo ſecundū accidens, & q̄uo ſm aliud aliquid, & q̄uo idem primū & in mouente eſt, et in eo, quod moueſ, manifeſtum eſt: & ꝙ motus nō eſt in forma, ſed in eo, quod mouetur, & mobili ſm actum.

Et iam narrauimus motum, quid ſit, ſuperius. Et formæ, & paſſiones, & qualitates, & locus, ad quem mouentur res motę, nō moueni, v.g. ſcientia, & calor. Sed hic eſt quæſtio. in paſſionibus forte ſunt motus: & albedo eſt paſſio: & ſic tranſmutatio ad illam eſt tranſmutatio ad motum. Et ad hoc dicendum ē ꝙ dignius eſt vt albificatio ſit motus, non albedo. Et in illis etiam eſt illud, quod eſt per accidens, & illud quod eſt ſm partē, & illud quod eſt primo, non per aliud. v.g. qm̄ trāſmutatio albificati ad intellectum eſt tranſmutatio per accidens: intelligi enim eſt accidens colori: & trāſmutatio eius ad colorem, quia album eſt pars coloris: & ſilr trāſfertur ad Europam, quando transfertur ad Athenas, quia Athenæ ſunt pars Europæ: tranſmutatio vero eius ad colorē album eſt per ſe. Declaratum eſt igitur q̄uo eſt motus per ſe, & q̄uo per accidens, & q̄uo per aliud, & q̄uo erit eſſe primo in motore, & in moto: & eſt declaratum ꝙ motus non eſt in forma, ſed in moto, & eſt motum in actu.

Et, quia iam narrauimus prius motū quid ſit, et definiuimus eum, quia ē perfectio moti, ſm ꝙ eſt motū, manifeſtum eſt ꝙ forma, & eſt illud, ad quod eſt motus in generatione, eſt imobilis, & ſilr paſſiones, quæ ſunt id, ad quod eſt motus in alteratione, & ſilr locus, & eſt illud, ad quod eſt motus in trāſlatione. motus.n. nō eſt perfectio alicuius iſtorum. Deinde dedit exēplum de qualitate, & dixit v.g. ſciā, & calor, i. qm̄ iſtæ paſſiones non mouēt͂ur per motum alterationis, cum ſint fines eius. D.d. Sed hic eſt quæſtio, &c. i. &, quia paſſiones diuiduntſ ſm magis, & minus, & ꝓpter tranſmutationem ſequentem illas, exiſtimaſ ꝙ albedo eſt motus, & ſic motus ad illam erit motus ad motum. et, quia manifeſtum eſt ꝙ albedo eſt forma quieſcens immobilis: & qui fingit ipſam moueri, non eſt loquendū cum eo in hac ſcientia. D.d. ſed dignius eſt vt albificatio ſit motus, nō albedo, i. ſed apparet per ſe ꝙ albificatio eſt motus, nō albedo, ad quam eſt motus albificationis. Et, quia accidit ei, ad quod eſt motus, vt in eo inueniatur illud, quod eſt per ſe, & illud, quod eſt per accidens, & illud, quod eſt ſm partē, narrauit hoc nę aliquis deciperetur, & d. Et in illis, &c. ideſt et in illo, ad quod eſt motus, inueniuntur etiam illi tres modi, quos numerauimus in motore, et moto. v.g. in illo, ad quod eſt tranſmutatio per accidens, eſt tranſmutatio albi ad hoc, ꝙ ſit intellectum, ſ. ad hoc, ꝙ intelligaſ ab hoīe. qm̄ hoc eſt albi per accidens, cum illud, quod albificatur, non habet naturam vt tranſmuteſ ad hoc, vt ſit intellectum, niſi per accidens. & hoc intendebat cum dixit intelligi. n. &c. i. qm̄ intelligi eſt accidens, quod accidit ei, quod tranſmutatur ad colorem, & eſt album. Et exemplum eius, quod dicitur tranſmutari gratia partis, eſt, vt cum dicimus hoc album demonſtratū trāſmutari ad colorari: qm̄ non dr̄ colorari, niſi quia trāſmutatur ad partem coloris, ſ. ad aliquam ſpeciem eius. & hoc intendebat, cū dixit trāſmutatio eius ad colorem, &c. i. &, cum dicimus album colorari, dicimus hoc, quia tranſmutaſ ad partem coloris, & eſt albedo. D. dedit exemplum de motu tranſlationis, & dixit & tranſfertur ad Europā, quia tranſfertur ad Athenas, 5

Qui fingit forãs moueri, nō eſt amplius loquendū cū eo in hac ſcientia. Idē. 4. ph. c. 87. vide cām illi⁹ ſup. cō. 3. ad finē cō.

Athenas. i. & dicimus aliquid transferri ad aliquẽ locum, quia transfert ad partem illius rei, cui attribuitur translatio. v. g. vt, cum dicimus ꝙ Soc. transfertur ad Hiſpaniam, licet non transferatur, niſi ad Cordubam. D. d. trãſmutatio vero eius ad colorem album eſt per ſe, i. &, cum dicimus de aliquo alterato in colore, trãſmutari de nigro ad album, eſt per ſe, & etiam, cum dicimus ipſum trãſferri ab Hiſpania ad Cordubam, eſt per ſe. Et, cum declarauit iſta, perfecit ſermonem in dando ſummam de his, quæ declarauit, vt eſt mos in ſermonibus demonſtratiuis, & dixit Declaratum eſt igitur, &c. i. declaratum eſt igiẽ ex hoc ſermone, quomodo attribuitur motus ei, ad quod eſt ſm ipſum motum, & ſm accidens, & ſm partem, & ſilr eſt declaratum qũo moueri attribuitur moto per ſe, et per accñs, & ſm partem: & qũo mouere attribuitur etiã motori per ſe, & per accidẽs, & ſm partem. Et declaratum eſt cum hoc, ꝙ motus non eſt per ſe in eo, ad quod eſt motus, ſ. forma. Et intelligit hic per formam formã ſubſtantialem, & qualitatem, & quantitatem, & vbi. & vtitur ea in hoc loco large, ſicut fecit primo. & qñq; vtitur ea proprie, vt cum dixit forma. n. non mouet, nec locus, et c. & qm̃ in hoc loco vtitur forma pro paſſionibus, et ſubiectis, et qñq; vtitur ea magis proprie, vt cũ d. formæ, & paſſiones, & locus, &c. qñq; igitur vtitur forma large, & qñq; pro ſubiectis tãtum. Deinde d. & quod eſt primum, &c. & intendit hic p̄ primum proximum, & eſſentiale, ſecundum quòd declaratum eſt in Poſterioribus analyticis.

Mos ẽ dare ſummã i his, quę declarata ſunt i ſermonibus demõſtratiuis.

Forma qñq; vſitaẽ large, & qñq; proprie.

Quę igitur ſm accidẽs eſt mutatio dimittatur. eſt. n. & in omnibus, & ſemper, & omnium. Quæ vero non ſm accidens nõ eſt in omnibus, ſed in cõtrarijs, & medijs, et in cõtradictione. Huius autem fides ex inductione eſt. Ex medio autem mutatur vt ex contrario. vtitur. n. ipſo, vt cõtrario, ad vtrũq;. eſt. n. quodammodo medium ipſum extrema. quapropter & hoc ad illa, & illa ad hoc quodãmodo dñr contraria. vt media grauis ad vltimã, & acuta ad primam. atq; fuſcum album ad nigrum, & nigrum ad album.

Mediũ ẽ q̃dãmodo extrema.

Tranſmutatio vero per accidens omittẽda eſt, quia eſt in quolibet, & eſt ſemper neceſſario. Quod autem non eſt per accñs, nõ eſt in quolibet, ſed in contrarijs, & inter illa, & in contradictorijs. Et hoc creditur ex inductione. Tranſmutatio enim eſt ex medio. qm̃ ita ſe habet ad vtrãq; extremitatem ſicut contrarium. medium. n. quodammodo eſt duo extrema. et ideo dicuntur, cum comparantur ad illa, & cum illa comparantur ad illud, ſicut dicuntur contraria. v. g. qm̃ neuma, quod diciẽ medium in reſpectu otota, dicitur acutum, & in reſpectu ita, diciẽ graue. et color pallidus in reſpectu nigri dicitur albus, & in reſpectu albi dicitur niger.

6 Cum declarauit ꝙ oĩs motus conſtituitur p̄ quinq;, ſcilicet mototem, & motum, & illud ex quo eſt, & illud, ad quod eſt, & illud in quo eſt, et etiã declarauit ꝙ vnicuiq; iſtorum quatuor attribuitur motus, aut per ſe, aut per accidẽs, ſ. motor, & motũ, & illud, ad quod, & illud, ex quo, incœpit declarare ꝙ non eſt conſyderandum de illo, quod eſt per accidens, cum hoc non ſit de arte demonſtratiua, & dixit Tranſmutatio vero p̄ accidens, &c. i illud autem, quod attribuitur iſtis rebus per accidens dimittendum eſt: quia non habet ſubiectum determinatum. D. d. & eſt ſemper neceſſario, i. tranſmutatio, quæ eſt per accidens, inuenitur infinita in eadem re. qm̃ idem corpus poteſt dici ipſum non cuadere à tranſmutatione per accidens. v. g. ꝙ albeſiat, deinde humefiat, deinde transferatur, deinde caleſiat, & quod eſt infinitum, & non habet naturam terminatam, non cõtinetur à ſcientia, neq; eſt pars artis demonſtratiuæ. Et intendit hic per accidẽs illud, quod eſt cõe ei, quod eſt per accidens, & ei, quod eſt ſm partem. Et, cum declarauit ꝙ in illo, quod eſt per accidens, non conſyderat aliqua ars, dedit cauſam in hoc, & dixit Quod autem non eſt per accidens, &c. i. & tranſmutatio, cuius natura ſubiecti eſt eſſentialiter terminata, non eſt niſi in contrarijs, aut in illis, quæ ſunt inter contraria, aut in contradictorijs. Et intendit hic per contradictoria, illa, quę opponuntur ſm affirmationem, & negationem, & per contraria, cõtraria, quæ dicuntur proprie, vt dictum eſt in lib. Categoriarum. D. d. Et hoc creditur ex inductione, i. & hoc certificatur, ſ. ꝙ omnis motus eſt de contrario in contrarium, aut de contrario in medium, aut de medio in contrarium, aut de nõ eſſe in eſſe, aut de eſſe in nõ eſſe, ex inductione. D. d. Tranſmutatio enim erit ex medio, &c. i. & cauſa in hoc, ꝙ trãſmutatio eſt ex medio, & ad medium eſt, qm̃ medium eſt contrarium vtriq; extremo, ſm ꝙ extrema ſunt contraria. Et, cum narrauit ꝙ cauſa in tranſmutatione ex medio, & ad medium eſt, ꝙ medium eſt contrarium vtriq; extremo, dedit etiam cauſam ĩ hoc, & dixit medium. n. eſt quodammodo, &c. i. & cauſa in hoc eſt, qm̃ in medio ſunt duo extrema in media diſpoſitione. ſm vero ꝙ in eo inueniuntur duo extrema in media diſpoſitione, ſm hoc vtrũq; extremum eſt cõtrarium ſimplicibus duobus. v. g. color pallidus eſt medius inter album & nigrum, quæ ſunt duo extrema, & in eo eſt albedo, & nigredo, ſcilicet quodam modo potentiæ. ſm igiẽ ꝙ habet in ſe de albedine in potentia eſt contrarium nigredini, quæ eſt in actu, & ſm illud, quod habet in ſe de nigredine, modo medio inter actum, & potentiam, eſt contrariũ albedini in actu, quod eſt ſm extremum. Cum igitur propoſitio, dicens ꝙ tranſmutatio eſt de contrarijs in cõtraria, fuerit intellecta ita, ꝙ hoc nomen contrariũ dicitur de illo, de quo intelligitur maius, & minus, ſ. illud, quod eſt in potentia, tunc non indigetur iſta exceptione, & verificabitur ꝙ omnis tranſmutatio eſt de contrario in contrarium. Deinde dicit medium enim eſt quodammodo duo extrema. & intendit eſſe medium inter actum, & potentiam, ſicut diximus.

Mot⁹ conſtituiẽ p̄ qnq;. q̃d quo ſit vide ſup. c. 5.

Quod eſt infinitũ, & non hñs naturam terminatã, ñ cõtineẽ a ſciẽtia, neq; eſt pars ſciæ demõſtratiuæ. Idẽ 6. met. tex. cõ. 6.

Oĩs mot⁹ eſt de cõtrario ĩ cõtrariũ. Idẽ 1. ph. 43.

In medio ſũt duo extrẽa ĩ media diſpõne. q̃d quõ ſit itelligendũ vide cõ. 26. 4. de cœ. Idẽ infra hic. 19. 52. Idem. 10. Meta. 21. & 12. Met. 6.

Caput Secundum. Quot modis aliquid dicatur in aliud mutari.

QVoniam autem omnis tranſmutatio eſt ex quodam in quiddam: (manifeſtat autem & nomen. poſt aliud. n. aliquid, & aliud quidẽ prius ſignificat, aliud autem poſterius.) mutabitur quod mutatur quadrifariam. Aut. n. ex ſubiecto in ſubiectum, Aut ex non ſubiecto in non ſubiectũ, Aut ex non ſubiecto in ſubiectum, Aut ex ſubiecto in nõ ſubiectum. dico autem Subiectum, quod affirmatione mõſtraẽ. Quare neceſſe eſt ex iis, quæ dicta ſunt, tres eẽ mutationes,

tationes, eam quæ eſt ex ſubiecto in ſubiectum, & eam, quę ex ſubiecto in non ſubiectum, & eam, quę ex non ſubiecto in ſubiectum. quæ enim eſt ex non ſubiecto in non ſubiectum non eſt mutatio, propterea quòd non eſt ſecundum oppoſitionem. neq; enim contraria, neque contradictio eſt. Quæ igitur ex non ſubiecto eſt in ſubiectum mutatio ſecundum contradictionẽ generatio eſt. alia quidem ſimpl'r ſimplex, alia vero quædam cuiuſdam. vt ea, quæ ex non albo in album, generatio huius eſt: ea vero, quæ ex eo, quod non eſt, ſimpliciter in ſubſtantiam, generatio ſimpliciter eſt, ſecundum quam ſimpliciter fieri, & nõ aliquid fieri dicimus. Quę vero ex ſubiecto in non ſubiectum corruptio eſt, ſimpliciter quidem, quæ ex ſubſtantia ad ipſum non eſſe eſt: quędam autem ea, quæ eſt in oppoſitam negationem, ſicut dictum eſt & in generatione.

Vide cont. Zim.

Et, quia omnis tranſmutatio eſt de aliquo in aliquid, & hoc ſignificat ſuum nomen. ſignificat enim in idiomate Græco, quod eſt aliquid, quod ſit per aliud, et ſic ſignificat aliquid fuiſſe, & aliquid fore. & omne, quod tranſmutatur, tranſmutatur quatuor modis. Aut de ſubiecto in ſubiectum, Aut de ſubiecto in non ſubiectum, Aut de non ſubiecto, in ſubiectum, Aut à non ſubiecto in non ſubiectum. & intelligo per Subiectum illud, quod ſignificatur per affirmationem. Ergo neceſſe eſt ex hoc, quod diximus, quòd modi tranſmutationis ſunt tres. quoniam tranſmutatio de non ſubiecto in non ſubiectum non eſt tranſmutatio. quia non ſunt oppoſita, quoniam non ſunt contraria, neque contradictoria. Tranſmutatio igitur de non ſubiecto in ſubiectum ſecundum contradictionem eſt generatio. & tranſmutatio ſimpliciter erit ſimpliciter, & quod eſt tranſmutatio aliqua eſt i aliquo. verbi gratia, quoniam tranſmutatio de non albo in album eſt generatio albi: tranſmutatio vero de nihilo ſimpliciter ad aliquam eſſentiam eſt generatio ſimpliciter: & de hoc dicimus ſimpliciter aliquid generari. Tranſmutatio vero de ſubiecto in non ſubiectum, aut eſt corruptio ſimpliciter, cum fuerit tranſmutatio de aliqua eſſentia in nihilum, aut erit corruptio aliqua, cum fuerit tranſmutatio in negationem contradicentem, ſicut dictum eſt de generatione.

7 . Cum declarauit conſequẽtiam motorum, quorum vnum eſt, quòd omne motum mouetur de aliquo in aliquid, & intendit numerare ſpecies motuum, incipit perſcrutari de hoc, diuidendo illud, ex quo poſſibile eſt tranſmutatum tranſmutari, & ad quod, & ex quo eſt impoſſibile. quoniam iſtis numeratis determinabuntur ſpecies motuum. &, quia iam numerauit iſta ex inductione, cum dixit quoniam erit de contrario, aut de contradictorio, vult nunc numerare illa ſecundum diuiſionem, quia eſt via certior, & dixit Et quia omne tranſmutatum, &c. ideſt de aliquo terminato in aliquid terminatum, non de quolibet. Et, licet hoc ſit manifeſtum per ſe, dedit teſtimonium ex hoc, quòd hoc nomen trãſmutatio ſignificat apud eos. & eſt bene manifeſtum per ſe quòd omnis tranſmutatio eſt de aliquo in aliquid: quoniam, dum res fuerit in eadem diſpoſitione, tunc illic non erit tranſmutatio. cum igitur tranſmutatur erit hoc, quando transfertur in aliquam diſpoſitionem ab aliqua diſpoſitione. Et, quia iſtę diſpoſitiones, ſecundum quòd res diuiduntur in affirmationem, & negationem, ſcilicet in eſſe, & non eſſe, ſunt quatuor modis, dixit & omne, quod tranſmutat, &c. ideſt &, cum poſuerimus quòd omnis trãſmutatio eſt de aliquo in aliquid: & hoc nomen aliquid dicitur ſimpliciter de eſſe, & non eſſe, aut de negatione, & affirmatione: neceſſe eſt vt omnis tranſmutatio ſit de ſubiecto in ſubiectum, ideſt de affirmatione in affirmationem, & de eſſe in eſſe oppoſitum, Aut de ſubiecto in non ſubiectum, ideſt de affirmatione in negationem, et de aliquo eſſe ad priuationem illius eſſe, Aut de non ſubiecto in ſubiectum, ideſt de aliqua negatione in aliquam affirmationem, & de aliqua priuatione in aliquod eſſe, Aut de non ſubiecto in non ſubiectum. Vnde neceſſe eſt vt modi tranſmutationum ſint tres, & non ſit quartus, tres vero ſunt, tranſmutatio de eſſe in eſſe oppoſitum, & de eſſe in non eſſe, & de non eſſe in eſſe. Et intelligo per nõ eſſe, non eſſe in actu, quod eſt eſſe in potentia, & vniuerſaliter non eſſe, quod eſt proprium primæ materiæ, non negationem ſimpliciter. negatio enim ſimpliciter ſignificat non eſſe ſimpliciter, & [a] non eſſe ſimpliciter non recipit tranſmutationem. & hoc eſt intelligendum ex hoc, quòd dixit & intelligo per Subiectum, &c. dixit ne aliquis intelligat aliquem modorum priuationum famoſarum numeratarum in libro Prædicamentorum. Tertius vero eſt de eſſe in non eſſe. quod autem euanuit eſt illud, quod eſt de non eſſe in non eſſe. non eſſe enim impoſſibile eſt tranſmutari: & non eſſe aliquid non opponitur ad non eſſe aliquid: & dictum eſt quòd illud, ex quo eſt tranſmutatio, & ad quod eſt tranſmutatio, ſunt oppoſita. [b] Et debes ſcire quòd tranſmutatio, quæ eſt de ſubiecto in ſubiectum, ſcilicet de contrario in contrarium, poteſt collocari in tranſmutatione, quę eſt de non ſubiecto in ſubiectum, et de ſubiecto in non ſubiectum. tranſmutatio enim alia eſt in ſubſtantia, alia in accidente. in ſubſtãtia uero, quia ſubſtantia nõ contraria eſt ſubſtantiæ, & tranſmutatio eſt de oppoſito in oppoſitum, non dicimus quòd iſta tranſmutatio eſt de ſubiecto in ſubiectum. et, ſi ſit ita, aut ergo dr̃ eſſe de non ſubiecto ĩ ſubiectum, & de negatione in affirmationem, aut econtrario: cum oppoſitio in hac tranſmutatione eſt in priuatione, & habitu, quæ eſt in ſubſtantia, non in contrarietate, ſicut eſt diſpoſitio in tranſmutatione, quæ eſt in accidente. tranſmutatio vero, quę eſt in accidente, quia eſt in cõtrarietate, & duo contraria ſunt exiſtentia, dicitur eſſe de ſubiecto in ſubiectum. &, quia illa, quæ opponuntur ſecundum contrarietatem, poſſunt opponi ſecundum priuationem, & habitum, & ſm affirmationem, & negationem, poſſibile eſt etiam dicere in eis, quæ opponuntur ſm contrarietatẽ, illa trãſmutari de ſubiecto in nõ ſubiectum, verbi gratia de albo in non album: ſicut dicimus hoc de ſubſtantia in non ſubſtantiam, ſcilicet ſicut diceremus aliquid tranſmutari de homine in non hominem,

Diuiſio eſt via certior i numerãdo, q̃ ſit inductio.

Quando res fuerit i eadẽ diſpõne, tũc illic non erit trãſmutatio.

Non eſſe in actu, q̃d ẽ eẽ i potẽtia ẽ ꝓprius primæ materię. Idẽ 1. Ph. cõ. 70. & 12. Met. 11. & 14. c. Idẽ 3. Cœ. cõ. 29. & 1. cap. de ſubſtã orbis. Idem hic cõ. 8.

a Nõ eẽ ſimpl'r non recipit trãſmutationẽ. Idẽ 1. Phy. cõ. 71. 74. 75. 77. Idẽ hic cõ. ſequenti.

b Documẽ.

Illa, quę opponũt̃ ſm cõtrarietatem, pñt opponi ſm priuationẽ, & habitũ. ꝓ hoc vide. 10. Met. t. c. 15.

& ſimiliter dicimus etiam quòd tranſmutatur de non ſubiecto in ſubiectum in accidente, verbi gratia de non albo in album: ſicut dicimus ſubſtantiam tranſmutari de non homine in hominem. Et, quia tranſmutatio vniuerſaliter, cum accipitur de non ſubiecto in ſubiectum, dicitur generatio, & cum accipitur de ſubiecto in non ſubiectum, dicitur corruptio, & ſubiectum, & non ſubiectum quædam dicuntur ſimpliciter, & ſunt illa, quæ ſunt in ſubſtantia, cum ſubſtantia ſit per ſe, & quædam non dicuntur ſimpliciter, & ſunt illa, quæ ſunt in accidentibus, quoniam hoc nomen eſſe, aut non eſſe dicitur de ſubſtantia ſimpliciter, & de accidente non ſimpliciter, ideo tranſmutatio, quæ eſt in ſubſtantia, de non ſubiecto ſimpliciter, & de non ente ſimpliciter ad ens ſimpliciter dicitur generatio ſimpliciter, & tranſmutatio de ente ſimpliciter in non ens ſimpliciter dicitur corruptio ſimpliciter, & tranſmutatio, quæ eſt de aliquo ente, ideſt exiſtente in alio non ſimpliciter, quod eſt accidens in non aliquod ens, dicitur generatio aliqua, non ſimpliciter, & ſimiliter tranſmutatio, quæ eſt de aliquo ente in non aliquod ens, dicitur aliqua corruptio. Et, cum hoc ſit declaratum, cum dixit Tranſmutatio igitur de nō ſubiecto in ſubiectum eſt generatio. intendit quòd tranſmutatio vniuerſaliter, ſiue ſuum eſſe fuerit in accidente, ſiue in ſubſtantia, cum accipitur ſecundum quòd eſt ex non ſubiecto in ſubiectum, dicitur generatio. Deinde dicit & tranſmutatio ſimpliciter, &c. ideſt & tranſmutatio ſimpliciter: & eſt illa, quæ eſt de non ſubiecto in ſubiectum: & eſt illa, quæ eſt in ſubſtantia, dicitur generatio ſimpliciter, quia eſt in ente ſimpliciter, non in aliquo ente: & quæ eſt de non ente aliquo in aliquod ens, & eſt accidens, dicitur generatio aliqua, non generatio ſimpliciter, quia eſt in aliquo ente, non in ente ſimpliciter. Deinde dicit tranſmutatio vero de nihilo, &c. ideſt tranſmutatio de non ente ſimpliciter, ideſt de non ſubſtantia aliqua in ens ſimpliciter, ideſt in aliquam ſubſtantiam eſt generatio ſimpliciter, & tranſmutatio ſimpliciter. Deinde dixit Tranſmutatio vero de ſubiecto in non ſubiectum, &c. ideſt tranſmutatio vero de ente in non ens eſt duobus modis etiam. quoniam, ſi tranſmutatio fuerit in eſſentia indiuidui demonſtrati, ſcilicet indiuidui ſubſtantiæ, donec fiat illud non indiuiduum, dicitur corruptio ſimpliciter: cum autem fuerit in aliquo accidente, donec fiat non illud accidens, dicitur aliqua corruptio, non corruptio ſimpliciter. Intelligendum eſt igitur in hoc loco per negationem priuationem, quæ non eſt propria alicui ſubiecto, & per affirmationem eſſe.

Tranſmutatio ī ſuba eſt ſimplr, ī accidētib⁹ ṽo ē non ſimplr. Idē. 1. Phy. 62. & 1. de Gña. t. c. 11. & 20. Idem 8. Phy. tex. cō. 46.

Si igitur, id, quod non eſt, dicitur multipliciter, & neq; id, quod eſt ſecundum compoſitionem, aut diuiſionem, contingit moueri, neque quod eſt ſecundum potentiam, quod ei, quod eſt ſimpliciter, ſecūdum actū, oppoſitum eſt. quod enim eſt non album, aut non bonum fieri poteſt vt moueatur ſecundum accidens: fuerit enim homo non album. quod autem ſimpliciter non hoc eſt nullo modo: impoſſibile enim eſt quod non eſt, moueri. ſi autem hoc, & generationem motum eẽ impoſſibile erit. generatur enim quod non eſt. nam et ſi quàm maxime ſecundum accidēs generatur, attamen eſt verum dicere quòd eſt id, quod non eſt, de eo, quod generatur ſimpliciter. ſimiliter autem et ge- ſcere. hæc igitur omnia accidunt difficilia, ad moueri id, quod nō eſt. &, ſi omne, quod mouetur, in loco eſt, quod autem non eſt, nō eſt in loco. (eſſet enim alicubi.) Neq; ergo corruptio motus eſt. contrariū enim motui motus eſt, aut quies: corruptio autem generationi contrarium.

Et dicamus nunc quòd non ens, cum dicatur pluribus modis, & illud, quod dicitur ex eo ſecundum compoſitionem, et diuiſionem, impoſſibile eſt vt ſit motum, neque illud, quod dicitur ſecundum potentiā, & eſt illud, quod eſt oppoſitum ei, quod eſt ſimpliciter in actu. quoniam non album, aut non bonum poteſt eẽ aliquo modo motum per accidens: quoniam poſſibile eſt vt non album ſit homo. illud autem, quod ſimpliciter non eſt, & non eſt demonſtratum, impoſſibile eſt vt moueatur: quoniam non ens impoſſibile eſt vt moueatur. &, cum ita ſit, impoſſibile eſt vt generatio ſit motus. quoniam non ens eſt illud, quod generatur. quoniam, ſi illud, quod eſt per accidens, proprie non ens, eſt illud, quod generatur, tamen verum dicitur quòd non ens eſt in generatione ſimpliciter. & ſimiliter eſt de quiete. & tale inopinabile ſequitur ex hoc, quòd omne motum eſt in loco. quoniam quod non eſt non eſt in loco. quoniam, ſi fuerit in loco, eſt in aliquo vbi. Neq; corruptio etiā eſt motus. corruptioni enim eſt contrariū, aut motus, aut quies: ſed corruptio eſt contraria generationi, & quieti.

Cum declarauit quòd genera tranſmutationū ſunt tria, ſcilicet de ſubiecto in ſubiectum, & de non ſubiecto in ſubiectum, & de ſubiecto in non ſubiectum, & eſt illud, quod dicitur generatio, & corruptio: quoniam generatio, & corruptio numeratur in vna ſpecie ſpecierum tranſmutationis: ſicut motus numeratur de ſuperiori in inferius, & de inferiori in ſuperius in vna ſpecie, & eſt tranſlatio recta: & ſicut tranſmutatio de albedine in nigredinem, & econuerſo numeratur ī vna ſpecie alterationis: incœpit declarare quòd tranſmutatio, quæ eſt de ſubiecto in non ſubiectum, aut econuerſo, non eſt motus: ſcilicet quòd hoc nomen tranſmutatio non dicitur de illa, & de illa, quę eſt de ſubiecto in ſubiectum vniuoce, neque quaſi vniuoce, ſicut eſt in eis, quæ continentur ſub eadem deſſinitione principaliter, & ſecundario. Et incœpit, & dixit Et dicamus nunc quòd non ens, &c. ideſt, & quia non ens dicitur tribus modis, quorum Vnus eſt ſecundum compoſitionem, & diuiſionem, ideſt affirmationem, et negationem, verbi gratia Chimera non eſt natura. Secundus vero eſt, vt cum dicimus in indiuiduo ſubſtantiæ demonſtrato eſſe non ens, & eſt ens in potentia, quod eſt oppoſitum ei, quod eſt in actu ens, & per ſe. Tertius eſt, vt cum dicimus in indiuiduo accidentis ipſum eſſe non ens, verbi gratia non album, & non coloratum: & hoc eſt non ens 8

Vide. 1. Cœli. T. c. 5.

Non ens dr̄ trib⁹ modis. Idē. 12. Me. cō. 11.

non

non ſimpliciter, ſed non ens aliquid. quod igitur ex iſtis dicitur ſecundum compoſitionem, et diuiſionem, ſcilicet quòd falſitas in eo eſt ſecundum compoſitionem, aut diuiſionem, ſcilicet affirmationem, & negationem, manifeſtum eſt quòd impoſſibile eſt in eo vt ſit tranſmutatum: quod autē eſt non ens aliquod, verbi gratia non ens album, poſſibile eſt moueri per accidens, verbi gratia, quoniam homo nō albus fit albus, quoniam non fit albus per ſe, niſi ex nigro, non ex non albo, niſi per accidens: non album enim non tranſmutatur ſecundum quòd eſt non album. quod autem trāſmutatur de non ente ſimpliciter in aliquod ens ſimpliciter, & eſt generatio, quæ eſt in ſubſtantia, non inuenitur in eo tranſmutatio omnino, ſecundum quòd res inuenitur in ſubiecto: quoniam ſubiectum tranſmutationis eſt in eo, quod eſt in potentia. & ideo impoſſibile eſt tranſmutari per ſe, aut per accidens. non ens vero non ſimpliciter poſſibile eſt vt moueatur: quoniam ſubiectum tranſmutationis in eo eſt in actu, & eſt illud, ad quod eſt tranſmutatio. &, cum motus attribuitur ei, ſecundum quòd eſt ens, erit eſſentialiter, &, cum attribuitur ei ſecundum alietatem, erit per accidens. priuatio enim non tranſmutatur, ſed tranſmutatur ſubiectum priuationis, cum fuerit exiſtens in actu, & idem demonſtratum in duabus extremitatibus motus. Deinde dicit neque illud quod dicitur ſecundum potentiam, &c. [a] ideſt neque mouetur etiam de non ente illud, quod dicit᷑ de ente in potentia, quod eſt oppoſitum enti in actu: quoniam tranſmutatum eſt ens in actu neceſſario. Deinde dixit non album enim, & non bonum, &c. ideſt illud enim de non ente, quod dicitur de non aliquo ente, non de non ente ſimpliciter, eſt ens in actu. verbi gratia non album, et non bonum eſt ens in actu, & eſt poſſibile moueri per accidens, eſſentialiter vero non, ſcilicet ſecundum quòd eſt non ens. Deinde dicit quoniam poſſibile eſt vt non albus ſit homo, &c. ideſt & eſt poſſibile vt hoc tranſmutetur, quia non album eſt ens in actu, verbi gratia homo: noo homo vero non eſt ens in actu, ſed in potentia. Deinde dicit illud autem, quod ſimpliciter non eſt, &c. ideſt illud autem, quod non poteſt demonſtrari, ideſt quòd non eſt ens ſimpliciter impoſſibile eſt moueri omnino per ſe, aut per accidens. quoniam non eſſe oon mouetur per ſe, et nihil eſt hic ens in actu, ſubiectum motui demonſtrato de principio eius vſque ad finem. Accidit igitur ex hoc dicere quòd non ens mouetur per accidēs. illud enim, quod eſt per accidens, accidit enti per illud, quod eſt per ſe. &, quia per oon ens non ſimpliciter diſponitur ſubiectum in actu, vt cum dicimus quòd iſte homo noo albus fit albus, poſſibile eſt vt tranſmutatio tribuatur hic ad non eſſe per accidens, ſcilicet per ſuum ſubiectum, quod eſt ens in actu. ad noo eſſe vero exiſtens in ſubſtantia, ſcilicet ex qua fit tranſmutatio ſimpliciter, impoſſibile eſt vt attribuatur tranſmutatio per accidēs, nedum per ſe, quia ſubiectum eius eſt ens in potentia, & ens illic in actu non eſt idem demonſtratum in duabus extremitatibus eiuſdem motus. quoniam non aer, quando fit aer, accidit quandoque aqua, verbi gratia cum aqua corrumpitur, deinde ſuccedit ei aer. ergo hic non eſt idem ſubiectum formæ aquæ, & aeris, ſuper quod ſuccedebant formę ſibi, ſicut album, & nigrum ſuccedunt ſibi in indiuiduo demonſtrato. & prima materia noo eſt in actu, & quod non eſt in actu impoſſibile eſt moueri. & quia, cum eſſe primæ materiæ non admiſcetur actus omnino, impoſſibile eſt vt moueatur. Quia ergo in duabus extremitatibus iſtius motus, ſcilicet generationis, & corruptionis, exiſtentis in ſubſtantia non eſt aliquod idem demonſtratum diſpoſitum per motum à principio vſque ad finem eius, et dixit ergo impoſſibile eſt vt generatio ſit motus, deinde dedit cauſam in hoc, & dixit quoniam non ens eſt illud, quod generatur. ideſt & cauſa in hoc, quòd generatio in ſubſtantia non eſt motus, eſt, quoniam generatum in ea eſt non ens ſimpliciter, & eſt ens in potentia, quando tranſmutatur, & exit de potentia in actum. quod oon eſt ita in generatione accidentium. tranſmutatum enim in ea eſt in actu, licet tranſmutetur ſecundum quòd eſt in potentia. Et, quia dixit ꝙ tranſmutatio in ſubſtantia eſt de non ente ſimpliciter, & quod eſt cauſa in hoc, quòd tranſmutatio in ea non eſt motus, & generatio eius eſt à non ente per accidens, & generatio eius ab ente in potentia eſt per ſe, incepit, quaſi excuſando ſe in hoc, quòd dedit cauſam illius, quòd generatio ſimpliciter non eſt motus, quę eſt cauſa, ſcilicet quia eſt quaſi tranſmutatio ex nō eſſe, & eſt cauſa per accidens, & dixit quoniam, ſi illud, quod eſt per accidens, &c. ideſt diximus quòd generatio ſimpliciter eſt de noo ente ſimpliciter, et ſi generatum per ſe eſt de ente in potentia, & de non ente per accidens, quia dicere quòd in non ente ſimpliciter eſt generatio ſimpliciter eſt verum, licet ſit per accidens. & quaſi dicit & diximus quòd cauſa ĩ hoc, quòd in generatione non eſt motus, quia eſt de noo ente, & ipſum eſſe de non ente eſt per accidens, & non eſſentialiter. & cauſa eſſentialis in hoc eſt dicere quòd generatio non eſt motus, quia tranſmutatum in ea eſt de ente in potentia. Deinde dicit & ſimiliter eſt de quiete. ideſt &, cum in generatione non erit motus, non erit in ea priuatio motus, cuius proportio ad motum in loco eſt ſicut proportio priuationis, quæ dicitur quies in rei veritate. Et determinatio iſtius ſermonis eſt. quoniam, quia omnis generatio eſt factio alicuius, quod ante non fuit, neceſſe eſt vt priuatio omnis generationis præcedat illam in ſubiecto, ex quo generetur. [b] Si igitur ſubiectum fuerit ens ĩ actu, tūc generatio erit motus. & iſta eſt diſpoſitio traoſmutationis in alteratione, & augmento, & translatiooe. Et, ſi ſubiectum fuerit in potentia, non erit illic motus, cum noo ſit illic motum in actu, ſicut eſt diſpoſitio in ſubſtantia: & dicitur generatio, & corruptio ſimpliciter. &, ſi aliæ tranſmutationes dicuntur generatio, & corruptio, tamen non ſimpliciter, ſed cum determinatione. Deinde dicit & ſequitur tale inopinabile, &c. ideſt & contingit dicentibus quòd generatio, & corruptio ſunt motus, aliud impoſſibile. & eſt, quòd illud, quod non eſt ens, eſt in loco. quoniam omne motum eſt in loco: [c] & quod noo eſt ens, mouetur: ergo quod non eſt ens, eſt in loco. &, cum contradictoriæ huius concluſionis coniungetur vna duarum iſtarum propoſitionum vera, & eſt quòd omne motum eſt in loco, cōcludetur in ſecunda figura quòd illud, quod non eſt ens, non mouetur. Deinde dicit Neq; corruptio eſt motus. quoniam contrarium corruptionis eſt aut motus, aut quies, &c. ideſt & corruptio etiam noo eſt motus, quia eſt contraria generationi, & impoſſibile eſt vt illud, quod eſt motus, ſit contrarium ei, quod non eſt motus. & intendit hic per quietem, priuationem motus. Et ſyllogiſmus componitur ſic. Contraria corruptioni eſt generatio, & quies: & quies eſt priuatio motus: ergo contraria corruptioni eſt priuatio motus. &, cum contrarium corruptionis eſt priuatio motus: & cnotraria ſunt ſub eodē genere: impoſſibile eſt vt alterum iſtorum ſit ſub priuatione, & alterum ſub habitu. quoniam priuatio, & habitus nō ſunt ſub eodem genere. [d] & propoſitio dicēs ꝙ contraria ſunt in eodem genere eſt famoſa, & verificabitur in prima Philoſophia.

Albū p ſe fit ex nigro, nō aūt ex nō albo, niſi p accñs. vide p hoc clariſſime. infra in t.c. 31.

Priuatio nō trāſmutatur, ſed ſubiectū priuationis. Idē ſupra c. 7. & 1. Phy. 81. & quæ ibi. Idem. 8. Ph. c. 4. & 62. & 1. Cæ li. 106. & 3. Cœ. cō. 25.

a Ens ĩ potētia nō mouet᷑. Idē. 9. Met. c. cō. 7. & 8. Ph. cō. 30.

Ex iſtis verbis vr̄ teneř cōmē. ꝙ nulla forā ſubalis, quæ ē in corruptio. remanet ĩ generato. Idem 1. de Gñatione 21.

In eē primæ materiæ non admiſcetur actus oīno. Idē ſupra. c. 7. & ibi.

In non ente ſimplr̄ē gñatio p accñs. Idē. 1. Ph. t. c. 74. 75. 76.

Documētū.

b Subiectum gñatōis ſubſtātal ē ĩ potētia: ſed ſubiectū tranſmutatōis accñtalis eſt in actu. Idē. 2. de Aīa. c. 4. & 8. Me. 4. & 1. Ph. 61. & 1. cap. de ſubā orbis. p hoc tñ vide limitatio nē. 1. de Generatiōe. 23. & 24. vide ēt calcē cō. primi in. t. de Gene.

c Hic hēt p in cōuenienti ꝙ materia ſit ĩ loco. Sed vide oppoſitū. 1. de Gene. tex. cō. 27. Vide contr. Zim.

Impoſſ eſt vt illud, q̃d ē mot᷒, ſit cōtrariū ei, q̃d nō eſt mot᷒. Idē ĩfra. 63.

d Propō dicēs ꝙ contraria ſunt in eodē gñe eſt famoſa, & vrificabit᷑ in prima Philoſophia. 10. Meta. t. cō. 13.

Caput Tertium. In quot, & quibus prædicamentis reperiatur proprie Motus. Et quot modis dicatur Immobile.

QVoniam autem omnis motus mutatio quædam eſt, mutationes autem tres, quæ dictę ſunt, harum autem eę, quæ ſunt ſecundum generationẽ, & corruptionem, non ſunt motus, hæ autem ſunt, quæ ſecundum contradictionem fiunt, neceſſe eſt eam, quę ex ſubiecto eſt in ſubiectũ mutationem, motum eſſe ſolum. Subiecta autem, aut contraria ſunt, aut media. etenim priuatio ponatur contrarium. & monſtratur affirmatione nudum, & albũ, & nigrum. Si igitur prædicamenta diuiſa ſunt ſubſtantia, & qualitate, & vbi, & quando, & ad aliquid, & quantitate, & ipſo agere, & pati, neceſſe eſt tres eſſe motus, eum, qui q̃titatis, & eum, q qualitatis, & eum, qui ſm locum eſt.

Et, quia omnis motus eſt tranſmutatio aliqua, & modi tranſmutationũ ſunt tres prædicti, & iſtorum trium modorũ illud, quod eſt ſecundum generationem, & corruptionem, non eſt motus, in quo eſt cõtradictio, eſt neceſſe vt tranſmutatio ſola, quæ eſt de ſubiecto in ſubiectum, ſit motus. Et duo ſubiecta ſunt aut cõtraria, aut media. quoniam nos ponemus priuationem etiam contrarium. quoniam per illam ſignificatur ſicut ſignificatur nudum per affirmationem, vt album, & nigrum. Et, cum prædicamenta diuidantur in ſubſtantiam, & qualitatem, & vbi, & ad aliquid, & quantum, & agere, & pati, neceſſe eſt vt motus ſint motus qualitatis, & motus quantitatis, & motus in loco.

9 Cum poſuerit q tranſmutatio, aut eſt de ſubiecto in ſubiectum, aut de ſubiecto in non ſubiectum, aut de non ſubiecto in ſubiectum, aut de non ſubiecto in non ſubiectum, & deſtruxit tres modos, remanſit vnus, qui eſt de ſubiecto in ſubiectum. Et dixit Et quia tranſmutationes ſunt tres. & dixit tres, quia quartus modus manifeſtus eſt per ſe, ſcilicet quoniam trãſmutatio non fit de non ſubiecto in non ſubiectum. Deinde dicit & iſtorum trium, &c. ideſt declaratum eſt q duo iſtorum trium, quæ dicuntur generatio, & corruptio, non ſunt motus, ergo neceſſe eſt vt vera tranſmutatio ſit de ſubiecto in ſubiectum. Deinde dicit in quo eſt contradictio, ideſt de affirmatione in negationem, & econuerſo, vt prædiximus de generatione, & corruptione. Et, cum declarauit quòd vera tranſmutatio eſt illa, quæ fit de ſubiecto in ſubiectum, incœpit quærere ſpecies, aut genera iſtius tranſmutationis primas, & dixit tranſmutatio ſubiecti in ſubiectum eſt motus, ideſt tranſmutatio, quæ eſt de ſubiecto in ſubiectum, eſt alteratio ſubiecti in ſubiectum, ideſt tranſmutatio alicuius affirmationis in aliquam affirmationem, remanente eſſentia rei diſpoſitæ illis duabus diſpoſitionibus. verbi gratia vt aliquod corpus demonſtratum mutetur de albedine in nigredinem, aut de vbi in vbi, aut de minori quantitate in maiorem. Deinde dicit Et duo ſubiecta ſunt, aut contraria, &c. ideſt, & quia manifeſtum eſt per ſe quòd tranſmutatio eſt de contrario in contrarium, ergo tranſmutatio, quæ eſt de affirmatione in affirmationem eſt de affirmatione contraria in affirmationem contrariam. Et, quia duæ affirmationes, aut erunt habitus, aut altera erit habitus, & altera priuatio, dixit Ponamus nos igitur hic priuationem, & contrarium. ideſt & intelligendum eſt hic per contrarium illud, quod eſt commune duobus. Deinde dedit cauſam, propter quam vtitur hoc contrario large, & eſt, quia affirmationes contrarię diuiduntur in hæc duo, ſcilicet in veram contrarietatem, & in priuationem, & habitum. & iam poſuit, quòd tranſmutatio debet eſſe de affirmatione oppoſita in affirmationem oppoſitam, & dixit quandoque enim ſignificatur per illam, ſicut per affirmationem. ideſt & poſuimus contraria ſecundum habitum, & priuationem in affirmationibus oppoſitis, quia priuatio quandoque ſignificatur per affirmationem, vt cum dicimus Socra. eſt nudus, quæ eſt affirmatio ſignificans priuationem: quemadmodum, cum dicimus Soc. eſt niger, aut albus, eſt affirmatio, quæ ſignificat habitum. & quaſi dicit &, quia neceſſe eſt vt tranſmutatio ſit de affirmatiuo oppoſito in affirmatum oppoſitum: & affirmatio oppoſita eſt duobus modis: neceſſe eſt vt omnis tranſmutatio ſit aut de contrario in contrarium, aut de non eſſe in eſſe, aut econuerſo. & manifeſtum eſt quòd iſtud non eſſe eſt aliud à non eſſe, ex quo eſt generatio. Et, quia manifeſtum eſt per ſe quòd tranſmutatio, quæ eſt motus in rei veritate, eſt inter oppoſita mediata, & non eſt medium in tranſmutatione, quæ eſt de priuatione in habitum, quia inter priuationem, & habitum non eſt medium, dimiſit deſtruere hanc diuiſionem, quia eſt manifeſta. &, quia vera contraria mediata inueniuntur in tribus prædicamentis, neceſſe eſt vt motus ſit in tribus prædicamentis. ſed ipſe non compleuit hanc declarationem hoc modo: & quaſi dimiſit perſcrutationem diligenti. Deinde incœpit inducere aliam viam manifeſtiorem, & famoſiorem, in determinando genera motuum per determinationem generum prædicamentorum, in quibus inuenitur motus, & dixit Et, cum prædicamenta, &c. ideſt &, cum ſit declaratum quòd motus eſt de ſubiecto contrario in ſubiectum contrarium, et eſt declaratum etiam in alia ſcientia quòd prædicamenta ſunt decem, neceſſe eſt vt motus ſit in tribus tantum, in qualitate, & eſt Alteratio, in quantitate, & eſt Augmentum, & Diminutio, & in loco, & eſt Translatio. quoniam in iſtis prædicamentis inueniuntur contraria, & media: licet lateat in loco aliquantulum. & ideo declarabitur poſt. [a] Et expoſitores quærunt hic quomodo hic ponit motum ſub tribus diuerſis generibus, & ipſum poſuit illud genus per ſe, ſcilicet prædicamentum paſſionis. [b] Quidam igitur conceſſerunt ipſum eſſe ſub iſtis generibus, & dixerunt quòd prędicamentum paſſionis eſt genus ſecundum conſyderationem receptionis motus, non ſecundum conſyderationem motus. & iſti dicunt quòd quale aliud eſt quieſcens, & aliud motum, & ſimiliter quantum, & locus alius eſt forma quieſcens, & alius eſt forma mutata. Et quibuſdam diſplicet hoc. & dicunt quòd quale non eſt genus per ſe, niſi ſecundum quòd eſt quieſcens, & ſimiliter locus, & quantum, cũ autem iſta ſunt conſyderata, ſecundum q ſunt mota, ſunt oppoſita in ſeipſis, cum ſunt quieſcentia: & ĩpoſſibile eſt vt motum ſit ſpẽs quieſcentis, & iſti dixerunt p̃ciſe q motus eſt

Priuatio q̃nque ſignat p affirmationẽ. Idẽ. 5. Met. tex. 17.

Documentũ

In ali p̃ntis. cap. 5. et l 5. Met. l. c. 14. & 6. Meta. t. c. 4.

Cõtrarietas, & media ſũt ĩ tribus prædicamentis: licet in loco lateat aliq̃ntulum. Idẽ. 8. Ph. c. 16. ſed vide oppoſitum. 8. Met. cõ. 4. & 10. Meta. c. 19.

a Digreſſio.
b Pria ſolo, & ẽ Alfara.

Secunda ſolutio, & eſt Auic.

in prædicamento paſſionis, & quòd Ariſtoteles attribuit illum iſtis prædicamentis, quia iſta prædicamenta ſunt materia motus, non quia collocatur ſub eis. Et videtur ꝙ, ſi potentia ad vnumquodq; prædicamentum eſt in illo genere prædicamenti, quod eſt in actu, & ſimiliter via de potentia ad actum, ſ. ſi potentia ad ſubſtantiam eſt quoquo modo in prædicamento ſubſtantiæ, & ſimiliter via ad generationem ſubſtantiæ, & ſimiliter potentia ad quantum, & ad alia prædicamenta, viſum eſt quòd illud eſſe, quod eſt inter potentiam, & actum in illo genere, ſit ſub illo genere. quoniam eſſe medium inter potentiam, et actum, quę ſunt in illo genere, neceſſario eſt de genere actus, qui eſt cō plementum: ſed differunt ſecundum magis, & minus. ire enim ad calorem eſt calor quoquo modo, & ſimiliter ire ad frigus. Et ſecundū hunc modum eſt verum dicere ꝙ motus eſt in genere, in quo eſt illud, ad quod eſt motus, ſcilicet ſm ſuam materiam, ſm vero ꝙ motus eſt forma in hac materia exiſtimandum eſt quòd motus eſt per ſe prædicamentum: & ſecundum hoc fuit conſyderatum in libro de prædicamentis. Motus igitur habet duplicem conſyderationem: quoniā ſm ſuam materiam eſt in genere eius, ad quod eſt motus, ſm autem formam, ideſt ſecundum quòd eſt tranſmutatio coniuncta cū tempore, eſt in prædicamento paſſionis. Et propter famoſitatem iſtius diuiſionis, ſcilicet quoniam omnes intentiones diuidūtur in habitus quieſcentes, & mobiles, conueniunt omnes gentes in hoc, quòd poſuerunt principia nominationum nomē, & verbū, & poſuerunt nomen cuilibet formæ quieſcenti, & verbū cuilibet formæ mobili, & poſuerunt Idecli nabile ad collationē inter illa duo. Ponentes vero receptionem eſſe prædicamentū paſſionis nō bene fecerunt. q̄m receptio eſt potentia ad rem: et iam diximus quòd potentia ad aliquam rem eſt de genere illius rei.

Improbatio ſecundę ſolutionis.

Mot⁹, vt eſt via, ē in gñe termini ad quem. Auer. ſolu. Sed vr̃ contradictio hic. et. 1. Ph. c. 4. qa ibi dixit ꝙ mot⁹, vt ē via, ē in pñto paſſionis, hic ꝓo d. ꝙ ē in gñe termini, ad quem.

Improbatio primæ ſolutionis.

Secundum ſubſtantiam autē non eſt motus, propterea ꝙ nullum eſt entium ſubſtantiæ contrarium. Neq; ei, quod ad aliqd. contingit enim, altero mutationem patiente, vere dici alterum nihil mutationis ſubire. quare ſecundum accidens motus horū eſt. Neq; etiam agentis, & patientis, neq; omnis mouentis, & eius, quod mouet: quia non eſt ipſius motus motus, nec generationis generatio, neq; omnino mutatio mutationis.

In ſubſtantia vero non eſt motus, qa nullum ens eſt contrarium ſubſtantiæ. Neq; in relatione etiam eſt motus. q̄m poſſibile eſt vt alterum relatiuorum tranſmutetur abſq; eo, ꝙ alterum trāſmutatur. motus igitur eorum eſt per accidens. Neq; in agere, & pati etiā eſt motus, neq; motoris, aut moti: quoniam motus non habet motum, neq; generatio habet generationem, & vniuerſaliter neq; tranſmutatio tranſmutationem.

10 Cum poſuit ꝙ motus inuenitur in tribus prædicamentis tantum, incœpit deſtruere ipſum eſſe in aliquo cæterorū, & incœpit à ſubſtantia, & dixit In ſubſtantia vero, &c. i. in ſubſtantia vero nō eſt motus. q̄m oīs motus eſt de contrario ad contrarium: ſed ſubſtantia non eſt contraria ſubſtantiæ, vt dictum eſt in prædicamentis. Et intendit hic per contraria, contraria media, quorum vtrūq; eſt forma, et habitus, & habent media. Sed quæritur hic quō dixit [a] in libro peri Geneſeos ꝙ ignis eſt contrarius aquæ, & terra aeri. [b] Et Alex. dicit ad hoc, ꝙ hoc, quod dixit in libro Prædicamentorum eſt de ſubſtantijs, quæ ſunt compoſitæ ex forma, & materia, & in libro de Generatione loquitur de ſimplicibus, ſcilicet de formis tantum, quę ſunt in prima materia. [c] Et iſta ſolutio non ſufficit in hoc, quod eſt dictum hic. quoniam hoc, quod eſt dictum hic, ꝙ in ſubſtantia non eſt tranſmutatio, quia nō habet contrarium, eſt ſermo ponentis ꝙ in ſubſtantia non eſt contrarietas ſm formam, aut ſubiectum. &, ſi in ſubſtantia eſſet contrarietas ſm formam, non ſm ſubiectum, tunc ſermo Ariſto. non eſſet verus in hoc loco. [d] Et opinandum eſt ꝙ ſubſtantiæ ſimplices ſunt contrariæ ſm ſuas qualitates, & propriæ qualitates in eis non ſunt ſubſtantiæ, & ſi aſſimilantur ſubſtantijs: quoniam [e] impoſſibile eſt vt aliquid in aliquo ſit de aliquo prædicamento, & in alio de alio, ita, quod calor ſit in homine de qualitate, & in igne de ſubſtantia. [f] ſed eſt ī igne propinquius ſubſtantiæ. & ideo accipitur in definitione loco differentiæ, [g] & in alijs compoſitis remotius à ſubſtantia. vtrum igitur ſequatur neceſſario dicere ꝙ ſubſtantiæ, quarum propria ſunt cōtraria, debeant eſſe contrariæ, aut dicere quòd non ſequitur, niſi vt ſolummodo ſint diuerſæ, eſt conſyderandum, ſed non hic. Cum igitur conceſſerimus ꝙ in ſubſtantia eſt contrarietas, tunc ſermo Ariſt. non erit verus. & vtrum ſequitur ex hoc quòd in ſubſtantia ſit motus, ſicut exiſtimauit Alexan. adeo, quòd diuiſit ſubſtantiam in formam, et ſubiectum, ſcilicet quia cōceſſit quod prima ſimplicia ſunt contraria ſecundū formas, & non contraria ſm materias. quoniam quomodocunq; fuerint poſitæ ſubſtantiæ contrarię, non ſequitur ex hoc vt in eis ſit motus. Quoniam, ſi ponantur contraria ſm formas tantum, non erit in eis motus, qa ſubiectum eorum eſt in potentia: [h] &, ſi eſſent contraria ſm vtrūq;, ſcilicet ſm formam, & ſubiectum, non eſſet in eis tranſmutatio, nedum motus. non enim ſequitur, ſi poſuerimus quòd in ſubſtantia ſit contrarietas, vt in ea ſit motus. Et, cum Themiſtius credidit hanc conſecutionem, reſpondit quòd ignis non tranſmutatur ad aquam, niſi per medium. Et eſt ſermo valde debilis, cum hoc, quod eſt contra Ariſtote. in libro [i] de Generatione, & Corruptione. quoniam, cum poſuerimus quòd in ſubſtantia eſt contrarietas, quia ignis eſt cōtrarius aquę, & ipſe tranſmutatur ad aquā, & non deſtruit hoc dicere ſermonem, dicentem quòd ignis trāſmutatur in aquam per medium, quia iſta eſt diſpoſitio contrariorum mediatorum, ſcilicet quòd motus non eſt, niſi in iſtis, ergo quæſtio non diſſoluetur ſecundum quòd exiſtimauit Themiſtius diſſolui, neque ſecundum quòd exiſtimauit Alexan. Et quęſtio non ſequitur omnino. quoniam non ſequitur, ſi dixerimus quòd in illo, in quo non eſt contrarietas, nō eſt motus, vt in illo, in quo eſt contrarietas, ſit motus. in ponendo igitur quòd in ſubſtantia eſt contrarietas, nihil malum eſt plus, quàm deſtruere iudicium Ariſt. & quomodocunq; concedatur quòd in ſubſtantia eſt contrarietas, deſtruetur ſignum Ariſt. quare ſolutiones Alex. et Themiſtij nō valent. Et iſta demonſtratio, qua declarauit Ariſtoteles, ꝙ in ſubſtantia non eſt motus, fundatur ſuper hoc, quòd in ſubſtantia non eſt contrarietas, & ꝙ motus eſt in contrarijs. Et forte iſta declaratio eſt famoſa, & illa, qua ſuſtētatus eſt, eſt illa, quam prædixit, ſ. ꝙ tranſmutatio, quæ eſt in ſubſtantia, eſt generatio, & corruptio: et generatio, et corruptio non ſunt motus, quia ſunt in illo, quod eſt in potentia, non in actu: & motū eſt in actu. Et hoc, quod narrauimus de Alexā. eſt dictum in expōne eius in libro

Digreſſio.

a In ſcđo de Gñatione 24. & 49. & 22.

b Alex. ſolutio. vide conſiſt prio Ph. 12.

c Improbatio.

d Reſpōſio Auerrois.

e Impoſſi ē, vt aliqd ſi aliquo ſit de aliquo pñto, & ī alio de alio cōſiſu. 1. Ph. t. c. 30. et. 27 et. 8. meta. c. 5.

f Calor in igne ē ꝓpinquis ſubæ, & iō accipiē in definitiōe loco dñtæ, vide cōſiſt. 8. me. cō. 4. & 4. Cm. 6. & 26. 7. Met. 41. 8. Ph. 12. 1. de Ala. xi.

g Caſitas in igne ē ꝓpinqor ſubæ, & ī alijs cōpoſitis ē remotior à ſubſtā na, vide oſti gñter ꝓ iſto. c. 40. quarti de Cœ. &c.

h Si ſubſtantię eſſent cōtrariæ ſi ſcr mas, & ſubiectum, non eēt ī eis trāſmutatio, nedū motus, vide cōm. 8. Me. 1. c. 14. & 1. de Generā. 41.

i In ſcđo de Genera. t. c. 24. & 26.

bro de Generatione. & idem in expoſitiõe ſua habet, quod nos dicimus de nobis, ſ. q elemẽta non ſunt cõtraria, niſi ſm qualitates, non ſm formas: & eramus læti in hoc. Et, cum declarauit q in ſubſtantia nõ eſt motus, declarauit etiam q in relatione non eſt motus. qm̃ illud, q transmutatur ad relationem, trãſmutatur ſe quieſcente per trãſmutationem ſui correlatiui. v. g. quoniam columna, quæ eſt in dextro Soc. vertitur ad ſiniſtrum Soc. quando Soc. transfertur in loco. tranſmutatio igitur in columna eſt per accidens: tranſmutatio vero relatiui, quæ eſt in Soc. licet ſit per ſe, ſequitẽ verum motum, ſ. translationem in loco. & hoc intendebat, cum dixit qm̃ quandoq; tranſmutatur alterum correlatiuorum, &c. D. d. motus igitur eorũ eſt per accidens. in illo quidem, quod non tranſmutatur, manifeſtum eſt, in illo autem, quod tranſmutatur, trãſmutatio, per quam eſt relatiuum, eſt per accidens: quia relatio, quæ accidit ei, eſt propter ſuam trãſmutationem in loco per accidens. Eſt igitur vtriuſq; per accidens. alterius qdem, quia eſt quieſcẽs, reliqui vero, quia mouetur motu diuerſo à tranſmutatione accidente ei: qm̃ ſequitur ſuam translationem in loco ipſum eſſe in dextro, aut in ſiniſtro columnæ. D. d. Neq; in actione, & paſſione, &c. Et intendit per actionem illud, quod eſt commune actioni agentis: ſiue fuerit agens verum motum, aut aliquam tranſmutationem, quæ non ſunt motus. & ſimiliter intendit per paſſionem. & ideo induxit poſt * deſtructionem, & dixit neq; motoris aut moti. & quaſi dicit q actio, & paſſio non habent motus, neq; motoris, & moti, neq; generati, & generantis, & vſr tranſmutantis, & tranſmutati. quoniam motus non habet motum, neq; tranſmutatio habet tranſmutationẽ vſr. Deinde ſcœpit declarare hoc, & dixit.

* 2.1. diſtinctionem.

Primum enim dupliciter cõtingit motus eſſe motum. Aut vt ſubiecti, vt homo mouetur, quia ex albo in nigrum mutatur. An nec ſic & ipſe motus, aut calefit, aut frigefit, aut locum mutat, aut augeť, aut diminuiť? Hoc autẽ impoſſibile eſt. non enim ſubiectorum aliquid eſt ipſa mutatio.

Primo vero nõ eſt poſſibile vt motus habeat motum, niſi altero duorum modorum. Aut ita, q ſit ſubiectum, verbi gratia q homo mouetur, quia tranſmutatur de albedine in nigredinem, aut, quia calefit, aut infrigidatur, aut mutat locum, aut augmentatur, aut diminuitur, ſic dicitur in motu. Sed hoc eſt impoſſibile. quoniam tranſmutatio non eſt de rebus ſubiectis.

11 Quia motum habere motũ intelligitur duobus modis, aut ita, q motus ſit ſubiectus motui, ſm quod res mota eſt ſubiecta motui, aut ita, q motus habeat motum, i. indigeat ad hoc q ſit, motu præcedenti, vt ens generatum indigeat motu generationis, & impoſſibile eſt imaginari vt motus habeat motum, niſi altero iſtorum duorum modorum, ſcœpit perſcrutari de prima diuiſione, & dixit Aut ita, q ſit ſubiectum, &c. i. aut ita, quòd motus ſit ſubiectum motui, ita, quòd dicatur quòd motus mouetur per motum exiſtentem in ipſo, ſicut dicitur quòd homo mouetur, quia tranſmutatur de albedine in nigredinem, aut de frigore in calorem, aut de loco in locum, aut de diminutione in augmentum, aut econuerſo. Deinde dixit ſicut dicitur in motu, i. ſecundum hunc igitur modum dicitur, quòd motus mouetur, ſcilicet quia trãſmutatur, & mouetur per alium motum, ſicut diximus hoc in re ſubiecta motui, ſcilicet ipſam moueri. D. d. Sed hoc eſt impoſſibile, &c. ideſt ſed hoc, quòd motus ſit ſubiectum motui, manifeſtum eſt quod eſt impoſſibile. quoniam, ſi motus eſſet ſubiectum motui, tunc motus reciperet motum, & quietem. quoniam illud, quod inatum eſt moueri, innatum eſt quieſcere: & impoſſibile eſt vt motus recipiat quietem, quoniam motus eſt contrarius quieti: ex hoc igitur apparet q ĩpoſſibile eſt vt in motu ſit motus, ſ. vt motus ſit ſubiectum motui.

Aut ex eo, quia aliquod aliud ſubiectũ ex mutatione mutatur in alteram formam, vt homo ex ægritudine in ſanitatem? Sed neq; hoc poſſibile eſt, niſi ſecũdum accidens. hic enim motus ex alia forma in aliam mutatio eſt. & generatio etiam, atq; corruptio ſimiliter. verum hæ quidem in oppoſita ſic, motus autem non ſimiliter. Simul igitur mutať ex ſanitate in ægritudinẽ, & ex hac ipſa mutatione in aliam. Manifeſtum autem q, cum æger fuerit, mutatus erit in quãlibet. contingit. n. quieſcere. Et amplius non ad quãuis ſemper. & illa ex quodam in quoddam alterum. Quare & oppoſita erit ſanatio, ſed ex eo, q accidit. vt ſi ex recordatione in obliuionem mutaretur. quoniam, cui ineſt, illud mutatur, aliquando quidem in ſcientiam, aliquando vero in ſanitatem.

Alius vero modus eſt, vt ſit aliud ſubiectum, cui accidit tranſmutatio, & transferatur ad aliam formam, v. g. homo de ægritudine in ſanitatem. Et hoc etiam non eſt poſſibile in motu, niſi per accidens. ipſe. n. motus eſt translatio de aliquo in aliquid aliud. generatio. n. & corruptio ſunt tales, præter hoc, q motus ad oppoſita eſt ĩ hoc quodam modo, et in hoc alio modo. Ttranſmutatum igitur tranſmutatur de ægritudine in ſanitatem, & cum hoc de hac tranſmutatione in aliam. Manifeſtum eſt igitur q tranſmutatio eius, cum fuerit ad ægritudinẽ, erit ad aliquam tranſmutationẽ, quæcũq; ſit. qm̃ poſſibile eſt quieſcere. Et etiam poſſibile eſt vt ſemper tranſmutetur non ad quãlibet tranſmutationem. ſed illa tranſmutatio eſt de aliquo in aliud. Et quandoq; erit ĩ oppoſitum, et eſt ſanitas per accidens. verbi gratia, quoniã tranſmutatio de rememoratione ad obliuionem eſt tranſmutatio accidens illi, qui habet illam trãſmutationem. quandoq; igitur tranſmutatur ad ſcientiã, & quandoq; tranſmutatur ad ſanitatem.

Cum deſtruxit primum modum, ſcœpit deſtruere ſecundũ, qui eſt vt motus fiat à motu aliquo ad motũ, & dixit Alius vero modus, &c. i. modus vero ſecundus, ſm quem poſſibile eſt imaginari q motus hẽt motum, eſt, non q motus ſit ſubiectum motui, ſed q illio 12

fit

ſi aliud ſubiectum, ex quo ſit motus ad motum, ſicut homo mouetur de ægritudine ad ſanitatem. & quaſi dicat, ita, quòd aliud ſubiectum ſit ab ipſo motu, cui ſubiecto accidat tranſmutatio, et transfertur de motu in motum, ſicut ſubiectum transfertur de forma in aliam formam, vt homo de ægritudine in ſanitatem. D. d. Et hoc eſt impoſſibile, &c. ideſt & non eſt poſſibile vt motus ſequatur eſſentialiter alium motum, ſicut formæ quieſcentes ſequuntur motum. ſed, ſi hoc fuerit, erit per accidẽs, ſcilicet vt eſſe motus ſit perfectio eius, quod eſt in potentia, ita, quòd motus ſit perfectio motus, quemadmodum formæ quieſcentes ſunt perfectio motus. Et, cum narrauit quòd hoc eſt impoſſibile, niſi per accidens, dedit cauſam ſuper hoc, & dixit ipſe enim motus, &c. ideſt & hoc eſt impoſſibile i motu eſſentialiter, quia motus eſt translatio rerum exiſtentium de forma quieſcente in formam quieſcẽtem: vnde ſequitur vt translatio non indigeat translatione, niſi per accidens. D. d. Generatio enim, & corruptio ſunt tales, i. & hoc, quod ſequitur de hoc in vero motu, ſimiliter eſt de generatione, & corruptione: quoniam impoſſibile eſt vt generatio habeat generationem, aut corruptio corruptionem. Deinde d. præter hoc, ꝙ motus, &c. i. & inter motum, & generationem, & corruptionem non eſt differentia, præter hoc ꝙ generatio, & corruptio ſunt in oppoſitione alia ab oppoſitione, in qua eſt motus, ſ. quoniam generatio, & corruptio ſunt de nõ eſſe in eſſe, & de eſſe in non eẽ, & alij motus ſunt de eſſe contrario in eſſe contrarium. & hic non facit differentiam in hoc, quòd ſit impoſſibile tranſmutationem habere tranſmutationẽ, & motum habere motum eſſentialiter. Et, cum narrauit ꝙ generatio, & corruptio in hoc ſunt tanquam motus, incoepit inducere impoſſibilia ſequentia hanc poſitionem, & dixit Erit igitur tranſmutatio de ſanitate in ægritudinem, & cum hoc de hac tranſmutatione in aliam. ideſt, &, cum tranſmutatio, tranſmutatur in aliam tranſmutationem: & tranſmutatio, quãdo tranſmutatur eſt in re, ad quam tranſmutatur: manifeſtum eſt ꝙ, ſi illud, quod tranſmutatur de ſanitate in ęgritudinem, tranſmutatur in aliam tranſmutationem, erit in duabus tranſmutationibus inſimul, ſ. in ægritudine, & in tranſmutatione, ad quam tranſmutatur. omne enim, quod trãſmutatur de aliquo in aliquid, dum mouetur, ſemper ſeparatur à parte illius, ex quo mouetur, & acquirit partem illius, ad quod mouetur. Deinde dixit Manifeſtum eſt igitur, &c. i. &, cum poſuerimus quòd illud, quod mouetur de ſanitate in ægritudinem, eſt in duabus tranſmutationibus inſimul, ſcilicet tranſmutatione ad ægritudinem, & in tranſmutatione ad tranſmutationem, ad quam trãſmutatur, manifeſtum eſt quòd quando tranſmutatur ad ægritudinem, tranſmutatur cum hoc ad quamlibet tranſmutationem: cum ſic fuerit poſitio dicentis ꝙ omnis tranſmutatio eſt à tranſmutatione ſine determinatione. Deinde induxit id, quod ſequitur ex hoc, & dixit qm̃ poſſibile eſt quieſcere, i. &, cum tranſmutatur de ſanitate in ægritudinem, & tranſmutatur cum hoc à qualibet tranſmutatione, poſſibile eſt ipſum tranſmutari ad priuationem tranſmutationis: & ſic erit ſimul tranſmutatum ad ægritudinem, et non tranſmutatum inſimul, quod eſt impoſſibile. D. induxit aliud impoſſibile, & dixit Et ẽt poſſibile eſt, &c. i. & ẽt poſſibile eſt ſm̃ hoc vt tranſmutatũ tranſmutet̃, ſed non ad quodlibet, ſed ad oppoſitum. qm̃ tranſmutatio eſſentialiter eſt de oppoſito in oppoſitũ. & ſic ſequitur vt res tranſmutetur duabus trãſmutationibus oppoſitis inſimul, adeo, ꝙ illud, quod trãſmutatur de ſanitate in ægritudinem, dum tranſmutatur, tranſmutatur de ægritudine in ſanitatẽ. & hoc, quia accidit tranſmutationi trãſmutari ad contrarium. v. g. quoniam tranſmutatio de rememoratione ad obliuionẽ exiſtimatur continuari cum tranſmutatione, quę eſt de obliuione ad rememorationem, ſed per accidens. v. g. quoniam tranſmutatio de memoria alicuius intentionis, & obliuione eius eſt tranſmutatio accidens illi rei, cuius eſt illa intentio. Deinde dixit quandoq; igitur tranſmutatur ad ſcientiam, &c. ideſt, ſed hoc, ꝙ eſt mos dicere, ꝙ translatio eſt de tranſmutatione contraria ad tranſmutationem contrariam, vt dicit̃, ꝙ de memoria eſt tranſmutatio ad obliuionem, non eſt eſſentialiter, ſed hoc accidit ꝓpter tranſmutatum. qm̃, ſicut tranſmutatur aliquãdo ad ſcientiam, & aliquando ad ſanitatẽ, ita accidit trãſmutari qñq; de obliuione ad ſcientiam, & de ægritudine ad ſanitatem, & qñq; de ſcientia, & quandoq; ad ſcientiam, & qñq; de ſanitate, & quandoq; ad ſanitatem: non ita, ꝙ trãſmutatio, quæ eſt de ſanitate in ęgritudinem, eſt eſſentialiter copulata, ſed iter illa eſt qes. quoniam, ſi hoc non eſſet, ſequeretur vt moueretur duobus motibus oppoſitis inſimul.

Vn° mot° ñ ſequit̃ eſſentialr aliũ. ſi, ſi hoc fuerit, erit p accñs. vide pfectam declãtionẽ huius. 8. Ph. cõ. 71.

Of. ꝙ tranſmutat̃ de aliquo i aliqd, dum mouet̃, ſp ſepat̃ a pte illi°, ex ꝗ mouet̃, & acqrit ptem illi°, ad quod mouet̃. Conſi. 1. Ph. c. 4. & 6. Ph. 32. & 8. Ph. 1. c. 70.

Amplius autem in infinitum fiet abitio, ſi erit mutationis mutatio, et generationis generatio. Neceſſe igitur eſt eſſe primã, ſi vltima erit. vt, ſi ſimplex generatio fiebat aliqñ, & quod fit fiebat. quare nondum erat quod fit ſimpliciter, ſed aliqd quod fit, † { & quod fit } iam, & rurſum fiebat hoc aliquando. quare nondum erat tunc id, quod fit. Quoniam autem infinitorum non eſt quicq̃ primum, non erit primum. quare neque contiguum. neq; fieri igitur, neq; moueri poſſibile eſt, neque mutari quicquam.

† a. l. nõ hẽt (& ꝙd fit.)

Et etiã hoc procedit in infinitum, ſi tranſmutatio habet tranſmutationem, et generatio generationẽ. Qm̃ neceſſe eſt vt ſit prius, ſi poſterius eſt futurum, v. g. quoniam, ſi generatio ſimpliciter fuerit, erit generatio in aliqua hora: generatio enim generabatur. ex quo ſequitur, vt generatio nondũ ſit ſimpliciter generata, ſed, cum fuerit generata, tunc exiſtet generata, & iam fuit etiam generata in aliqua hora. ex quo ſequitur vt generatio non fuerit generata. Et, cum infinita non habent primum, impoſſibile eſt primũ eſſe. ergo impoſſibile eſt conſequens eſſe. ergo impoſſibile eſt ſecundum hoc, aliquid generari, & aliquid moueri.

Cum declarauit ꝙ tranſmutatio nõ poteſt tranſmutari ad tranſmutationem, niſi per accidens: quoniam trãſmutatio eſſentialiter eſt de quieſcente ad quieſcentem: & intelligo hic per quieſcentem illud, quod caret tranſmutatione ſiue in loco, ſiue in alio: incoepit inducere impoſſibilia contingẽtia huic poſitioni, ſi aliquis poſuerit ipſam eſſentialiter, & dixit Et etiam hoc procedit in infinitum, ideſt &, ſi tranſmutatio ſequit̃ tranſmutationem præcedentem eſſentialiter, contingit vt ante hanc tranſmutationem demonſtratam ſint tranſmutationes iſinitę. D. d. Neceſſe eſt. n. vt prius ſit, etc. ideſt & contingit huic opinioni vt ante tranſmationẽ demõſtratam ſint trãſmutationes iſinitę, qa neceſſe ẽ, cũ añ tranſmutationẽ fuerit tranſmutatio, et poſuerimus 13

tranſmutationem poſteriorem eſſe in actu, vt prior tranſmutatio ſit actu ante. & hoc intendebat, cum dixit & vt prius ſit, & cum poſterius fuerit futurum, i. cum poſterius fuerit, erit prius. D.d. v.g. &c. intendit per hunc ſermonem deſtruere generationem habere generationem, & vſr motum habere motū. & fundatur ſuper duas propoſitiones, quarum altera eſt, ꝙ res generata, cum fuerit in generatione, nondū eſt illa res generata. v.g. qm̄ homo, cum fuerit in generatione, nondum eſt homo: & hoc manifeſtum eſt per ſe: ſecunda autem eſt, ꝙ, cum generatio ſimpliciter fuerit generata, tunc generatur, Si igitur aliquis poſuerit ꝙ generatio generatur, ſicut generatur indiuiduum ſubſtantiæ, ſequitur ex prima propoſitione vt generatio non ſit, dum generatur: ſicut homo nō eſt homo, dum generatur. & ſequitur ex ſecunda ꝙ, cum generatio ſimpliciter exiſtat, completa nō erit. quia poſitum eſt ipſam generari, cum fuerit, & ipſam non eſſe, cum generatur. ex quo ſequitur vt ſit, & vt non ſit in eodem inſtanti. quod eſt impoſſibile. impoſſibile igitur ſequitur ex hoc, quod poſuimus, ꝙ generatio habet generationem. Et cum dixit, v.g. quoniã, ſi generatio, &c. intendit. v.g. quoniam, ſi generatio ſimpliciter exiſtit generata in actu, in aliqua hora tantum generatur. D.d. neceſſe eſt igitur ex hoc, &c. ideſt neceſſe eſt igitur vt generatio ſimpliciter, dum generatur, non ſit generata perfecte. Deinde d. ſed, cum fuerit generata, &c. ideſt, ſed, cum fuerit generatio, tunc inuenitur generatum: ſed ante hoc hæc generatio, quæ eſt generata, in alio tempore, generabatur. et hoc intendebat, cum dixit, & hoc etiam generabatur in aliqua hora. D.d. ergo neceſſe eſt, &c. ideſt ergo neceſſe eſt vt generatio ſimpliciter nondum ſit, ſcilicet in illa hora, in qua eſt. quod eſt impoſſibile. & licet, vt apparet, non induxit hoc exemplum, niſi ad deſtruendum hanc opinionem ex hoc, quòd cōtingit ei, ſcilicet infinitum eſſe, tamen continet aliam deſtructionem, cū hoc, quod dat exemplificationem, quam intendit. Et ideo reuerſus eſt ad declarandum illam primam deſtructionem, & dixit Et, cum infinita, &c. ideſt &, cum ante tranſmutationem demonſtratã in actu eſt alia tranſmutatio, & ante illam alia, & hoc eſt eſſentialiter, tūc inuenientur tranſmutationes infinitæ. &, cum infinita non habent primum, ergo iſtæ tranſmutationes non hn̄t primam. &, cū prima tranſmutatio non eſt, non erit conſequens. qm̄ primum eſt neceſſarium in eſſe ſequētis. &, cū ſequens non erit, non erit iſta tranſmutatio præſens. quod eſt impoſſibile. [a] ergo ante tranſmutationem non eſt tranſmutatio eſſentialiter. per accidens vero eſt neceſſarium, ſ. ꝙ ante omnem tranſmutationem ſit tranſmutatio. quoniam neceſſe eſt vt ſit hic vnus motus æternus, qui ſit cauſa ꝙ ante omnem motum factum ſit motus, vt declaratū eſt ĩ Octauo. [b] Et, quia Moderni non diſtinguūt illud, quod eſt per ſe, & illud, quod eſt per accidens, exiſtimauerunt quod ſequitur ex hoc ꝙ, ſi homo ſemper generatur ab homine, & primum non fuerit, poſtremum non erit. [c] Et non eſt ita. quoniam primum eſt, & eſt ſol, & intelligentia operans. hominem autem generari ab homine in infinitum eſt verum per accidens, non per ſe.

Res generata, cū fuerit ĩ gñatione, nōdū ẽ illa res gñata. Idem ſtra. c. 6. vide cōſiſt. 6. Ph. 99. & 8 Phy. 69.

Hic perficit primã demōſtrationem.

a Añ trãſmutationẽ eſſentialr ñ ẽ trãſmutatio eẽnialr, p accidẽs ṽo ẽ neceſſariū. Idẽ 1. c. 22. cōſiſt. 8. Phy. com. 47.

b Inuehit cōtra leges. vide cōſiſt. 8. Ph. cō. 15. & 47.

c In gñatiõe hois primus ẽ, & ẽ ſol, & intelligentia operans.

Amplius eiuſdem eſt motus contrarius, & inſuper quies, & generatio, & corruptio. quare id, quod fit, cū fit id, quod fit, tunc corrumpitur. neq; n. quod mox fit, neq; poſterius. eſſe enim oportet quod corrumpitur.

Eſſe oportet illud, qd corrumpitur.

Et etiam motus per cōtrarium erit eiuſdē rei, & quies etiã, & generatio, & corruptio. Si igitur tunc generatio eſt generata, qñ generatur, qñ igitur corrumpitur? quoniã impoſſibile eſt vt generetur, & corrumpatur, dum generatur. neq; ĩ poſtremo. quoniam corruptum indiget vt generetur neceſſario.

Ideſt hoc, quod dixit Et etiam, &c. fundatur ſuper tres propoſitiones. quarum Vna eſt, ꝙ res mota ĩ rebus, quæ mouentur motibus oppoſitis eſt eadem. v.g. quoniam id, quod mouetur in loco, idem eſt cum illo, quod quieſcit: & ſimiliter illud, quod generatur, idem eſt cum eo, quod corrumpitur. Secunda autem propoſitio eſt, quòd omne generabile eſt corruptibile. & hoc apparet per inductionem, & declarabitur perfecte in primo Coeli, & Mundi. Tertia vero eſt, ꝙ corruptum non corrūpitur, dum generatur, neq; res mota quieſcit, dum mouetur. Cum igitur poſuerimus ꝙ generatio habet generationẽ, ſequitur vt habeat corruptionem: &, cum habuerit corruptionem, ſequitur vt ipſa generatio recipiat corruptionem: et ſic contrarium recipit ſuum contrarium. quod eſt impoſſibile. D.d. Si generatio tunc, &c. ideſt, ſi igitur generatum dum generatur, eſt generatum, non corruptum, ſcilicet quia non poteſt corrumpi apud generationem, qñ igitur corrumpitur, ſi generatio habet generationem? et quoniam impoſſibile eſt corrumpi apud generationem, neq; quando completur generatio, quoniam corruptum eſt ipſum generatū, ſcilicet quòd generatum eſt ſubiectum corruptionis. ſi igĩ generatio corrumpitur tunc, contrarium erit ſubiectum ſui contrarij. & hoc intendebat cum dixit neq; in poſtremo, &c. ideſt quia res corrupta indiget vt illa ſit generata, & vt ſit generata, & vt ſit in eadem hora cum corruptione. 14

Impoſſ. ẽ cōtrarium recipere ſuũ cōtrariũ. Idẽ 1. Ph. cō. 51. & quę ibi. & 2. de Gñatione. t. c. 6. & quę ibi.

Amplius oportet materiam ſubeſſe & ei, quod fit, et ei, quod mutatur. quę igitur erit? vt alterabile, aut corpus, aut anima eſt, ſic id, quod fit, motus, aut generatio.

Et etiam generatum tranſmutatum indiget, vt habeat materiam ſubiectam. quæ igitur eſt iſta materia? quoniam quemadmodū alteratum eſt corpus, aut anima, ita generatum eſt aliquid motus, aut generatio.

Iſta eſt alia ratiocinatio. & eſt, quoniam, ſi tranſmutatio eſt generatio, & omne generatum habet materiam, neceſſe eſt vt trãſmutatio habeat materiam ſubiectam: & illa materia eſt, quæ diſponitur per illam tranſmutationem, ſicut corpus, aut anima diſponitur per tranſmutationem, cum tranſmutatio fuerit in eis. Et dixit quę igitur eſt iſta materia? i. materia tranſmutationis, quæ eſt genus, in quo eſt tranſmutatio, non materia, in qua eſt tranſmutatio, ſ. quæ eſt de alio genere à genere tranſmutationis, ſi tranſmutatio fuerit tranſmutata. D.d. quemadmodum igitur alteratum, &c. i. quemadmodum igitur tranſmutationis in ſubſtantia ſubiectum eſt aut corpus, aut anima, ſimiliter ſubiectū generationis, ſi generatur, ſ. genus, in quo eſt generatio, debet eſſe aliquid aliud, aut motus vniuerſaliter quicunq;, aut generatio. Vtitur igitur hoc nomine alteratio pro tranſmutatione in ſubſtantia. quoniã, ſi non vteretur hic pro tranſmutatione in ſubſtantia, ſed pro tranſmutatione in qualitate, tunc generatio non erit de ſubſtantia. Et quaſi intendit declarare per hunc ſermonem ꝙ impoſſibilia contingentia ponentibus ꝙ motus habet motum, ita, ꝙ motus ſit ſubiectum motui, eadem contingunt ponentibus ꝙ motus habet motū, ita, ꝙ ſubiectū ſit aliud: quoniam 15

Documentũ

ſequitur

ſequitur ex hac poſitione vt motus moueatur, ſicut ſequitur ex prima. q̄m, ſicut in tranſmutatione de albedine in nigredinem ſequitur vt nigredo ſit traſmutata, ſimiliter, ſi genus motus, in quo eſt, fuerit motus, ſequitur vt motus moueatur, & ſi non ponatur quòd motus eſt ſubiectum motui, vt poſuimus in primo modo. Et hoc eſt ita. q̄m ſubiectum motus intelligitur duobus modis. quorum Vnus eſt illud, in quo eſt motus, ſ. corpus motum. & ſm hoc intelligitur primus modus in hoc, ꝙ corpus moueatur, ſ. in hoc, ꝙ motus ſit ſubiectū motui, ſicut corpus eſt ſubiectum ei. Secundus uero modus eſt genus, in quo eſt motus, ſ. qualitas trāſmutabilis, aut ſubſtātia, aut q̄titas, aut vbi. hoc. n. eſt ſubiectū motui etiā alio modo. & ex hoc modo ēt ſeqtur vt motus moueatur, ſi motus habeat motū, ita, ꝙ ſubm eius ſit aliud à ſubiecto motus. & iſte eſt ſecundus modus.

Subiectū motus intelligitur duobus modis.

Et rurſus aliquid, in quod mouētur. oportet enim ꝙ aliqd ſit huius ex hoc in hoc motus, & nō motus, aut generatio. Simul aūt & q̄uo erit? nō enim erit diſciplinatio diſciplinationis generatio. quare neq; generationis generatio, neq; quædam cuiuſdam.

Et etiam illud igitur, ad quod eſt motus, quid eſt? neceſſe eſt enim vt motus huius demonſtrati ſit de hoc in hoc aliquid, non motus. Et, cum hoc impoſſe eſt hoc intelligi q̄uo ſit. impoſſibile eni eſt vt ſciētia fiat ſcia. ergo generatio nō habet generationē omnino.

16 Et etiam, ſi poſuerimus ꝙ motus habet generationem, quid igitur eſt illud, ad quod generatur motus? q̄m neceſſe eſt vt motus rei ſit de hoc in hoc: & vt illud, ex quo eſt motus, & ad quod eſt motus, ſit aliud à motu. &, cum poſuerimus ꝙ motus habet generationē, tunc illud, ad quod eſt motus, & ex quo eſt motus, erit motus. quod non eſt intelligibile, ſ. q̄uo ſcientia ſit ſciētia, & motus ſit motus. Q̄m generatū eſt illud, quod nondum eſt in actu perfecto, ſ. quod eſt in via generationis. nam, ſi eſſet in actu, non eſſet illic generatio: q̄m generatio eſt exitus eius, quod eſt in potētia in actum, & eſt eſſe non completum. ſi igitur motus haberet generationē, tunc eſſe rei in via generationis eēt eſſe eius perfecte in actu: & ſic res, quæ eſt iā cōpleta generata, generaretur. & hoc intendebat, cū dixit Impoſſibile. n. eſt vt ſcientia fiat ſcia, i. q̄m ſicut eſt impoſſe vt ſcia fiat ſcientia, ita eſt impoſſibile vt generatio generetur.

Generatio eſt exitus eius, qđ eſt in potētia in actum, & eſt eē nō cōpletum.

Amplius, ſi tres ſpecies motus ſunt, harū aliquam neceſſe eſt eſſe ſubiectam naturam, & ea, in quæ mouētur. vt neceſſe eſt loci mutationem alterari, aut ferri. Omnino autem, quoniam mouetur omne, quod mouetur, tripliciter, aut quia ſecūdum accidens, aut quia pars aliqua, aut quia per ſe, ſm accidēs ſolum continget mutari mutationem. vt, ſi is, qui ſanatur, currat, aut diſcat. eam autem, quæ ſm accidens, dimiſimus pridem.

Mutationis ſpecies.

Et etiam, ſi ſpecies motus ſunt tres, neceſſe eſt vt natura ſubiecta iſti ſit vna earum, & ſimiliter illud, ad quod mouetur. & ſic trāſlatio alterabitur, aut transferetur. Et vſr, cum omne motum mouetur tribus modis, aut ꝑ accidens, aut ſm partem, aut per ſe, poſſibile eſt vt tranſmutatio tranſmutetur. ver. gra. vt infirmus ecce adhuc iam medicinatur, aut addiſcit. & iam dimiſimus ſupius loqui de trāſmutatione per accidens.

Cum dixit ꝙ, ſi motus habet motum, ſeqtur vt motus moueatur, incœpit inducere inopinabile cōtingēs in hoc, & dixit Et, ēt ſi ſpēs motus ſunt tres, &c. i. & ēt, ſi in p̄dicamēto mot⁹ fuerit motus, ſ. ꝙ materia motus ſit motus, ſicut materia alterionis eſt in q̄litate, & materia translationis eſt in vbi: & iam declaratū eſt prius ꝙ ſpēs motus ſunt tres, tranſlatio, & alteratio, & diminutio: neceſſe eſt, ſi mot⁹ eſt in motu, ſicut alteratio in qualitate, & tranſlatio in vbi, vt idem motus ſit aut in ſua ſpecie, aut in alia. ſi in ſua, ſequitur vt trāſlatio trāſferatur, & alteratio alteretur. quod eſt inopinabile. ſi in alia, ſequitur vt tranſlatio alteretur, & alteratio transferatur. quod eſt magis inopinabile. D. d. neceſſe eſt vt natura ſubiecta, &c. & intendit per naturā ſubiectam, genus, in quo eſt motus, i. neceſſe eſt vt materia ſubiecta iſti motui ſit vnus motuū: & ſimilr neceſſe eſt vt iſte motus, qui eſt quaſi forma in hac materia, ſit vnus trium motuū. & hoc intendebat, cum dixit & ſimilr illud, ad quod mouetur, i. & ſimilr eſt neceſſe, vt forma iſtius motus ſit vnus trium motuū. & accipit illud, ad quod mouetur, loco motus, quia illud, ad quod eſt motus, eſt de natura motus. D. d. Et vſr, &c. & intendit declarare q̄uo ſeqtur vt motus ſit à motu per accidēs. manifeſtum eſt enim ꝙ hoc eſt cōſequens motū generatū: & apparet in principio Octaui. & quaſi dicat, & quia oē motum mouetur aut per ſe, aut ꝑ accñs. & declaratum eſt ꝙ motus nō eſt ex motu per ſe: neceſſe eſt vt motus fiat à motu per accidēs. Et tacuit de illo, qui eſt ſm partem. quia omne, quod habet motū ſm partem, poſſibile eſt vt motus ſit in toto: quia, cum pars diuiditur, ſit totum. ſi igitur eēt poſſibile vt motus moueretur ſm partem, eſſet poſſibile vt moueretur ſm totum: & cum eſt impoſſibile vt motus moueatur per ſe, aut ſm partem: ergo eſt poſſibile per accidens: immo apparebit ꝙ eſt neceſſarium, ſ. vt ante oēm tranſmutationem ſit tranſmutatio. Deinde dixit. v. g. &c. i. v. g. vt trāſmutatio de ægritudine in ſcientiam. hæc enim eſt trāſmutatio ex trāſmutatione per accidens. & ſimiliter q̄n tranſmutatur de ægritudine in diſciplinam. 17

Illud, ad qđ eſt mot⁹, eſt de naturā mot⁹. Idē ſupra. cō. 9. & 1. phyſi. com. 4.

Documētū.

Oē, qđ hēt motū ſm partē, poſſe eſt vt motus ſit in toto: q̄a, cum pars diuidit, ſit totum. Idem ſupra cō. 1. & ibi.

Quoniam aūt neq; ſubſtātiæ, neq; ipſius ad aliqd, neq; ipſius facere, & pati relinquitur ſm qualitatem, & quātitatem, & vbi motum eē ſolum. in vnoquoq; enim horum eſt contrarietas. Motus igitur ſm qualitatē Alteratio ſit. hoc enim inditum eſt cōmune nomen, Dico aūt qualitatem, nō quæ in ſubſtātia: (etenim differentia qualitas eſt:) ſed quæ paſſiua eſt, ſm quam dicitur pati, aut impaſſibile eſſe. Qui vero ſm quantitatem eſt, ſm cōmune quidem inominatus eſt, ſm autem vtrunq;, Augmētatio, &, Diminutio. is quidem, qui eſt in perfectam magnitudinē, augmētatio, qui vero ex hac diminutio. Qui aūt ſm locum, & ſm propriū, & ſm cōmune innominatus eſt. vocetur autem Latio nomine cōi. quāuis dicātur ferri hæc ſola proprie, cū nō i ſeipſis ſit, mutātibus locū, ſtare, & q̄cunq; nō ipſa ſeipſa mouent ſm locum.

In q̄t p̄dicamētis ſit motus.

Diſſa qualitas eſt.

Et,

Et, cum motus non eſt ſubſtãtię, neq; relationis, neq; actionis, neq; paſſionis, remanet vt ſit in quantitate, & in qualitate, & vbi tm̃. qm̃ in vnoquoq; iſtorum eſt contrarietas. Motus igit̃ in qualitate ſit Alteratio. qm̃ hoc nomen coiunctum eſt cum qualitate vl̃r. Et intelligo per quale, nõ omne illud, quod eſt in ſubſtantia: qm̃ differentia etiam eſt qualitas: ſed qualitas, quæ attribuitur paſſioni, & eſt illa, per quam dicit̃ aliquid pati, aut nõ pati. Motus autem in quantitate vl̃r nõ nominatur. vnum aũt eorum dicit̃ Augmẽtũ, aut Diminutio. motus vero ad magnitudinem completam dicitur augmẽtum, & motus ex hac dicitur diminutio. Motus vero in loco vniuerſaliter, & proprie nõ nominatur. dicatur igitur Translatio, licet translatio non dicatur vere, niſi de illis rebus tantũ, quę mutant loca, & non habẽt quieſcere, & quæ nõ mouent ſe in loco.

18 Iſta eſt concluſio, quam intendit. qm̃, cum poſuit ꝙ motus inuenitur in tribus p̃dicamentis, & declarauit ꝙ non inuenitur in ſubſtãtia, neq; in relatione, neq; in actione, aut paſſione, ſequitur vt ſolũmodo ſit in iſtis tribus. Et dixit qm̃ in vnoquoq; iſtorum eſt contrarietas. & innuit vl̃r hoc, ꝙ cauſa vl̃r, ppter quam eſt poſſibile vt motus ſolũmodo ſit in his tribus p̃dicamẽtis eſt, quia contraria exiſtunt in eis. hæc enim neceſſaria cauſa eſt in eſſe eorum. Et dixit Motus igitur in qualitate, &c. i. & vocet̃ intentio vl̃is, quæ eſt motuum in quale, Alteratio. qm̃ hoc nomen poſitum eſt vl̃r omnibus motibus, qui ſunt in qualitate: & intendit per hoc, quod dixit coniunctum, i. poſitum ad placitum. D. d. Et intelligo per quale, non illud, quod eſt ſubſtantia, &c. i. & intelligo per qualitatem, in qua inuenitur iſte motus, non qualitatem, quæ eſt in p̃dicamẽto ſubſtantiæ, v. g. differentias, quæ ſunt qualitates ſubſtantiales, ſed ſpẽm qualitatis, cui attribuit̃ paſſio, aut paſſibilis q̃litas. & hoc intendebat, cum dixit & eſt illa, ꝑ quam dr̃ aliquid pati, aut non pati. & intẽdebat genus per hoc de p̃dicamento qualitatis paſſibilis, & potentiam naturalem, & impotentiã. qm̃ per hoc, quod dixit pati, continet duo genera ſimul, continet genus paſſiuum, et genus, quod dr̃ ſm̃ impotentiã naturalẽ, & ꝑ hoc, quod dixit & nõ pati innuit potentiam naturalẽ. Et dixit hoc ſm̃ cõſyderationem large, ſicut poſuit generationem primo in definitione. qm̃ in Septimo iſtius libri declarabit ꝙ motus alterationis non inuenit̃ in p̃dicamento qualitatis, niſi in genere qualitatis paſſiuæ ſm̃ tactum, guſtũ, & viſum. nam iſtæ qualitates recipiunt magis, & minus. & nõ eſt ita de qualitatib⁹, quę ſunt in aĩa, & in aĩato, & in qualitate, quæ eſt ſm̃ quantitatem. illa aũt, quæ dr̃ ſm̃ potentiam, & impotentiã naturalem eſt propinqua paſſiuæ. & videt̃ ꝙ in ea non eſt motus. & in Septimo perſcrutabitur de hoc. ſed ſm̃ verba eius in hoc loco apparet ꝙ ſm̃ eam inuenit̃ motus. D. d. Motus aũt in quãtitate, et c. i. et motus cõis, qui eſt in p̃dicamento quantitatis, ſ. qui continet duas ſpẽs, non habet nomen: ſed altera duarum ſpecierũ dr̃ Augmentũ & reliqua Diminutio. D. d. Motus vero in loco, & c. i. et intentio cõis oĩbus motibus, qui ſunt in loco, et eſt illa, quæ eſt tanq̃ genus iſtius motus, nõ habet nomen. Et intendit per proprium motum, qui ita ſe habet ad hunc motum generalẽ ſicut ſpẽs, & hoc eſt ſm̃ idioma græcorum. D. d. dicat̃ igitur Trãſlatio, id eſt nos aũt vocemus illud, quod inuenitur in ſpẽbus iſtius motus, translationẽ. Et, quia hoc nomen trãſlatio dr̃ in idiomate eorum de eis, quæ mouẽtur in loco, quæ non hñt ceſſare in eo ex ſe, ſ. quæ mouentur violente, & de corporibus ipſis ſimplicibus, narrauit hoc, & dixit licet translatio, &c. i. licet translatio in noſtro idiomate dicat̃ vere de rebus, quæ mutant ſua loca, & non hñt ceſſare ex ſe, cum ſint inanimata. D. d. & quę non mouent ſe in loco, & forte addidit hoc, quia hoc nomen translatio apud eos dicebat̃ de motibus violentis tm̃. qm̃ [a] corpora quatuor ſimplicia exiſtimant̃ mouere ſe in loco, ſed non hñt quieſcere ex ſe. [b] Et forte hoc nomen translatio apud eos dicebatur de omni, qđ mouetur in loco, p̃terq̃ de habentibus animas. [c] corpora enim ſimplicia non mouent ſe in loco, niſi per accidens: & illa, quæ mouent ſe in loco, ſunt animata. ſm̃ hoc igitur animata ſunt illa, quæ quieſcunt ex ſe. &, cũ dixit ꝙ iſtæ duæ diſpõnes non inueniũtur in eis, de quibus dicitur hoc nomen translatio apud eos, demõſtrauit ꝙ hoc nomen translatio apud eos dicebatur de nõ aĩatis, ſiue moueantur naturaliter, aut violenter.

Cũ vl̃r, ꝓp quã eſt poſſ. vt mot⁹ ſolũmodo ſit in tribus p̃dicamẽtis, eſt, q̃a cõtraria exiſtũt in eis.

Documẽtũ. 7. ph. t. c. 14. vſq; ad. t. c. 20.

Vide cõ. 14. 7. phy. cur d odore nõ fecit mẽtionẽ.

Quæ ſit q̃litas in quantitate. Vide. 7. phy. cõ. 15.

In. 7. perſcrutabit̃ verũ in ſecunda ſpecie qualitatis ſit mot⁹. Vide calcem c. 20. 7. phy. pro hoc.

Prĩa expõ.

a Corpa q̃tuor ſimplicia exiſtimãtur mouet̃ ſe in loco, ſed nõ hñt qeſcere ex ſe. Vide cõſiſt. 2. phy. cõ. 1. & q̃ ibi. vid clarius ꝓ hoc. c. 29. 8. phy ſi. &c.

b Secunda.

c Corpa ſimplicia nõ mouẽt ſe in loco, niſi ꝑ accidens.

Quæ aũt eſt in eadẽ forma mutatio in magis, & minus alteratio eſt. Quæ enim ex cõtrario eſt in contrarium motus eſt, aut ſimpliciter, aut aliquo modo. In minus enim cũ ierit, in contrarium dicetur mutari: in magis autem, vt ex contrario in ſeipſum. differt enĩ nihil ſm̃ quid mutari, aut ſimpliciter. verum aliquo modo oportebit cõtraria eſſe. magis autem, & minus eſt ex eo, quia plus, aut minus contrarij ineſt, & non. Quod igit̃ hi tres ſoli motus ſint ex his manifeſtum eſt.

Et tranſmutatio etiam, quæ eſt in eadẽ ſpecie, in magis, & minus eſt alteratio. Qm̃ eſt motus, aut ex contrario, aut ad contrarium, aut ſimpliciter, aut quodam modo. Trãſmutatio igitur, cum eſt ad minus, dicitur ꝙ res trãſmutatur ad contrarium; &, ſi ad maius, dicitur ꝙ tranſmutatur ad illam ex contrario. qm̃ non eſt differentia inter hoc ꝙ res tranſmutetur quodã modo, & ſimpliciter, niſi in hoc, ꝙ duo contraria neceſſe eſt vt ſint exiſtẽtia quodã modo. & magis & minus ſunt, vt cõtrarium exiſtẽs, aut nõ exiſtẽs ſit quodã modo magis, & minus. Declaratũ eſt igit̃ ex hoc, quod iſti tres ſunt motus tantũ.

19 Cum poſuit ꝙ motus ſunt de contrario in cõtrariũ, &, quia latet hoc, qm̃ nos videmus eandem ſpẽm trãſmutari de ſimili in ſimile, vt cum albũ trãſmutatur ad magis album, aut nigrũ ad magis nigrum, incœpit diſſoluere hoc, & dixit Et tranſmutatio ẽt, &c. i. & tranſmutatio non ſolũmodo, quæ eſt de ſpecie in ſpẽm contrariam eſt alteratio, vt album in nigrum, ſed tranſmutatio, quæ eſt in eadem ſpecie ſm̃ magis, & minus, vt album in magis album, & econuerſo. D. incœpit declarare ꝙ iſta tranſmutatio, quę eſt in eadem ſpecie eſt de contrario in contrariũ, & dixit Qm̃ eſt motus, &c. ideſt, & diximus ꝙ iſta tranſmutatio eſt motus de cõtrario in contrarium, aut ſimpliciter, aut quodãmodo. ẽt iſte motus, ſ. qui eſt in eadem ſpecie, eſt de contrario in cõtrarium quodã modo. Et intendit, qm̃ qđ ſequeretur

retur, ſi oīs motus eſſet de contrario in contrarium ſimpliciter: cũ aũt inuenitur duobus modis, ſ. in reſpectu extremitatum, & medij, non cõtingit quæſtio. Et, cũ narrauit q motus, qui eſt in eadẽ ſpecie, eſt de aliquo contrario in aliquod contrariũ, incœpit declarare hoc; & dixit. Tranſmutatio igitur, cum eſt ad minus, &c. i. & in tranſmutatione, quæ eſt in eadem ſpecie inuenitur magis, & minus ex contrarietate. cum igiĩ trãſmutatio fuerit de magis in minus dicetur tranſmutari ad contrarium: qm̃ non ſit minus, niſi ex mixtione cõtrarij. v.g. qm̃ id, quod eſt magis album, quod tranſmutatur ad minus album, dr̃ tranſmuɑri ad aliquod nigrũ: &, cum ecõuerſo, dr̃ trãſmutari ad aliquod albũ. D.d. qm̃ nõ eſt differentia, &c. i. & hoc eſt neceſſe, qa nñ eſt dr̃ia inter hoc, q res tranſmuteĩ quodãmodo non ſimpliciter, & q tranſmuteĩ ſimpl'r in hoc, q vtraq; trãſmutatio indiget vt ſit de contrario in contrarium, niſi in hoc, q in tranſmutatione ſimpl'r duo contraria ſunt contraria exiſtentia ſimpl'r, & in tranſmutatione quodãmodo ſunt contraria quodã modo. Et hoc intendebat cũ dixit ſed in contrarijs, &c. i. ſed contraria in trãſmutatione, quæ eſt ſimpl'r, ſunt contraria in ea exiſtentia ſimpl'r, & in tranſmutatione quodã modo ſunt contraria quodam modo. & hoc intendebat, cum dixit ſed in contrarijs, &c. ideſt ſed contraria in tranſmutatione, quæ eſt quodam modo, ſunt cõtraria in ea quodam modo. & quaſi per hoc dat cauſam, propter quã quædam tranſmutatio eſt de cõtrarijs ſimpl'r, & quædã de aliqbus contrarijs. D.d. et magis, et minus, &c. & quaſi dicat & magis & minus eſt vt cõtrarium, aut medium diuerſentur ſm minus, & magis.

Nõ ſit min⁹, niſi ex mixtione cõtrarij. Idē infra. t.c. 41. & 3 vi de oppoſitã. 2. cœ. cõ. 14. Vide contr. Zim.

In tranſmutatiõe ſimpliciter cõtraria ſunt ſimpl'r, & in trãſmutatione q dã mõ contraria ſunt q dã mõ, idem ſupra cõ. 6. et infra cõ. 12.

Immobile q̃t modis dicaĩ

Immobile autem eſt & quod omnino non poteſt moueri, ſicut ſonus eſt inuiſibilis. Et quod in multo tempore vix mouetur. Aut quod tarde incipit, quod dicitur ægre mobile. Et quod aptum natura eſt, poteſtq; moueri, non mouetur autem tunc, cũ aptum natura eſt, & vbi, & quomodo: quod quidem immobilium ſolũ quieſcere voco. contraria enim quies motui eſt. quare priuatio erit ſuſceptiui.

Et Immobile eſt illud, quod nõ poteſt moueri omnino, v.g. ſonus ẽ inuiſibilis. Et illud, quod moueĩ tarde, & difficile eſt illud, quod dicitur difficilis motus. Et illud, quod innatũ eſt moueri, & poteſt moueri omnino, ſed non mouetur in illa hora, in qua innatum eſt, & vbi innatum eſt, & ſicut eſt innatum. et hoc ſolum inter alia immota dr̃ quieſcens: & quies eſt contraria motui.

20 Hic vult etiam declarare quid ſit quies, quæ opponitur motui in rei veritate, & incœpit ſermonem in declarando hoc, ſm quot modos dicitur immobile, & dixit Et Immobile eſt illud, quod non põt moueri, &c. i. & immobile dr̃ multis modis. dicitur enim immobile illud, cuius ſpecies nõ eſt innata recipere motum, vt dicitur q ſonus eſt inuiſibilis, quia non eſt innatus vt videatur. D.d. Et illud, quod moueĩ tarde. &c. i. & vero dicitur immobile etiã illud, quod difficile mouetur, & tarde. & iſti duo modi dicunĩ imobile tranſumptiue.

Cõſilem deſtinitioē vide de inuiſibili. 2. de ala. t.c. 101. et quæ ibi.

Et Alexan. dixit & q illud, quod eſt tarde motus eſt aliud ab illo, quod eſt difficilis motus. qm̃ illud, quod eſt difficilis motus, eſt illud, quod incipit tarde, non illud, quod mouetur tarde. Deinde. d. Et illud, quod eſt innatum, &c. ideſt & dicitur immobile tertio modo illud, quod habet naturam vt moueatur, ſed non mouetur in illa hora, in qua innatum eſt moueri, & in loco, in quo inatum eſt moueri, & qñ ceſſat à motu, quo innatum eſt moueri. & hoc intendebat cum dixit & vbi eſt innatum, &c. i. eſt in loco, in quo innatum eſt moueri, & poteſt moueri illo motu, quo innatum eſt moueri. quieſcẽs enim in rei veritate eſt hoc, ſ. illud, quod caret motu in tempore, in quo innatum eſt moueri, & in loco, in quo innatum eſt moueri, & in diſpoſitione motus, ſm quam innatum eſt moueri. Sed iſta quies videtur eſſe rei motæ ex ſe, & quies violenta, non quies naturalis. Quieſcẽs enim naturaliter eſt illud, quod caret motu in loco, in quo non eſt innatum moueri. Sed forte contentus eſt à deſcriptione quietis per hoc, quia eſt manifeſtius, & notius. & intendit declarare q quieſcẽs in rei veritate eſt illud, quod opponiĩ vero motui, & eſt illud, quod caret motu vero, & tacet deſcriptionem aliorum modorũ quietis. quieſcens enim naturaliter innatum eſt moueri in alia hora. Et põt intelligi hic de innato, & poſſibili illud, quod eſt cõmune violẽto, & naturaliter. terra enim, cũ quieſcit in ſuo loco naturali, caret etiam cum hoc illo, quod innatum eſt habere violenter ex motu, & in loco, in quo innata eſt habere hunc, ſ. motum violentum, & in tempore. & ſm hoc iſta deſcriptio erit communis omni quieſcenti. & ideo intelligẽdum eſt hoc ex quiete priuatio motus dicti de trib⁹ modis, qui ſunt motus in rei ueritate. D.d. & hoc ſolum, &c. ideſt & hoc poſtremum eius, quod dr̃ immobile, eſt illud, quod dr̃ quieſcens in rei veritate, & eſt id, quod dr̃ eſſe contrarium vero motui.

Dubium.

Solo prima.

Solo ſecũda

Quid igitur eſt motus, & quid quies, & quot mutationes, & quales motus manifeſtum eſt ex dictis.

Summa Secunda, in qua agitur de Vnitate, & Pluralitate motus.

Caput Primum, in quo declarat quid ſit Simul, quid Separatim, quid Tangere, quid Inter, quid Conſequẽter, quid Contiguũ, & quid Continuum.

POſt hæc aũt dicamus quid ẽ Simul, et Separatim, & qd eſt Tãgerẽ, et quid eſt Inter, & qd Cõſequenter, & qd Contiguum, et quid Cõtinuum, & qbus vnũquodq; horum ineſſe aptum natura ſit.

Manifeſtum eſt igitur ex his dictis, quid eſt motus, & quid eſt quies, & quot ſunt trãſmutationes. Dicamus nunc igitur quid eſt Simul, & quid eſt Separatim. & qd eſt Tangere, & qd eſt Inter, & quid eſt Sequi, & qd eſt Succedere, & Cõtinuari, & vnũquodq; iſtorum, in qbus innatum eſt inueniri.

Declaratum eſt igitur ex, dictis quid eſt motus in rei veritate, & quorum eſt definitio motus ṗdicta in Tertio: qm̃ illic nõ diſtinxit inter generationem, & corruptionem, & alios motus. hic autẽ declarauit q illa definitio non dr̃ ſimpliciter, niſi de iſtis tribus tm̃. perfectio enĩ, quæ accepta eſt in definitione motus, quæ eſt tanq̃ genus, non inuenitur in tranſmutatione, quæ eſt 21

21 In tertio philoſophus nõ diſtinxit iter generationẽ, & corruptionem, & alios motus, ſ; hĩc in hoc Quito, &c.

in

a Cõ. ꝙ generatio nõ ẽ mot⁹, eſt, qa ĩ ea nõ eſt ꝑfectio diminuta de genere ei⁹, ad qđ eſt mot⁹. & cã ĩ hoc eſt, qm̃ for̃a ẽ idiuiſibilis. Sed vide oppoſitum. 1. cont. 11. 6°. de formis eſſntorũ, quæ ſm̃ ſpm̃ intẽdunt, & remittunt. Vide cont. Zim.

in generatione, ſ. qm̃ in ea non eſt perfectio diminuta de genere eius, ad quod eſt mot⁹, ſ. à genere ꝑfectionis completæ. & cauſa in hoc eſt, qm̃ forma eſt indiuiſibilis, & quia generatum eſt de non eſſe. D. d. & quid eſt quies, ſ. quies oppoſita vero motui. D. d. et quot ſunt tranſmutationes, i. tranſmutationes, quæ non ſunt motus, quæ inueniuntur in ſubſtantia, & in alijs ꝑdicamẽtis ꝑter tria. Et intendit ꝙ in hoc ſermone diſtinxit veram trãſmutationem à vero motu. Et, quia in hoc ſermone declarata ſunt hæc dicta, icœpit hic quærere ſm̃ deſcriptionem, & ſermones facientes ſcire illa, quæ accidunt motui, vt fiat ꝑparatio ad illud, quod vult perſcrutari de natura continui, et dixit Dicamus nũc, &c. ideſt dicamus igitur nunc intentionem eius, quod dicimus corpora eſſe Inſimul, & Separatim, & Continua, & Conſequentia, & quid eſt intẽtio iſtius propoſitionis, Inter, quæ eſt neceſſaria in motibus. D. d. & vnũquodq; iſtorum, &c. i. &, cum expoſuerimus iſtas intẽtiones declarabimus ſubiecta propria vnicuiq; eorũ. v. g. quoniam, cum fuerit declaratum quid eſt continuatio, declarabitur, quæ ſunt res cõtinuæ, & quę ſunt res non continuæ, & ſimiliter de alijs.

Quid Simul eſt, Separatim, Tãgere, & Inter.

Simul igiẽ dicunẽ hæc eẽ ſm̃ locũ, quęcũq; in vno loco ſunt primo. Separatim autem, quæcunq; ſunt in altero. Tangere aũt, quorum extrema ſunt ſimul. Inter vero, in quod prius aptum natura eſt ꝑuenire id, quod mutatur, q̃ in quod vltimum mutatur, ſm̃ naturam continue mutationem patiens. in pauciſſimis autem eſt inter, tribus. vltimũ enim eſt mutationis contrarium.

Dicimus igiẽ Simul in loco in rebus, quæ ſunt in eodem loco, ſ. in primo loco. Et dicimus Separatim in rebus, quæ ſunt in locis diuerſis Et dico Contigua, dũ extrema ſunt inſimul. Et dico Inter, intelligendo illud, ad qđ primo trãſmutatum inatum eſt ire, antequã eat ad illud, ad quod poſtremo trãſmutaẽ, cũ trãſmutatio eius fuerit ſm̃ curſum naturalẽ, & cõtinua. & inter ſaltẽ inueniẽ in tribus. finis enim tranſmutationis eſt cõtrarium.

22

Capło ãnpe nutrimo.

Simul dr̃ multis modis, vt dictum eſt in lib. de Prædicamentis: ſed hic intẽdit deſcribere de illis illum modũ, qui eſt ſm̃ locum ımr. Et intẽdit ꝑ primũ locũ, continens ꝑprium, qui non eſt locus mediante alio. Et dixit in eodem loco. quia, ſi continentia fuerint duo, erũt, in duobus locis, non in eodem loco. Et, quia ſeparata ſunt oppoſita eis, quæ ſunt inſimul, incœpit deſcribere illa, & dixit Et dico Separatim in rebus, quæ ſunt in locis diuerſis, i. diuerſis ſm̃ demonſtrationẽ, ſ. multis nõ vno. D. d. Et dico Contigua, &c. i. & Cõtigua ſunt corpora, quorũ vltima, ſ. ſuꝑficies ſunt inſimul, ita, ꝙ inter illas nõ eſt corpus extraneũ. & hæc eſt contiguatio naturalis. contiguatio vero mathematica eſt in magnitudinibus, quorum vltima ſupponuntur. Si igitur fuerint corpora, ſupponuntur ſuperficies eorum cõtiguæ: &, ſi ſuperficies, ſuperponentur lineæ: &, ſi lineæ, ſuperponentur puncta: ſicut dicitur ꝙ punctus ſuperponitur puncto. Sed hic non intẽdit Mathematicam. quoniam in mathematicis duo vltima reuertuntur in vnum, & ſic aſſimilantur continuo: in naturalibus vero duo vltima remanent duo demonſtrata. & ideo dixit dum extremitates ſunt inſimul, i. & res contiguæ

In mathematicis eſt contact⁹. Idẽ. 4. phy. t. c. 76. & 1. de generatione. 44.

In mathematicis duo vltima reuertũtur ĩ vnũ. & ſic aſſimilanẽ cõ inuo. Sed in nãlib⁹ duo vltima rema-

ſunt, quarum vltima, q̃ ſunt in actu ſunt inſimul, & dicũtur contigua, ſicut dixit, dum vltima ſunt inſimul. & hoc ſignificat quòd contiguatio ſignificat hanc intentionem. Et per ſimul, intendit hic illa, quæ ſunt in loco. & ſm̃ hoc erit in loco per accidens: qm̃ vltima non ſunt in loco eſſentialiter. D. d. & dico Inter, &c. ideſt & Inter eſt illud, ad quod tranſmutatum tranſmutatur primo, i. anteq̃ tranſmutetur in illud, in quod tranſmutatur in poſtremo. Iſtud enim eſt primũ eius, ad quod tranſmutatur tranſmutatum, cum non tranſmutatur ad ipſum per ſuam trãſmutationem ad aliud, niſi ſi motus haberet motum. ſed, cum motus non habet motũ, ſicut prædiximus: & motũ, qñ eſt in illo, ex quo ẽ motus, diciẽ nondum tranſmutari, &, cum fuerit in illo, ad quod dicitur iam tranſmutari, & deſinere in tranſmutatione: ergo non dicitur tranſmutari, niſi quando fuerit inter. Et inter neceſſario eſt de natura ei⁹, ad quod eſt motus. qm̃, ſi motus fuerit in loco, inter erit locus, ſ. primus locus, ad quem motum mouetur. & ſimiliter, ſi motus fuerit in qualitate, tunc inter erit prima qualitas, ad quam tranſmutatur tranſmutatum. qm̃ autem neceſſe eſt vt ſit hic primus locus, & quomodo eſt primus apparet ex hoc, quod diximus quòd motus non habet motum. Et dixit ꝙ neceſſe eſt vt motus ſit ſm̃ curſum naturalem. qm̃, ſi non fuerit ſm̃ curſum naturalem, poſſibile eſt vt queſcat interim: & tunc inter erit illud ipſum, ad quod eſt motus. & ideo dixit dum fuerit continua. D. d. & inter eſt ſaltem in tribus. ideſt in duobus contrarijs, & medio. qm̃, ſi medium nõ fuerit, non erit inter. Deinde dixit finis enim trãſmutationis eſt contrariũ, i. & inter inuenitur in tribus. quoniã finis, & principium tranſmutationis ſunt duo cõtraria, & inter illa eſt aliqđ, ſ. inter contraria.

nent duo demonſtrata. Idẽ infra. c. 10 Vide clari⁹ pro hoc infra cõ. 19. Vltia nõ ſũt ĩ loco eſſntialiter, ſed per accidẽs. oppoſitos prĩo de generatione. c. 29. obi hr̃ ꝙ neque ꝑ ſe, neq; ꝑ accñs, &c. vide cõ. Zim.

Mediũ ẽ de natura eius, ad quod eſt motus.

Quid Cõtinue.

Continue aũt moueẽ, quod nihil, aut pauciſſimum intermittiẽ rei, non tp̃is. nihil enim ꝓhibet intermiſiſſe, & ſtatim ẽt poſt primã ſonuiſſe vltimam, ſed rei, in qua moueẽ. hoc aũt & in ijs, quę ſunt ſm̃ locum, & in alijs mutationibus manifeſtum eſt.

Et illud, quod moueẽ ſm̃ Cõtinuationẽ eſt illud, quod nõ deficit oĩno, & ſaltẽ in illa intẽtione, in qua eſt motus, nõ in tp̃e. qm̃ nihil prohibet deficere, & ſtatim euenire neuma, quod dr̃ Bam, cum neumate, quod dicitur Zir. nos enim intelligimus per hoc intẽtionem, in qua eſt motus. et hoc manifeſtum eſt in tranſmutationibus, quæ ſunt in loco, et in alijs tranſmutationibus.

Cum accepit in definitione eius, quod eſt inter, continuationem motus, incœpit exponere continuationẽ in motu, & d. Et illud, quod mouetur, &c. i. et illud, qđ mouetur ſm̃ continuationem, ſic deſcribitur. qm̃ eſt illud, quod non deficit omnino ſm̃ intentionem, & ſm̃ tempus: &, ſi defecerit ſm̃ intentionem, erit paucum. ſm̃ vero tempus deficit ſm̃ intentionem, quæ quidem non deficit ſm̃ illud: qm̃ plura mota non deficiunt ſm̃ tp̃s, & motus eorum non eſt continuus. vt qui inducit neuma, quòd diciẽ Bam, poſt neuma quod diciẽ Zir. iſte enim non deſiſtit ſm̃ tempus: deſiſtit vero ſm̃ motum. qm̃ neuma, quod dicitur Bam, eſt aliud in intentione à neumate, quod dicitur Zir. & in continuis non poſuit neceſſario vt non deficiant omnino in ĩtẽtione: quia plura mota continua deficiunt aliquantulum in intentione, vt animalia, quę ambulant: illa autem, quę natãt, aut volant, nõ deficiunt in intentione omnino. 23

D, d.

D.d. nos enim intelligimus per hoc illam intẽtionem, in qua eſt motus, i. & nos deſcripſimus continuationẽ hac deſcriptione. quia, cũ diximus motũ continuũ, intelligimus cõtinuationẽ intẽtionis, in qua eſt mot⁹, rei motæ, ſ. qm̃, ſi motus eius fuerit in loco, cõtinuatio ei⁹ erit in loco: &, ſi in alteratione, cõtinuatio ei⁹ erit in alteratiõe. D.d. et hoc manifeſtũ eſt in trãſmutationib⁹, quæ ſunt in loco, & in alijs trãſmutationib⁹, i. qm̃ cõtinuatio in eis eſt in ĩtentione, in qua eſt trãſmutatio.

Cõtrarium autem ſm locum eſt quod ſm rectam diſtat plurimum. minima enim finita eſt: menſura autem finitum.

Et contrarium in loco eſt diſtantiſſimum in rectitudine. qm̃ minima linea recta eſt finita: & finitum eſt paruum.

24 Cum poſuit q́ omnis motus eſt de contrario in contrarium, incœpit notificare quę ſunt contraria in loco, & dixit Et contrarium in loco, &c. i. & loca contraria ſunt illa, inter q̃ eſt maxima diſtantia recta: & iſta ſunt ſuperius & inferius ſimplr. & dixit in rectitudine. quia diſtãtia maxima, & minima non definiunť, niſi p lineã rectã. &, ſi nõ, poſ'e eſt ponere inter q̃libet duo puncta diſtantias infinitas arcuales diuerſas. Et hoc intendebat, cũ dixit qm̃ minima linea recta eſt finita, i. qm̃ minima linea recta poſita inter duas diſtantias eſt vna. & hoc intẽdebat, cum dixit finita. &, quia minima linea inducta inter duo puncta eſt recta, neceſſe eſt vt maxima linea in mundo, cuius vnus finis eſt ſuperius ſimpliciter, & ſecundus eſt inferius ſimpliciter, definiať per rectã. qm̃ hęc eſt finita, i. vna, [a] lineæ aũt arcuales ſunt infinitæ. & ideo in eis non inueniť maxima linea, neq; minima. D.d. & finitum eſt paruum. & intendit per finitum, rectum, quia inter duo puncta nõ cadit, ex eo niſi vnũ tantũ. & intẽdit per paruũ, breue. i. & [b] linea recta eſt breuiſſima linea inducta ĩter duo pũcta oppoſita. & iſta linea eſt mẽſura, cũ mẽſura ſit minima.

Vide. 10. metã. 15.

Diſtãtia maxia, & minima non definiunt, niſi p lineã rectã. ſ. lit. 4. phy. cõ. 5.

a Lineę arcuales ſunt infinitæ. idem. 1. cæli. 27.

b Linea recta ẽ breuiſſima, inducta inter duo oppoſita. Idem. 1. cæli. 28.

Quid Conſequenter.

Conſequẽter aũt eſt inter quod, poſt principium ſolum, exiſtens aut poſitione, aut natura, aut alio aliquo ſic determinatum, nihil eſt eorum, quæ ſunt in eodem genere, & id, ad quod cõſequẽter eſt: dico aũt, vt ad lineã linea, vel lineæ, aut ad vnitatẽ vnitas, vel vnitates, aut ad domum domus: aliud autem nihil prohibet eſſe inter. Conſequenter enim ad aliquid eſt conſequenter, & poſterius aliquid eſt. non enim vnum conſequenter eſt ad duo, neq; noua luna ad ſecundam conſequenter eſt, ſed hæc ad illa.

Et dico Sequi in illo, quod eſt poſt principiũ, aut in ſitu, aut forma, aut in alia intẽtione, &, cum hoc fuerit poſitum non erit inter illa aliquod illius generis: v. g. aut linea, aut lineæ ſequantur lineam, aut vnitas, aut vnitates ſequantur vnitatem, aut ſequatur domus domum: & nihil prohibet vt inter hæc duo ſit aliquid non illiuſmodi. Sequens enim eſt ſequens in aliquo priori, & in aliquo poſteriori. non enim vnum ſequitur duo, neque nox nouilunij ſequitur noctem futuram, ſed iſta ſequitur illam.

Et dico Sequi, &c. i. & dicitur Sequi in re, quæ eſt 25
poſt aliam, quæ eſt quaſi principium, aut in ſitu, vt cũ dicimus domum ſequi aliquam domum, aut in forma ſpecifica, verb. gra. q́ aial ambulans ſequitur hominẽ; Et intendit per aliam intentionem ſequens ſm naturã. ver. gra. quòd dualitas ſequitur vnitatem, & trinitas dualitatem, &, vt cũ dicimus quòd in ſermonibus narratio ſequitur procemium. & exiſtimatur q́ ſub hoc collocatur ſequens ſm placitum: et eſt oppoſitum ei, q́ eſt ſm naturam. Deinde dixit &, cum hoc fuerit poſitum, &c. i. & eſt neceſſe vt inter hæc duo, quæ dicuntur ſequi, nõ ſit aliquid ſui generis, ſ. vt inter lineas cõſequentes non ſit linea, & inter domus cõſequentes nõ ſit domus. & nihil prohibet vt inter illa ſit aliquid alterius generis. ver. gra. quòd inter domos conſequentes ſit aliquid, quod non eſt domus. D.d. Sequens enim eſt ſequens, &c. i. Sequens enim eſt ſequẽs aliquod p̃cedens ipſum ſui generis, & ipſum eſt poſterius ab eo. Conſequentia igitur ſunt illa, in quibus ſunt prius, & poſterius, aut in ſitu, aut in ſpecie, aut in natura. & ſequens eſt poſterius, non prius. vnde nullus dicit quòd vnum ſequitur duo, & nox nouilunij ſequitur futurã, noctem, ſed econtrario.

Contiguũ aũt eſt quod, cũ cõſequẽter eſt, tãgit. Qm̃ aũt omnis mutatio in oppoſitis ẽ, oppoſita aũt ſunt & cõtraria, & quę ſm contradictionẽ ſunt, cõtradictionis aũt nihil eſt medium, manifeſtum eſt q́ in contrarijs erit id, quod eſt Inter. Cõtinuum autem eſt quidem quod contiguũ quiddam eſt. dico autẽ eſſe Continuum, cũ idẽ fiat, & vnus vtriuſq; terminus, quibus tãgunt, &, vt ſignificat nomen, contineantur. hoc autem eſſe non poteſt, ſi duo ſint vltima.

Quid Contiguum.

Quid Continuum.

Et Seſe ſuccedere eſt illud, quod eſt cõſequẽs, & tãgens. Et, qa oĩs tranſmutatio eſt in oppoſitis, & oppoſita ſunt cõtraria, & cõtradictoria, et inter cõtradictoria nõ eſt mediũ, manifeſtum eſt q́ Inter eſt in cõtrarijs. Continuum vero eſt quodammodo ſeſe. ſed dico Continuum, quando vltimũ vtriuſq;, in quo tangunt ſe, fuerit idem, & fuerint continua, ſm q́ ſignificat hoc nomen. quod eſt impoſſibile ſi vltima fuerint duo.

Et Seſe eſt illud, in quo inuenitur prius, & poſterius, 26
in quo vltima ſunt inſimul. qm̃ hoc nomen ſeſe ſignificat conſecutionem, & tactum inſimul. ſignificat igitur duo. et ideo dixit Et Seſe eſt illud, quod eſt conſequẽs, & tangens. qm̃ tangentia ſunt de ſpeciebus diuerſis, ſeſe vero ſunt eiuſdem ſpeciei, ſicut cõſequẽtia. D. incœpit declarare vbi inuenitur inter, & dixit q́ Inter inuenitur in cõtrarijs mediatis: & propter hoc impoſſibile eſt vt motus ſit in contradictorijs, aut in contrarijs immediatis. & ſermo ei⁹ in hoc manifeſtus eſt. D.d. Cõtinuũ vero, &c. i. Continua aũt ſunt ſeſe, i. quorũ vltima adunãtur apud contactũ, & fiunt vnum. & in hoc differt cõtinuũ à ſeſe. D.d. ſm q́ ſignificat hoc nomẽ, i. in rebus naturalibus, & artificialibus. in naturalibus vero dicimus q́ continua ſunt illa, quorũ vltima ſunt vnum naturalr, vt in mẽbris cõtinuis, [a] & in artificialibus, qñ vltima eorũ fiunt vnũ p artificium. in mathematicis vero dicimus continua, qñ vltimum vnũ imaginatur eẽ cõe cum eis, vt pũctus, qui eſt cõis duabus

Cõtinua ſũt quorũ vltĩa ſũt vnũ nãliter. Idẽ ifra. t. c. 39. 40.

a Nota differentiã inter cõtinuitates nãliũ, artificialiũ, & mathematicorum.

lineis

lineis,& linea duabus ſuperficiebus. & iſta continuatio non eſt naturalis:& hic intendimus deſcribere continuationē naturalē. D.d. quod eſt īpoſſibile, &c.i.& impoſſibile eſt vt continuatio ſit duorum continuorꝫ, quando vltima eorum non fuerint adunata. & hæc eſt differentia inter ſeſe,& continua.

Hoc autem determinato, manifeſtum eſt ꝙ in ijs eſt cōtinuum, ex quibus vnum quid aptum natura eſt fieri ſecūdum contactum. & vt demum ſit continum vnum, ſic & totum vnum erit, vt aut clauo, aut glutine, aut tactu, aut inſertu.

Manifeſtum eſt igitur ꝙ cōtinuatio eſt in rebus, quę innata ſunt, vt ex eis ſit vnum per cōiunctionē. & quēadmodū copulatum fit vnum qñq; ſimiliter totum fit vnū, ver. gr̄a. per applicationem, & conclauationem, & ꝑ cōtactum, & per conſolidationem.

27 Cum definiuit continua, ꝙ ſunt illa, quę innata ſunt vt vltima eorū ſint unum, dixit Manifeſtum eſt igitur ex hac deſcriptione ꝙ continuatio eſt in rebus, quę innatæ ſunt vt ex eis ſit vnū per coniunctionē, ſ. aut ꝑ ligamentū, aut ꝑ applicationem, aut ꝑ cōſolidationem, illa aūt, in qbus nō aptantur hæc, non hñt cōtinuationem. D.d.& quemadmodū copulatū, &c.i.& quēadmodū copulatū fit in aliqua hora unū, ſ. per adiunctionē vltimorū, aut per ligamentū, aut per aliud, ſimiliter vtrūq; cōtinuatorū fit vnū, qñ illic non fuerit vltimū cōmune inter illa, ſ. qñ vltimum deſtruitur. Et quaſi intendit dicere quēadmodum ſeſe trāſferuntur de ſeſeatione ad continuationem, ſimilr̄ trāſfertur de continuatione ad adunationem.

Documētū.

Manifeſtū aūt eſt, & quod primum eſt id, quod conſequenter eſt. quod. n. tāgit neceſſe eſt cōſequēter eſſe, quod aūt cōſequenter eſt non oē tangere. quapropter & in prioribus rōne conſequenter eſt, vt in numeris, tactus aūt nō eſt. Et, ſi qdem cōtinuū eſt, neceſſe eſt tangere, ſi vero tangit, nondū cōtinuū eſt. nō. n. neceſſe eſt vnum eſſe ipſorū extrema, ſi ſimul ſint: ſed, ſi vnum ſunt, neceſſe eſt ſimul eſſe. quare vltima conſitio ſm̄ generationem eſt. neceſſe eſt enim tāgere, ſi conſita erunt extrema: ea vero, quæ tangūt, non oīa conſita ſunt. in quibus aūt non eſt tactus manifeſtum eſt ꝙ neq; eſt conſitio in his.

Manifeſtū eſt etiā ꝙ primū iſtorū eſt ſeq̄. tangens enī neceſſario ſequit̄, ſed nō oē, qd̄ ſequit̄, eſt tāgēs. & iō ſequi inuenit̄ ēt in principijs in rōne, v.g. in numeris, tāgere autem nō eſt in eis. Et quod eſt cōtinuū neceſſario tangit, et qd̄ eſt tangens nōdū eſt cōtinuum. qm̄ nō eſt neceſſe vt extremitates eorū ſint vnū, ſi fuerint īſimul: ſed ſi fuerint unū, erunt inſimul. vnde ſequit̄ vt adunatio ſit poſtrema oīum eorū in eſſe. illa enim, quorū extrema ſunt adunata, neceſſe eſt vt ſint ſe tāgētia: & tāgētia nō neceſſario ſunt adunata. & illa, in qbus nō eſt cōtactus, manifeſtum eſt ꝙ in eis nō eſt cōtinuatio, neq; adunatio.

Intēdit per primū, prius naturaliter. qm̄ oē tangens eſt ſequens, & nō oē ſequēs eſt tangens. &, cum ſequēs non fuerit, non erit tāgens. & hæc eſt diſpoſitio prioris naturaliter. Et, cum narrauit ꝙ nō oē, quod ſequitur, tangit, dixit & iō ſequi inuenitur in principijs in rōne. & intēdit per principia in rōne, principia in definitione, ſ. qm̄ inuenitur in pluribus rebus, & in eis non inuenitur contactus, vt eſt diſpoſitio in numeris. Et intendebat qm̄ hoc eſt quaſi genus, & genus eſt primū in rōne. Et, cum declarauit ꝙ cōſequens ꝓcedit naturalr̄ tangens, declarauit etiam ꝙ tangens præcedit naturaliter continuum. omne enim continuum eſt tangens, & non conuertitur. qm̄ non ſequitur vt omnia tangentia adunentur ſm̄ vltima. & hoc intendebat, cum dixit qm̄ nō eſt neceſſe vt extremitates eorꝫ ſint vnū, ſi fuerint inſimul, i. qm̄ non ſequitur, ſi vltima eorum fuerint inſimul, vt ſint vnum, ita, ꝙ omne tangens ſit cōtinuum. D.d. ſed, ſi extremitates, &c.i. ſed ſequitur econuerſo, i. qm̄, ſi fuerint cōtinua, ſ. ſi extrema eorum fuerint vnum, neceſſe eſt ꝙ ante fuerint contacta, ſ. ꝙ extrema eorum fuerint inſimul, i. qm̄ neceſſe eſt vt cōtinuum ſit prius contactum, & poſt conſecutionem, et tunc continuatur. Et, quia adunatio eſt, qñ vltimum cōmune, quod eſt inter duo continua, deſtruit̄, & hoc accidit neceſſario poſt continuationē, quemadmodū continuatio accidit poſt cōtactum, & contactus poſt cōſecutionem, dixit neceſſe eſt igitur, etc. i. et, quia oē adunatū prius fuit continuū, & oē continuū prius fuit contiguū: & nō ſeq̄tur vt oē cōtiguū ſit cōtinuū, nedū ſit adunatū: & non ſequitur ſimiliter vt omne cōtinuū ſit adunatum: & cum conſecutio non fuerit, continuatio non erit: &, cum continuatio non fuerit, adunatio non erit: ergo hæc quatuor præcedunt ſe adinuicem ſecundum ordinem naturaliter. 28

Adunatio ē qñ vltimum cōe, qd̄ ē inter duo cōtinua, d̄ſtruit̄, & hoc accidit neceſſario poſt continuationē. Hæc ſe hñt ſm̄ ordinem, vt Cōſequēter ens, Contangens, Cōtinuum, & Adunatum.

Quare, ſi eſt punctum, & vnitas, qualia dicunt ſeparata, non poſſibile eſt vnitatem, & punctū eſſe idem. his. n. ineſt tāgere, vnitatibus aūt cōſequenter. & inter hæc qdem cōtingit eſſe aliquid: omnis enim linea inter pūcta eſt: inter illas autem non eſt neceſſe: nihil enim eſt inter dualitatem, & vnitatem.

Sequitur igitur ex hoc ꝙ, ſi ſint hæc puncta, & vnitas, abſoluta, vt dicunt, impoſſibile erit vt vnitas, & punctum ſint idem. quoniam punctus habet tangere, vnitates vero ſequi habēt ſe adinuicem. & inter puncta poteſt eē aliquid: qm̄ oīs linea eſt inter duo puncta. d. translator ita cecidit in Græco. & videtur mihi ꝙ deberet dicere, ꝙ inter duo puncta eſt linea. vnitates vero non habent hæc neceſſario: quoniam inter vnitatem, & dualitatem non eſt aliquid.

Et, cum ſequi ſit, aliud à tāgere, neceſſe eſt, ſi fuerint puncta, & vnitas exiſtentia per ſe, vt dicunt dicentes puncta eſſe elementa corporum, vt punctus ſit aliud ab vnitate. Puncta enim poſſunt tangere, ſ. imaginari punctum tangere punctum: & ſic eſt poſſibile imaginari corpus componi ex eis: Vnitates vero poſſunt ſe qui, & non tangere. & hoc, quod dixit eſt ſm̄ opinionem eorum. qm̄ in Sexto declarabit ꝙ impoſſibile eſt punctum tangere punctum. Et forte intēdit per hoc, 29

Prima d̄ſia inter pūctū, & vnitatē. Pria expō.

Secunda.

quod

Expoſitio Themiſtij.

quod dixit, ꝙ punctus habet tangere, i. ꝙ lineæ tangũt ſeſe ſuper punctũ, & nõ eſt ita in vnitatibus. Et ſimilr exponit Themiſtius hũc locũ. & Alex. exponit hic tactum pro ſuperpoſitione. D. d. & inter puncta, &c. et hæc eſt differẽtia vera inter puncta, & vnitates, ſ. qm̃ inter vnitatẽ, & vnitatẽ non eſt aliqd, & inter punctũ & punctum eſt linea. & ideo dicit̃ ꝙ differentia eſt inter vnitatẽ, & punctũ: licet vtrunq; ſit aliquod indiuiſibile. & eſt ꝙ vnitas non habet ſitum, & punctus habet: quia eſt in aliquo loco demonſtrato lineæ, aut extremo, aut medio. D. d. oĩs enim linea eſt inter duo pũcta, i. inter quælibet duo puncta eſt linea, ſm ꝙ puncta ſunt vltima lineæ. Et dixit, vt mihi videt̃, ꝙ inter puncta põt eẽ aliqd. quia dicẽtes puncta eſſe, hñt pro poſſibili inter illa non eſſe aliqd: ſed non negãt hoc eſſe poſſibile, ſicut negauit ipſum de vnitatibus. Et videt̃ mihi ꝙ induxit conuerſam ꝓpoſitionis intentæ, ſ. dicẽtis ꝙ inter quælibet duo puncta eſt linea, quia nondũ apparuit. & cõuerſa eius eſt manifeſta, & eſt ꝙ omnis linea eſt inter duo puncta. qm̃, cum cõcedat̃ ꝙ omnis linea eſt inter duo puncta, conuertetur particularis ſic, ꝙ inter aliqua duo puncta eſt linea. & etiam, cũ concedatur ꝙ oĩs linea eſt inter duo puncta, declarabitur ꝙ inter quælibet duo puncta poſſibile eſt vt ſit linea. qm̃, ſi fuerit impoſſibile, non erit verum dicere ꝙ oĩs linea eſt inter duo puncta. qm̃, cũ fuerit verum hoc, ſ. quòd nulla duo puncta ſunt, inter quæ eſt linea, erit vera conuerſa eius, quæ eſt, nulla linea eſt inter duo puncta. qd eſt falſum manifeſte. & hoc eſt apud me illud, quod intendit Ariſto. quapropter dimiſit hanc propoſitionẽ, & accepit conuerſam: licet translator exiſtimet quòd hic fuit error in libro Græco. & intelligendũ eſt hic per lineam, lineam finitam.

Secũda dĩa.

Prima expõ bona.

Secunda intricata.

Quid igitur eſt ſimul, & ſeparatim, & qd tangere, & quid inter, & quid cõſequenter, & qd contiguũ, & quid continuum, & qbus vnumquodq; horum ineſt, dictum eſt.

Etiam igitur poſuimus quid eſt eſſe inſimul, & ſeparatim, & tangere, & inter, & ſequi, & ſeſe, & continuum, & in quibus inuenitur vnumquodq; iſtorum.

30 Dubium.

Quoniam ex hoc, ꝙ declaratum eſt in deſcriptionibus iſtarum, declarabitur in quibus inueniuntur. Et quæret aliqs, qm̃ eſſe inſimul eſt tãgere, qm̃ omnia cõtigua ſunt inſimul: & omnia, quæ ſunt inſimul in loco, ſunt contigua: & ſimiliter eſt diſpoſitio in ſeſe. Dicendum eſt igitur ad hoc, vt videtur, ꝙ licet eſſe inſimul, & tangere ſint idem ſm ſubiectum, tñ ſunt duo ſm definitionem. qm̃ eſſe inſimul opponitur ad eſſe ſolum: et tangere nõ opponitur ad eſſe ſolum, ſed ad eſſe ſeparatum. Et in definitione eius nõ apparet locus, ſed in definitione eius, quod eſt eſſe inſimul apparet locus. Seſe autem ſeparatur à contiguo. qm̃ ſeſe eſt contiguum, & ſequens. & ſeſe etiam poteſt eſſe corpus, & poteſt eſſe non corpus, verbi gra. motus, aut tempus. motus enim eſt ſeſe ad motum, & tempus ad tẽpus. ſed tempus non tãgit tp̃s: qm̃ contigua neceſſario ſunt magnitudines. [a] in naturalib9 vero eſt corpus, in mathematicis aũt poteſt eſſe linea, aut ſuperficies. [b] ſed omne contiguum in mathematicis eſt continuum.

Solutio.

Pria dĩa.

Scda dĩa.

a Cõtact9 naturalis eſt ꝑ corp9, ſed cõtact9 mathematic9 põt eẽ ꝑ lineã, aut ꝑ ſupficiẽ. Idẽ 1. cœ. cõ. 32. & 1. de Aĩa t. c. 15. & 5. Meta. cõ. 8.

b Oẽ contiguũ i mathematicis ẽ cõtinuũ. Idem ſupra cõ. 22.

Caput Secundum. Quotuplicitur dicatur Motus vnus: Et qui proprie vnus, qui uè plures.

VNus aũt motus dr̃ multipliciter. Vnũ enim multiplr̃ dicimus. Genere igit̃ vnus eſt ſm figuras ꝑdicamenti. latio enim omni lationi genere vnus eſt. alteratio aũt à latione diuerſus genere eſt. Specie aũt vnus eſt, cum genere ſit vnus, et in idiuidua ſpecie ſit. vt coloris quidem ſunt differentiæ. Igitur alius ſpecie denigratio, & dealbatio. omnis igitur dealbatio omni dealbationi idem ſm ſpeciem erit, & omnis denigratio denigrationi: albedini autem non amplius. quapropter ſpecie vnus eſt dealbatio dealbationi omni. Si autem ſunt quædam, quæ & genera ſimul, & ſpecies ſunt, manifeſtum eſt quòd ſpecie quodammodo vnus erit, ſimpliciter autem vnus ſpecie non. vt diſciplinatio, ſi ſciẽtia ſpecies quidem eſt exiſtimationis, genus autem ſcientiarum.

Et Vnus motus dicitur multis modis. qm̃ Vnũ dicit̃ multis modis. vnus igitur in Genere eſt ſm figuras prædicamẽti. qm̃, qñ trãſlatio comparatur ad aliquam translationem, quæcunq; ſit, erit vnum in genere. alteratio vero eſt alia à trãſlatione in genere. & vnus in Specie eſt, qñ fuerit vnum in genere, deinde fuerit ſub ſpecie, quæ non diuiditur. v. g. qm̃ color eſt multis modis. Et ideo nigrificatio eſt alia ab albificatione in ſpecie. & ſic oĩs albificatio cõuenit in ſpẽ oĩ albificationi, & omnis nigrificatio omni nigrificationi: albificationi vero non conuenit. & ideo albificatio cum omni albificatione comparatur per illam vnum in ſpecie. Cõuenientes igitur in genere, & ſpecie inſimul manifeſtum eſt ꝙ ſunt vnus motus in ſpecie, quòd autẽ ſit ſimpliciter vnus motus in ſpecie, nõ. v. g. qñ diſciplina ſit ſciẽtia, qm̃ eſt ſpẽs cõſyderatiõis, & genus, ſ. ſciẽtiarũ, v. g. Grãmaticæ, & Geometriæ, & cæterarum ſcientiarum.

In hoc capĩo incœpit dicere ſm quot modos dicitur motus vnus. qm̃ hoc eſt vtile, & neceſſarium de perſcrutatione de motu, vtrum ſit æternus, aut non. & dixit Et Vnus motus dicit̃ multis modis. idest, & vnus motus dicitur multipliciter, quia vnum dicitur etiam multipliciter. motus enim dicitur vnus ſm Genus. & eſt ille, qui eſt vnus ſm formam prædicamentorum, in quibus ſunt, ſcilicet quia communicãt in vno prædicamento prædicamẽtorum, in quibus inuenitur motus. v. g. trãſlatio ad ſuperius, cum cõparatur ad trãſlationem ad inferius, qm̃ eſt ſm genus, vnus, in quo eſt motus in loco, ſ. in prædicamento vbi. & hoc intendebat, cum dixit. i. quoniã omnis translatio, qñ comparatur ad aliam translationem diuerſam in forma, tunc duæ translationes inueniẽtur vnum in genere. D. d. alteratio vero, &c. i. & hoc manifeſtum eſt. quoniam prædicamentum alterationis, ſ. qualitatis, aliud eſt à prædicamento trãſlationis, quod eſt vbi. D. d. & vnus in Specie, &c. i. & dicitur vnus motus ſecũdo modo, ſ. ſm ſpeciẽ. & vnus motus in ſpecie eſt, qñ duo motus fuerint vnus in genere, & vnus in vltima ſpecie, quæ non diuiditur in alias ſpecies. Deinde dicit verbi grã, &c. i. & 31

Oĩs tranſlatio, qñ cõparatur ad aliã trãſlationẽ diuerſam in for̃a, tũc duæ trãſlationes inueniũt̃ vnũ i gñe. Cõſyderatio inſtãtis de motu cœ. & ſ motus ſſorũ, q̃ ſũt nec.

causa,

Cõ. qq quas qdã mot⁹ sũt diuersi ĩ spẽ, & qdã cõue nietes fm spe ciẽ, ẽ diuersi tas eius, ad qđ ẽ motus in spẽ, aut cõ uenitẽtia eius in spẽ. cõsule infra.t.c. 15.

cauſa, propter quã qdam motus ſunt diuerſi ſm ſpẽm, & qdam conuenientes ſm ſpẽm, eſt diuerſitas eius, ad quod eſt motus in ſpecie, aut cõueniẽtia eius in ſpecie, v.g. quia colores, qui ſunt fines motuũ, qui ſunt in coloribus, ſunt multi modi, ideo motus, qui ſunt in coloribus diuerſis in ſpecie, ſunt diuerſi in ſpecie, & qui ſunt in conuenientibus in ſpecie, ſunt conuenientes in ſpecie. ver. gra. quoniam nigrificatio, quia eſt ire ad nigredinem, & albificatio eſt ire ad albedinem, & nigredo differt ab albedine in ſpecie, ideo nigrificatio, quæ eſt motus ad nigredinẽ, differt ab albificatione in ſpecie, quæ eſt motus ad albedinem. &, quia hæc albedo conuenit in ſpecie cum hac alia albedine demonſtrata, ideo hæc albificatio conuenit cum hac albificatione in ſpecie. D.d. albificationi vero non conuenit, ideſt motus vero, qui eſt in albedine, non conuenit in ſpecie ei, qui eſt in nigredine: cum nigredo differat ab albedine in ſpecie. D.d. Conuenientes igitur, &c. i. manifeſtũ eſt igitur quòd, cum diximus quòd omnis motus conueniens in ſpecie eſt conueniens in genere, non ſequitur vt omnis motus conueniens in genere, & ſpecie, i. vnus in genere, & ſpecie, ſit vnus motus in ſpecie ſimpliciter. qm̃ quædã ſpecies ſunt, quæ ſunt genera. D.d. ver. gra. &, cum diſciplina fuerit ſcientia, &c. ideſt & vnus motus in genere, & ſpecie non eſt vnus in ſpecie ſimpliciter, ſcilicet ꝙ ſcientia ad diſciplinam eſt ſpecies cõprehenſionis, cum comprehenſio quædam eſt diſciplina, ideſt ex diſciplina, et quædam non ex diſciplina. et, cum hoc, quòd dixit ſpecies eſt genus plurium ſcientiarum diſciplinatarum.

Cõprehẽſio quędã eſt ex diſciplina, & quędam ſine diſciplina.

Dubitabit autẽ aliquis, ſi vnus ſpecie motus ſit, cũ ex eodem idem in idem mutetur: vt vnum punctum ex hoc loco in hunc locum iterum, atque iterum. Si autem hoc eſt, erit circũlatio rectæ lationi eadem, & volutio ambulationi.

Et eſt hic locus quæſtionis, ſ. quãdo idem transfertur de vno loco ad alium, v.g. quando idem punctus transfertur de hoc loco in hunc locum vna vice poſt aliam, vtrum ille motus eſt vnus ĩ ſpecie. Qm̃, ſi ita fuerit, tũc motus circularis conueniet motui recto, & tunc volutio conueniet ambulationi.

32 Cum poſuit ꝙ motus, qui ſunt vnus in ſpecie, ſunt illi, in quibus illud, ad quod motũ mouetur, eſt, idem in ſpecie, & non exiſtimatur ꝙ iſti motus ſunt conuenientes ſm ſpeciem, ſed motus, qui mouetur de eodem in idem, ſed in temporibus diuerſis, induxit quæſtionẽ ſuper hoc, & dixit Et eſt hic locus quæſtionis. ideſt & quæritur quando aliquid idem transfertur de eodem loco in eundem locum multotiẽs, verbi gratia de puncto. B. ad punctum. C. vtrum iſti motus numerentur in illis, qui ſunt idem ſpecie, aut non. qm̃, ſi ponatur ꝙ motus, qn fuerint de vno puncto ad vnũ punctũ, ſunt conuenientes in ſpecie, & eſt poſſibile vt motum moueatur de eodem puncto ad idem punctum motu recto, & motu circulari, contingit ex hoc, vt motus circularis, & rectus ſint idem ſpecie. quod eſt impoſſibile. &, ſi ponatur ꝙ ſint idem numero, continget vt tp̃s eorũ ſit idem numero. quod eſt impoſſibile. Et, cum induxit quęſtionem, incœpit diſſoluere illam.

An determinatum eſt, ſi id, in quo eſt, alterum eſt ſpecie, ꝙ diuerſus motus eſt: circulare autem à recto alterum ſpecię. genere igitur, & ſpecie motus vnus ſic eſt.

Circulare a recto alterũ ſpecie.

Ad hoc igitur dicamus, quoniam iam determinauimus ꝙ illud, in quo eſt motus, cũ fuerit aliud in ſpecie, motus erit alius in ſpecie: & circulare eſt etiam aliud ſpecie à recto. ſecundum hoc igitur dicitur quòd motus eſt vnus in genere, & ſpecie.

Quia motus recti diuerſantur ſm illud ex quo, & ad quod, & in motu circulari non eſt ex quo, & ad quod, & eſt dictum in definitione motus, qui eſt idem in ſpecie, ꝙ eſt ille in quo, illud ex quo, & illud, ad quod, ſunt idem ſpecie, in numero plura ſm idem tẽpus, v.g. motus, qui eſt ex eodem puncto ad idem pũctum, aut plures motus cadentes inter duo puncta in temporibus diuerſis, accidet quæſtio prędicta. qm̃ poſſibile eſt vt inter duo puncta demonſtrata ſit motus circularis, & rectus. & ſimiliter poſſibile eſt vt inter duo loca conuenientia alijs duobus locis cadant duo motus, vnus rectus, & alius circularis. & ſic accidit quæſtio. Cum igitur in definitione dicatur loco eius, quod eſt, ad qđ, & ex quo, illud, quod eſt, in quo eſt motus, ſ. quòd idẽ motus in ſpecie eſt ille, in quo illud, in quo eſt motus, eſt idem in ſpecie, diſſoluetur quæſtio. qm̃ duo motus, qui ſunt ex eodem loco ad eundem locum, quorum vnus eſt rectus, & alius circularis, nõ erunt in eodem, ſ. per idem. quoniam rectus erit per lineam rectam, & circularis per rotundam: & circulare eſt aliud à recto in ſpecie. Et ideo dixit Dicamus igitur, quoniam iam determinauimus quòd illud, in quo eſt motus, cũ fuerit aliud in ſpecie, motus erit alius in ſpecie. D.d. & circulare eſt aliud à recto ſpecie. ideſt. & iſti definitioni eiuſdem motus in ſpecie non contingit q̃ſtio. qm̃ illud, in quo eſt motus rectus, eſt aliud ab illo, in quo eſt circularis, econtrario primæ definitioni. 33

Quæſtionis ſolutio.

Simpliciter autẽ vnus motus eſt, qui ſubſtantia vnus, et numero eſt. Quis autem huiuſmodi ſit manifeſtum erit diuidentibus. Tria enim ſunt numero, circa quæ dicimus motum vnũ, quod, & in quo, & quãdo. Dico autem quod, quoniam neceſſe eſt eſſe aliquid, quod mouetur, vt hominem, aut aurum. & in aliquo hoc moueri, vt in loco, aut in paſſione. & qñ: in tp̃e. n. oẽ mouetur.

Tria ſũt, circa quæ dicimus motum vnum.

In tp̃e oẽ mouetur.

Et dicitur ꝙ motus eſt vnus ſimpliciter, cum fuerit vnus in ſe, & in numero. Et declaratur quis motus eſt iſte motus ſm diuiſionem. Illa enim, in quibus dicitur motus, ſunt tria, res, & quo eſt, & quando. Et intẽtio eius eſt. quoniã neceſſe eſt vt ſit hic aliquod motum. v.g. homo, aut aurũ. & vt motus iſtius rei ſit in aliquo, ver.g. in loco, aut in paſſione. & ut ſit quando: quoniam omne, quod mouetur, mouetur in tempore.

34 Cum declarauit quid eſt idem motus genere, & ſpecie, icœpit declarare quid eſt idem motus ſimpliciter, & dixit cum fuerit idem in ſe, ideſt in ſua ſubſtantia. & dixit & in numero. quoniam motus, qui eſt idem in ſubſtantia, alius eſt genere, & alius ſpecie, & alius numero. & innuit quòd diuiſio, qua vſus eſt in motu, eſt diuiſio in ſubſtantia eius. quoniam [a] illud, quod ſignificat hoc nomen vnum, & eſſentia, & quiditas in iſtis rebus,

[a] Illud, qđ ſignificat hoc nomẽ vnũ, et eẽntia, & q-ditas in iſtis reb⁹, ẽ idẽ. vid cõſule. 4. Meta. t.c. 3.

Mot⁹ cõſtituiť ex trib⁹ ſ. re mota, illo, in q̃ ẽ motus, & tpe. ſʒ oppoſitũ. d. ſupr. cõ. 1. ubi dixit ꝙ motus nõ cõſtituiť ex tpe, q̃a tp̃s eſt de accñtib⁹ motus. tñ vide cõſiliũ ſolũ huic l. 8. ph. t. c. 64.

rebus, eſt idẽ. D. dixit Et declaratur, &c. i. & ſm diuiſionem motus in motus, qui conueniunt, & differunt in rebus tribus, ex quibus conſtituitur motus, declarabitur quid eſt motus vnus in numero. Et, cum narrauit ꝙ ex iſta via poteſt declarari quid eſt vnus motus in numero, incœpit declarare hoc, & dixit Illa enim, in quibus eſt motus, &c. ideſt illa enim, ex quibus cõſtituit motus, ſunt tria, res mota, & res, in qua eſt motus. v. g. vbi in translatione, quod eſt genus, in quo eſt motus, & hoc intendebat, cum dixit & res, in qua eſt. & intẽdit per qñ, tempus. qm̃ ex tribus fit motus. Et, cum numerauit iſta tria, ex quibus cõſtituitur motus, dixit Et intentio eius eſt, &c. i. & hoc eſt ita. qm̃ manifeſtum eſt per ſe quòd neceſſe eſt vt in omni motu ſit aliquod motum, verbi gra. homo, & fruſtum auri, & vt motus ſit in aliquo, verbi gratia in loco, aut qualitate. & intẽdit per illud, in quo eſt motus, materiam motus, in qua eſt motus, ſicut formam. & hoc manifeſtũ eſt ꝙ non mouetur. & hoc diſtinctum eſt apud perſcrutationem eius, quod eſt vtrum motus habet motum, D. d. & vt ſit qñ. i. in tempore. & hoc declarabitur in Sexto, & exiſtimatur ꝙ aliquantulum ex eo declaratũ eſt in ſermone de tempore.

Quæ requirantur ad vnitatem ſimplr.

Horum autem genere quidem, aut ſpecie eſſe vnum eſt in re, in qua mouetur. contiguum autem erat in tempore. Simpliciter autẽ vnum eſſe in omnibus his eſt. Etenim in quo eſt, vnum oportet eẽ, & indiuiſibile, vt formã. Et rurſus ipſum quando, vt tempus vnum, & non intermittere. Et quod mouetur vnum eſſe, non ſm accidens, vt album nigreſcere, & Coriſcum ambulare. vnum autem eſt, & Coriſcus, et albũ, ſed ſm accidens. Neqʒ cõmune. erit enĩ ſimul duos homines ſanari ſm eãdem ſanationẽ, vt lippitudinis. ſed non vnus hic eſt, ſed ſpecie vnus eſt.

Et motum eſſe unum in genere, aut ſpecie eſt ex iſtis rebus, in quibus eſt motus. & ſequitur hoc vt ſit in tempore. Ipſum autem eſſe eundem ſimpliciter eſt in omnibus iſtis. Illud enim, in quo eſt motus, debet eſſe vnũ ſcilicet indiuiduum demõſtratum, verbi gratia in ſpecie. Et quando, verbi gra. quoniam tẽpus debet eſſe vnum ſine defectu. Et motum debet eſſe vnum, nõ per accidens, verbi gratia vt albus niger fiat, & Socra. ambulat. & albus, & Socra. ſunt idem, ſed per accidens. Neque commune. quoniã poſſibile ẽ vt hõ ſaneť vna ſanitate ab ophthalmia oculi. ſed iſte motus nõ eſt vnus, niſi in ſpecie.

Cum declarauit quid eſt motus vnus in genere, & in ſpecie, & declarauit quòd vnus motus ſimpliciter ſcitur per diuiſionem eius in illa, ex quibus fit motus, & notificauit illa eſſe tria, incœpit declarare quando motus erit vnus in genere, & in ſpecie, & in numero ſecundũ iſta, & dixit Et motum eſſe vnum in genere, & ſpecie, &c. ideſt & motus erit vnum in genere, aut in ſpecie, ſm illud, in quo eſt motus, & motum.[a] Et dimiſit diuiſionẽ, quam innuit in motu, quia iam eſt declarata, quoniam antequã inciperet ad declarandum iſtos motus ſm conuenientiam, & diuerſitatem eorũ in iſtis rebus, deberet incipe à diuiſione, dicendo quòd omnis motus, aut non conuenit in aliquo iſtorum, aut conuenit in quibuſdam, aut in omnibus. deinde cõuenientes, aut ſunt cõuenientes in genere, aut ſecundum ſpeciem, aut ſm numerum. ſed, quia hoc itelligitur ex hoc, quod dixit, et eſt manifeſtũ per ſe, incœpit determinare ſpecies eius, & numerare diuiſiones vtiles ad ſciendum, ſm quot modos dicitur vnus motus, & dixit Et motum eſſe vnum in genere, &c. ideſt & motus eſt vn⁹ in genere, aut in ſpecie, ſm illud, in quo eſt motus, ſcilicet in natura, in qua eſt motus. quoniam, ſi illa natura fuerit vna ſm genus, verbi gratia qualitas, aut vbi, motus non erit vnus ſecundum genus. &, ſi illa natura fuerit vna ſm ſpeciẽ, motus erit vnus ſm ſpeciẽ. verbi gratia vt duo motus ſint albificatio, & nigrificatio, aut translatio. Et, quia huiuſmodi motus, ſcilicet vnus in genere, aut vnus in ſpecie, nõ eſt neceſſe vt ſit vnus ſm tempus, dixit et ſequitur tempus hoc. ideſt, et accidit huiuſmodi motibus vt ſint ĩ tẽpore, aut vno, aut pluribus vno. ſ. quòd nõ eſt neceſſe in eſſe eiuſmodi motus in genere, aut in ſpecie, ſm quòd eſt vnus in eis, vt ſint in vno tempore: ſed hoc ſequitur, & accidit naturæ motus, ſm quòd eſt motus, ſcilicet vt ſit in tempore, non quòd ſit motus, qui diceť per tempus. Et, cum declarauit diſpoſitionem eſſentialem, qua motus eſt vnus in genere, aut in ſpecie ab accidentali, ideſt à diſpoſitione accidẽtali, incœpit declarare illa, quæ ſunt neceſſaria in eſſe eiuſdem motus ſimplr, qui eſt vnus ſm numerum, & dixit Ipſum autem eſſe vnum ſimpliciter, &c. ideſt motum autem eſſe vnum ſimpliciter eſt, vt ſit vnus ſimpliciter in omnibus iſtis tribus, ſcilicet vt ſit vnus motus numero in moto, & in eo, in quo eſt motus, & in tempore.[a] Deinde incœpit declarare hoc, & incœpit ab illo, in quo eſt motus, & dixit Illud enim, in quo eſt motus, &c. & hoc eſt ita. quia, ſi motus eſt vnus numero, neceſſe eſt vt illa natura, in qua eſt motus, ſit vna numero, ſcilicet indiuiduum demõſtratum ſpeciei illius naturæ, & hoc intendebat, cũ dixit, v. g. in ſpecie, i. v. g. aliquod indiuiduum indiuiduorum ſpeciei illius, in qua eſt motus. Et, cum narrauit quòd eſt neceſſe in vno motu ſecũdũ numerum, vt illud, in quo eſt motus, ſ. materia motus, ſit vnũ numero, incœpit declarare etiam quòd neceſſe eſt, quòd tempus ſit vnũ numero, et dixit Et quando, &c. ideſt etiam neceſſe eſt vt tempus motus ſit vnum numero ſine defectu, ideſt quòd inter ipſum nõ cadat quies, ſed erit continuus. quoniam tunc non eſſet vnus motus, quia tẽpus eius non eſſet vnum.[b] qm̃ illud, in quo eſt motus, licet ſit vnũ numero, ſimiliter res mota, ſi mouebitur in temporibus diuerſis, tunc motus eius non erit vnus in numero. Deinde induxit tertium neceſſarium, & eſt quòd res mota debet eſſe vna numero, & hoc eſſentialiter, non accidentaliter, & dixit Et motũ debet eſſe vnũ, non per accidens, &c. i. & in hoc, ꝙ motus ſit vnus in numero, neceſſe eſt quòd res mota ſit vna in numero, non per accidens. quoniam, ſi fuerit vna per accidens, tunc erit poſſibile vt moueatur duobus motibus inſimul in eodem tẽpore. verbi gratia quoniam albus, & Socrates ſunt idem per accidẽs, quando accidit quòd Socra. ſit albus. & ideo poſſibile eſt hoc vnum per accidens moueri duobus motibus inſimul, vt niger fiat, ſm quòd eſt album, & ambulet, ſm quòd eſt Socra. Deinde dixit Neque cõmune. & intendit illud, in quo eſt motus. quoniam, cum declarauit quòd neceſſe eſt, vt illud, in quo eſt motus, et etiam tempus, ſunt vnum in numero, vult declarare ꝙ tempus eſſe vnum numero nõ ſufficit in hoc, quòd motus

a Occurrit tacitæ obiectioni, q̃ aliquis poſſet dicere Ariſto. iuſſe diminutum.

Nõ ẽ neceſſe in eſſe eiuſmodi mot⁹ ĩ genere, aut ĩ ſpẽ, ſm ꝙ ẽ vn⁹ ĩ eis, vt ſit ĩ uno tpe, ſi hoc accidit nãe motus, ſm ꝙ eſt mot⁹, ſ. ut ſit in tpe, nõ ꝙ motus, q dicet̃ p tp̃s. vide cõſiliũ ſupr cõ. 1. & 4. huius cõ. 98 & quæ ibi.

a Sed vide oppoſitũ. 8. phy. cõ. 82. q̃a vť ꝙ iſta tria nõ ſufficiant ad vnitatẽ numeralẽ mot⁹, &c. Vide cont. Zim.

b Licet illũ, ĩ q̃ eſt motus ſit vnũ numero, & ſimilr res mota ſit vna nũero, ſi tñ moueať ĩ tp̃ib⁹ diuerſis, tũc mot⁹ eius nõ erit vnus numero. ſed oppoſitũ vť dicere com. ſequẽti ſm primã expoſitionem. Vide cõtra. Zim.

ſit vnus numero, cum illud, in quo eſt motus, fuerit cõmune, non vnum numero. & quaſi dicit, & impoſſibile eſt, ſi illud, in quo eſt motus, fuerit cõmune, vt motus ſit vnus numero, licet tempus ſit vnũ numero. qm̄ poſſibile eſt vt duo homines inſimul ſanentur ex vna infirmitate in ſpecie in vno tempore, tamẽ ſanatio eorum nõ erit vna in numero, ſed in ſpecie, ſ. motus, quo mouentur, licet tempus ſit idem.

Socratem autem ſm eandem quidem alterationem alterari ſpecie, in alio autem tempore, & iterum in alio, ſi quidem contingit corruptum iterum vnum fieri numero, erit & hic vnus. ſi vero nõ, idem quidem erit, vnus autem non.

Si autem Socr. alteratur eadẽ alteratione in ſpecie, ſed hoc in aliquo tempore, deinde iterum in alio tempore. ſed, ſi poſſibile eſt vt illud, quod iam corruptum eſt, reuertatur, & fiat vnum in numero, tunc motus poſſibile eſt, vt ſit etiã vnus. &, ſi illud fuerit impoſſibile, motus erit ille idem, ſed non vnus.

36 Hæc eſt quæſtio, circa hoc, quod dictum eſt, ꝙ in hoc, ꝙ motus ſit vnus numero, neceſſe eſt vt tempus ſit vnum numero. qm̄ poteſt aliquis dicere ꝙ, cum idẽ motum mouetur eodem motu in ſpecie vna vice poſt alteram, i. pluries. verbi gra. vt modo moueatur, deinde quieſcat, & inde reuertat ad illum motum, quo mouebatur prius, quoniã ille motus ſecundus, & primus ſunt vnus in numero, eodem modo in generatione ꝙ, cum idem indiuiduum corrumpitur, deinde reuertitur, ſunt vnum in numero. Et ideo dixit Si autem Socra. &c. ideſt ſed, cum poſuerimus quòd Socra. mouetur in aliquo vno iterum poſt primam vicem. v. g. alteratur iterum poſt, aliud autem transfertur, tũc, ſi corruptum, quando reuertitur, eſt vnum in numero motus, Socra. qui reuertitur, poſtquam quies interuenit, eſt vnus. &, ſi illud non fuerit, hoc non erit. & hoc intẽdebat, cum dixit, ſi igitur poſſibile eſt, &c. ideſt motus Socr. qui fuit modo, & poſt reuertitur, poſſibile eſt, vt ſit vnus. & ideo dixit poſt ſi igitur illud fuerit impoſſibile, &c. hoc igitur eſt vnum eorum, quæ poſſunt intelligi ex hac quæſtione. Et forte intendit per hanc quæſtionem venire ad quæſtionem de motu cõtinuo, quomodo motus eſt continuus cũ hoc, ꝙ in omni motu quædam pars corrumpitur, & quædam generatur, &, cum corruptum non reuertitur, non eſt hic vnus motus in numero. & ſm hanc expoſitionem, cum dixit tunc motus poſſibile eſt, vt ſit ẽt vnus, intendit, ſi igitur eſt poſſibile vt illud, quod eſt corruptum reuertatur, & fiat vnum in numero, poſſibile erit vt ſit hic vnus motus in numero: &, ſi illud fuerit impoſſibile, non erit hic vnus motus in numero: ſed impoſſibile eſt vt generatum, & corruptum ſint idem numero: ergo impoſſibile eſt vt vnus motus ſit in numero: licet ſit vnus ſubiecti numero, & in eodem, & continuus. & hoc erit finis huius quæſtionis. Si autem cõceſſerimus quòd illud, quod generatꝰ, poſt corruptionem eſt vnũ numero, non ſequitur vt motus cõtinuus ſit vnus motus tm̃, ſed etiã motus, inter quos eſt quies, cum ſubiectum eorum fuerit vnum numero, & illud, in quo eſt motus, fuerit etiam vnum numero. Et videtur, ſi iſta quæſtio intelligatur de motu continuo, ꝙ differentia inter partes motus continui, & motus, qui reuertũtur iterum poſt alium, ſit hæc, ſ. quòd generatum, & corruptum in iſtis motibus, vtrũq; diſtinguitur à reliquo per quietem interiacentem, in motu vero continuo generatum non diſtinguitur à corrupto, neq; demonſtratur, ſed eſt vnũ numero. poſſibile eſt igitur dicere ſm hoc ꝙ motus cõtinuus eſt unus numero, ſed modo magis diminuto, q̃ modo, quo dicimus in re quieſcente, ipſam eſſe vnã ſm numerũ. &, ſi intendit per hunc ſermonem dubitare de motu, qui eſt iterum poſt primũ, diſſolutio eſt manifeſta, cum fuerit conceſſum ꝙ generatũ, & corruptum nõ ſunt idẽ in numero. et hoc manifeſtũ eſt per ſe. & illud, qd dixit poſt, ſignat ꝙ non intẽdit, niſi quærere de motu cõtinuo, quaſi dicat, ſi igitur poſuerimus ꝙ Soc. transfert iterũ poſt primũ, ſi fuerit poſſibile, ut illud, quod eſt corruptũ, reuertatur, & fiat vnum in numero, tũc motus iteratus põt eſſe vnus in numero, nedum continuus. & ſic eſt intelligendus iſte locus. & ſic nõ accidet q̃ſtio valoris in hoc, ꝙ, cum aliquid fuerit corruptum, & poſt reuertatur nõ eſt idem in numero. Et quia ita eſt, dixit. Si aũt Soc. &c. i. ſed, cum poſuerimus ꝙ Socr. mouet in aliquo vno iterum poſt aliud, v. g. ꝙ altereτ, aut transferatur iterum poſt aliud, tunc, ſi illud, quod iam eſt corruptum, reuertatur, & fiat idem in numero, motus Socra. qui heri fuit, reuerteτ idem. quod eſt impoſſibile. Et forte iſta expoſitio eſt difficilior. & manifeſtius eſt ex verbis eius hoc, quod ipſe intendit declarare, ꝙ neceſſe eſt in hoc, ꝙ vnus motus ſit ꝙ tempus ſit vnũ, ſed fecit qõnẽ de cõtinuo. aut forte intẽdit vtrunq;. qm̄ ex illis, quæ dicit poſt, apparet ꝙ ipſe fecit quæſtionem de continuo: quoniam duæ quæſtiones ſunt ſimiles.

Quæſtionis ſolutio.

Si corruptũ, qñ reuertiτ, eſt vnũ i numero, motꝰ Socra. poſtq̃ ques ſtuenit, ẽ vnꝰ. Si vide oppoſitũ c. pcedẽti vt ibi notaui. Expõ Themiſtij.

Quomõ põt eẽ vnꝰ motꝰ cõtinuus, cũ ptes motus cõtinue corrũpantur.

Habet autem dubitationem huic ſimilẽ, et vtrum vna ſanitas, & omnino habitus, & paſſiones ſubſtantia ſint in corporibus. moueri nãq; videntur habentia, & fluere. Si igiτ eadem, & vna ſit mane, & nunc ſanitas, cur nõ etiam, cum intermiſſam acceperit iterũ ſanitatem, & hæc, & illa vna numero erit?

Et eſt etiã quæſtio ſimilis iſti vtrũ ſanitas eſt eadẽ, & vſr vtrũ formę, & paſſiones ſunt in corporibus in ſuis ſubſtãtijs. qm̄ nos inuenimus illud, quod habent ex hoc in eis, dum mouentur, & fluunt. Si igiτ ſanitas, quæ fuit in mane, & quæ eſt nũc, eſt eadẽ, quare ſanitas, quæ fuit, & deſtruitur, et poſt reuertitur, illa, & iſta non ſunt eadem in numero?

Quia quæſtio prędicta fundatur ſuper hoc, ſ. vtrum 37
generatum, poſtq̃ corrumpitur, ſit idem in numero cũ corrupto, & fuit poſitum ꝙ, ſi fuerit idem in numero, continget vt motus, qui fuit Soc. hodie, & qui fuit heri, ſint idem in numero, &, ſi poſuerimus ꝙ eſt aliud, continget vt non ſit vnus motus in numero, incœpit dicere quòd talis quæſtio accidit in formis quieſcentibus, quia ſunt in trãſmutato, & dixit Et eſt q̃ſtio, &c. ideſt & eſt quæſtio ſimilis qõni dictæ de motu vno in numero, & de formis, & vſr de paſſionibus, quæ ſunt in corporibus, quæ ſunt in ſuis ſubſtãtijs, vtrũ ſint eædem, dum corpus fuerit idem, aut non ſunt eædẽ, ſi corpus deferens nõ fuerit idẽ, ſ. multiplicatæ ſm multiplicationem corporũ, aut qũo eſt. nos enim videmus hãc formam exiſtentẽ in corporibus, & corpus moueri. i. transmutari, & fluere ſemper. vnde neceſſe eſt, vt ita ſit in formis, quæ ſunt in iſtis corporibus, cum ſint in ſubſtantia corporũ trãſmutabilium. ſi igiτ ſanitas, quæ

fuit

fuit hodie Socr. & quæ fuit heri ſit eadem in numero, neceſſe eſt vt ſanitas eius quæ eſt, deinde deſtruiť, deinde reuertitur, ſit eadem in numero. &, ſi hoc eſt inopinabile, neceſſe eſt vt non ſit hic eadem forma in numero. D. d. vtrum ſanitas eſt eadẽ. i. in numero, ſ. quæ fuit heri in Socr. & quæ eſt hodie. D. d. & vl'r, &c. i. & hęc perſcrutatio vl'r fundatur ſuper hoc, ſ. vtrum formę, et paſſiones exiſtãt in ſubſtãtia corporũ, qm̃, ſi ita fuerit, neceſſe eſt vt illud, quod inuenitur in corporibus motis, & fluentibus, moueatur, & fluat. vnde ſequitur vt formæ moueantur, & fluant. &, ſi formæ fluunt, & ſunt eædem in numero, neceſſe eſt vt forma, quæ fuit heri, deinde reuertitur hodie, poſtquam corrumpitur, ſit eadem in numero. & hoc contingit in eodem motu, quoniam dictum eſt ꝙ neceſſe eſt ut ſubiectum eius ſit idem numero. ſi igitur non eſt hæc eadem forma in numero, ergo neq; idem motus numero.

Eadem enim ratio erit. verum tãtum intereſt, quòd, ſi duo idem hoc ſunt, ſicut numero vnus, & habitus eſſe neceſſe eſt. vnus enim numero actus vnius numero eſt. Si vero habitus vnus eſt, fortaſſis alicui non videbitur vnus & actus eſſe. cũ enim ceſſauerit ambulãs, non amplius eſt ambulatio: rurſus autem ambulante erit. Si igitur vnus, & idẽ eſt, continget vnum, & idem & corrumpi, et eſſe ſæpe. Hæ igitur dubitationes extra præſentem ſunt conſyderationem.

Quoniam eadem ratio eſt in hoc, præter hoc, ſ. in quo differunt. quoniam duæ actiones, & ſi ſint duæ ex illo eodẽ, neceſſe eſt vt formæ etiam ſint, ſicut illæ duæ in numero. quoniam eadem actio in numero eſt eiuſdẽ in numero. Et, ſi forma fuerit eadẽ, dignius eſt vt nullus exiſtimet ꝙ actio etiam eſt eadem. quoniam homo, cum ceſſauerit ab ambulare, non erit tunc illud apud ipſum ambulatio: &, cum reuertitur, & ambulat, tunc erit ambulatio. Si igitur ambulatio eſt eadẽ, poſſibile eſt vt idem corrumpatur, & generetur multotiẽs. Sed iſtæ q̃ſtiones ſunt extrinſecæ ab hac perſcrutatione.

38 Cõuenientia iter q̃ões. Probõ eius.

Cum narrauit ꝙ in hoc, ꝙ formæ etiam ſunt eędem in numero, accidit qõ ſimilis ei, quæ accidit ex hoc in eiſdem motibus in numero, & dedit ſimilitudinem inter iſta, incœpit dare differentiam, & dixit Quoniã eadem ratio eſt, &c. ideſt in hoc, quod contingit in formis, & in ipſis motibus. Qm̃, ſi forma iterata eſt eadẽ motus, qui eſt hm̃oi, eſt idẽ. &, ſi forma, quę eſt hm̃oi, eſt plus vna, motus, qui eſt hm̃oi, erunt plures vno. & ſi'r ecõtrario. &, ſi forma, quæ habet continuũ eẽ, fuerit vna, cũ hoc, ꝙ ſuũ ſubiectũ eſt ſemper in tranſmutatione, ita motus cõtinuus in eſſe erit vnus in numero, cũ hoc, ꝙ ſuũ ſubiectũ demõſtratũ eſt trãſmutatũ. &, ſi ille, q eſt hm̃oi, fuerit plusq̃ vnus, forę, q̃ ſunt hm̃oi, erũt plures. Quia igiť iter motus, & formas eſt iſta ſimilitudo manifeſta, non eſt differentia inter motus, & formas in q̃õnibus accidentibus in eis, præterq̃; in hoc, quòd adunatio in motibus, & formis non eſt in rebus conſequentibus. Quoniã, cum actio, ſ. motus fuerit eadem, ſequitur vt formę ſubiectæ illius actionis ſint eædem. & ſimiliter forma agens illam. Et, cum forma fuerit eadem, non ſequitur vt motus ſit idem. qm̃, cũ Socr. ambulat hodie, & ambulauit heri, ſubiectum eſt idẽ, & motus ſunt plures. & ſimiliter ab eadem forma inueniuntur plures actiones in tẽporibus diuerſis.

Prĩa expõ. Dña inter q̃ões.

Dña illius probatio.

Cõtra primã expoſitionẽ.

Si igitur diceret præterq̃ in hoc, quòd differunt. qm̃ actio, cũ fuerit vna forma, erit vna, cũ vero forma fuerit vna, non ſequitur vt actio ſit vna, tunc ſermo eſſet manifeſtus per ſe. ſed dixit, præterq̃, &c.

Dubiũ cõtr textum.

Et iſte ſermo, vt apparet, non eſt verus. qm̃ non ſequitur, cum actiones fuerint plures in numero, vt formæ ſubiectę ill' actionis ſint plures in numero, neq; formæ agentes. neque ſeq̃tur ad hoc, ꝙ, ſi eadem actio in numero, ꝓuenit ab eadem forma, aut eſt in eadem forma, quòd neceſſe eſt vt plures actiones inueniantur, aut à pluribus formis, aut in pluribus formis, niſi eſſet verum ꝙ poſſet conuerti conſecutio à deſtructione antecedentis.

Seđa expõ.

Sed iſta differentia videtur differẽtia inter hoc, ꝙ accidit in primo aſpectu. exiſtimatur enim quòd, cum vnus motus in numero fuerit vnius ſubiecti numero, ꝙ ſequitur ꝙ plures motus ſunt plurium ſubiectorũ. exiſtimatur tamen ꝙ nõ ex eadem forma, aut in eadem forma eſt eadem actio. Et ſic iſte ſermo habet duas differentias. differentiam, ſ. ſm̃ hoc, ꝙ accidit in primo aſpectu, & differentiam ſm̃ ipſam rem. & tũ dixit dignius eſt igiť vt nullus, &c. i. & differentia inter illa eſt. qm̃, cum actiones fuerint plures, exiſtimatur ꝙ neceſſe eſt vt formæ ſint plures, quia exiſtimať, cũ eadẽ actio fuerit ab eadẽ forma, ꝙ ſequitur plures actiones eſſe à pluribus formis. & nullus exiſtimat ꝙ, cum forma fuerit eadem, ꝙ neceſſe eſt vt actio, quæ prouenit ex ea, aut quæ eſt in ea, ſit eadem. iſte enim homo demonſtratus, qñ ceſſet ab ambulatione, non ꝓuenit ex eo ambulatio: & qñ reuertitur ad ambulationem, tunc prouenit ſecunda ambulatio.

Tertia expoſitio.

Et forte intendit. ſed eſt differentia inter hoc, ꝙ ſequitur ex hoc ſm̃ ſimilitudinem, et ſm̃ ipſam rem. qm̃ ex ſimilitudine, quæ eſt inter motus, & formas, ſequitur ꝙ, cum poſuerimus plures motus eſſe, ſequitur plures formas eſſe. ſed non eſt neceſſe. qm̃ idem motus eſt eiuſdem formæ: & ex eadẽ forma non eſt idem motus.

Quarta expoſitio.

Et forte intendit per duas actiones, duas paſſiones. qm̃, cum paſſiones fuerint duæ, ſequitur vt formę ſint duæ. quod non ſequitur in actione. & quaſi intendit dare differentiam in hoc inter actionem, & paſſionem. & ſuper hãc expoſitionem eſt ſuſtinendum. Et, cum ſcripſeram hoc, nondũ inſpexerã librum Alex. in hoc capl'o, & poſt inueni ipſm dicere ꝓpinquum huic. dicit enim ꝙ actio dicta in hoc loco dicta eſt ęquiuoce. & ꝙ Ariſt. intendebat ꝑ actionem, cũ dixit qm̃ actiones, ſi fuerint duę, &c. i. ſubiectũ actiõis. & quaſi. d. ꝙ, ſi ſubiectũ actionis fuerit duo, ſeq̃ť ꝙ formæ ſint duæ. D. declarauit hoc, & dixit qm̃ eadem actio in numero eſt eiuſdem in numero. & hoc eſt ita. qm̃ vnum ſubiectũ in numero eſt vnius formæ. Et dedit rõnem ſuper hãc expõnẽ, & dicit de hoc, ꝙ inueniť in q̃buſdã libris loco iſtius ſic, ſed differunt. qm̃, ſi fuerint duæ in numero, neceſſe eſt vt formæ ſint ſic. & non dixit actionem. Deinde reuerſus eſt ad primam quæſtionem, & dixit Si igitur ambulatio, &c. i. ſi igitur ambulatio Socr. heri, & ambulatio hodie eſt eadem, poſſibile eſt vt aliq̃d idem generetur, & corrumpatur multotiens, & dicatur ipſum eſſe idem. quod eſt valde inopinabile. Et, q̃a quæſtio dicens quomodo formæ ſunt eædem, & corpora ſunt ſemper in tranſmutatione, non eſt huius ſciẽtiæ, aut huius loci, dixit Sed iſtæ quæſtiones, &c. ideſt, & propter hanc quæſtionẽ dixerunt q̃dam Antiqui ꝙ non eſt hęc ſciẽtia neceſſaria, & ꝙ omnia ſunt in tranſmutatione, & eſt ſermo ſophiſticus. vnde Loquentes in lege Mahumeti dicunt quod accidentia

non remanent per duo tempora: & intendũt ꝙ omnia ſunt mota præter ſubſtantiam.

Motus oĩs cõtinuus ẽ.

† a.l. quĩ & diuiſibilis ẽ.

Quoniam autem continuus omnis motus eſt, & ſimpliciter quidem vnum, & continuũ eſſe neceſſe eſt, ſi omnis †{ quidem diuiſibilis eſt.} &, ſi continuus, vnus. nõ enim fiet omnis continuus omni, ſicut neq; aliud vllum cuiuis quoduis, ſed quorum vnum ſunt vltima. vltima autem aliquorum quidem non ſunt, aliquorum autem ſunt, ſed ſpecie differentia, & æquiuoca. quomodo nanque tanget, aut vnum fiet vltimum lineæ, & ambulationis?

Et, quia oĩs motus eſt cõtinuus, ideo motus, qui eſt ſimpl'r vnus, debet eſſe cõtinuus, cum oĩs motus eſt diuiſibilis. &, ſi motus fuerit continuus, erit vnus. qm̃ non oĩs motus eſt cõtinuus cũ omni motu, quẽadmodum in alijs nõ quilibet continuatur cũ quolibet, ſed illa, quorũ vltima ſunt vnum. et quædam nõ hñt vltima, & quædã habẽt, ſed in forma ſunt æquoca. qm̃ impoſe eſt vt vltimũ lineæ tangat vltimũ ambulationis, & fiant vnũ.

39 Cõ, quare ad vnitatẽ mot⁹ reqrit̃ vnitas tpis, & ſubiĩ ẽ, q̃a ẽ cõtinu⁹, etc. Oĩs mot⁹ ẽ cõtinuus, q̃a oĩs mot⁹ eſt diuiſibilis. vi de inſtãtĩ de motu augmẽti. 5. phy. c. 6 & 8. phyſi. 29. vide cõt. Zim.

Cum declarauit ꝙ vnus motus in numero eſt motus, qui eſt in eodem in numero, et in eodem in tẽpore, & induxit quæſtiones ſuper hoc, incœpit dare rõnem, propter quam nececeſſe eſt in hoc, ꝙ motus ſit unus in numero, ut tẽpus ſit vnum, & ſubiectum ſit vnum. & eſt, quia eſt cõtinuus. Et dixit Et, quia oĩs motus, &c. idest, & quia omnis motus eſt continuus, quia omnis motus eſt diuiſibilis, neceſſe eſt vt vnus motus in numero ſit cõtinuus. Et, cum declarauit ꝙ omnes motus ſunt de natura continui, dicit et, ſi fuerit motus continuus, &c. i. ſi igitur motus, qui eſt vnus ſubiecti numero, & in eadem re numero habuit partes cõtinuas, tunc erit vnus. &, ſi partes eius nõ fuerint cõtinuæ, nõ erit vnus. et cauſa in hoc, ꝙ qdam motus ſunt, qui non ſunt continui, eſt, qm̃ non omnis motus põt continuari cum quolibet motu, quemadmodũ impoſſibile eſt in alijs, quæ ſunt de ſpeciebus continui, continuari ita, ꝙ quodlibet cõtinuetur cum quolibet. qm̃, ſi ita eſſet, tunc omnia eſſent cõtinua: ſed continua ſunt illa, quorum vltima põt eſſe vnũ. & hoc intendebat, cum dixit quẽadmodum in alijs, &c. i. impoſſibile eſt vt quilibet motus cõtinuet̃ cũ quolibet motu, ſicut eſt impoſſibile quodlibet cõtinuari cũ quolibet. Deinde īduxit determinationẽ, per quam res fiunt cõtinuæ, & dixit ſed illa, quorꝫ vltima ſunt vnum. i. entia cõtinua ſunt illa, quorũ vltima põt eſſe unũ. ſed in corporibus naturalibus cõtinuatio fit, qñ duo vltima fuerint vnum, abſq; eo, ꝙ vltimum cõe, quod eſt vnum, corrumpat̃. & ſil'r eſt continuatio in magnitudinibus mathematicis. definiuntur enim ꝙ ſunt illa, quæ põt recipere vltimum cõe. & ſimiliter videtur eſſe in motibus. & ſic, cum dixit ſed illa, quorũ vltima ſunt vnũ, intendit aut in imaginatione. & hoc eſt in motibus, & in tpe, & in magnitudinibus. qm̃ iſta ſcientia cõſyderat ẽt de iſtis quodãmodo, aut in eſſe. & eſt hoc in corporibus naturalibus continuis, ſicut eſt diſpoſitio in mẽbris aĩalium conſolidatis. D. dedit cauſam, pp quam q̃dam entia recipiũt cõtinuationẽ, & quædam non, & dixit & quædã non habent vltima, &c. i. &, cum continua ſunt illa, quorũ vltima ſunt vnũ, vr̃ ꝙ cã in hoc, ꝙ non oĩa ſunt continua, eſt, ꝙ non oĩa entia hñt vltima: ſicut eſt diſpoſitio in numeris. neq; oĩa entia hñtia vltima põt cõtinuari, neq; ẽt in imaginatione. qm̃ quædam entia habent vltima diuerſa in forma, de quibus hoc nomen vltimum dicitur æquiuoce. & hoc intẽdebat, cum dixit ſed ſunt in forma æquiuoca. Deinde. d. quoniam impoſſibile eſt vt vltimum lineæ tangat, &c. ideſt, & impoſſibile eſt dicere quòd vltimum lineæ tangit vltimum ambulationis, cum magnitudo non tangat motum. quoniã vltimum in eis dicitur æquiuoce.

Continuatio in nãlib⁹ fit, qñ duo vltĩa fuerint vnũ, abſq; eo, ꝙ vltimũ non corrũpat̃. ta illa aũt vltĩa poſſũt effici vnũ, vel ſm imaginatione, ſicut eſt i ſucceſſiuis, vel ſm eſſe, ſicut eſt i pmanentibus.

Cõtigui igit̃ erũt, et qui neq; ĳdem ſpecie, neq; genere. poſtq̃ enim cucurrit aliquis, ſtatim febricitare põt. &, veluti lampas ex ſucceſſione, latio eſt contigua, continua aũt nõ. ponit̃. n. cõtinuũ, quorum vltima vnũ ſunt. Quare cõtigui, & conſequẽter ſunt, †{quia tẽpus cõtinuum eſt,} cõtinuum autem eſt, quia motus cõtinui ſunt. hoc autem eſt, cum vnum vltimum fuerit amborum.

† a.l. q̃a tp̃s vnum eſt.

Dicamus ergo ꝙ motus ſeſei erũt, & ſi nõ cõuenient in ſpecie, aut in genere. v.g. ꝙ hõ currit, & febricitat ſtatim. & ſicut motus candelę ſucceſſiuus eſt translatio ſeſca, continua vero nõ. poſitum eſt enim cõtinuũ in rebus, quarũ vltima ſunt vnũ. Iſti igitur motus ſunt ſeſei, & cõſequentes, quia tempus eorum eſt continuum. & continuatio tpis eſt per continuationem motus. & hoc erit, quando vltimum ambotum fuerit unum.

40 Cum deſcripſit motus continuos, incœpit poſt dicere motus ſeſeos, & dixit Dicamus, &c. ideſt & motus dicuntur ſeſei, licet non conueniant in ſpecie, aut in genere, ſed eſt neceſſe ſolummodo, vt vltima eorum ſint inſimul, ſcilicet vt inter eos non ſit quies, vt dictũ eſt in deſcriptione rerum ſeſearum ſimpliciter, ſiue fuerint motus, aut alia. Et, cum induxit hoc, dedit duo exempla, vnum de motibus ſeſeis diuerſis in genere, & aliud in motibus ſeſeis conuenientibus in ſpecie. Et dixit. ver. g. quòd homo currit, &c. ideſt exemplum motuum ſeſeorum non conueniẽtium eſt quòd homo currat, & ſtatim accidit ei febricitatio. Et exẽplum ſeſeorum conuenientium in ſpecie eſt candela, quæ intrat manus hominum vna poſt aliam. Deinde dixit continua vero non, &c. ideſt & iſti motus, & ſimilia non dicuntur continua. quoniam poſitũ eſt quòd continua ſunt illa, quæ poſſunt habere vltimum cõmune. ſed iſti non poſſunt habere vltimũ cõmune. In illis autem, quæ diuerſant̃ ſm ſpeciem, manifeſtum eſt, quòd vltima eorum ſunt diuerſa. In eis autem, quæ conueniunt in ſpecie, vt motus candelæ de vna manu in alteram, eſt ſeſeus, quia quies non interponitur, & priuatur continuatione in rei veritate, quia motum non eſt vnum. Deinde dixit Iſti igit̃ motus ſunt ſeſei, & conſequentes, quia tempus eorum eſt continuum, ideſt, et motus ſeſei dicuntur ſeſei, & conſequi, quia tẽpus eorũ eſt continuum in rei veritate, aut exiſtimatur eſſe continuum, quia non interponitur illis quies ſenſibilis. & in rei veritate non eſt continuum, niſi quando inſtans, in quo fuit vltimum primi motus, in eo erit initium ſecundi motus, vt motus mortis, qui ſeqtur motum vitæ. & iſti ſunt ſeſei in rei veritate, ſcilicet quorũ tẽpus eſt cõtinuũ in rei veritate. D. d. & tp̃s eorum eſt continuum, &c. i. & tp̃s motus continui p ſe eſt cõtinuũ per continuationem

In illis, q̃ diuerſant̃ ſpẽ, manifeſtũ eſt ꝙ vltima eorum ſunt diuerſa.

continuationem motuũ cadentium in ipſm. & hoc erit quando vltima illorum motuum fuerint vnum, vt mihi videtur. & continuatio tpis motuum ſeſeorũ eſt ſm ꝙ imaginatur ꝙ vltima eorum ſunt vnum.

Quapropter neceſſe eſt eundẽ ſpecie eſſe, & vnius, & in vno tpe ſimplr continuũ motũ, & vnum. Tempore quidem, vt non immobilitas interſit: in intermittẽte enim quieſcere neceſſe eſt, Multi igitur, & non vnus motus, inter quos quies eſt. quare, ſi aliquis motus ſtatu intercipitur, neq; vnus eſt, neq; continuus. intercipitur autem, ſi in medio tẽpus eſt. Eius vero, qui in ſpecie nõ vnus eſt, non: etſi non intermittitur tempus. tempus enim vnũ eſt: ſpecie autem motus alius eſt. motum enim vnũ neceſſe eſt & ſpecie vnũ eſſe: hunc autem ſimpliciter vnum eſſe non eſt neceſſe. Quis igitur motus ſimpliciter vnus eſt, dictum eſt.

Motus multi, & non vnus, inter quos ẽ qes.

Et ideo neceſſe eſt in motu, qui eſt ſimplr continuus, & vnus, vt ſit conueniens in ſpecie, & eiuſdẽ rei, in eodẽ tpe. In eodem vero tpe eſt, ne cadat interim defectus motus: qm̃ in defectu neceſſe eſt vt ſit qes. Et motus, in quo eſt qes, nõ eſt vnus, ſed plures. ergo glibet motus, in quo eſt qes, nõ eſt vnus, neq; continuus. & eſt in eo quies, qñ in eo fuerit tps. Motus aũt, qui non vnus in ſpecie, licet non deficiat ſm tẽpus, eſt diuerſus in ſpecie. qm̃ vnus motus neceſſe eſt etiam vt ſit vnus in ſpecie: & nõ eſt neceſſe vt iſte ſit ſimplex, & vnus. Iam igitur narrauimus quis motus ſimpliciter eſt vnus.

41 Cum declarauit ꝙ vnus motus ſimplr.i. in numero debet eſſe continuus, & iam declarauit ꝙ vnus motus in numero ſimplr eſt cõueniens in ſpecie, & eiuſdẽ rei, & in eodem tempore, incepit declarare ꝙ ſequitur ex hoc, vt motus, qui eſt continuus ſimplr, ſit vnus, ſ. qui habet has duas diſpoſitiones, ſ. vt conueniat in illis tribus, ſ. in ſpecie motus, & in hoc, ꝙ motum ſit vnũ motum, & tps ſit vnum. Et dixit Et ideo neceſſe eſt in motu, &c. i. &, quia vnus motus in numero eſt cõtinuus, neceſſe eſt vt motus continuus, & vnus ſimplr ſit conueniens in ſpecie, & eiuſdem moti, & in eodẽ tpe. Qm̃, cum fuerit neceſſe vt vnus motus cõueniat in illis tribus: & motus continuus eſt vnus: ſequitur vt continuus, & vnus cõueniant in illis tribus. Et, cum narrauit ꝙ neceſſe eſt ut ſit vnus ſm tps, ſ. vnus continuus, dedit cauſam in hoc, & dixit In eodẽ vero tẽpore, &c. ideſt, & vnus motus cõtinuus neceſſe eſt ut ſit in eodẽ tempore. quia, ſi non fuerit eodem tpe, tunc in eodem ſubiecto interponitur defectus motus: & in eodẽ ſubiecto neceſſe eſt, vt qñ motus deficit, ſit quies. & hoc intendebat, cum dixit qm̃ in defectu. Et, cum declarauit quòd motus, cuius tẽpus non eſt vnum, habet in ſe quietem, declarauit ꝙ motus, in quo eſt qes, eſt plures motus, non vnus. & intendit, ſed poſitum eſt ipſum eſſe vnum, & hoc eſt impoſſibile, ſ. ꝙ in vno motu ſit qes. Et, cum declarauit hanc concluſionem, dixit quilibet igitur motus, &c. & hoc ſequitur ſm deſtructionẽ conſequentis, qm̃, cum fuerit verum ꝙ vnus motus continuus nõ habet in ſe quietem, ſequitur ex hoc ꝙ ille motus, qui habet in ſe quietem, non eſt vnus, neq; continuus. D.d. & habet in ſe quietẽ. i. & quies interponitur motui, qñ ipſi motui interponitur tẽpus, in quo res nõ mouetur. Et, cũ dixit ꝙ in hoc, ꝙ vnus motus ſit, neceſſe eſt vt tẽpus ſit vnum, incepit narrare ꝙ hoc inuenire in motu conuenienti ſm genus, & diuerſo ſm ſpeciem non extrahet ipſum à ſuo genere, ſ. vt ſit diuerſus ſm genus, ſed conueniens in ſpecie, aut in numero. Et dixit Motus vero, qui non eſt vnus in ſpecie, &c. i. & ſimiliter eſt de motu conuenienti in ſpecie, diuerſo in numero, ſ. quòd licet tempus nõ deficit, non facit ipſm eſſe in vnum in numero. D.d. qm̃ vnus motus neceſſe eſt vt ſit vnus in ſpecie, &c. Et innuit ꝙ motus, qui eſt vnus in ſpecie, eſt prior naturaliter vno motu in numero. & ſimilr eſt diſpoſitio unius motus in genere cũ motu vno in ſpecie. & ſilr eſt diſpoſitio vniꝰ motus in numero cũ illo, cuius tẽpus eſt vnum. ſ. ꝙ, cũ vnus motus fuerit in numero, tẽpus eius erit vnum: &, cum tẽpus erit vnum, non ſequitur vt ſit vnus in numero. Et propter hãc ſimilitudinẽ, quę eſt inter illa, poſuit hoc, ꝙ, ſi motus fuerit vnus in numero, erit vnus in ſpecie, & non econuerſo, tanq̃ cauſam huius, ꝙ, ſi fuerit unus in numero, erit in vno tempore, & non ecõuerſo. & ẽt induxit ſermonem in forma rationis, & dixit Motus autẽ, qui non eſt vnus in ſpecie, &c. i. qm̃ diſpoſitio in hoc, ꝙ, ſi motus fuerit vnus in numero, ſequitur vt tẽpus eius ſit vnum, & nõ econuerſo, eſt ſicut diſpoſitio in hoc, ꝙ ſi motus fuerit vnus in numero, ſequit̃ ꝙ ſit vnus in ſpecie, & non eſt econuerſo. & ſimiliter vnus in ſpecie eſt vnus in genere, & non econuerſo. D. d. Iam igitur narrauimus quis motus eſt, &c. ideſt et declaratum eſt igit̃ ex hoc ſermone quis motus eſt vnus ſimpliciter, & eſt vnus in numero.

Motꝰ continuus, & vnꝰ i tribꝰ debẽt cõuenirẽ. Idẽ ſup̃ t. c. 14. & 4. phyſi. 101. et 7. ph. t. c. 6.

Documẽtũ. Motꝰ, q eſt vnꝰ in ſpẽ, ẽ prior nãliter motu, q eſt vnus ĩ numero. & ſilr eſt diſpõ motus vniꝰ ĩ genere cum motu vno ĩ ſpẽ, & motus vnius ĩ numero cũ motu, cuius tps ẽ vnum.

Amplius aũt dicitur vnus, et perfectus, ſiue ſm genus, ſiue ſm ſpeciem, ſiue ſm ſubſtãtiã ſit, ſicut & in alijs pfectum, & totũ ipſius vnius eſt. Eſt autem quãdo, etſi impfectus ſit, vnus dr̃, ſi ſolum ſit continuus.

Et dicitur ẽt vnus motus, motus completus, ſi in ſpecie fuerit completus, aut in ſubſtãtia, quemadmodum in alijs rebus non attribuitur vni, niſi illud, quod eſt pfectũ, & completum. Et forte dr̃ motus vnus, & ſi non ſit perfectus, dũmodo ſit continuus.

Cum declarauit quid ſit motus vnus numero, incepit declarare ꝙ vnus motus in numero eſt duobus modis, cõpletus, & nõ cõpletus. &, qa cõpletꝰ eſt dignior hoc noĩe vnus numero, incepit declarare hoc, & dixit Et dr̃ etiam, &c. i. & vnus motus dr̃ de motu cõpleto: ſiue fuerit completus, quia eſt de ſpecie completa, vt motus circularis: aut quia eſt de genere completo, vt motus trãſlationis, qui eſt perfectior cęteris motibus, cum ſit perfectus in numero. et hoc intẽdebat, cum dixit, vt mihi videt̃, aut in ſubã. [a] et cõpletũ in ſpecie motus, eſt motus, in quo nõ põt eſſe additio, aut diminutio, et eſt circularis finitus per ſe. in ſubã autem eſt motus, [b] quia eſt prior motuum naturaliter, & perfectior: & eſt motus trãſlationis, vt poſt declarabitur. D. d. quemadmodum in alijs rebus, &c. i. & motus completus dignius eſt vt attribuatur vni numero: quẽadmodũ in alijs rebꝰ nõ attribuit̃ vni in maiori parte, niſi illud, qđ eſt pfectũ, et cõpletũ. &, qa motus nõ cõpletus dr̃ vnus numero modo 2°, induxit hoc uocabulũ, & dixit Et forte dr̃ vnus motus, &c. i. cũ ſolũmodo fuerit 42

a Motꝰ cõpletꝰ ĩ ſpẽ ẽ, cui nõ pt fieri additio, aut diminutio, & ẽ motus circulãs. Idẽ. 8. phy. t. c. 75. & 76

b Motꝰ trãſlatiõis ẽ perior motus nãliter, & pfectior. vide p hoc. 8. phy. t. c. 55. vſ. q ad. t. c. 61.

continuus,ſ. quia, cum continuatione non erit perfectio. & hæc eſt diſpoſitio motus recti.

Amplius aũt aliter præter dictos, dr̃ motus vnus, regularis. irregularis enim eſt qdẽ, vt nõ videaẽ vnus, ſed magis regularis, vt rectus. irregularis enim diuiſibilis eſt. videẽ ãt differre, ſicut magis, & minus. Eſt aũt in omni motu quod regulariter eſt, aut nõ. etenim alterabitur regulariter, et fereẽ ſuper regulare, vt circulum, aut rectam: & circa augmentationem ſimiliter, & diminutionem.

In oĩ motu ẽ qđ eſt regularẽ, aut nõ.

Et dr̃ vnus motus alio modo ab iſtis dictis motus ęqualis. qm̃ motus diuerſus quaſi non exiſtimaẽ eſſe vnus. ſed motus æqualis eſt dignior hic, vt linea recta: qm̃ motus diuerſus eſt diuiſibilis. videẽ igiẽ ꝙ diuerſitas ĩter duos motus eſt quaſi additio, & diminutio. Et ĩ quolibet motu eſt æqualitas & inæqualitas. qm̃ quandoq; alteraẽ res æqualr̃, & transferẽ ex aliquo æqualiter, v.g. per circulum, aut per lineam rectam: & ſimiliter & in augmento, & diminutione.

43 Cum declarauit ꝙ vnus motus in numero eſt duobus modis, completus, & non completus, & quòd cõpletus eſt dignior vt ſit vnus numero, vult declarare etiam ꝙ de iſto eſt dignior vt ſit vnus numero ille, qui eſt æqualis. & ſic motus continuus perfectus æqualis erit ille, qui dicitur dignius vnus numero. Et dixit Et dicitur vnus motus alio modo, &c. i. & vnus motus in numero dicitur alio modo à duob⁹ modis prædictis, ſ. motus continuus cõpletus æqualis, qui eſt dignior vt ſit vnus. v.g. motus per lineam rectam, qui eſt dignior vt ſit vnus, ꝙ̃ motus ꝑ lineam tortuoſam. qm̃, quemadmodum linea tortuoſa exiſtimatur eſſe compoſita ex recta, & circulari, ſilr̃ motus ꝑ illam eſt diuerſus, & motus diuerſus exiſtimatur eẽ plus ꝙ̃ vnus motus. ſed motus ęqualis eſt dignior vt ſit vnus: & eſt ille, qui eſt per lineam rectam. Deinde dedit cauſam, ꝓpter quã motus diuerſus nõ eſt vnus in rei veritate, et dixit, qm̃ motus diuerſus eſt diuiſibilis. i. & cauſa in hoc, ꝙ motus diuerſus nõ eſt vnus ſimplr̃, eſt, quia diuidiẽ ĩ velocitatem, & tarditatem, & iſte modus diuerſitatis eſt ſimilis diuerſitati, quæ eſt ſm̃ additionẽ, & diminutionem in rebus diuerſis ſm̃ magis, & minus. Et intẽdit, qm̃ eſt diuerſitas, quæ non extrahit motũ, de vna ſpecie in aliam, ſed facit aliquã multitudinem. et hoc intendebat, cũ dixit vr̃ igiẽ ꝙ diuerſitas, &c. i. ꝙ iſta diuerſitas eſt de genere diuerſitatis, quæ accidit in rebus ſm̃ additionem, & diminutionem. Et intendebat ꝙ velocitas, & tarditas non diuidunt motum, ſm̃ ꝙ genus diuiditur in ſpecies. & dixit quaſi additio & diminutio, quia velocitas, & tarditas ſunt de qualitate, et additio, & diminutio ſunt de quantitate. D. d.ª Et ĩ quolibet motu eſt ęqualitas, & inæqualitas. i. & in quolibet genere motuum inuenitur æqualitas, & inæqualitas, quã in alteratione inuenitur inęqualitas. qm̃ alteratio eſt in quibuſdam partibus eiuſdem motus intenſior, & velocior, & in quibuſdam partibus remiſſior, & tardior. & inuenitur etiam in ea æqualitas, quando partes eius motus ſunt æquales in velocitate, & tarditate. & ſimiliter eſt de augmento, & in translatione, & eius ſermo in hoc eſt manifeſtus.

Regulare, & irregulaẽ nõ variãt ſpẽm mot⁹, ſed faciũt ĩ eo aliquã multitudinem.

Velocitas, & tarditas ñ diuidũt motũ, vt dñæ eſſentiales. cõſide in tex. et cõmen. ſeq.

ꝛ In quolibet motu ẽ ęqualitas, & inæqualitas. qđ vbo ſit itelligẽdũ, vide. 4. phy. c. 129. & 6. phyſi. cõ. 15. et hic cõ. 46.

Irregularitatis ãt differẽtia eſt aliqñ qdem in quo moueẽ. impoſſibile eſt. n. regularem eẽ motũ nõ in regulari magnitudine. vt motus fractæ, aut gyratiuæ, aut alius magnitudinis, quorũ quęuis ad ꝗ̃uis ꝑtem minime coaptaẽ. Aliqñ ãt neq; in vbi, neq; in qñ, neq; in eo, ad quod, ſed in ipſo modo. velocitate enim; et tarditate aliqñ determinaẽ. cuius. n. eadem eſt velocitas, regularis eſt, cuius autẽ non, irregularis. Quapropter neque ſpecies motus, neq; differentiæ, velocitas, & tarditas, quia omnes ſequuntur differentes ſecundum ſpeciem. quare neque grauitas, neque leuitas, quæ ad idem eſt, vt terræ, ad ſeipſam, aut ignis, ad ſeipſum.

Impoſſi ẽ regularem eſſe motũ non in regulari magnitudine.

Et in diuerſis eſt differentia, quæ forte eſt ex illo, ꝑ quod eſt motus. impoſſibile enim eſt vt motus ſit æqualis, & magnitudo, per quam eſt motus, non eſt æqualis. ver. g. motus gyratiuus, aut motus tortuoſus, aut motus alterius quantitatis, quantitatum, quarũ quælibet pars nõ ſuperponitur cuilibet parti. Et forte erit non in re, neque in tempore, neq; in illo, ad quod, ſed vlr̃ ĩ illo, in quo eſt, quaſi in via velocitatis, et tarditatis in eo, qui eſt ſolus motus. motus igiẽ, cuius velocitas eſt eadem, eſt motus æqualis, & qui non eſt talis, eſt diuerſus. Et ideo velocitas, & tarditas non ſunt ſpecies, neque differentię motus, quia ſequitur omnes modos eius. ergo neque grauitas, neque leuitas inducentes ad eundem locum, verbi gratia inducentes terram ad terram, & ignem ad ignem, ſunt ſpecies, aut differentiæ motus.

Cum declarauit ꝙ motus æqualis eſt dignior vt ſit vnus, & dedit dr̃iam inter motum æqualem, & diuerſum cuius generis eſt, & quare motus inæqualis nõ eſt vnus, vult declarare hic cauſas inæqualitatis, & ꝙ motus non diuiditur in æqualem, & in inæqualem, ſm̃ ꝙ genus diuiditur in differentias, ſed ſm̃ ꝙ genera, & ſpecies diuiduntur in modos, & accidentia, & prius incœpit declarare cauſas, ex quibus motus eſt inæqualis, & dixit Et in diuerſis, &c. i. & in motibus diuerſis ſunt differentiæ, quoniam quidam ſunt, quorum cauſæ diuerſitatis ſunt ex illo, per quod eſt motus, quando fuerit inæquale. quoniam poſſibile eſt vt ſit translatio inæqualis, ſicut dixit ſi magnitudo, per quam ſit translatio non fuerit æqualis, ſcilicet recta. D. d. ver. gra. motus per lineam tortuoſam, aut per lineã gyratiuã, &c. ideſt & vniuerſaliter motus, qui eſt inæqualis ꝑ illud, per quod eſt motus, eſt ille, qui eſt per aliquam quantitatem, cuius oẽs partes non ſuperponuntur ſibi adinuicem. qm̃ iſta quãtitas eſt cõtraria quantitati rectæ: cũ recta ſit illa, cuius partes ſuperponuntur ſibi adinuicem. Et, cum dedit hanc cauſam inæqualitatis motus, incœpit dare cauſam ſecundam, & dixit Et forte erit non in re, &c. ideſt & forte motus erit inæqualis, non per illud, per quod eſt motus, ver. gra. per locum, neq; per tempus, neque per finem, & hoc intendebat, vt mihi videtur, cum dixit neque in illo ad quod, ſed 44

Quãtitas tortuoſa ẽ contraria quantitati rectæ.

vniuerſaliter

vit, etc. i. ſed ex ipſius motus natura, aut moti, ſ. qñ fuerit innata velocitari in qbuſdam partibus, et tardari in quibuſdam. Et hoc intendebat, vt mihi videt, cum dixit in eo, quod eſt in via velocitatis. i. in eo, quod innatum eſt velocius fieri, aut tardari, eſt natura ipſius motus, aut moti. Et poſuimus hunc ſermonē ſic. quia cauſæ omnis velocitatis, & tarditatis omnis accidentis in motu ſunt hæc quatuor, ſ. aut diuerſitas eius, per quod eſt motus, aut diuerſitas diſpoſitionis moti i ſe, aut diſpoſitionis motoris, aut diſpoſitionis eius, ad quod eſt motus. & inteodit per hunc ſermonē quaſi determinare cauſas diuerſitatis motus. D. d. in eo, quod eſt ſolū. ideſt illud, quod eſt in via velocitatis, & tarditatis, ſ. quod aliqñ veloceſcit, & aliqñ tardat, ſm quòd ſolum habet hāc diſpōnem proprie, ſ. quia habet velocitatē, & tarditatem proprie, & ſolum ſm q eſt motū. D. d. motus igitur, &c. i. cuius velocitas partiū eſt eadem: qa hoc eſt in accidētibus eiuſdem motus. & dixit & ideo velocitas, & tarditas, &c. i. & cauſa i hoc, q velocitas, & tarditas nō ſuot differentiæ motus, ita, q motus velox, & tardus ſint ſpēs eius, eſt, quia velocitas, & tarditas ſequuntur vnumquēq; modum motus. & iſta eſt diſpoſitio accidentium ſepabilium. ſ. q inueniuotur in qualibet ſpecie qñq;, & noo inueniuntur qñq; in quibuſdam ſpeciebus. D. d. ergo neq; grauitas, &c. i. & ſignum eius, q velocitas, & tarditas noo ſunt differentiæ motus, ita, q per illas diuidatur in ſpecies, eſt, qm̄ graue, & leue, qñ duo illorum mouentur ad eundē locum, & alterum eſt grauius, aut leuius reliquo, tūc alterum neceſſario erit velocius reliquo. & motus eorum eſt idem in ſpecie. quoniā, ſi mouentur ad locum terræ, tunc motus grauioris erit velocior, & vterq; eſt motus in ſpecie ad medium. &, ſi mouentur ad locū ignis, tunc motus leuioris erit velocior, & vterq; eſt idē motus in ſpecie, & eſt motus à medio. & hoc intendebat, cum dixit ver. gratia inducens terram ad terram, &c. ideſt, & ver. gratia motus, qui inducit terram ad terram, aut motus, qui inducit igoem ad ignem, v. g. motus ad medium, aut à medio.

Documētū. Cāæ oīs velocitatis, & oīs tarditatis accñtis i motu ſūt hæc qtuor, &c.

Illis ē diſpō accñtiū ſepabiliū, ſ. q inueniunt i qlibet ſpē qñq;, & nō īueniūtur qñq; i qbuſdā ſpeciebus, &c.

Vnus igit̄ irregularis eſt, quà eſt cōtinuus. minus aūt, qđ fractę accidit lationi. id aūt, qđ eſt minus, cō miſtio ſemp contrarij eſt. Si aūt oēm, vnum cōtingit, & regularē eſſe, & nō, nō erunt & ipſi, qui nō ſm ſpeciem contigui ſunt, vnus, & cōtinuus. quomodo enim erit regularis motus ex alteratione compoſitus, & latione? oporteret enim coaptari.

Quod eſt minus cōmixtio ſemp contrarij eſt.

Et dicamus q motus diuerſus eſt vnus, cū fuerit continuus. ſed eſt in hoc minus. et hoc accidit trāslationi ſm tortuoſitatē. & minus ſemper eſt per mixtionem cōtrariorū. Si igitur oīs motus vnus poſſibile eſt vt ſit ſm ęqlitatē, aut inæqlitatē, i poſſibile eſt vt motus ſeſeus nō ſm ſpēm, ſit idē motus cōtinuus. qm̄ impoſſibile eſt vt motus compoſitus ex alteratione, & trāslatione ſit ęqlis. qm̄ neceſſe eſt, ſi eſſet ęqualis, vt ſuperponeret̄ ſibi.

45 Et dicamus, &c. i. apparet q motus diuerſus ſm velocitatem, & tarditatem eſt vnus numero, cum fuerit continuus: ſed in vnitate eſt in diſpoſitiooe mioori, & æqualis in hoc in diſpoſitione perfectiori. D. d. & hoc accidit translationi ſm tortuoſitatem. ideſt & hoc, q vnus motus numero, qui neceſſario eſt inæqualis, accidit translationi, quæ eſt p lineā rectā neceſſario, i. qui non eſt vnus in numero. Deinde dedit cauſam, propter quam motus inæqualis ooo eſt vnus, ſed cōpoſitus, & dixit & minus eſt per mixtiooē cōtrariorū. i. & cum motus inæqualis fuerit motus magis diminutus: in capitulo eiuſdem motus in numero: & diminutum in omni genere eſt diminutum per mixtionem cōtrarij: ſequitur vt motus inæqualis ſit cōpoſitus ex cōtrarijs. & ſic non eſt vnus in rei veritate. Et, cū narrauit q motus inæqualis eſt inæqualis per mixtionem contrarij, & mixtio eſt poſſibilis io oī motu, ſm q eſt motus, dixit qm̄ oīs motus vnus, &c. i. &, cum ita ſit, poſſibile eſt vt oīs motus ſit æqualis, & inæqualis. Sed quęritur, qño iſta propoſitio eſt vniuerſalis: & declaratum eſt in Cœlo & Mundo, q motus corporis cœleſtis oullam habet in ſe diuerſitatem. Et ad hoc dicendum eſt q hoc proprium eſt corporis cœleſtis, ſm q cœleſte, oon inquantum motum. [a] & ſermo in hoc loco eſt de motu, oon ſm q eſt motus alicuius corporis. Et, cū narrauit q vnus motus numero recipit ęqualitatem, & inęqualitatem, incœpit declarare ex hoc, quòd motus ſeſei noo poſſunt contiouari, & dixit impoſſibile eſt, &c. i. impoſſibile eſt vt ex motibus ſeſeis nō conuenientibus in ſpecie fiat vnus motus continuus, qm̄ motus continuus recipit æqualitatem: & quod recipit æqualitatē recipit ſuperpoſitionē: & motus compoſitus ex translatione, & alteratione, non recipit æqualitatem. Et iſte ſermo eſt in ſecunda figura. &, quia iſte componitur ex duabus propoſitiooibus, quarum affirmatiua declarata eſt, iam incœpit declarare ſecundam, & dixit qm̄, ſi eſſet æqualis neceſſe eſſet vt ſuperponeretur. ideſt, & ſignum eius, quòd motus compoſitus ex ſpeciebus diuerſis non poteſt recipere æqualitatem, eſt, quia motus, qui poſſunt recipere æqualitatem ſunt illi, quorum partes poſſunt ſuperponi ſibi adinuicem: & motus diuerſi ſm ſpeciem oon ſuperponuntur ſibi: quia impoſſibile eſt vt translatio ſuperponatur alterationi, aut augmentum translationi. & iſte ſermo eſt in ſecunda figura.

Diminutū in oī genere eſt diminutū p mixtionē cōtrarij. Idē ſupra cō. 19.

In. 2. cœ. t. c 18. & c. 38. Digreſſio, q̄rit, utrū oīs motus poſſit eē irreglis.

a Sermo in hoc loco eſt de motu, nō ſm q eſt motus alicuius corporis.

Summa Tertia de Cōtrarietate motuū, & quietum.

Caput Primū. Quis Motus cui motui opponatur.

AMplius autem determinandū eſt qualis motus eſt contrarius motui, & de quiete quoq; eodē modo. Diuidendū eſt aūt prio, vtrum cōtrarius motus ſit qui eſt ex eodē, ei, qui eſt in idē, vt q ē ex ſanitate ei, qui eſt in ſanitatem, vt & generatio, & corruptio videt̄: Aut qui eſt ex cōtrarijs, vt qui eſt ex ſanitate ei, q eſt ex ęgritudine: Aut qui eſt in cōtraria, vt q eſt in ſanitatē ei, qui eſt in ægritudinē: Aut qui eſt ex cōtrario ei, qui eſt in contrarium, vt qui eſt ex ſanitate ei, qui eſt in ægritudinem: Aut qui eſt ex contrario in cōtrarium ei, qui eſt ex cōtrario in cōtrariū, vt qui eſt ex ſanitate in ægritudinem ei, qui eſt ex ægritudine in ſanitatem. neceſſe eſt. n. aut vnum aliquem horum eſſe modorū, aut plures. non enim eſt aliter opponere.

Et determinandū eſt ēt quis motus eſt cōtrarius cui, & de quiete etiā hoc modo. Sed prius dicendum eſt vtrum motus de aliquo

eſt contrarius motui ad ipſum, v.g. vtrũ motus de ſanitate eſt contrarius motui ad ſanitatem, & ſm ꝙ exiſtimatur de generatione, & corruptione: Aut qui ſunt ex cõtrarijs, v.g. ꝙ motus ad ſanitatem eſt contrarius motui ad ægritudinem: Aut ad cõtraria, v.g. ꝙ motus ad ſanitatem eſt cõtrarius motui ad ægritudinẽ: Aut motus de contrario eſt contrarius motui ad contrarium, vt motus de ſanitate motui in ægritudinẽ: Aut motus de contrario in ſuum contrarium eſt cõtrarius motui de hoc contrario in illud, ver. g. ꝙ motus de ſanitate in ægritudinem eſt cõtrarius motui de ægritudine in ſanitatem. quoniam neceſſe eſt vt ſit vnus iſtorum modorum, aut plures vno. oppoſitio enim impoſſibile eſt vt ſit alio modo.

46 Cum declarauit quis motus eſt vnus motus, in numero in rei veritate, incœpit declarare de motu, & quiete duo, ſ. qui motus ſunt contrarij, & qui non, & etiam quæ duarum quietum cõiunctarum cũ motu, ſ. quies, in eo, ex quo eſt motus, & quies in eo, ad quod eſt, eſt contraria motui. & hoc intendebat, cum dixit & de quiete etiam hoc modo. i. quæ quies eſt contraria cui quieti, & quæ quies eſt cõtraria cui motui, & quis motus eſt contrarius cui motui. Deinde incœpit perſcrutari de hoc, & dixit, Sed prius dicendum eſt, &c. i. ſed, priuſq; perſcrutemur de hoc, diuidendũ eſt, & dicendum de omnibus modis, quibus poteſt aliquis dicere ꝙ motus eſt cõtrarius motui, deinde conſyderandum quis eorum eſt poſſibilis, & quis nõ. Et primo vtrum motus ex aliquo eſt cõtrarius motui ad ipſum, ver. g. motus de ſanitate ad ægritudinem eſt contrarius motui de ægritudine in ſanitatem. & ſm hunc modum cõtrarietatis exiſtimaẽ ꝙ generatio ẽ cõtraria corruptioni. motus enim de ſanitate in ægritudinẽ eſt corruptio ſanitatis, & de ægritudine in ſanitatem eſt generatio. Et hoc intendebat, cum dixit & ſm ꝙ exiſtimatur de generatione & corruptione, ideſt, & ſm hunc modum cõtrarietatis exiſtimaẽ ꝙ generatio, & corruptio ſunt cõtraria. D. induxit Secundũ modũ, & dixit Aut ille, qui eſt ex cõtrarijs. ideſt, aut motus cõtrarij ſunt illi, qui incipiunt à cõtrarijs, ſm ꝙ incipiunt ex eis, ver. gra. vt motus ex ſanitate ſit contrarius motui ex ægritudine. qm̃ iſte incœpit ex ægritudine, & iſte ex ſanitate, & ſanitas eſt cõtraria ægritudini. Et, cum induxit hunc modum, dedit Tertium, qui eſt oppoſitus iſti, & dixit Aut illi, qui ſunt ad cõtraria. ideſt aut motus cõtrarij nõ ſunt cõtrarij, ſm quòd ſunt ex rebus contrarijs, ſed ſm ꝙ ad res cõtrarias, ver. g. vt motus de ſanitate ad ægritudinem non ſit contrarius motui de ęgritudine in ſanitatem, ſm ꝙ eſt ex rebus cõtrarijs, ſed ex hoc, ꝙ ſunt ad cõtraria. Deinde induxit Quartũ modũ, & dixit Aut motus de cõtrario eſt cõtrarius motui ad cõtrarium. i. aut motus cõtrarius motui eſt ille, qui incœpit ex aliquo contrario illi, ad quod peruenit ſecundus motus, ver. g. ꝙ iſte motus demonſtratus de hac ægritudine ſit cõtrarius motui demõſtrato ad hãc ſanitatem, quia iſte eſt de ægritudine, & ille ad ſanitatem. D. induxit Quintum modum, & eſt verus, & dixit Aut motus cõtrarij ſunt illi, qui ſunt contrarij ſm illud, ex quo, & ſm illud, ad quod. Et ſciendũ eſt ꝙ cõtrarietas motus eſt in motibus, qui ſunt ex cõtrarijs ad contraria: ſed quæritur hic modus verus, quo ſunt cõtrarij. Deinde cum cõpleuit hanc diuiſionem, dicit

Documẽtũ.

quoniã neceſſe eſt vt ſit vnus iſtorum, &c. i. & dixit ꝙ motus contrarij neceſſe eſt vt ſint cõtrarij aliquo iſtorum modorum, aut pluribus vno, quia apparet ꝙ neceſſe eſt, cum diximus in talibus iſtis motibꝰ, qui ſunt contrarij, vt contrarietas ſit in eis aliquo iſtorum qnq; modorum, aut pluribus vno. motus enim de ſanitate l ægritudinẽ, ſi eſt cõtrarius motui de ęgritudine l ſanitatẽ, neceſſe eſt ut ſit ſm ꝙ illud, ex quo icipit iſte motus, ad ipsũ peruenit iſte alius. Et ſic oppoſitio inter eos erit de genere oppoſitionis, quæ eſt inter principium, & finem, ſ. ꝙ illud, quod eſt principium in altero, erit finis in reliquo. Aut oppoſitio inter eos erit, ſm ꝙ ſunt ex rebus cõtrarijs, aut ad res contrarias, aut quia alter eſt ex aliquo cõtrario illi, ad quod eſt alius motꝰ. Aut cõtrarietas erit īter eos ſm vtrũq;, ſ. ſm illud, ex quo, & ſm illud, ad quod. manifeſtum eſt enim per ſe ſm diuiſionem ꝙ impoſſibile eſt vt alius modus ſit, quo dicatur ꝙ motus de ſanitate in ægritudinẽ eſt cõtrarius motui de ægritudine in ſanitatẽ. Et, cum ita ſit, neceſſe eſt vt contrarietas inter eos ſit vno modo iſtorum modorum, aut pluribus vno, aut omnibus.

Eſt autem qui ex contrario ei, qui eſt in contrarium, non contrarius, vt qui eſt ex ſanitate ei, qui eſt in ægritudinem. idem enim, & vnus eſt, eſſe tñ nõ idẽ eſt ipſis. ſicut non idẽ eſt ex ſanitate mutari, & in ęgritudinẽ.

Sed motus ex cõtrario nõ eſt contrarius motui ad cõtrariũ. verbi gratia ꝙ motus de ſanitate nõ eſt contrarius motui ad ægritudinẽ. quoniã idẽ motus eſt, & ſi eſſentia non eſt eadem. quẽadmodum motus de ſanitate nõ eſt idem cum motu ad ægritudinem.

Cum numerauit oẽs modos, qbus põt imaginari ꝙ motus eſt cõtrarius motui, incœpit deſtruere illos, qui nõ ſunt veri, & dixit Sed motus, &c. i. ſed motus non ſunt cõtrarij ſm cõtrarietatem eius, ex quo eſt motus, & eius, ad quod eſt motus. qm̃ idem motus eſt cõtrarius ſibi, ſm illud, ex quo, & ſm illud, ad quod ẽ. ſi igiẽ motus eſſent contrarij hoc modo, tunc eadẽ res eẽt cõtraria ſibi, quod impoſſe eſt. et hoc intendebat, cũ dixit eſt. n. idẽ motus, i. in numero. D. d. & ſi eẽntia nõ eſt eadẽ, i. licet nõ ſit idẽ ſm definitionẽ. motũ. n. de ſanitate, ſm ꝙ eſt motũ de ſanitate, nõ eſt idẽ ſm definitionẽ cũ motu ad ægritudinẽ, licet ſit idẽ ſm ſubiectũ, ſ. qm̃ motum de ſanitate eſt motum ad ægritudinẽ, ſed illa; quæ ſunt idem ſm ſubiectũ, & diuerſa ſm definitionẽ, nõ ſunt cõtraria. & nõ poſuit iſtum modũ in prima diuiſione, qm̃ manifeſtũ eſt ꝙ eſt idem motus. 47

Illa, quę ſunt idẽ ſ, ſubm, & diuerſa ſ, definitionẽ, non ſunt cõtraria.

Neq; qui eſt ex contrario ei, qui eſt ex cõtrario. ſimul. n. accidit ex contrario & in contrariũ, aut in mediũ. verum de hoc qdem poſterius dicemus. Sed magis in contrariũ mutari uidebitur cauſa eſſe contrarietatis, quàm ex contrario. hic enim diſceſſio à contrarietate, ille vero acceptio. atque dicitur vnuſquiſq; eo, in quod mutatur magis, quàm eo, ex quo. vt ſanatio, qui in ſanitatem, ægrotatio autem, qui in ægritudinem. Relinquitur igitur qui eſt in contraria, & qui ad contraria ex contrarijs. Forſitan igitur accidit eos, qui in contraria, & ex contrarijs eſſe,

Denomiatio fit a termino ad quẽ, nõ a termino a q.

ſed

ſed ipſum eſſe forte non idẽ, dico autem qui eſt in ſanitatem ei, q eſt ex ęgritudine, & q ex ſanitate ei, qui eſt in ægritudinem.

Neq;.n.motus ex contrario eſt idem ei, q eſt ex cõtrario. qm̄ neceſſe eſt vt cum motu ex cõtrario ſit motus etiam ad contrariũ, aut ad medium. ſed ſermo de hoc poſt determinabitur. Immo tranſlatio ad contrarium magis exiſtimaẽ eſſe cauſa contrarietatis, q̄ tranſlatio de contrario. iſta.n. tranſlatio eſt ſeparatio à cõtrarietate, & iſta eſt acquiſitio eius, & quilibet nominatur ab illo, ad quod transfertur, non ex quo trãsfertur. v.g. qm̄ dicimus Soc. ſanari, qñ transfertur ad ſanitatem, & ægrotari, qñ transfertur ad ægritudinem. Remanet igiẽ motus ad contraria, & motus de contrarijs ad contraria. Et rectum eſt, ut illud, quod moueẽ ad cõtraria, neceſſe eſt ut moueaẽ ex contrarijs, ſed forte eſſentia non eſt eadem, ſ. qm̄ motus ad ſanitatem non eſt idem cum motu ad ægritudinem.

48 Hic vult loqui de reliquis modis, & dicit Neq; motus etiam eſt contrarius motui tm̄ ſm contrarietatem eius, ex quo eſt alter motus, ei, ex quo eſt reliquus, qm̄ quilibet duo motus tales inueniuntur contrarij ſm illud, ad quod, ſicut inueniunẽ cõtrarij ſm illud, ex quo. Et quia iſta rõcinatio non ſufficit, ſ. vt motus non ſint contrarij ſm illud, ex quo, tales motus inueniunẽ contrarij ſm illud, ad quod, cum aliquis põt dicere ꝙ hoc accidit motibus contrarijs, ſ. hoc, ꝙ ſunt ad contraria, & ꝙ contrarietas non inuenitur in eis, niſi ſm ꝙ ſunt ex rebus contrarijs, dixit ſed ſermo de hoc, &c. i. & in fine iſtius ſermonis. D. incœpit declarare ꝙ non põt aliquis dicere ꝙ cõtrarietas motuũ ſm illud, ad quod, eſt accidens, & ſm illud ex quo, eſt per ſe, & dixit Immo tranſlatio, etc. i. immo magis eſt exiſtimandum ꝙ tranſlatio motuum ad contraria eſt cauſa in contrarietate motuũ, q̄ tranſlatio de contrarijs. D. dedit rationem ſuper hoc, & dixit iſta tranſlatio, &c. i. et cauſa in hoc eſt, quia tranſlatio rei motę de cõtrario, à quo mouetur eſt ſeparatio ab illo, & tranſlatio eius ad cõtrarium, ad quod mouetur, eſt receptio, & acquiſitio. & hoc eſt ita, quia motus nihil aliud eſt q̄ acquirere partem poſt aliam ex illo, ad quod res mota mouetur, donec acquirat illud, ad quod mouetur perfecte, & tunc ceſſat. &, cum motus dicitur eſſe contrarius motui aliquo iſtorũ, dignius eſt vt ſit contrarius ſm illud, quod acquirit, et per quod perficitur, non ſm illud, à quo ſeparatur. a qm̄ illud, à quo ſeparatur, non eſt pars ſubſtantiæ eius, ſed eſt accidens ei: & illud, quod acquirit eſt pars ſubſtantiæ. et, cum ita ſit, ergo motus aut ſunt contrarij, ſm illud ad quod, & nõ ſm illud ex quo, aut erunt contrarij magis ſm hunc modum. D. dedit aliã rõcinationem, et dixit et quilibet nominatur, &c. i. et, quia ſubſtantia motus eſt de natura eius, ad quod eſt, non eius, ex quo eſt, ideo motus denominatur ab illo, ad quod eſt, cum dr̄ ꝙ motus de albedine ad nigredinẽ eſt nigrificatio, non albificatio: & ſilr̄ diciẽ ꝙ illud, quod moueẽ de ægritudine ad ſanitatem, eſt ipſum ſanari, non infirmari. Et, cum poſuit iſtos quinq; modos, et poſuit ꝙ impoſſe eſt vt motus ſint contrarij, ſm contrarietatẽ eius, ex quo, ad illud, ad quod, & poſuit ꝙ dignius eſt vt ſint contrarij ſm illud, ad quod, q̄ ſm illud, ex quo, & non præciſe direxit ſermonem in hoc, dixit Remanet igitur, &c. i. &, cum deſtructi ſunt duo illorum modorum, remanent tres, ſ. vt motus ſint contrarij, aut ſm tranſlationem eorũ ad contraria, aut ex contrarijs, aut ſm vtrũq;. D. d. & rectum eſt vt illud, quod mouetur, &c. i. & bene apparet ex dictis ꝙ neceſſe eſt vt oĩa duo mota, quæ mouentur ad cõtraria moueantur ex contrarijs. & dixit hoc, quia tranſmutationes, quę ſunt ad cõtraria ſunt motus in rei veritate, ſ. de ſubiecto contrario in ſubiectum contrariũ. quod non eſt ita de alijs tranſmutationibus, ſ. quę ſunt de affirmatione in negationem, & de negatione in affirmationem. & iſtæ ſunt contrariæ ſm hoc, ꝙ altera eſt ex illo, ad quod eſt alia, vt generatio, & corruptio. Et, cum poſuit ꝙ motus, qui ſunt ad contraria, neceſſe eſt vt ſint ex contrarijs, ſm ꝙ ſunt motus, & intendebat declarare ex hoc, ꝙ motus contrarij ſunt contrarij ſm vtrũq;, ſ. ſm cõtrarietatem eius ex quo, ad illud ex quo, & ſm contrarietatem eius ad quod, ad illud ad quod, & iam declarauit ꝙ motus, qui dñr eſſe cõtrarij ſm contrarietatem eius ex quo, ad illud, ad quod, ſunt idem motus, & quòd nõ eſt neceſſe propter hoc, et rectum vt dicãtur contrarij, incœpit primo declarare de motibus, qui ponunẽ contrarij ſm vtrunq;, ꝙ nõ contingit eis illud impoſſe, quod contingit primo modo, ſ. vt ſit idem in numero, et fecit hoc, ne aliquis exiſtimet ꝙ in hac poſitione ſequitur illud impoſſe, ꝙ contingit i primo, ſ. i hoc, ꝙ motus eſt cõtrarius motui, ſm illud, ex quo, & ſm illud, ad quod. Et dixit Sed forte eſſentia, &c. i. ſed eſſentia duorũ motuum, qui ponunẽ contrarij ſm contrarietatem eorũ, ex quo ſunt, & ſm contrarietatem eorũ, ad quod ſunt, non ſequitur ex hoc vt duo motus ſint vnus, ſicut ſequitur, ſi ponantur cõtrarij per contrarietatem eius, ex quo, ad illud, ad quod, qm̄ motus ad ſanitatem ex ęgritudine non idem eſt cũ motu de ſanitate ad ægritudinem, ſed ſunt duo. Deinde incœpit dare cauſam, propter quam neceſſe eſt vt motus contrarij ſint contrarij per vtrũq;, ſ. ſecundum illud ex quo, & ſecundum illud, ad quod.

Motus nihil aliud ē q̄ acquirere partes poſt aliã ex illo, ad quod res mota mouetur, donec acq̃rat illud pfecte. Idem 5. Phy. c. 4. Idē hic infra cõ. 50.

a Illud, à q̄ ſepaẽ mot⁹, ñ ē ps ſubſtãtiæ eius, ſed eſt accñs ei. Sed oppoſitum dixit ſupra cõmẽ. 1. Vide contr. Zim.

Qm̄ autem differt mutatio à motu: (quæ enim eſt ex quodam ſubiecto in quoddã ſubiectum mutatio eſt motus:) qui eſt ex contrario in contrarium ei, qui ex contrario eſt in contrarium, motus contrarius eſt. vt qui ex ſanitate in ægritudinem ei, qui eſt ex ęgritudine in ſanitatem.

Mot⁹ q̄ proprie contrarij.

Et, quia trãſmutatio differt à motu in hoc, qm̄ motus eſt tranſmutatio de ſubiecto in ſubiectum, motus igitur cõtrarius eſt de cõtrario in cõtrariũ, v.g. de ſanitate in ęgritudinẽ eſt cõtrarius motui de ęgritudine ĩ ſanitatẽ.

Dicit Et, quia tranſmutatio differt à motu in hoc, 49 ꝙ motus eſt tranſmutatio de ſubiecto contrario in ſubiectum contrarium, vt declaratũ eſt in pͥncipio iſtius tractatus: tranſmutatio aũt eſt de non ſubiecto in ſubiectum, & de ſubiecto in nõ ſubiectum: neceſſe eſt vt motus contrarij ſint cõtrarij ſm illud, ex quo, & illud, ad quod, ambo. qm̄ eos eſſe de contrario eſt eſſentialr eis, quemadmodum ipſos eſſe ad cõtrarium eſt eis eſſentialiter. et, cum vtrũq; eſt eis eſſentialiter, et res cõtrariæ ſunt cõtrariæ per differentias, & diſpõnes contrarias, neceſſe eſt vt motus contrarij ſint cõtrarij per iſtas duas diſpoſitiones, ſcilicet per contrarietatẽ eius ex quo, & eius ad quod: licet magis ſint contrarij ſecundum illud, ad quod.

Manifeſtum

Manifeſtum eſt autem & ex inductione qualia videntur cõtraria eſſe. Aegrotare.n. ipſi ſanari, & diſcere ipſi decipi non per ſeipſum: in contraria.n. vt enim ſcientiam, ſic & deceptionem eſt & per ſeipſum conſequi, et per aliud. Et ea, quæ ſurſum latio, ei, quæ eſt deorſum: contraria.n. hęc ſunt in longitudine. Et q̃ ad dextra, ei, q̃ eſt ad ſiniſtra: contraria.n. hæc ſunt in latitudine. Et q̃ in ante, ei, q̃ in retro: cõtraria.n. hæc ſunt ĩ ꝓfunditate.

Et declaratum eſt ſm inductionem quæ intentiones exiſtimantur eſſe cõtrarię. Nos.n. videmus ꝙ contrarium eius, quod eſt hominem ſanari, eſt ipſum infirmari, & ipſum addiſcere eſt contrarium ad ipſum male ſcire, non ex ſe: qm̃ hic eſt motus ad contraria. quemadmodũ poſſibile eſt acquirere ſcientiam ex ſe, & ex alio, & ſimiliter poteſt decipi ex ſe, & ex alio. Et translatio ad ſuperius eſt contraria trãslationi ad inferius. qm̃ hæc duo ſunt cõtraria in lõgitudine. Et trãslatio ad dextrũ eſt cõtraria trãslationi ad ſiniſtrũ: q̃ ſunt contraria in latitudine. Et trãslatio ad anterius eſt contraria translationi ad poſterius: quæ ſunt etiam contraria in altitudine.

50 Cum declarauit per rationem qui motus ſunt contrarij, & ſm ꝙ ſunt contrarij, incœpit declarare ꝙ ſm inductionem etiam apparet hoc, & dixit Et ex inductione etiã, &c. & intendit per intentiones motus, aut fines motuum. D.d. Nos.n. videmus, &c. qm̃ ex inductione apparet ꝙ motus contrarij ſunt illi, qui ſunt ex contrarijs, & ad contraria. v.g. motus ex ęgritudine in ſanitatem. qm̃ manifeſtum eſt per ſe ꝙ eſt cõtrarius illi, qui eſt de ſanitate in ægritudinẽ. & ſilr deſcendere eſt contrarium ad aſcendere, & contrariũ eſt augeri ad diminui. D.d. & addiſcere, &c. i. & ſilr ẽ diſpoſitio in motibus contrarijs aĩæ, ſ. qm̃ per inductionem etiã apparet hoc, & dixit ꝙ contrarij ſunt ex cõtrarijs & ad contraria, vt addiſcere, et decipi, quę ſunt contraria, ſ. motus de ſcientia falſa ad veram eſt contrarius motui de vera ad falſam. ſed, quia translatio eſſentialiter de ſcĩa ad errorem eſt ex deceptione, ſilr ex errore ad ſcĩam, tunc addiſcere eſt cõtrarium ad errare ex alio non ex ſe: cum hõ non erret ex ſe, ſed ex alio, ſicut addiſcit ex alio, non ex ſe. & ideo dixit non ex ſe. ita dixit Alexan. Et poteſt intelligi ſic, ꝙ ſcĩa, quę eſt ex alio, opponitur errori, qui eſt ex alio, & quæ eſt ex ipſa aĩa, opponitur illi, qui eſt ex ipſa aĩa. & teſtaẽ huic hoc, quod dixit poſt queãdmodum poſſibile eſt, &c. D.d. Et translatio ad ſuperius, &c. i. & hoc eſt per inductionem, per quam vult declarare ꝙ motus contrarij ſunt contrarij, ſm illud ex quo, et ſm illud, ad quod. & ideo debet legi continuum cũ hoc, quod dixit, Nos enim videmus, etc. Et, cum declarauit ꝙ duo motus, qui ſunt in longitudine, ſunt cõtrarij ſm illud, ex quo, & illud, ad quod, notificauit etiã ꝙ ita eſt de motibus, qui ſunt in latitudine, & profundo, & dixit Et translatio ad dextrum, &c. & ſermo eius eſt manifeſtus.

Expõ Alc.

Expõ ſia.

Quæ aũt eſt in contrarium ſolum non eſt motus, ſed mutatio: vt fieri album nõ ex aliquo. Quibus autem nõ eſt aliqd contrariũ, mutatio, quę eſt ex ipſo, ei, quę eſt in ipſum, contraria eſt. quapropter gñatio corruptioni cõtraria eſt, & abiectio acceptioni. hę autẽ mutationes qdem ſunt, motus autẽ non.

Ire autẽ ad contrarium non eſt motus, ſed transſmutatio. v.g. gñatio albi nõ ex aliquo. Oẽ igitur, quod non habet contrarium, ſua iteratio ex ſeipſo ad ſeipſum ſunt tranſmutationes contrariæ. & ideo generatio eſt contraria corruptioni, & denudatio formæ eſt contraria formæ inueſtitioni. & iſta intẽtio ſunt modi tranſmutationis, non motus.

Idest Ire aũt ad cõtrarium, qñ accipitur, ſm ꝙ eſt ex non contrario, non eſt motus, ſed tranſmutatio. eſt.n. ire de non eſſe ad eſſe, & eſt declaratum ꝙ hic non eſt motus. v.g. ꝙ album gñatur non ex nigro, ſed ex non albo. qm̃ gñatio albi, qñ accipitur, ſm ꝙ accidit ei, ꝙ fuit ex non albo, eſt tranſmutatio, non motus. Et intendebat declarare ex hoc, ꝙ oẽ, quod generaẽ ex non contrario, non eſt motus, non ꝙ album generaẽ ex nõ cõtrario: qm̃ oẽ album generatur ex nigro, aut ex medijs: ſed, cum conſyderatur ſm hoc, ꝙ accidit nigro, quod fuit non album, eſt tranſmutatio, nõ motus. ſed hoc eſt ei per accidens, non per ſe. Tranſmutatio autẽ, quæ eſt de contrario, non oĩo eſt tranſmutatio per ſe, & non inueniẽ in ea cõtrarietas ſm eſſe, niſi ſm vnũ, ſ. qñ accipitur ꝙ tranſmutatio eſt ex illo, & ad illud. Et hoc intendebat, cum dixit Oẽ igitur, quod non habet contrarium, &c. i. et oẽ ens, quod nõ habet contrariũ, tranſmutatio eius, cuius principium eſt ex ſeipſo, et eſt corruptio eius, & tranſmutatio eius ad ſeipſum, & eſt generatio eius, ſunt tranſmutationes contrariæ in his duobus generibus, econtrario de trãſmutatione, quæ eſt motus in rei veritate, & eſt trãſmutatio, quæ eſt in rebus, quę hñt contraria. D.d. & ideo gñatio, &c. i. & propter hoc, ſ. qm̃ illud, quod non habet contrariũ, contingit vt tranſmutationes cõtrariæ in eo ſint de re in ipſam rem, ideo generatio eſt cõtraria corruptioni. & cõtrarietas accipitur hic ex vno extremo ſm diuerſum reſpectum ad alud, quia contrarium eſt aliquod ens. & in hac tranſmutatione non eſt eſſe, niſi in vno extremo, in generatione autem in fine, in corruptione vero in principio. Et intendit in hoc ſermone declarare ꝙ hoc, quod apparet ĩ generatione, & corruptione, non nocet ei, quod apparet ex inductione, ſ. ꝙ motus contrarij ſunt de contrarijs, & ad contraria, cũ generatio, & corruptio non ſunt motus. 51

Cũ album fit ex nõ albo, ſm ꝙ accidit nigro ꝙ fũt ñ albũ, eſt trãſmutatio, ñ motus. & hoc ẽ ei ꝑ accñs, ñ ꝑ ſe. Idẽ ſupra c. 8. et. 12. Meta. c. 6. Idem hic ſtra. cõ. 55.

Documentũ

Qui autem ad medium motus ſunt, qbuſcũq; contrariorũ aliquid eſt medium, tanq̃ in contraria quodammodo ponẽdi ſunt. nã vt contrario vtiẽ medio ipſe motus, ad vtrauis fiat mutatio. vt ex fuſco quidem in albũ, tanq̃ ex nigro, & ex albo in fuſcũ, tanq̃ in nigrũ. ex nigro autem in fuſcũ, †{tanq̃ in albũ. fuſcum.n. medium ad vtrũq; dicitur} quodammodo extremorum, ſicut dictum eſt prius. Motus igitur motui cõtrarius eſt ſic, qui ex contrario in contrarium eſt ei, qui ex contrario in contrarium.

† a.l. tanquã in album fuſcũ. mediũ.n. ad vtrũq; dicitur.

Motus vero ad illud, quod eſt inter contraria, in contrarijs habentibus inter, ponendi ſunt tanquam illi, qui ſunt ad contrarium quodammodo. quoniam apud motus inter,

eſt

eſt quaſi contrarium apud tranſmutationẽ, vtrũlibet ſit tranſmutatio. v.g. qm̃ tranſmutatione de viridi ĩ album viride nominatur quaſi nigrum, & ſiľr tranſmutatio de albo in viride. & trãſmutatio de nigro in viride nominať quaſi in album. medium. n. dr̃ quodãmodo vtrũq; extremum, qñ comparať ad vtrũq; extremorũ, vt diximus ſuperius. Et ſm hoc motus erit contrarius motui, quando fuerit de contrario in contrarium.

52 Cum poſuit ꝙ motus contrarij ſunt illi, qui ſunt de rebus cootrarijs, & ad res contrarias, & accidit in hoc quæſtio in motibus, qui ſunt de extremis in media, incœpit declarare ꝙ iſti motus ſunt ad media, ſm illud, quod habent de cõtrarietate ad extremum, ex quo incipit motus, & dixit Motus vero, &c. i. motus vero, qui perueniunt ad vnum mediorum, quæ ſunt inter illud, ex quo eſt motus, & illud, ad quod eſt motus, debent reputari de ſpẽ motus, q eſt de contrario in contrarium quodammodo, ooo ſimpľr. Et dixit in contrarijs hñtibus inter, quia non ſunt hic motus de contrarijs in contraria, q̃ non hñt inter, qm̃ hoc declaratũ eſt in principio iſtius tractatus: ſed quaſi d. motus vero, qui ſunt ad illud, quod eſt inter contraria, quod accidit in contrarijs hñtibus inter, ponẽdi ſunt de numero motuum, qui ſunt ad contraria quodammodo. Et dixit tanq; ad contraria quodammodo. [a] quia medium eſt contrarium vtriq; extremorum, non ſimpliciter, ſicut alterum extremum eſt contrarium reliquo: ſed medium eſt cõtrarium vtriq; per illud, quod eſt in eo de reliquo extremo. & cõtrarietas eius differt à cõtrarietate extremi in hoc, qm̃ contrarium in eo, ſ. vnũ extremum non eſt in ſua vltima perfectione, ſicut eſt in ipſo extremo. D.d. qm̃ apud motus, &c. i. & cauſa in hoc, ꝙ motus, qui ſunt ad iter, ſunt ad cõtrarium quodammodo, eſt, qm̃ inter eſt de motibus peruenientibus ad ipſum, quaſi contrarium, apud tranſmutationem eius ad vtrũlibet extremum. [b] qm̃ inter, eſt contrarium vtriq; extremo, quia vtrũq; extremũ inueniť in eo non perfecte. v.g. qm̃ in tranſmutatione, quæ fit de viridi in album, viride eſt quaſi nigrum. viride. n. non tranſmutatur in albũ, niſi ſm ꝙ eſt in eo de nigro, non ſm ꝙ eſt in eo de albo. & etiam, qñ viride trãſmutatur in nigrum, tranſmutatur ſm ꝙ eſt in eo de albo, et ſiľr, qñ album tranſmutatur in viride, tranſmutatur in nigrum, quod eſt in viridi, & qñ nigrum tranſmutatur in viride, tranſmutať in albũ, quod eſt in eo. & hoc intendebat cum dixit v.g. qm̃ in tranſmutatione, &c. i. viride in eo reputatur, quaſi nigrum: qm̃ tranſmutatio ex eo non eſt, niſi ex parte nigra, quæ eſt in eo. D. d. & ſiľr tranſmutatio de albo in viride, i. qm̃ tunc viride teneť quaſi nigrum. D.d. & tranſmutatio de nigro ad viride reputatur quaſi album, i. ꝙ viride teneť in hac tranſmutatione, quaſi album. D. d. mediũ. n. opponitur quodammodo vtriq; extremo, qñ comparatur, i. & cauſa in hoc, qm̃ medium eſt vtrũq; extremum. D. d. Et ſm hoc, &c. i. ſm hoc igitur oīs motus, qui eſt cõtrarius alij motui eſt cõtrarius ſm illud, ex quo, & ſm illud, ad quod, ſiue fiant motus ad media, aut ad extrema duo. & ſic eſt intelligendũ de motibus, qui ſunt de medio in medium.

a Mediũ eſt cõtrariũ vtriq; extremorũ ñ ſimpľr, ſicut alterũ extremũ eſt contrariũ reliq̃. Idem. 1. Phy. c. 54.
b Mediũ eſt contrarium vtriq; extremo, q̃a vtrũque extremũ inueniť in eo nõ perfecte. Idẽ ſup 6 & 49. vide. 10. Met. 6. & 29. 12. Met. 6. prio Ph. 56. 2. de Aia. 95. & 105.

Caput Secundum. Quæ Quies cui motui, & cui quieti opponatur.

QVoniam autem motui non ſolum videtur motus eſſe contrarius, ſed & quies, hoc determinandũ eſt. ſimpliciter. n. contrarium eſt motus motui. Opponiť aũt & quies: priuatio. n. eſt. Eſt aũt, vt & priuatio contraria dicatur. qualis autem quali, vt ei, qui eſt ſm locum, ea, quæ eſt ſm locũ. ſed hoc quidem nũc dicitur ſimpliciter. vtrũ. n. ei, quę eſt hic, quieti is, qui eſt ex hoc, aut qui eſt in hoc, motus opponitur.

Et exiſtimať ꝙ illud, quod eſt contrarium motui, non eſt motus tm̃, ſed quies, oportet etiam nos determinare hoc. Dicamus igitur ꝙ motus opponitur motui, & etiam quieti, quia eſt priuatio. Et quodãmodo diciť ꝙ priuatio eſt contrariũ, i. ꝙ priuatio alicuius motus, v.g. qm̃ contrariũ motui in loco eſt qes in loco. ſed hoc dictũ eſt idefinite. qm̃ pſcrutandũ eſt vtrum illud, quod opponiť quieti, eſt motus ex hoc, aut motus ad hoc.

Cum declarauit qui motus ſunt contrarij, & apparet vľr ꝙ quies opponitur motui ſm priuationem, & habitũ, vult hic perſcrutari quę duarum quietum opponitur motui, ſ. quies in eo, ex quo eſt motus, aut qes in eo, ad quod eſt motus, & dixit Et quia exiſtimatur, &c. i. &, quia vr̃ ꝙ motus non ſolummodo opponiť motui, ſed ẽt quieti: qm̃ motus opponiť motui ſm contrarietatem, & quieti ſm priuationem, & habitũ. D.d. Dicamus igiť ꝙ motus opponitur motui, i. ſm cõtrarietatem. D.d. & quieti ſm priuationẽ. D.d. Et quodammodo dr̃, &c. i. et iſte modus oppoſitionis quodammodo dr̃ contrariũ: qm̃ aliquis motus eſt contrarius alicui priuationi, ſ. priuationi illius motus. Et dixit alicuius motus, ne aliquis exiſtimet ꝙ intẽdebat priuationem motus ſimpliciter. hoc. n. nõ vr̃ eſſe, niſi ſm opinionem generantium corpus ſimpľr. D.d. v.g. qm̃ contrarium motui io loco eſt quies ĩ loco, i. v.g. qm̃ quies eſt contraria motui, tali modo, ꝙ quies in loco eſt contraria motui in loco. &, quia hoc manifeſtũ eſt per ſe, ſ. ꝙ quies in loco eſt contraria motui in loco ſm priuationem, & habitũ, & hoc põt intelligi de qete, quæ eſt in eo, ex quo eſt motus, aut de quiete in eo, ad quod eſt motus, dixit ſed hoc dictum eſt ſimpľr, i. ſed hoc, quod dictum eſt hic, non eſt diſtinctũ: qm̃ nõdum eſt determinatum hic quam quietem intẽdimus. & ideo perſcrutandum eſt vtrum ꝙ opponitur motui eſt quies, quæ eſt ex hoc, i. q̃ eſt ex illo, ex quo eſt motus, aut quies in illo, ad quod eſt motus. 53

Manifeſtum eſt igitur ꝙ, quia in duobus motus ſubiectis eſt, huic quidem, qui ex hoc eſt in contrarium, ea, quæ eſt in hoc, quies, huic autem, qui eſt ex contrario in hoc, ea, q̃ in contrario. ſimul aũt & inuicem contrarię hæ ſunt. etenim inconueniens eſt, ſi motus quidem contrarij ſunt, quietes aũt oppoſitæ non ſunt. ſunt aũt hæ, q̃ in contrarijs, vt quæ eſt in ſanitate ei, quæ eſt in ægritudine, qeti: motui aũt, qui ex ſanitate in ægritudinem. ei. n. qui eſt ex ęgritudine in ſanitatem, irrationabile eſt. is. n. motus, q ad ipſum eſt, in quo ſtat, quietatio magis eſt, * qua accidit ſimul fieri cũ motu, neceſſe autem eſt aut hanc, aut

* a.l. quam.

illam

ſillam eſſe. non. n. ea quidem, quæ eſt in albedine, qes contraria eſt ei, quæ eſt in ſanitate.

Dicamus igiť ꝙ motus, quia eſt ĩ duobus ſubiectis, tunc contrarium motui ex hoc ad ſuum contrarium eſt quies in hoc, et contrarium motui ex ſuo cõtrario ad ipſum eſt qes in ſuo contrario. & cum hoc hæ duæ etiam ſunt contrariæ. qm̃ impoſſibile eſt vt in motibus ſit contrarietas, & quies non ſit cõtraria quieti. & non ſunt niſi in contrarijs. v. g. qm̃ quies in ſanitate eſt contraria quieti in infirmitate, & contraria motui de ſanitate in ægritudinem: qm̃ impoſſibile eſt vt ſit contraria motui de ægritudine in ſanitatem. qm̃ motus rei ad illud, apud quod erit qeſcẽs, dignius eſt vt ſit faciẽs quietem. illud. n. quod generatur cum illo motu, neceſſario eſt contrarium huic. & ideo impoſ'e eſt vt quies in albedine ſit contraria quieti in ſanitate.

54 Dicamus igiť ꝙ motus, quia eſt, &c. i. de ſubiecto in ſubiectum econtrario tranſmutationi, quæ eſt de affirmatione in negationem, aut de negatione in affirmationem. D.d. contrarium motus, &c. i. &, quia motus eſt de cõtrario in contrariũ, ideo contrariũ motui, qui eſt de hoc contrario ad hoc cõtrarium demõſtratum eſt quies, quę eſt in hoc, ſ. ex contrario, ex quo eſt motus. Et dixit hoc, quia manifeſtũ eſt per ſe, ꝙ qes in eo, ex quo, eſt contraria motui, & contrariũ motui, qui eſt de contrario, quod eſt illud, ad quod peruenit iſte motus poſitus, eſt quies in illo contrario. v. g. qm̃ ſanari eſt motus de ægritudine in ſanitatem, quies igiť contraria iſti motui eſt quies in ægritudine, non in ſanitate: qm̃ iſta quies eſt perfectio motus: & perfectio non eſt contraria ei, cuius eſt perfectio. & ſiľr contrarium motus de ſanitate in ægritudinem eſt quies in ſanitate. D.d. &, cum hoc etiam hæ duæ ſunt contrariæ, i. &, cum hoc, ꝙ motus eſt contrarius quieti, iſtæ duæ etiam quietes ſunt contrariæ, qm̃, ſi ĩ motibus eſt contrarietas, & in quiete etiam debet eſſe cõtrarietas. D.d. & non ſunt, niſi in contrarijs. i. & quies non eſt contraria quieti, niſi quia duæ quietes ſunt in contrarijs: quemadmodũ motus nõ eſt cõtrarius motui, niſi quia ſunt de contrarijs & in contraria. D.d. ver. gr. qm̃ quies, &c. i. qm̃ quies in ſanitate eſt contraria qeti in ægritudine, qm̃ ſanitas eſt contraria ægritudini, & eſt contraria ipſi motui: quia impoſſibile eſt vt ſit contraria motui de ęgritudine in ſanitatem: cum quies, ad quam peruenit motus, dignior eſt vt ſit perfectio motus, q̃ vt ſit contraria. & hoc intẽdebat, cum dixiť qm̃ impoſſibile eſt motum. i. qm̃ impoſ'e eſt vt quies, quæ eſt in ſanitate ſit contraria motui, qui eſt ad ſanitatem: qm̃ dignius eſt vt motus de ægritudine ad ſanitatẽ ſit via ad ſanitatem. Et hoc eſt ita. qm̃ motus eſt de genere perfectionis, ad quã peruenit. ſed eſt perfectio diminuta, quia eſt coniuncta cum potẽtia, & eſſe vltimę perfectionis eſt ĩ quiete. ſi igiť motus de ægritudine in ſanitatem eſt ad quietem in ſanitate, neceſſe eſt vt motus de ægritudine in ſanitatem ſit faciens quietẽ in ſanitate. ſ. qm̃ in eo inuenitur vna pars poſt aliam quietis, ad quam peruenit, ſicut inueniť in eo vna pars poſt aliam habitus, ad quã peruenit. &, qa ſubſtantia motus eſt de genere qetis, ad quã peruenit: & illa, quæ diuerſantur ſm magis, & minus nõ ſunt contraria: ergo quies, ad quã peruenit motus, nõ eſt contraria motui, ſed finis eius: ergo quies, quæ eſt in eo, ex quo eſt motus, eſt contraria motui: & eſt illa, quæ corrumpiť per generationem motus, non quies, quæ generať paulatim per generationem motus. Et ex hoc declarabiť ꝙ quies, quæ eſt in re, ad quã eſt motus, eſt cõtraria qeti, quæ eſt in eo, ex quo eſt motus. Qm̃, cum motus eſt contrarius quieti in eo, ex quo eſt motus: & quies, ad quam eſt motus, gñatur cum motu: ergo iſta quies eſt contraria quieti in eo, ex quo eſt motus. Et hoc intendebat, cum dixit illud enim, quod gñatur cum illo motu, &c. i. qm̃ quies, quæ gñatur cum gñatione motus, neceſſario eſt contraria quieti, ex qua eſt motus: cum iſta quies deſtruatur per generationem motus. D.d. impoſſibile. n. eſt vt quies ĩ albedine, &c. i. quia quies in altero nõ corrumpiť per gñationẽ quietis in reliquo, ſ. ꝙ quies in albedine non generatur per corruptionem quietis in ſanitate, & ſimiliter quies in ſanitate nõ generatur per corruptionem quietis in albedine.

Quies cõtraria motui eſt qes in termino a q̃. non qes ĩ termino ad quẽ: q̃a illa eſt pfectio motus. Sed oppoſitũ vĩ dicere. ibra te. cõ. 64. & ibi ſoluitur.

Documẽtũ. Mot⁹ eſt de gñe pfectionis, ad quam puenit. ſed ẽ pfectio diminuta, q̃a eſt cõiuncta cũ potentia, & eẽ vltimę pfectionis eſt ĩ qete. Idẽ ſupra. cõ. 9. & 4°. Idem. 3. Phy. cõ. 4.

Quibus autem non ſunt cõtraria, horum mutatio quidem eſt oppoſita, ea, quæ eſt ex ipſo, ei, quę eſt in ipſum: motus autẽ non eſt. vt ea, quæ eſt ex ente, ei, quæ eſt ĩ ens. Et qes quidem horum nõ eſt, immutabilitas autem eſt. &, ſi quidem aliquid erit ſubiectũ, ea, quę in ente eſt immutabilitas, ei, quæ eſt in non ente, contraria erit. Si vero non eſt aliquid, id, quod non eſt, dubitabit aliquis cui cõtraria ſit ea, quæ eſt in ente, immutabilitas, et an quies ſit. ſi autem hoc eſt, aut nõ omnis qes motui eſt contraria, aut generatio, & corruptio motus ſunt. Manifeſtum eſt igiť, ꝙ quies quidem non dicenda eſt, ſi non & hę motus. ſimile autem aliquid eſt & immutabilitas. cõtraria autem eſt, aut nulli, aut ei, quæ eſt in non ente, aut corruptioni. hæc enim ex ipſa eſt, generatio autem in ipſam.

Intentiones vero, in quibus non eſt contrarietas, & ſunt illa, quæ trãſmutationẽ oppoſitam habent, ſ. tranſmutationem, quę eſt de aliquo oppoſito trãſmutationi, quæ peruenit ad illud: motum autem non habent. v. g. qm̃ tranſmutatio ex eſſe eſt oppoſita trãſmutationi ad non eſſe. Qm̃ in intẽtionibus iſtis nõ eſt quies, ſed illud, quod eſt in eis, eſt priuatio tranſmutationis, ſi nõ ens fuerit aliquod ſubiectum. v. g. qm̃, ſi trãſmutatio deficit in ente, tranſmutatio deficiet in nõ ente. Si igitur non ens nihil fuerit, ambiget hõ, & non videt ꝙ priuatio tranſmutationis in ente, & quies in eo ſit contraria alicui. et, ſi hoc fuerit, tunc aut non omnis quies eſt contraria motui, aut gñatio, & corruptio ſunt motus. Sed eſt manifeſtũ ꝙ nõ debet dici quies, ſed ſiľe ei. & priuatio trãſmutatiõis aut nõ ẽ cõtraria alicui, aut eſt cõtraria corruptioni. qm̃ corruptio ex illa ſit, gñatio autẽ ad illam.

Cum declarauit ꝙ quies eſt contraria motui, vult perſcrutari de eodẽ in tranſmutationẽ. ſ. vtrum in trãſmutatione eſt quies oppoſita tranſmutationi, ſicut eſt 55

in

in motu,aut non eſt qes,& dixit Intẽtiones vero, &c. ideſt tranſmutationes vero,quæ ſunt in intentionib⁹, in qbus non eſt cõtrarietas. D.d.et, ſunt illæ,q̃,&c.i. tranſmutationes vero,quæ ſunt in intẽtionibus, in qbus non eſt contrarietas,ſunt illæ,quæ habent trãſmutationes oppoſitas. D. expoſuit hoc,& dixit ſ.&c.i. ſcilicet ꝙ tranſmutatio,quæ eſt de aliquo, eſt oppoſita in illo genere tranſmutationi,quę peruenit ad illud. D.d. motum vero non habent,i.et in iſtis intentionibus,in quibus non eſt contrarietas, nõ eſt motus, nedum vt ſint contrariæ illo modo,quo motus ſunt contrarij. D.d. exemplum & dixit v.g.qm̃ tranſmutatio de eſſe,&c.i.& exemplum eius, quod eſt vt tranſmutatio ſit oppoſita trãſmutationi.ſ.ꝙ ex illo, ex quo eſt altera tranſmutatio ad idẽ ſit reliqua,eſt tranſmutatio de eſſe in non eſſe,quæ eſt corruptio,et tranſmutatio de non eſſe in eſſe,quæ eſt generatio. & iſta tranſmutatio non eſt oppoſita per illud ad quod:& ſic eẽ opponitur ad non eſſe.quia non eſt hic motus exiſtens p ſe oppoſitus alij motui: quia tranſmutatio de non eſſe eſt per accidens,& tranſmutatio de ſubiecto.ſ.de contrario eſt per ſe,aut eſt propinquius vt ſit per ſe.tranſmutatio vero ſubiecti,quod defert contrarium ex illo contrario ad ſuum contrarium, eſt per ſe. & hoc non inuenitur in generatione,& corruptione. Et, cũ narrauit ꝙ contrarietas in talibus tranſmutationibus eſt ſm ꝙ tranſmutatio vna ſ eis eſt ad illud,ex quo eſt ſecunda tranſmutatio,cum eſſe in iſtis duabus tranſmutationibus non eſt,niſi in altero extremo, incœpit narrare ꝙ etiam non inuenitur in talibus tranſmutationibus quies contraria quieti, ſicut inueniẽ in motibus: neq; etiam quies eſt contraria tranſmutationi. D.d. Qm̃ in iſtis intentionibus, &c.i. in iſtis. n. intentionibus,in quibus eſt generatio,& corruptio, non eſt qes oĩno, ſed eſt in eis priuatio trãſmutationis. et hoc erit, ſi poſuerimus ꝙ nõ ens, ex quo eſt generatio,& aliud, ad quod eſt corruptio, eſt aliquid actu. qm̃, ſi hoc poſuerimus,tunc erunt illic duo non eſſe, & priuatio in non ente,ſm ꝙ poſuerimus ipſum eſſe aliquid, & priuatio in ente. Priuatio igitur,quæ eſt in ente, ſi poſuerimus ipſam eſſe quietem,ſequitur vt ſit contraria priuationi tranſmutationis,quę eſt in non ente: & priuatio tranſmutationis,quæ eſt in non ente, eſt eadẽ cum priuatione tranſmutationis,quæ eſt in ente. & ſic inter illas non erit contrarietas oĩno, qm̃ quies in eo, ad quod eſt motus, non eſt cõtraria quieti in eo, ex quo, niſi quia ſunt in duobus contrarijs. D.d. Si igiẽ non ens nihil fuerit, &c.i. ſi igitur non ens non fuerit ſubiectum, impoſſibile eſt imaginari ꝙ priuatio tranſmutationis,quæ eſt in ente, eſt quies. qm̃ ĩpoſſibile eſt imaginari ipſam eſſe contrariam motui. neq; priuatio exiſtimatur eſſe quies. qm̃, ſi non ens non eſt aliquid, non erit illic priuatio, quæ poſſit imaginari ꝙ eſt quies oppoſita quieti, quæ eſt in ente. neq; imaginaẽ ꝙ iſta priuatio, quę eſt in ente, etiam eſt quies oppoſita trãſmutationi ex eo, qm̃ tranſmutatio ex eo non eſt motus: et oĩs quies eſt contraria motui, aut quieti. Si igitur poſuerimus ipſum eſſe quietem, tunc erimus inter duo, aut ponemus ꝙ nõ oĩ quieti opponitur motus, aut dicem⁹ ꝙ generatio, & corruptio ſunt motus, & vtrũq; eſt impoſſibile. D.d. Sed eſt manifeſtum, &c.i. qm̃ non eſt quies in rei veritate, et, cum non fuerit quies in rei veritate, ſed priuatio tranſmutationis, diſſoluetur quæſtio dicens ꝙ non oĩs quies eſt cõtraria motui, aut contraria quieti. qm̃ hęc in rei veritate non eſt qes, ſed ſilr̃ is quieti. D.d. aut non erit cõtraria alicui oĩno, i. & iſta priuatio, q̃ eſt qes ſm ſilitudinẽ, opinãdũ eſt, aut ꝙ nõ ẽ cõtraria alicui oĩno, aut ꝙ ẽ cõtraria trãſmutationi, q̃ eſt corruptio: qm̃ ex eo eſt ꝑm̃ mot⁹ corruptiõis,

Tranſmutatio de nõ eẽ ẽ p accñs, & tranſmutatio de cõtrario ẽ p ſe. Idẽ ſu pra. 8. &. ſ1.

Caput Tertium. Proponuntur nonnullæ circa prædicta dubitationes, ſoluunturq́;.

DVbitabit aũt aliqs, quare in mutatione qdem ſm locũ ſunt & ſm naturã, & ꝑter naturã & qetes, & motus, in alijs autẽ nõn. Vt alteratio, hęc qdem ſm naturã, illa vero ꝑter naturã. nihil. n. magis ſanatio, q̃ ægrotatio ſm naturã, aut ꝑter naturam, aut dealbatio, q̃ denigratio. Silr̃ aũt eſt et in augmentatione, & diminutiõe. neq;. n. hæ ſunt inuicẽ contrarię, vt ſm naturã, & ꝑter naturã, neq; augmentatio augmentationi. Et in gñatione, & corruptione eadẽ ratio eſt. neque. n. gñatio quidem ſm naturã, corruptio aũt præter naturam. ſeneſcere. n. ſm naturã eſt. neq; gñationem videmus, aliam quidẽ ſm naturam, aliam vero præter naturam.

Et quærit hõ, quare in tranſmutatione in loco ſunt modi motuũ, & modi qetis naturales, & non naturales, quod nõ eſt in alijs modis trãſmutationis. V.g. in alteratiõe, ſ. ita, ꝙ alia eſſet naturalis, & alia innaturalis. qm̃ hoĩem ſanari, aut infirmari, neutrum eſt dignius, vt ſit naturalis, aut non naturalis, neque albificatio, neque nigrificatio. Et ſm hoc eſt de augmento, & diminutione. qm̃ contrarietas iſtorũ duorũ non eſt ſm naturam, & extra naturam. ergo augmentũ non eſt contrarium augmento. Et iſte idẽ ſermo dicetur de generatione, & corruptione. qm̃ generatio nõ eſt naturalis, & corruptio innaturalis. quia hominem ſeneſcere eſt naturale. & etiam nõ inuenimus aliquã gñationem naturalem, & aliam innaturalem.

Cum narrauit q motus ſunt cõtrarij in ſpẽ, & q̃ qes eſt cõtraria cui motui, & cui qeti, & in motibus in vbi inueniẽ cõtrarietas ſm naturã, & nõ naturã, & ſilr̃ de qete, incœpit ꝑſcrutari vtrũ in cęteris motibus cõtrarijs inueniaẽ hic motus cõtrarietatis, & dixit Et q̃rit hõ, &c.i. quare ĩ trãſlatione in loco ĩueniũtẽ duo modi, ſ. naturalis, & ĩnaturalis. qm̃ motus lapidis ad ſuperius eſt violẽtus, & ĩferius ecõtrario, ſ. naturalis. & ſilr̃ ĩueniẽ de eadẽ qete in ſpẽ. qm̃ qes ĩferius eſt cõtraria qeti ſupius. qm̃ qes inferius eſt naturalis terræ, & ſuperius ĩnaturalis: & ſilr̃ qes ſuperius eſt corpis leuis naturalis, & inferius innaturalis. Querit igr̃ quare ĩ hoc loco inueniũtẽ duo modi cõtrarij hoc mõ, & nõ in alijs gñibus motuũ contrarioꝝ. v.g. in alteratione. qm̃ nõ poſſum⁹ dicere ꝙ alia eſt naturalis, & alia innaturalis, v.g. hoĩem ſanari, & hoĩem infirmari. nõ. n. exiſtimaẽ ꝙ hoc eſt naturale, et hoc eſt ĩnaturale, ſ. in eadẽ ſpẽ, v.g. hoĩem ęgrotare. Et hoc intẽdebat, cũ dixit qm̃ hominẽ ſanari, aut ęgrotare, &c.i. qm̃ neutra iſtaꝝ diſpõnũ eſt dignior vt ſit naturalis alicui. & ſilr̃ eſt de albificatione aut nigrificatione. ſ. qm̃ nulla albificatio, aut nigrificatio eſt dignior vt ſit magis naturalis, q̃ alia. Et, cum narrauit ꝙ ĩ primo aſpectu non inueniẽ in modis alterationis iſte modus contrarietatis qeti, fecit ꝙ neq; etiã in motu augmenti, & dixit Et ſm hunc modũ eſt ẽt de augmento, et diminutione, ſ. qa de augmẽ- 56

to nõ

Holem ſeneſcere ē via ī corruptionē

to nõ inueniť aliud naturale, & aliud violētū. & ſilr in gñatione, & corruptione. qm̃ hoīem ſeneſcere eſt via ad corruptionē. ſed ſenectus nõ diuidiť ī naturalē, & innaturalē. & ſilr iuueneſcere ē via ad gñationē. ſed non exiſtimať q illud eſt naturale, & aliud innaturale.

At, ſi eſt quod violentia fit, p̄ter naturā, & corruptio corruptioni cõtraria erit, ea, q̃ eſt violēta, vt q̃ p̄ter naturā eſt, ei, q̃ ſm naturā. Sunt igiť & gñationes q̃dā violētæ, & non fato determinatę, qbus cõtrariæ ſunt eę, quę ſm naturā. Et augmētationes ſunt violētæ, & diminutiones. vt augmētationes eorū, q velociter pp alimentū pubeſcunt, & frumenta, q̃ cito adoleſcunt, & non ſunt conſtricta. Dicamus igr̃ q, ſi id, quod fit, violēter eſt extra naturā, tūc aliqua corruptio eſt cõtraria alicui corruptioni, ſ. corruptio violēta, q̃ fit extra naturā, corruptioni naturali. Sūt igitur modi gñationis violēti: & gñatio nõ eſt mēſurata aliqua mēſuratione. erunt igiť contraria eiuſmodi gñationis naturalis. Et ſunt modi augmēti violenti, & modi diminutionis. v.g. augmentū puberū propter luxum in cõmeſtione, & ſemen luxurioſum, cuius corpus impinguatur, & non condenſatur.

57 Cū narrauit q in primo aſpectu exiſtimať q in vna ſpē motuū, q ſunt in alteratione, & q ſunt in augmēto, & diminutiōe, et vlr in alijs tranſmutationibus nõ inueniť cõtrarietas, ſicut in motibus, q ſunt in loco, īcœpit narrare q hoc accidit in p̄mo aſpectu. &, cum hoc bñ conſyderať, apparet q in vnaquaq; ſpē iſtorꝫ inueniť cõtrarietas ſm naturā, & non naturā, et, ſi hoc fuerit, poſſe erit vt in ſpēbus oppoſitis inueniať cõtrarietas hoc mõ, & dixit Dicamus igr̃, &c. i. qm̃, ſi hic fuerit corruptio violēta: quod eſt violentū eſt extra naturā: ſequiť vt ſit cõtraria corruptio corruptioni. &, cū ī hoc ſyllō hypothetico poniť aūs, erit cõcluſio, q corruptio erit cõtraria corruptioni. & hoc eſt illud, quod ītendebat declarare. D. declarauit q̃ſo cõſequens ſequiť aūs, & dixit corruptio. ſ. violēta, &c. i. Quia corruptio violēta eſt extra naturā: & quod eſt extra naturā eſt cõtrarium naturali: ergo corruptio naturalis, & violēta ſunt cõtrariæ. Et, cū narrauit q corruptio alia eſt violenta, alia non violenta, īcœpit narrare q in generatione inuenitur hoc ſilr, & dixit Sunt igiť modi generationis, &c. i. & generatio violenta eſt modorū: qm̃ generatio violenta nõ eſt terminata, i. vna ſpecies tm̃. erunt igitur contraria iſtorꝫ modorum modi gñationis oīs naturalis. Et hoc, quod dixit, exiſtimatur nõ ſequi. qm̃, & ſi infirmitas eſt multarum ſpecierum, exiſtimatur vt non ſequatur q contraria earum ſint ſpecies ſanitatis: qm̃ ſanitas ē vna, & ægritudines ſunt multæ. Sed forte videtur q vna ſanitas cõtinet multas particulares oppoſitas illis multis ægritudinibus, ſed non habent nomina: & ideo latent. Et, cum narrauit q in generatione, & corruptione inuenitur contrarietas, ſ. in vna ſpecie, incœpit narrare q ſilr inuenitur in augmento, & diminutione, & dixit Et ſunt modi augmenti, &c. i. et ſimiliter ſunt modi violenti augmentationis, & modi non violenti. & ſic etiam augmentatum, etiam eſt contrariū augmentum ſm naturam, & non naturam. qm̃ violentū eſt extra naturā, et augmentū violentum eſt augmentū puberū: quod feſtinat ante tēpus aſſuetum, p̄pter multitudinē in luxu,

Dubium.

Solutio.

Tot ſūt ſpēs ſanitatis, q̃t ſunt ſpecies ægritudinis, ſed non hñt noīa. Idē hēt ip ſe. 4. Colliget. cap. 1. & 3. Cœ. c. 18.

& ſicut ſemen abūdans in aliquo, cuius corpus creſcit, & non condenſatur propter multitudinem humoris.

In alteratione aūt quo pacto? An ſilr. erūt enim aliæ qdem uiolētę, alię uero naturales. ut qui liberanť alij nõ in iudicatorijs diebus, alij aūt in iudicatorijs: illi qdē p̄ter naturā alterant, hi uero ſm naturam. Erūt ergo corruptiones cõtrarię adinuicē, nõ gñationi ſolū. Et qd p̄hibet? eſt. n. ut ſic. etenim, ſi hęc qdē ſuauis, illa uero triſtis eēt. Quare nõ ſimplr corruptiōi corruptio cõtraria ē, ſed q̃tenus ipſarum hæc quidē hmõi, alia uero talis eſt.

Sed q̃uo erit hoc in alteratione? Dicamus igiť q ſilr eſt de illa. qm̃ poſſe ē ut ſint aliqua ex ea uiolēta, et alia naturalia, v.g. qm̃ qdem hoīes euadūt ab ægritudine nõ in die critica, & qdam in die critica. illi igr̃ ſunt alterati nõ naturalr, iſti autē naturalr. Et ſic erit corruptio cõtraria corruptioni, non gñationi. Et nihil p̄hibet hoc. quoniā poſſe eſt ut altera corruptio ſit contriſtabilis, & alia delectabilis. Et erit corruptio cõtraria corruptioni, non ſimplr, ſed cum altera corruptio fuerit talis diſpõnis, & alia talis diſpoſitionis.

Cum declarauit quòd in generatione, et corruptione, & augmento inuenitur contrarietas, incœpit declarare q ſimiliter eſt in alteratione. &, quia latet in alteratione magis q̃ꝫ in generatione, & corruptione, dixit Sed q̃uo erit hoc ī alteratione? D. dixit Dicam9 igr̃. i. q ī vno motu in ſpē inueniť cõtrarietas in alteratione, ſicut in gñatione & corruptione, & augmēto & diminutione. D. d. qm̃ poſſe eſt, &c. i. qm̃ poſſe eſt vt q̃dā alterata altereniť violente, & quędā non violēte. v. g. in alteratione infirmorꝫ de ægritudine in ſanitatem. qm̃ q̃dam eſt in die critica, & eſt alteratio naturalis, & q̃dā nõ in die critica, & hęc eſt alteratio innaturalis. D. d. illi igr̃ ſunt alterati, &c. i. ille, cui accidit criſis nõ in die critica, vt in ſexta. D. d. iſti aūt. &c. i. qbus accidit in die critica. v. g. in 7ª. Et, qa hoc non eſt manifeſtum in oībus alterationibus, dixit poſſe eſt igiť vt ſint aliqua, &c. & nõ dixit poſſe eſt igiť vt in qualibet ſpē alterationis inueniať aliqua violētia, & naturalitas. & dimiſit hoc, qa difficile eſt verificare hoc p īductionē. Deinde fecit rememorationē de iſtis, q̃ declarauit, & dixit Et ſic erit corruptio cõtraria corruptioni, et non gñationi. i. non gñationi tm̃, ſed ipſi corruptioni. D. dedit aliū modū, ex q̃ imaginať eſſe poſſe vt corruptio ſit contraria corruptioni, & dixit Et nihil prohibet hoc, &c. & intēdit p contriſtabilē, corruptionem violentā, & per delectabilē, corruptionē naturalē. Et forte intendit hoc p delectabilē id, quod eſt minoris contriſtatiōis: qm̃ oīs corruptio eſt cõtriſtabilis nec̃io, ſed violenta magis contriſtabilis. D. d. Et erit corruptio cõtraria corruptioni non ſimplr, ſed cum altera corruptio fuerit in aliqua diſpõne vno mõ, & alia alio mõ: cum ſit ſpecies non ſibi cõtraria. ſed cum accidit alteri corruptioni vt ſit vno modo, & alia alio modo cõtrario, vt natura, et violentia, et cõtriſtatio, et delectatio. 58

Oīs corruptio ē contriſtabiľ nec̃io, ſed violenta ē magis contriſtabilis.

Omnino igiť cõtrarij motus, & qetes dicto mõ ſunt. ut q̃ eſt ſurſum, ei, q ē deorſum. loci. n. cõtrarietates hę ſunt. ferť āt ea qdē, q̃ ſurſum ē, latiōe, natura ignis, ea uero, q̃ deorſum,

ſum, terra: & cōtrariç ipſorum lationes ſunt. ignis aūt ſurſum qdē natura, deorſum aūt pter naturā. Et cōtrarius qdem motus eſt, qui eſt ſm naturā ipſius, ei, qui eſt prçter naturā.

Secundū hoc igiť, quod narrauimus, vľr erūt modi motuū, & modi qetis cōtrarij. v. g. qm̄ ſuperius ex hoc eſt cōtrariū inferiori. qm̄ hæc duo ſunt cōtraria in loco. & iſtç duç intētiones vľr ſunt digniores principaliter. qm̄ illud, quod transferť naturaľr ſuperius eſt ignis, et inferius eſt terra: et translationes eorū ſunt contrariæ. & locus ignis eſt ſuperius naturaľr, & locus eius eſt inferius extra naturā. Et naturale eſt contrariū innaturali.

59 Hic facit rememorationem de modis prædictis, ſm quos motus ſunt contrarij, & qes eſt contraria, & dat exemplū de hoc, quod iā declarauit, ꝙ motuū contrarioꝝ qdam ſunt diuerſi in ſpē: & iſti ſunt contrarij ſm formas, qa ſunt ad contraria, & ex cōtrarijs, & cōtrarioꝝ: & ēt ſunt cōtrarij ſm naturā, et non naturā in reſpectu eiuſdē: & iſti ſunt idē in ſpē, & ſunt cōtrarij ſm naturā, et non naturā. quies vero, declaratū eſt de illa; ꝙ contrariū in eo motui eſt quies, quæ eſt ī eo, ex quo eſt motus, nō qes, q̄ eſt in eo, ad quod eſt motus, & ꝙ duæ qetes cōtrariæ, ſunt qes in eo, ex quo, & qes ī eo, ad quod. Et dixit Secundum igiť hoc, quod narrauimus, &c. et intēdit p modos motuū, duos modos motuū contrarioꝝ, ſ. contrarioꝝ diuerſoꝝ in ſpē, et çouenientiū in ſpē, et contrarioꝝ ſm naturā, et non naturā: et intēdit p modos quietis, qetem, q̄ eſt contraria motui. & q̄ſi dicit ſm hunc igiť modum, quē narrauimus, erunt modi motuū cōtrarij, & modi qetis cōtrarij motibus, & qetibus ipſis. D. induxit exēpla ſm ſpēm in translatione, et dixit v. g. qm̄ ſuperius, &c. i. v. g. quia ſupius eſt cōtrariū inferiori in loco, ideo illud, q̄d trāſferť naturaľr ſupius, eſt cōtrariū ad īferius trāſlato naturali: et ideo trāſlatio eſt cōtraria translationi. D. d. & iſtæ duæ intentiones, &c. & intendit, vt mihi vř, ꝙ iſtæ duæ cōtrarietates ſunt illa, q̄ dn̄r cōtraria pncipaliter, cū definitio cōtrarioꝝ, q̄ eſt, ꝙ cōtraria ſunt illa, q̄ maxime diſtāt, non inueniť pmo, & pncipaľr, niſi in eis, q̄ ſunt ī loco, deīde dr̄ in q̄litate ſʒ ſiľitudinē. Et forte intēdit ꝙ cōtrarietatē eſſe ſupius ſimpľr, & inferius ſimpľr, eſt dignius q̄ vt ſit in inferiori, & ſupiori non ſimpľr, ſed in reſpectu, vt in loco aeris, & loco aquç. & forte pp hoc dixit, illud igiť, quod trāſferť naturaliter ſuperius. i. ſimpľr. Et hoc capľm diminutū eſt in quibuſdā libris & in lib. Alex. lueniť ſic. iſta igiť ſunt ſicut pncipaľr, & pmo. & Alex. exponit hçc verba duobus modis. dicit. n. ꝙ, cū dixit iſta, īnuit illa, quæ diſpoſuit prius p motus, & qetes cōtrarias. i. iſta, q̄ hn̄t iſtas intentiones pncipaľr, & eſſentiaľr. & iſta expō non conuenit verbis Ariſto. ſm ꝙ accidit nobis. Et s² expō eſt ppinqua nr̄æ. D. d. & translationes eoꝝ ſunt cōtrariæ. i. &, qa ſunt cōtrariæ, ideo trāſlationes eorum ſunt contrariæ. D. d. & locus ignis eſt ſupius, &c. & intēdit, vt mihi vř, ꝙ iſti duo motus. ſ. ad ſupius, & ad inferius, qn̄ imaginať, ſm ꝙ ſunt duoꝝ corpoꝝ naturaliter, v. g. ignis, & terræ, tunc vterq; erit contrarius reliquo, ſm illud, ad quod moueť naturaliter: & cū accipiunť, ſm ꝙ ſunt vnius corporis, v. g. ignis, aut terrę, tūc alter erit cōtrarius reliquo ſm naturam, & non naturam, v. g. motus lapidis ad inferius, & ſuperius.

Cōtrarietas prio, & principaľr nō inueniť, niſi in eis, quę ſunt in loco. Met. 10. Met. cō. 13.

Et qetes ēt ſiľr. quæ nāq; eſt ſurſum quies ei, q eſt de ſurſum in deorſum, motui contraria eſt. eſt aūt terræ illa quidē quies pter naturā, motus aūt hic ſm naturā. Quare motui quies cōtraria eſt, quæ eſt præter naturam, ei, qui eſt ſm naturā eiuſdem. etenim motus eiuſdem contrarius ſic eſt. alter. n. ſm naturam ipſorum erit, qui ſurſum, aut qui deorſum, alter autem præter naturam.

Et ſiľr ēt eſt de modis qetis. qm̄ qes ſuperius eſt cōtraria motui de ſupiori ad īferius. & ſi qes illic erit terrç extra naturam, & iſte motus erit naturalis. Quies igiť cōtraria motui eſt qes, q̄ eſt extra naturā motui naturali in eadē re. motus. n. qui eſt in eadē re, nō eſt in eo cōtrarietas, niſi hoc modo. qm̄ alius eſt ei naturalis, aut ille, qui eſt ad ſuperius, aut ille, qui eſt ad inferius, & alius non naturalis.

60 Cum narrauit ꝙ motus cōtrarij ſunt illi, q ſunt contrarij ſm illud, ad quod, et illud, ex quo, vt ſupius, et īferius in motibus corporū ſimpliciū, & ꝙ accidit ꝙ in eadē re opponunť ſibi iſti duo motus ſm naturam, & nō naturā, incœpit narrare ꝙ qes eſt cōtraria motui ī eadē re hoc mō, & dixit Et ſiľr, &c. i. et quēadmodum duo motus in eadē re, q ſunt ad loca cōtraria, ſunt contrarij, qa ſunt ad loca cōtraria, et qa alter eſt naturalis, & reliquus nō naturalis, ita ē de cōtrarietate qetis ad motū ī eadē re. ſ. ꝙ qes, q̄ eſt in cōtrario loco, loco, in quo ē qes, ad quā eſt mot⁹, & ꝙ, ſi mot⁹ fuerit naturalis illi rei, erit qes non naturalis. v. g. qm̄ qes ſupius eſt cōtraria motui de ſupiori ad īferius. ſi igiť qeſcens fuit illic, terra. ſ. ſupius erit ſm violentiā, & tunc motus ex illo loco erit naturalis. &, ſi qeſcēs fuerit illic ignis, tūc qes erit naturalis ei, & motus ex eo erit violētus. D. d. Quies igiť, &c. i. et qes cōtraria motui naturali eſt qes violenta, q̄ eſt extra naturā. & dixit in eadē re. qa qes ſuperius eſt contraria motui de ſupiori ſimpľr, & qes ēt ſimpľr ſupius eſt cōtraria qeti in inferiori ſm naturā, et nō naturā, ſm ꝙ ambç ſunt naturales duob⁹ contrarijs. Et q̄ſi intēdit declarare ꝙ diſpō cōtrarietatis, exn̄tis ī eadē re, eſt ſm naturā, et nō naturā, et ſiue fuerit cōtrarietas in motu, aut ī motu, & qete. & iō dixit motus. n. q eſt, etc. i. qm̄ motus nō eſt cōtrarius motui in reſpectu eiuſdē, niſi ſm modū, quo qes in eadē re eſt cōtraria motui, & qes cōtraria qeti, nō ſm modum, q̄ motus, q ſunt ī plurib⁹ vna ſpē, ſunt cōtrarij, & qetes, q̄ ſunt in plurib⁹ vna ſpē. qm̄ iſti ſunt cōtrarij, qa ſunt ex contrarijs, & ad cōtraria, & contrarioꝝ. Et debes ſcire, ꝙ intēdebat declarare, qm̄ quēadmodū vni motui in numero accidit cōtrarietas ſm naturā, & nō naturā, ita eſt de motibus cōtrarijs in ſpē in reſpectu eiuſdē, ſ. ꝙ accidit eis cōtrarietas ſm naturā, & nō naturā, vt motus ad ſupius, & ad inferius: qm̄ in reſpectu terræ, aut ignis alter eſt naturalis, & alter nō naturalis. et ſiľr ē de cōtrarietate qetis ad motū, ſ. qetis, ex q̄ ē motus. ſed, qa iſta cōtrarietas nō imaginať, niſi in eadē re, nō accidit vt ambç ſint naturales, ſicut accidit in duobus motibus in ſpē cōtrarijs, qn̄ accipiunť in reſpectu duoꝝ diuerſoꝝ, vt mot⁹ ignis ad ſupius, et terrç ad inferius: qm̄ ſunt cōtrarij, et nāles, iſte igni, & iſte terræ.

Documentū

Habet aūt dubitationem, ſi eſt oīs quietis, quæ non ſemp eſt, gn̄atio, & hæc eſt ipſum ſtare, eius igitur, quod præter naturā quieſcit, vt terræ ſurſum, erit gn̄atio. cum ergo ſerebatur ſurſum violentia, ſtabat. ſed quod

ſtat

ſtat ſemper videt̃ ferri uelocius: quod autẽ uiolentia contra. non factum ergo quieſcẽs erit quieſcẽs.†{Amplius vr̃ ipſum ſtare, proprie dici, aut oĩno eſſe in eo, quod eſt ſm naturã in ſuum locũ ferri, aut accidere ſimul.}

† a. l. Amplius vr̃ ipſum ſtare, ꝓprie dici de eo, q̃d ſm naturã in ꝓprium uadit locum, non in eum, q ꝑter naturã, aut oĩno q̃d eſt in ſuũ locum ferri, aut accidere.

Et eſt hic locus q̃õnis. qm̃, ſi oĩs quies nõ eſt ſemper gñata, cum non eſt, deinde eſt, & gñatio eius eſt ceſſatio, tunc quies rei quieſcit nõ naturaliter, v.g. quies terræ ſuperius habebit gñationem. quoniã illud, quod trãſfertur ſuperius uiolente, ceſſabit. ſed illud, quod ceſſat ſemper, exiſtimabit̃ quod tranſlatio eſt velocior: & quod transfertur violẽte eſt econtrario. erit igr̃ quieſcens abſq; eo, ꝙ quieſcat. Et exiſtimat̃ etiã ꝙ dicere aliqd ceſſare, aut eſt dicere ꝙ transfertur vl̃r ad locum, quem habet, aut vt ſequatur inſimul.

61 Et eſt q̃õ vtrũ qes violẽta habeat gñationem. qm̃, ſi qes violenta nõ eſt ſemp: et oĩs quies, q̃ non eſt ſemper, eſt gñata: neceſſe eſt vt qes violenta ſit gñata. & intelligo ꝑ gñationem qetem factã cũ motu. & hoc intendebat, cũ dixit qm̃, ſi oĩs qes, &c. i. qm̃, ſi oĩs quies nõ eſt ſemꝑ, qm̃ modo nõ eſt, deinde erit, neceſſe eſt vt qes violenta habeat gñationẽ. & intelligo ꝑ ceſſationem ire ad ceſſandũ. Et, cũ declarauit ꝙ ex hoc ſermone ſequit̃ ꝙ qes violenta eſt gñata, ſ. facta ex motu violento, induxit impoſſe, quod ſequit̃ ex hoc, & dixit qm̃ illud, quod transfert̃ ſupius violẽte, ceſſabit. i. ſed, ſi poſuerimus ꝙ qes violenta habet gñationem, ſicut habet qes naturalis, ſequit̃ ex hoc, vt illud, quod trãſfert̃ violente, transferat̃ vt ceſſet, ſicut illud, quod mouet̃ naturalr̃. D. d. ſed illud, q̃d ceſſat, &c. i. ſed illud, quod ceſſat, ſm ꝙ ceſſatio eius gñatur, i. fit ex motu naturali, apparet ꝙ trãſlatio eius erit velocior, qñ appropinquat loco, in quo innatũ eſt ceſſare, ſicut eſt diſpõ in moto naturalr̃. & motũ violentũ eſt econtrario. ſ. qm̃ oĩs motus eſt remiſſior, qñ appropinquat loco, cũ quo ceſſat. & ideo motus eius nõ eſt ꝑꝑ quietẽ. &, cũ ita ſit, ceſſatio eius non erit gñata, & ſic qeſcet, ita, ꝙ nunq̃ venit ad quietẽ. Et hoc intendebat, cũ dixit ergo erit qeſcens, &c. i. &, cũ illud, quod mouet̃ violẽte, nõ mouet̃, vt ceſſet, tunc illud, quod mouet̃, erit qeſcens abſq; eo, ꝙ qes eius gñetur. quod eſt impoſſe. D. d. Et exiſtimat̃, &c. i. & apparet ꝙ, cũ dicimus aliqd ceſſare, intendimus alterũ duorũ, aut ire ad ceſſandũ, et trãſferri ad ipſum, aut ꝙ motus, & qes ſunt inſimul. i. aut ꝙ qes eſt inſeparabilis à motu, aut gñata cũ motu: & hæc duo nõ inueniunt̃ in illo, quod qeſcit violente: ergo neceſſe ẽ vt illud, quod qeſcit violẽte, nõ veniat ad qeſcendũ: et ſic quies eius non habebit gñationem.

Habet aũt dubitationem, ſi contraria eſt quies, quæ eſt hic, ei, q hinc eſt, motui. cũ. n. mouet̃ ex hoc, aut etiã abijcit, adhuc uidetur habere id, quod abijcitur. quare, ſi hęc quies contraria eſt ei, qui hinc eſt in contrariũ, motui, ſimul erunt contraria. An aliquo modo quieſcit, ſi adhuc manet. omnino autẽ eius, quod mouetur, aliud quidem ibi, aliud autẽ eſt, in quod mutatur. quapropter & magis motus motui contrarius, quàm quies.

Eius, quod mouet̃, aliud ibi, aliud eſt in quod mutatur.

Et eſt quęſtio vtrum qes hic eſt contraria motui ex hoc, qm̃, qñ mouetur aliquid ab aliquo, & ſeparatur ab eo, exiſtimat̃ ꝙ in eo eſt illud, à quo ſeparat̃. ſi igitur iſta quies eſt cõtraria motui, ex hoc erunt duo contraria inſimul. Ad hoc autem dicamus, qm̃, & ſi adhuc eſt quieſcens, quies eius eſt quodãmodo. & vl̃r moti quoddam eſt illic, & quoddã in eo, ad quod trãſmutat̃. qm̃ motus dignior eſt vt ſit contrarius motui, quàm quies.

Et eſt q̃ſtio de hoc, quod poſuimus ṗus. ſ. ꝙ quies, q̃ eſt in re, ex qua eſt motus, eſt cõtraria motui ex hac qete, vt poſuimus prius. D. induxit q̃õnem, & dixit qm̃ qñ aliquid mouet̃, &c. i. apparet. n. quod qñ aliqd mouet̃ de aliqua re, & ſeparat̃ ab eo aliquid, quod eſt in eo, de illa re, à qua ſeparat̃. ſ. dum mouet̃: qm̃, qñ ſeparat̃ ab eo totalr̃, tunc perficit̃ motus, & nihil remanet in eo de illo, à quo mouet̃. Et, cum poſuit ꝙ, qñ aliquid icœpit moueri, ꝙ adhuc eſt qeſcens in eo, ex quo mouet̃, dixit ſi igit̃ iſta quies, &c. i. ſi igit̃ res mota eſt qeſcens in illo, ex quo mouet̃, dum mouet̃: & quies eſt cõtraria motui: tũc in re mota inueniunt̃ duo cõtraria inſil̃, ſ. quies, et motus. Et, cum induxit hanc q̃õnem, incœpit diſſoluere eam, & dixit Ad hoc autem dicamus, &c. i. et q̃ſtio non cõtingit, niſi ex hoc, quod accipimus ipſum qeſcens ſimplr̃ in eo, ex quo mouet̃, & non eſt in eo qeſcens, niſi quodãmodo. D. declarauit hũc modũ, qs eſt, & dixit moti. n. quoddã eſt illic, &c. idest &, cum [a] oẽ motũ eſt diuiſibile, vt poſt declarabit̃, tunc motũ non eſt qeſcens in eo, ex quo mouet̃, niſi ſm partẽ, non ſm totũ, i. ſimplr̃. qm̃, dum mouet̃, quædã pars eius, eſt in eo, ex quo mouet̃, & quædam pars in eo, ad quod mouet̃. & ſic non ſequitur, vt duo cõtraria inueniant̃ in eodem ſubiecto. Et, cũ conceſſit in hac quæſtione ꝙ quies eſt contraria motui, incœpit etiã declarare ꝙ [b] qes non eſt, niſi priuatio motus, & ꝙ contrariũ in rei veritate motui eſt motus oppoſitus ei. & ideo poſſibile eſt vt quies, & motus inueniant̃ in duabus partibus moti: & non eſt poſſe vt duo motus cõtrarij inueniant̃ in duabus partibus eius: ſed neceſſario ĩpediunt ſe adinuicem. Et ideo dixit qm̃ motus dignior eſt, &c. i. & quia motus poteſt congregari cum quiete in eadem re mota, & non cum motu contrario, neq; in duabus partibus diuerſis. Et ſciẽdum eſt, ꝙ quies, cõiuncta cũ motu, non eſt diſtincta à motu, i. in parte diſtincta. qm̃ ſequeret̃ ex hoc vt aliquid moueretur in aliqua parte, et quieſceret in alia. et, cum non eſt diſtincta, ergo eſt in potentia, non in actu. 62

a Oẽ motũ ẽ diuiſibile. Idẽ 6. Ph. t. c. 32 & 39. 48. & 1. de Aĩa. te. cõ. 67. & 5. Met. t. c. 18. Idẽ 8. Ph. t. c. 40. et. 46. & 6. Ph. cõ. & t. 32.

b Quies nõ ẽ, niſi priuatio motus, et cõtrarium in rei veritate motui ẽ motus oppoſit⁹ ei. Idẽ ſupra cõ. 8.

Documentũ

Et de motu qdem & qete, q̃uo vtrũq; vnũ eſt, & quæ quibus cõtraria ſunt, dictum eſt.

Iam igr̃ narrauimus de motu, et qete, q̃uo vterq; eſt vnus, & q̃uo contrariantur ſibi.

De motu quot modis eſt vnus iam dixit, et de quiete autem, innuendo per ipſum motum. & ſic etiã quies erit vna tribus modis. ſ. vna genere, & vna ſpecie, & vna numero. & illa, quæ ſunt neceſſaria in vnoquoq; iſtorum, ſunt illa, quæ ſunt neceſſaria in motu. 63

Dubitabit aũt qs et de ipſo ſtare, ſi & quicunq; ſunt p̃ter naturam motus, his eſt quies oppoſita. ſi quidem igit̃ non, erit inconueniens. manet. n. ſed uiolentia. quare qeſcens aliqd erit non ſemꝑ ſine fieri. Sed palã quod erit. ſicut. n. mouetur pręter naturam, et qeſcit vtiq; aliquid præter naturam.

Iſti duo tex. ſequẽtes ĩ aliq̃bus codi. græ. non reperiuntur.

Et

Et quęret homo etiam de ceſſatione, vtrũ oẽs motus, qui ſunt extra naturam, habent quietem oppoſitam. ſi igiť non habent, hoc erit inopinabile. qm̃ tunc remanebit res in violentia, et erit aliquid, quod nunq̃ quieſcet ſine gñatione. Manifeſtum eſt ergo ꝙ habet. qm̃ quemadmodum res, quæ mouetur extra naturam, quieſcet extra naturam.

64 Iſta eſt prima quæſtio, quam induxit prius, & non inueniť in quibuſdã libris, & forte iterauit eam ad complẽdum ſermonem. qm̃ in illo ſermone negauit vt ques, quæ eſt extra naturam, habet gñationem: ergo eſt ſemper. quod eſt inopinabile. & quies, quæ eſt extra naturam, vr̃ fieri per ſenſum ſemp. Diſſoluit igiť hanc quęſtionem ita, ꝙ generatio dicitur de illo, et de quiete naturali multipliciter, & dixit, Et quæret homo, &c. i. & quæret homo, ſicut diximus, de ceſſatione, quæ eſt ire ad ceſſandum in motibus, ꝗ ſunt extra naturã, vtrum hñt quietem intentam, ſicut hñt motus naturales. Et nõ intendit ꝑ quietem oppoſitã, quietem, de qua dixit prius ꝙ eſt contraria motui, ſ. quietẽ in eo, ex quo: ſed intendebat quietem ad quã eſt motus. & dixit oppoſitam, large. Et, cũ narrauit ꝙ quæſtio eſt de quietis eẽ non naturalis, quæ eſt motuum non naturaliũ, dixit ſi igiť non hñt, hoc erit inopinabile. i. ſi igiť non hñt quietem vt dictum eſt prius, quia non hñt gñationem, erit inopinabile. apparet. n. ſenſui ꝙ hic ſunt aliqua, ꝗ quieſcunt violente, & non naturalr. & hoc intẽdebat, cum dixit qm̃ aliquid remanet in violentia, i. qm̃ apparet ſenſui ꝙ aliquid quieſcit in loco per violentiam. D. d. & ſic erit aliquid, quod nunq̃ quieſcit ſine gñatione, i. et nullum inopinabile eſt maius q̃ ponere ꝙ quies violenta eſt facta, & non habet gñationem. D. d. Manifeſtum eſt ergo ꝙ habet, &c. i. et, cum quies violenta eſt motuum, poſtq̃ nõ fuit per ſenſum, manifeſtum eſt ꝙ hñt generationem, ſed generatio in hac quiete non habet eandem intentionem cum gñatione in quiete naturali. & hoc fuit negatũ in ſermone prædicto à motibus non naturalibus. ſed iſta quies fit à motu, qui eſt extra naturam, & modo, quo iſte motus, qui eſt extra naturam iueniť in corpore, ſ. qm̃ quemadmodũ iſte motus eſt à cauſa extrinſeca violenta, ſiľr quies violenta inuenitur poſt iſtum motum, ſicut quies naturalis, quæ eſt à cauſa, quæ eſt in re, inuenitur poſt motũ naturalem, qui eſt in re à natura, i. à cauſa exiſtente in re. Et hoc intendebat, cum dixit quemadmodum res, quę mouetur extra naturã, &c. i. & quies eſt ei, ſm ꝙ eſt motus, quemadmodum quies eſt in re, ſm ꝙ eſt motus naturalis, ſ. qm̃, ſicut motus dicitur multipliciter de naturali, & violento, ita eſt de quiete naturali, & violenta. & quæſtio accidit ex hoc, ꝙ ponebantur vniuoca.

Quoniam autem eſt quibuſdam motus ſecundum naturam, & præter naturam: puta ignis, qui ſurſum ſecundum naturam, qui autem deorſum pręter naturam: vtrum hic cõtrarius, aut qui terræ: hæc enim fertur ſecundum naturam deorſum. Aut palam quia ambo, ſed non eodem modo. ſed qui quidem ſecundum naturam eſt ſecũdum naturam exiſtentis: eius autẽ, qui ipſius, qui ſurſum, ignis ei, qui deorſum, vt ſecundum naturam exiſtens præter naturam exiſtenti. ſimiliter autem & in manſionibus. Forte autem quieti motus aliquatenus opponitur. cũ enim moueatur ex hoc, & abijciat, adhuc videtur habere ꝙ abijcitur. quare, ſi ipſa quies contraria ei, qui hinc ĩ contrarium, motui, ſimul exiſtent contraria, aut aliquatenus quieſcit, ſi adhuc manet. omnino autem eius, quod mouetur, hoc quidem ibi, hoc autem in ꝙ mutatur. ꝓpter ꝙ magis motus motui contrariũ, quam quies. Quis quidem igitur motus ſimpliciter vnus dictũ eſt. & de motu quidem, & quiete quomodo vterq; vnus, & qui contrarij quibus dictum eſt.

Et, quia quædam habent motum naturalem, & quædam extra naturam: verbi gratia quoniam ignis habet motum ad ſuperius naturalem, & ad inferius innaturalem: quærendum eſt vtrum iſte eſt contrarius illi, aut motui terræ. quoniam terra mouetur naturaliter ad inferius. Dicamus igitur quoniã vtrũq; iſtorum eſt verum, ſed non eodem modo. ſed motus naturales ſunt cõtrarij contrarietate naturali. & in ipſo igne eſt contrarius motus ad ſuperius motui ad inferius ſm naturam, & non naturam. & ſm hunc modũ ſunt contrarij modi quietis. & dignum eſt vt quies ſit oppoſita motui.

Et, quia quędam habent motum naturalem, & non naturalem, & motus non naturalis eſt naturalis alteri corpori, v. g. qm̃ terra habet motũ naturalem, ſ. ad inferius, & nõ naturalẽ, ſ. ad ſuperius, & ignis habet motum naturalem, ſ. ad ſuperius, & nõ naturalem, ſ. ad inferius, & iſte, ꝗ eſt ad iferius, eſt naturalis terræ, quærendum eſt igitur quis iſtorũ motuũ eſt contrarius vni motui naturali, ſ. vtrum contrariũ oppoſitũ ei eſt, ſm ꝙ eſt naturalis alteri, aut ſm ꝙ eſt nõ naturalis illi, qui habet motũ naturalem. v. g. vtrum motus contrarius motui terrę ad inferius eſt motus terrę ad ſuperius, qui eſt violentus terræ, aut motus ad ſuperius, qui eſt naturalis igni. Et ipſe dicit, ꝙ vtrũq; eſt verũ, ſ. ꝙ vterq; motus eſt cõtrarius motui naturali, ſed duobus modis diuerſis, ſ. ſm ꝙ eſt naturalis alteri, et ſm ꝙ eſt non naturalis ipſi. v. g. qm̃ iam motus ignis naturalis ad ſuperius eſt contrarius motui terrę ad inferius, ſm ꝙ eſt naturalis terræ, & motui ignis ad inferius, ſm ꝙ eſt non naturalis igni. D. d. & ſm hũc modum eſt de modis quietis, i. qm̃ vna quies naturalis habet duas quietes contrarias, ſ. quietem illius rei extra naturam, & quietem naturalem alteri. v. g. qm̃ quies terræ inferius eſt naturalis terræ, & quies ſupius terrę eſt contraria huic quieti ſm naturam: ignis vero eſt cõtrarius huic quieti, ſm ꝙ res naturalis eſt contraria alicui rei naturali. et ſimiliter quies ignis ſuperius habet duas quietes contrarias, ſ. quietem inferius violentam, & quietem terrę inferius naturaliter. Et, quia notificauit ꝙ quies nõ opponitur motui in rei veritate, ſed ſm priuationem, & habitum, notificauit hic ꝙ quodammodo opponuntur, licet non ſicut motus opponitur motui. Quies nõ opponiť motui ĩ rei ỽitate, ſed ſm priuationẽ, & habitum. Idem ſup. 8. & 61

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV LIBER SEXTVS, cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

Summa Prima declarat Motum non componi ex indiuiſibilibus.
Summa Secunda Motum non momento, ſed tempore menſurari: ſimiliter & Quietem.
Summa Tertia pertractat de Diuiſione motus.
Summa Quarta de Ordine partium motus.
Summa Quinta confutat errores quoſdam circa ipſum motum.

Summæ Primæ Caput Primum. Nullum continuum ex indiuiſibilibus componi.

† a.l. qm̃ aũt ẽ cõtinuum, & q̃d tangitur.

S†{I aũt eſt continuũ, & tangẽs} & cõſequenter, vt definitum eſt prius, (continua quidem, quorũ vltima ſunt vnum: tangentia vero, quorum ſimul: conſequenter autem, inter quæ nihil eſt eiuſdem generis,) impoſſibile eſt ex indiuiſibilibus eſſe aliquid cõtinuum. vt lineam eſſe ex punctis: ſi linea quidem cõtinuum eſt, punctum autem indiuiſibile. neq̃.n. vnum ſunt vltima punctorum: non.n. eſt hoc quidẽ vltimum, illud vero alia quædã pars ipſius indiuiſibilis. neq̃ ſimul ſunt vltima. non.n. eſt vltimũ vllum eius, quod impartibile eſt: alterum.n. eſt vltimũ, & id, cuius eſt vltimum.

Continuũ aliquod ex impartibilibus cẽ eſt impoſſibile.

Impartibilis non eſt vltimum.

Si continuum, & contiguũ, et conſequens ſunt, ſm q̃ determinauimus prius, ſ. q̃ continua ſunt, quorum vltima ſunt vnum: & contigua ſunt, quorum vltima ſunt inſimul: & conſequentia ſe adinuicẽ ſunt illa, inter quę non eſt aliquid ſui generis, impoſſibile eſt vt aliquod continuũ ſit compoſitũ ex indiuiſibilibus. v.g. vt linea ſit continua, & punctus ſit indiuiſibilis, & linea ſit compoſita ex punctis: cũ linea ſit continua, et punctus indiuiſibilis. qm̃ punctus nõ habet vltimum vnum. qm̃ indiuiſibile non habet partem vltimã, & aliam partem vltimam. neq̃ habent vltima inſimul. quod enim non habet partem, non habet vltimum omnino: nam vltimum eſt aliud, ab eo, cuius eſt vltimum.

1 ISte tractatus, ſicut dixit Alex. ſequit̃ Quintum, cum in principio eius vtatur illis deſcriptionibus, quãs poſuit in Quinto rerũ cootinuarum, & contiguarũ, et conſequentium. Et dicit ſi illa, quæ dicta ſunt de definitione continui, & contigui, & cõſequentis ſunt vera, ſ. q̃ cõtinua ſunt illa, quorum vltima ſunt vnum: & contigua ſunt illa, quorum vltima ſunt inſimul: cõſequentia ſunt illa, inter quæ oon eſt aliquod ſui generis, impoſ'e eſt vt aliquod continuum componat̃ ex indiuiſibilibus. Et, cum poſuit hoc, & poſitio antecedentis eſt manifeſta ex hoc, quod dixit in Quinto, & conſecutio non eſt manifeſta per ſe, īcœpit declarare eam, & d. punctus.n. non habet vltimum, & vltimũ, &c. Et iſte ſermo componit̃ ſic in ſecunda figura. Oĩa, ex quibus componitur cootinuũ, diuiduntur in vltima, & in habens vltimum: vltimum.n. eſt vltimum alicuius rei: & punctus non diuiditur in hæc duo: ergo cõtinuum non componitur ex punctis, & vlr ex indiuiſibilibus. Et etiam, anteq̃ cootinuũ continuetur, neceſſe eſt vt contiguetur: & cootigua etiam diuiduntur in vltimum, & in habens vltimum, puncta autem nõ: ergo ex punctis non componitur linea, neq̃ ex lineis ſuperficies, oeq̃ ex ſuperficiebus corpus. D.d. qm̃ quod ooo diuidit̃, non habet partem, &c.i. qm̃ omne indiuiſibile non habet duas partes diuerſas, quarum vna eſt vltimum, & alia illud, quod habet vltimum. Et in hoc ſyllogiſmo non expreſſit, niſi minorem propõoem, & pertranſit maiorem, q̃a eſt manifeſta. D.d. neq̃ habent vltima inſimul. i. q̃ contigua debent habere. cootinua.n. ſicut diximus, contiguabuntur, anteq̃ continuentur.

Oĩa, ex q̃b⁹ cõponit̃ cõtinuum, diuidunt̃ in vltima, et in hñs vltima.

Cõtinua cõtiguant̃, añq̃ continuent̃.

Amplius neceſſe eſt aut cõtinua eſſe puncta, aut tangentia ſe inuicẽ, ex quibus eſt continuum. eadem aũt ratio eſt & in oĩbus indiuiſibilibus. Continua quidẽ non erunt, propter dictam rationem. Tãget autem omne, aut totum totum, aut pars partem, aut totum pars. Quoniam autem impartibile eſt ipſum indiuiſibile, neceſſe eſt totum tãgere totum. totum autem, totum tangens, non erit continuum. continuũ.n. habet hanc quidẽ aliam, illam vero aliam partẽ, & diuidit̃ in ſic * diuerſas, & loco ſeparatas. At vero neq̃ conſequenter erit punctus ad punctum, aut ipſum nunc ad nunc ipſum, vt ex his ſit longitudo, aut tempus. conſequenter.n. ſunt, inter quæ nihil eſt eiuſdem generis. inter pũcta autem ſemper eſt linea, & inter ipſa nunc tempus.

* 2.l. diuiſibiles. primã legit Simp.

Et ſequit̃ neceſſario vt iſta puncta ſint aut contigua, aut continua, ſ. puncta, ex quibus ſit cõtinuum. & iſte ſermo ſequitur in omni indiuiſibili. Sed impoſſibile eſt vt pũcta ſint continua ex punctis. Et contiguatio ſit, aut ita, q̃ aliquid contiguetur ſm totum, aut aliqua pars eius contiguetur cum aliqua parte alterius, aut aliqua pars cũ toto. Et, quia indiuiſibile non habet partem, ſequitur vt contiguetur ſm totum. &, cum aliquod totum cõtiguabitur cum aliquo toto, non fiet ex hoc continuum. qm̃ continuum habet partes diuerſas adinuicem, & diuidit̃ in hmõi partes, & ſegregatas in loco. Et impoſſibile eſt etiã vt punctus ſequatur punctum, aut īſtans inſtans ita, q̃ ex eis fiat longitudo, & tempus. conſequentia.n. ſunt illa, inter quæ nihil eſt vnigeneum. & inter quælibet duo puncta ſemper eſt linea, & inter quęlibet duo inſtantia ſemper eſt tempus.

2 Iſte eſt ſecundus ſyllogiſmus, & componitur ſic. Si continuum componit̃ ex indiuiſibilibus, v.g. punctis, neceſſe eſt, cum continuum cõponitur ex illis, vt ſint, aut continua, aut contigua, aut conſequentia. Deinde excepit ea eſſe continua ex illo, q̃ declarauit in demonſtratione prædicta. & hoc intendebat, cum dixit Sed īpoſſibile eſt vt puncta ſint continua ex punctis. Deinde declarauit q̃ impoſſibile eſt etiã q̃ puncta ſint contigua, & dixit Et contiguatio. & quaſi dicat, &, cum non ſunt continua, remanet vt ſint aut contigua, aut conſequentia; ſed, ſi fuerint cõtigua, neceſſe eſt vt vnũ contiguetur cum alio ſm totum, aut ſm partem, aut vnum ſm totum, & aliud ſm partem. Deinde incœpit deſtruere vnumquodq; iſtorum trium modorum, & dixit Et, cum illud, quod non diuidit̃ non habet partem, &c. i. ſed, quia illud, quod eſt indiuiſibile, non habet partem, impoſſe eſt imaginari aliquem iſtorũ modorum trium, niſi illum, qui eſt ſm totum. qm̃ duo modi reſidui contiguationis nõ inueniuntur, niſi in habẽtibus partem: & indiuiſibile non habet partem. & iſte ſermo eſt in ſecunda figura. Et, cum poſuit q̃, ſi fuerint contigua, neceſſe eſt vt contiguentur ſm totum, induxit impoſſibile, quod ſequitur ex hoc, & dixit &, cum aliquod totum contiguabitur, &c. i. ſed cõtiguatio rei ſm totũ cum alia re ſm totum eſt ſuperpoſitio: & ex ſuperpoſitione nõ fit magnitudo, quæ ante nõ erat, neq; aliquid habẽs partes. vnde ex ſuperpoſitione lineæ ſuper lineam non fit magnitudo in latitudine: cum nõ ſuperponatur, niſi ex parte latitudinis, ſm q̃ eſt linea indiuiſibilis. & ſiſr ſuperpoſitio ſuperficierum non facit profundum. &, quia punctus eſt indiuiſibilis in oĩ parte, non facit aliquid habens partes: & continuum habet partes. Et compoſitio iſtius ſermonis eſt ſic in ſecunda figura. Continuum fit ex rebus, ex quarum continuatione fit magnitudo, & eſt id, quod habet partes: & omne indiuiſibile non fit ex ſua continuatione magnitudo, neq; aliquid habens partes, cum cõtinuatur, qm̃ continuatio, & contiguatio eius nihil aliud eſt q̃ ſuperpoſitio: ergo continuum non componitur ex indiuiſibili. & hoc intendebat, cum dixit quoniam continuum habet partes diuerſas adinuicem, ideſt & ſuperpoſitum non habet partes. D. d. & diuiditur in huiuſmodi partes, &c. i. & continuũ diuiditur in hmõi partes, non ſolummodo in mente, ſed in loco: aut intendit non in qualitate, ſed in quãtitate. Et, cũ deſtruxit cõtinuũ componi ex indiuiſibilibus ſm cõtinuationem, aut contiguationem, & aliquis proteruus poſſet dicere illud cõponi ex illis ſm conſecutionem, incœpit deſtruere iſtũ modum cõpoſitionis, & dixit Et impoſſe eſt etiã vt punctus conſequatur punctũ, &c. & iſte ſermo etiã componit̃ in ſecũda figura ſic. Et conſequentia ſunt illa, inter q̃ nihil eſt vnigeneũ: ſed inter puncta, & inſtantia ſemper eſt aliquid vnigeneum, ſ. puncta, & inſtantia: ergo continuũ nõ componit̃ ex ſequẽtibus. & declarabit̃ q̃ inter q̃libet duo pũcta eſt linea ex hoc, q̃a pũctus non cõtiguat̃ cũ puncto. et hoc declaratũ eſt ex partibus iſtius ſyllĩ, & ex hoc q̃ puncta impoſſe eſt vt ſeparent̃ à linea. & hoc manifeſtũ eſt ex hoc, q̃ puncta ſunt vltima lineæ. & deſtruxit illum modũ ad confirmandũ. qm̃ notum eſt p̃ ſe q̃ continuũ non cõponit̃ ex conſequẽtibus tm̃: q̃a conſequẽtia ſunt nõ cõtigua: & inter illa eſt aliquod heterogeneũ. & impoſſe eſt vt vnũ ſm contiguationẽ cõponat̃ ex diuerſis in ſpẽ. & ẽt impoſſe eſt imaginari q̃ inter conſequẽtia ſit vacuum: qm̃ vacuum iam deſtructũ eſt. & etiã iſtud vacuũ aut eſt indiuiſibile, aut diuiſibile: ſi diuiſibile, tũc illę partes indiuiſibiles erunt vltima eius, & tunc contiguum cõponetur ex vacuo: ſi autem indiuiſibile, & partes ſunt indiuiſibiles, tunc ex eis non fit diuiſibile.

Ex ſuppõne indiuiſibilis ſup īdiuiſibile, ex parte, qua eſt indiuiſibile, non fit diuiſibile.

Amplius autem diuideretur in indiuiſibilia, ſi, ex quibus eſt * vtrunq;, in ipſa diuiditur. ſed nullum eſt continuorum in impartibilia diuiſibile. nullum autẽ aliud genus poteſt eſſe inter puncta, & inter ipſa nunc. ſi. n. erit, manifeſtum eſt q̃ aut diuiſibile, aut indiuiſibile erit. &, ſi diuiſibile, aut in indiuiſibilia, aut in ſemper diuiſibilia. hoc autẽ eſt continuum. Manifeſtum autem eſt quòd et omne continuum eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia. ſi enim in indiuiſibilia diuidetur, erit indiuiſibile indiuiſibile tãgens. vnum enim eſt vltimum continuorum, & tangunt.

* a.l. vnumquodq;. Vnũquodq; in ea diuidit̃, ex q̃bus eſt.

Et etiam, ſi ita eſſet, tũc diuideretur in indiuiſibile, cum in illa, ex quibus componit̃, vtrũq; diuidit̃. ſed iam declarauimus q̃ nullũ continuũ diuidit̃ in aliquod non hñs partes. & impoſſibile eſt vt inter hæc duo ſit mediũ genus. res enim eſt aut indiuiſibilis, aut diuiſibilis. ſi diuiſibilis, aut diuiditur in indiuiſibile, aut in diuiſibile ſemper. & hoc eſt continuum. Et manifeſtum eſt etiam q̃ omne cõtinuum diuiditur ſemper in diuiſibile. continuum. n. ſi diuiditur in indiuiſibile tunc indiuiſibile cõtinuatur cũ indiuiſibili. qm̃ partes cõtinuorum ſunt cõtinuę, & ſunt vnum.

Hæc eſt quaſi alia declaratio ſuper hoc, q̃ continuũ non componitur ex indiuiſibilibus. & iſtæ declarationes ſunt quaſi abundantes. & ipſe procedit ex hoc ad declarandũ q̃ continuum diuidit̃ ſemper in diuiſibilia. 3
Et dixit Et etiam, ſi ita eſſet, &c. i. &, cum etiã manifeſtum eſt q̃, ſi continuũ eſſet cõpoſitum ex indiuiſibilibus, tunc continuũ diuideret̃ in indiuiſibile, i. tunc diuiſio eius perueniret ad partes indiuiſibiles: cum omne cõpoſitum diuidatur in minima eorum, ex quibus cõponitur. & hoc intendebat, cum dixit cum in illa, ex quibus componit̃, &c. i. qm̃, cũ poſuerimus duas partes, quarum vtraq; componitur ex duab⁹ partibus indiuiſibilibus, tunc vtraq; diuiditur in indiuiſibile: cum illa, ex quibus componitur vtraq; pars, ĩ illa diuidetur. Et, cum īduxit ſyllogiſmum hypotheticum, in quo dicit q̃, ſi ita eſſet, &c. deinde induxit categoricum ad probandum conſecutionem in hoc ſyllogiſmo, in quo dixit cum illa, ex quibus cõponitur, &c. deſtruxit conſequens ad concludendum oppoſitum præcedentis: & eſt q̃ continuum non diuiditur in indiuiſibile. & hoc fecit innuẽdo q̃ iſta ſunt manifeſta ex prædictis. Et dixit ſed iam declarauimus quòd nullum cõtinuum, &c. ideſt quoniam, ſi diuideretur in indiuiſibile, tunc indiuiſibile haberet partes: & tunc illud, quod poneretur indiuiſibile, eſſet diuiſibile. Et, cum dixit, q̃ cõtinuum non diuiditur in īdiuiſibile, incœpit declarare quòd ex hoc ſequitur, vt continuum diuidatur ſemper in diuiſibile, & dixit et impoſſibile eſt vt inter hæc duo ſit medium genus, &c. i. inter diuiſibile, & indiuiſibile. D. d. quoniam res aut eſt indiuiſibilis, &c. i. quoniam omnis res neceſſario aut recipit diuiſionem, aut non recipit, &, ſi recipit diuiſionem ſicut eſt diſpoſitio in continuo, aut diuiditur in indiuiſibile, aut in ſemper diuiſibile. D. d. & hoc eſt continuum, &c. i. & iſta eſt deſcriptio continui, ſ. q̃ eſt illud, quod ſemper diuiditur in diuiſibile, vt apparet etiã ex hoc ſermone, D. declarauit

Oẽ compoſitum diuidit̃, & in minima eorũ, ex quib⁹ ipſum cõponit̃. Idem infra. cõ. 81.

mouit quomodo ſequitur hoc ex hoc ſermone, & iterauit ipſum, vt ſit magis manifeſtum, & dixit Et manifeſtū eſt etiam, &c.1.& manifeſtū eſt ex ſermone prędicto, cum poſuerimus q̄ inter illud, quod diuiditur in indiuiſibile, & in diuiſibile, non eſt medium, q̄ oē continuum ſemper diuiditur in diuiſibile. q̄m, ſi diuidatur in indiuiſibile, tunc aliquid indiuiſibile contiguatur cū aliquo indiuiſibili. quoniam cōtinua ſunt contigua: & declaratum eſt q̄ indiuiſibile non contiguatur cum indiuiſibili, quia contigua ſunt illa, q̄ habent vltima alia à ſe: vnde appparet quòd ſunt diuiſibilia.

Magnitudo, tps, & mot° eiuſdē ſūt rōnis, q̄ ad cōponi ex indiuiſibilib°, vł in ea diuidi.

Eiuſdem autem rationis eſt & magnitudinem, & tempus, & motū, ex indiuiſibilibus cōponi, & diuidi in indiuiſibilia, aut nullum.

Et ratio eadem eſt in magnitudine, et tempore & motu, ſcilicet quoniam ſunt compoſita ex indiuiſibilibus, & quod diuiduntur in indiuiſibilia, aut q̄ nullum eorum eſt tale.


4 Dicit Et ratio eadem eſt in hoc, in tribus ſpeciebus continui, ſ. in magnitudine, & motu, & tempore. quoniam illud, quod contingit in aliquo eorum, contingit in reliquis, ſ. q̄, ſi vnum fuerit indiuiſibile, ſequitur vt reliqua ſint indiuiſibilia, ſ. compoſita ex īdiuiſibilibus, &, ſi fuerit vnum compoſitum ex diuiſibilibus, ſequitur vt reliqua ſint talia. Et, cum dixit quòd eadem ratio eſt in eis, incœpit declarare hoc eſſe impoſſibile in motu ad declarandum hoc eſſe impoſſibile in magnitudine. & incœpit prius declarare quòd, ſi magnitudo componitur ex indiuiſibilibus, contingit vt reliqua ſint talia.

Manifeſtum eſt autem ex his. ſi enim magnitudo ex indiuiſibilibus componitur, & motus, qui huius eſt, ex æqualibus motibus erit indiuiſibilibus. Vt, ſi ipſa A B C ex ipſis A B C ſit indiuiſibilibus, & motus in quo D E F, quo motum eſt ipſum P, ſuper dimenſionem A B C, vnamquamque partem habet indiuiſibilem.

Et hoc declarabit̃ ex hoc, quod narrabo: q̄m, ſi magnitudo componatur ex indiuiſibilibus, tunc motus iſtius etiam erit compoſitus ex motibus æqualibus īdiuiſibilibus. V. g. q̄m, ſi magnitudo, ſ. A B C, fuerit compoſita ex partibus indiuiſibilibus A B C, tunc motus per illam D H Z, quo mouebitur K, per longitudinem A B C, quęlibet pars eius erit indiuiſibilis.

In horum librorum figuris hæc obſeruabis. Quoties literas duplicatas, & proximas inueneris, prima quidem textui fideli, ſecunda uero Auerrois textui deſeruiet. ut in hac ſubſcripta figura P litera, quæ prima eſt, & K, quæ ſecunda. Eodem pacto &, ſi unam alteri ſuperpoſitam uidebis, ſuperior primo, inferior ſecundo aptabitur textui. ut in figura. 23. textus E litera, quæ ſuperior, & H, quæ inferior. ſimiliter, & F F; & Z. Quæ autem literæ unæ tantum erūt, eæ utiq; utriq; textui accomodabuntur. Quòd ſi quid peculiare pro aliqua figura fuerit, id ibi propè annotatum reperies.

Demonſtratio, probās q̄ partes motus correſpondent partibus magnitudinis.



Vult declarare q̄, ſi magnitudo componatur ex indiuiſibili, neceſſe eſt etiam vt motus componat̃ ex indiuiſibili. deinde, cum hoc declarauerit, inducet impoſſibile ſequens ex hoc, q̄ motus ſit compoſitus ex indiuiſibili: ex quo declarabitur q̄ neq; magnitudo etiam eſt cōpoſita ex indiuiſibili. & hæc eſt eius intētio. Et manifeſtū eſt q̄, ſi magnitudo fuerit cōpoſita ex indiuiſibili, q̄ motus etiam erit compoſitus ex indiuiſibili. q̄m cauſa cōtinuationis motus eſt cōtinuatio magnitudinis: & q̄ motus eſt ęqualis magnitudini: et partes eius partibus iſtius. Et, quia hoc eſt manifeſtum per ſe, contentus eſt in hac declaratione ſolo exēplo, & poſuit magnitudinem hāc A B C, compoſitam ex tribus magnitudinibus indiuiſibilibus, ſ. A B C. &, cum ita fuerit, manifeſtum eſt q̄ motus per magnitudinem A B C erit æqualis ei, ſilr̃ partes partibus. ponatur igit̃, ſicut dixit, motum D H Z per magnitudinē A B C. & manifeſtū q̄ totus motus D H Z erit æqualis magnitudini A B C, & partes partibus: erunt igitur tres partes motus H D Z æquales tribus partibus magnitudinibus A B C: & partes A B C ſunt indiuiſibiles: ergo partes tres D H Z ſunt indiuiſibiles. & ſic erit pars D æqualis parti A, & H parti B, & Z parti C. et, quia magnitudines ſunt indiuiſibiles, motus erūt indiuiſibiles. Et, cū declarauit quod, cū magnitudo fuerit cōpoſita ex indiuiſibili, q̄ motus erit cōpoſitus ex indiuiſibili, declarauit etiam q̄, cum motus fuerit indiuiſibilis, res mota etiam erit indiuiſibilis, ſ. K. 5

Cū continuationis mot° ē cōtinuatio magnitudīs. Idē c6.?. & 39.&.?3.&. 88.Idem. 8. Ph.t.c.68. &.2.de Ge. cō.62.

Si igitur, præſente motu, neceſſe eſt moueri quippiam, &, ſi mouetur quippiam, neceſſe eſt adeſſe motum, & moueri ipſum erit ex indiuiſibilibus. Per A igitur motū eſt ipſum P, quo D motū eſt motu, B vero, quo ipſum E, & ipſum C ſimiliter, quo F.

Si igitur neceſſe eſt, cum motus fuerit, vt aliquid moueatur, &, cum aliquid mouetur, vt motus ſit, neceſſe eſt vt motum ſit compoſitum ex indiuiſibili. K igitur mouetur perfecte per A motu D, & per B motu H, & per C ſimiliter motum.

Cum poſuit q̄, cum fuerit motus, neceſſe eſt vt res mota ſit, & iam poſuerat quòd mota, quæ ſunt ſuper magnitudinem indiuiſibilem, ſunt indiuiſibilia, ſequitur vt iſti motus indiuiſibiles habeant rem motā. nam omnis motus inuenitur in moto. &, quia iſti motus ſunt indiuiſibiles, neceſſe eſt vt res mota ſit indiuiſibilis, impoſſibile enim eſt vt motum ſit maius motu. Et induxit hunc ſermonem in forma ſyllogiſmi hypothetici, & dixit Si igitur, &c. id eſt ſi igitur neceſſe eſt, cum 6

Impoſſe ē vt motū ſit maius motu.

fuerit

fuerit motus, vt res mota ſit: et poſuerimus motus indiuiſibiles per magnitudinem indiuiſibilem: & res mota non eſt maior motu, neq; magnitudine, per quam mouetur: neceſſe eſt vt res mota primo ſit idiuiſibilis, ex quo ſequitur vt mota compoſita ſint compoſita ex indiuiſibilibus, ſ. mota nõ primo. Deinde dedit exẽplum, & dixit K igitur mouetur, etc. i. K igitur, quod eſt res mota, mouetur ꝑ A indiuiſibile, quod eſt pars A C, motu indiuiſibili, qui eſt pars D Z, ſ. motu D, & mouetur per B, quod eſt pars magnitudinis motu H, & mouetur per partem indiuiſibilem, quæ eſt C, motu indiuiſibili, quod eſt Z K. igitur quod eſt res mota, neceſſario eſt indiuiſibilis.

Si igitur neceſſe eſt id, quod mouetur alicunde aliquo, non ſimul moueri, & motum eẽ, quo mouebatur, qñ mouebat̃: (vt, ſi Thebas quis it, impoſſe eſt ſimul ire Thebas, & iuiſſe Thebas:) ꝑ A igitur impartibile motum eſt ipſum P, quatenus D motus aderat. Quare, ſi poſterius quidem tranſiuit, q̃ tranſibat, diuiſibile vtiq; * erit. cum. n. tranſibat, neq; quieſcebat, neq; trãſierat, ſed in medio erat. Si autem ſimul tranſit, & tranſiuit, id, quod proficiſcitur, cum proficiſcitur, profectum eò erit, & motum, quò mouetur.

* a.l. erit A.

Si igitur neceſſe eſt in moto de vbi in vbi, vt non inſimul moueatur, & iam ſit motum ad illud, ad quod mouebatur: v.g. quoniam ſi aliquis ambulat ad aliquam ciuitatem, impoſſibile eſt ut inſimul ambulet ad illam ciuitatem, & iam ambulauit ad illam ciuitatẽ: & in moto K, per ſpatium A, quod non habet partem, fuit motus exiſtens, ſ. D. Ergo neceſſe eſt, ſi motum non pertranſit ſpatiũ, niſi poſtquam mouetur per illud, vt ſit diuiſibile. quoniam, dum mouetur per illud ſpatiũ, impoſſibile eſt vt ſit quieſcens, aut pertranſeat illud, ſed eſt in diſpoſitione media. Et, ſi inſimul ſunt pertranſire, & pertranſiſſe, tũc ambulans, dum ambulat, iam ambulauit, & peruenit ad illud, quod intendebat, & mouebatur ad illud, quò mouetur.

7 Cũ declarauit ꝙ, cum magnitudo fuerit indiuiſibilis, neceſſe eſt vt motus ſit idiuiſibilis, et moto, ſ. paſſio ſit indiuiſibilis, & ſiſt motum, cũ cauſa cõtinuationis motus eſt continuatio magnitudinis, incoepit declarare impoſſibile, quod accidit ex hoc, ꝙ motum ſit indiuiſibile, et per magnitudinem indiuiſibilẽ, & dixit Si igit̃, &c. i. ſi igitur neceſſe eſt vt in oi motu de loco in locum vt non inſimul moueat̃, & perficiat motum, & perueniat ad locũ, quo mouebatur, dum mouetur: qm̃ motus inuenitur, anteq̃ motus perficiatur. Et, cũ poſuit ꝙ impoſſibile eſt vt res mota moueat̃ inſimul, & ꝙ iam perfecit motum, ſ. ꝙ in eodẽ inſtanti ſunt vera hæc duo: nam inſtans, in quo mouetur per magnitudinem eſt aliud ab inſtãti, in quo perficit̃ motus: dedit exemplum de hoc, & dixit v. g. &c. i. qm̃ inſtans, in quo dr̃ ambulare, eſt aliud ab inſtanti, in quo dr̃ ambulaſſe. Et, cum poſuit hanc propoſitionẽ, quę eſt manifeſta per ſe, coniungit ei propoſitionẽ, quã intendebat deſtruere, & dixit & in moto K, &c. i. &, cum declaratum eſt ꝙ impoſſe eſt vt res mota inſimul pertranſeat ſpatium, & ꝙ iam pertranſiuit ipſum, & fuit poſitum ꝙ motum K, quod eſt indiuiſibile, per ſpatiũ A, quod eſt indiuiſibile, habet motũ exñtem, ſ. Z, qui eſt pars motus D H Z, ergo neceſſe eſt vt iſtud ſpatium ſit diuiſibile, quod eſt contra poſitum: ergo impoſſe eſt vt motus indiuiſibilis ſit per ſpatium indiuiſibile. Et, cum poſuit in hoc ſermone ꝙ qñ K mouetur per ſpatium A B C, quod eſt compoſitũ ex magnitudinibus indiuiſibilibus, quod habet motum per partẽ A indiuiſibilem, & põt aliquis dicere ꝙ K non habet motũ exiſtentem, niſi per totã magnitudinem, non per partes, incoepit declarare ꝙ, cum fuerit motum per totam magnitudinem, ſequit̃ vt habeat motum per vnamquãq; partium, & dixit qm̃ dum mouet̃, &c. i. & neceſſe eſt vt motũ K habeat motũ exñtem ꝑ vnãquãq; illaꝝ partiũ indiuiſibilium. qa motũ K, dũ mouet̃ per illud ſpatium, quod eſt A B C, impoſſe eſt vt quieſcat in vnaquaq; illaꝝ partium. ſed neceſſe vt moueat̃ per vnamquãq; earum. motum. n. dum mouetur, non eſt in eo ex quo, neq; in eo ad quod, ſed ſicut dixit, inter vtrũq;. Et, cum declarauit ꝙ motum indiuiſibile per vnamquãq; partium indiuiſibilium facit motum, dixit Et, ſi inſimul, &c. i. ſi igitur iſtud motum mouebatur per vnamquãq; iſtarum partium indiuiſibiliũ, neceſſe eſt ſm̃ hoc, ꝙ vnaquæq; earum ſit indiuiſibilis, vt inſimul pertranſeat, & ꝙ iam pertranſiuit, ſ. ꝙ inſtans, in quo dicitur ipſum pertrãſire eam, ſit idem cũ inſtanti, in quo dicitur ipſum pertranſiuiſſe. & hoc ſequitur neceſſario propter hoc, ꝙ magnitudo, & mot⁹ ſunt indiuiſibiles. Deinde induxit inopinabile, quod eſt in hoc, & dixit Et, ſi inſimul, &c. i. ex quo ſequitur vt ambulans dicatur vere iam ambulaſſe in loco, in quo ambulat, & in loco, in quo vere dicitur iam ambulaſſe, dicatur vere ambulare. & ſic motus eius erit ocioſus, qm̃, ſi homo, quando ambulat ad balneum, eſt in balneo, motus eius eſt ocioſus: & ſimiliter, ſi ambulat ad balneum, quando eſt in balneo.

Motũ, dum mouet̃, non ẽ in eo, ex q̃, neq; ĩ eo, ad q̃d, ſed inter vtrũq;. Idẽ infra t.c.52. Idẽ. 5. Phy. 59. & 62.

Si hõ, qñ ambulat ad balneum eſt in balneo, motus eius eſt ocioſus.

Si vero per totum A B C moueatur aliquid, & motus, quo mouetur, eſt D E F, per ipſum autem A impartibile nihil mouetur, ſed motum eſt, erit vtiq; motus non ex motibus, ſed ex momentis, & motum eſſe aliqd non motum. A enim trãſiuit non tranſiens. quare erit aliquid tranſiſſe nunquam tranſiens. hoc enim tranſiuit, non tranſiens hoc.

κινημάτων mutatis.

Et, ſi aliquid mouetur per ſpatium A B C, motus, quo mouet̃ eſt D H Z, ſed nihil mouetur oĩno per aliquid, quod non habet partẽ, & eſt pars A, ſed iam mouebatur, motus igit̃ erit cõpoſitus non ex motibus, & aliqd mouet̃, & iam mouebat̃ abſq; eo, ꝙ ſemper mouebat̃, iam. n. pertrãſiuit per ſpatium A, abſq; eo, ꝙ ſit ens. erit igit̃ aliquid, quod iam ambulauit, abſq; eo, ꝙ in omni hora ambulabat. iam. n. ambulauit per hoc ſpatium, abſq; eo, ꝙ fuit ambulãs in hoc ſpatio, ideſt in omni, quod innatum eſt moueri.

Cum induxit impoſſibile, quod ſequitur ex hoc, ꝙ motum indiuiſibile habeat motum per vnamquãq; partium indiuiſibilium, & aduerſarius forte non concedit hoc, licet iam declarauit ipſum, incoepit inducere impoſſibile, quod ſequitur, ſi nõ fuerit motũ ꝑ vnamquãq; eaꝝ, & eſt illud, quod ſequit̃ ex ipſa re. cõtingit 8

enim ei, vt motus per magnitudinem indiuiſibilem ſit compoſitus ex finibus motuum, nõ ex motibus: & eſt aliud impoſſe: aut concedit ꝙ mouetur per vnãquãq; partium: & tunc contingit impoſſibile prædictum, & dixit Et, ſi aliquid mouetur per ſpatium, &c. i. &, ſi poſuerimus ꝙ aliquod idiuiſibile mouetur per totum ſpatium A B C, abſq; eo, ꝙ mouebat̃ per vnãquãq; partium idiuiſibilium A B C, ſequitur vt motus per hãc totam magnitudinem ſit compoſitus ex motibus D H Z. D.d. ſed nihil oĩno mouetur, &c. i. &, cum motus per totam magnitudinem A B C fuerit compoſitus ex motu, qui eſt per magnitudinem A, & per magnitudinem B, & per magnitudinẽ C, & nihil oĩno moueẽ per aliquid, quod non hẽt partẽ, ſed non vere dr̃ de illo, quod moueẽ in vnaquaq; iſtarũ partium indiuiſibiliũ, niſi ipſum iam fuiſſe, i. perficere motum, & quieſcere non moueri, ex quo ſequit̃ vt motus, qui eſt per magnitudinem compoſitã ex idiuiſibilibus, ſit compoſitus ex vltimis motuum, non ex motibus, ſed ex quietibus. & ſm hoc erit aliquid, quod iam mouebat̃, abſq; eo, quod prius moueẽ. Et intendebat hoc, cũ dixit & erit aliqd motũ, & iam mouebat̃, &c. i. contingit. n. in moto per magnitudinẽ A idiuiſibilem vt moueat̃ per illam abſq; eo, ꝙ in alia hora iuiſſet ad ipſam. D. induxit exemplum impoſſibilitatis in hoc, et dixit erit igitur aliquid, &c. ſequitur. n. ex hac poſitione vt ſit aliquid, quod iam ambulauit per aliquod ſpatium abſq; eo, ꝙ in aliqua hora eſſet ambulans ad ipſum, quod eſt valde impoſſibile. D.d. ſed in oĩ, quod innatum eſt moueri, &c. & hoc neceſſe eſt in oĩ, quod innatum eſt moueri, ſ. vt non vere dicatur ꝙ iam eſt motum, niſi poſtquam mouetur, ſ. ꝙ hoc eſt inopinabile in omni, quod innatum eſt moueri, ſ. dicere ꝙ iam eſt motum, abſq; eo, ꝙ prius mouebatur.

Inopinabile ẽ i oĩ eo, q̃d inatũ ẽ moueri, ſ. diceẽ ꝙ iã eſt motũ, añq̃ prius moueretur.

Si igitur neceſſe eſt oẽ, aut quieſcere, aut moueri, quieſcit ſane in vnoquoq; eorum, q̃ ſunt A B C. quare erit aliquid, quod continue quieſcit ſimul, & mouetur. per totũ. n. A B C mouebatur, & quieſcebat ſecũdum quamlibet partem, quare & per totum. Et, ſi indiuiſibilia quidem D E F motus ſunt, motu præſente, continget vtique non moueri, ſed quieſcere. ſin vero nõ ſunt motus, motũ non ex motibus eſſe.

Si igitur neceſſe eſt in quolibet, aut ut ſit quieſcens, aut vt moueatur, ſequitur vt ſit quieſcens in unaquaq; partium A B C. ex quo ſequitur vt aliquid ſit inſimul continue quietum, & moueatur. quoniam eſt motum in toto ſpatio A B C, & quieſcens in unaquaq; partium, ergo ẽ quieſcẽs in toto. Et, ſi partes motus D H Z indiuiſibiles ſunt motus, poſſe eſt ut motus ſit, & nihil moueẽ, ſed eſt quieſcens. &, ſi nõ fuerit motus, poſſe eſt ut motus non ſit cõpoſitus ex motibus.

9 Hic congregat p̃dicta, et vult inducere impoſſibile, quod ſequitur ex oĩbus diuiſionibus, q̃bus vſus eſt in deſtructione eius, quod motus ſit indiuiſibilis, aut cõpoſitus ex indiuiſibili. Et abbreuiatio iſtius ſyllogiſmi eſt talis. Si oĩs res neceſſe eſt vt ſit, aut quieſcẽs, aut mota, tunc motum K indiuiſibile per ſpatium A B C, quorum vnũquodq; eſt idiuiſibile, aut eſt motum per vnãquãq; partium A B C, aut quieſcens, & ſi K iam eſt motum, tunc impoſſe eſt vt moueat̃. qm̃, q̃n aliquid fuerit in indiuiſibili, dr̃ iam eſſe motum. ex quo ſequitur vt aut inſimul moueatur, & iam eſt motum, aut vt ſit motum, abſq; eo, quod prius mouebatur. & totum hoc eſt impoſſibile. Et, ſi non fuerit motum in aliqua hora ꝑ vnãquãq; partium A B C, neceſſe eſt vt ſit quieſcens in vnamquãq; earũ. qm̃, ſi innatum eſt moueri, & non mouetur, erit quieſcens. & ſic motus per magnitudinem A B C eſt compoſitus ex quiete: & erit quieſcens in tota magnitudine, cum eſt quieſcens in vnaquaque partium. ſed poſitũ eſt ipſum moueri per totã magnitudinem. quod eſt inconueniens. Et, cum declarauit impoſſibile, quod ſequitur ex hoc, ꝙ motum ſit quieſcens in vnaquaq; partiũ magnitudinis idiuiſibilis, declarat impoſſe, quod ſequit̃ ex hoc, ꝙ ſit motũ, & dixit Et, ſi partes motus D H Z, &c. .i. impoſſe erit, vt mot⁹ ſit ſine moto. impoſſe. n. eſt, vt motũ moueat̃ ꝑ indiuiſibile, & vl̃r per æquale ſibi, cũ fuerit diuiſibile, nedũ cum fuerit indiuiſibile. &, cum non fuerit motum, erit quieſcens. D.d. poſſe eſt vt ſit motus cõpoſitus nõ ex motibus, ſed aut ex quietibus, aut ex vltimis motuum. & totum hoc eſt impoſſibile. Et, cũ deſtruxit conſequẽs in hoc ſyllogiſmo, quẽ primo poſuit, dicentem ꝙ, ſi magnitudo fuerit indiuiſibilis, ꝙ motus erit indiuiſibilis, i. compoſitus ex indiuiſibili, concluſit oppoſitum p̃cedentis, & eſt ꝙ magnitudo non eſt compoſita ex indiuiſibili. Et iſte ſermo componitur ex ſyllogiſmis hypotheticis, quorũ Primus eſt, Quòd, ſi magnitudo fuerit indiuiſibilis, motus erit indiuiſibilis. Secundus autem eſt, Quòd, ſi motus fuerit indiuiſibilis, motum erit indiuiſibile. Tertius vero eſt, Quòd, ſi motum fuerit indiuiſibile, tunc motum inſimul iam eſt motum, & mouetur, aut motus erit compoſitus ex quietibus.

Qđ ẽ inatũ moueri, & non moueẽ, de neceſſitate quieſcit.

Abbreuiatio tot⁹ ſermonis.

Perinde autem neceſſe eſt atq; lõgitudo, motusq;, indiuiſibile eſſe tempus, componiq; ex ipſis nunc, & his quidem indiuiſibilibus. ſi enim omnis diuiſibilis eſt, in minori autem tempore æque velox tranſibit minus, diuiſibile erit & tempus. ſi autem tempus diuiſibile eſt, in quo fertur aliquid per A, & A erit diuiſibile.

Et ad modum longitudinis, et motus neceſſario ſequitur vt tẽpus ſit indiuiſibile, & cõpoſitum ex inſtantibus, quæ ſunt indiuiſibilia. ſi igitur hoc fuerit diuiſibile, & illud, quod eſt æqualis velocitatis, pertranſit in minori tempore per minus ſpatiũ, tunc tempus erit diuiſibile. &, ſi tempus, in quo illud moueẽ per ſpatium A, fuerit diuiſibile, tunc ſpatium, quod eſt pars A, erit diuiſibile.

Cum declarauit ꝙ magnitudo non eſt indiuiſibilis: qm̃, ſi fuerit indiuiſibilis, motus erit indiuiſibilis: &, ſi motus erit indiuiſibilis, motus non erit: incœpit declarare ꝙ ſiſr declarabitur & ex tp̃e etiam. ſ. ꝙ cum fuerit poſitũ ꝙ magnitudo eſt indiuiſibilis continget in tempore illud, quod contingit in motu, ſ. vt ſit indiuiſibile. ex q̃ accidit vt nõ ſit velocius, & tardius, vt poſt dicet. Et hoc intendebat, cũ dixit Et ad modũ, &c. i. &, ſicut cõtingit in lõgitudine, & motu ꝙ, ſi lõgitudo fuerit indiuiſibilis, ſequiẽ vt motus ſit indiuiſibilis, ſiſr cõtingit in lõgitudine, & tp̃e, ſ. ꝙ, cũ longitudo, ꝑ quã eſt motus, fuerit indiuiſibilis, ſequiẽ vt tẽpus ẽt ſit idiuiſibile, i. compoſitum ex inſtantibus, quæ ſunt indiuiſibilia. 10

ſibilia. Et, cum narrauit q, cũ magnitudo fuerit cõpoſita ex indiuiſibilibus, ſequitur vt tempus ſit cõpoſitum ex indiuiſibilibus, incœpit declarare quõ ſequitur, q, ſi alterum fuerit diuiſibile, reliquum erit diuiſibile, qm̃ hoc declarato declarabiť contrarium, & d. ſi igiť fuerit diuiſibile, &c. i. ſi igiť magnitudo, per quam eſt motus, fuerit diuiſibilis, & ẽ notum per ſe, q illud, quod eſt ęqualis velocitatis, ſi pertranſit p aliquã magnitudinem in aliquo tpe, neceſſe eſt vt ptranſeat per quandã partẽ illius magnitudinis in quodã illius tpis. qm̃, cum magnitudo fuerit diuiſibilis, neceſſe eſt vt tẽpus ſit diuiſibile. nã, cum poſuerimus magnitudinem diuiſibilem, p quam moueť idem motũ in aliquo tpe, poſſe eſt ut moueať p medietatẽ illius ĩ medietate illius temporis: & ſic tempus diuidetur neceſſario. Et, cum dixit & illud, quod eſt æqualis velocitatis, pertranſit, &c. intendit conuerſum. ſ. q illud, quod eſt ęqualis velocitatis, pertranſit ſpatium minus in tempore minori. & propter hoc verificabitur q, cum magnitudo diuiditur, tempus diuiditur. Et forte erat error in ſcriptura. qm̃ in libro Alexan. inuenimus loco iſtius, & in minori æqualis motus pertranſit minus. i. & in minori magnitudine illud, quod eſt æqualis motus, ptranſit per tempus minus. Et forte, cum declarauit q, cũ magnitudo fuerit diuiſibilis, tẽpus erit diuiſibile, declarauit etiam conuerſam, quod intendebat, ſ. q, cum tempus fuerit diuiſibile, magnitudo erit diuiſibilis. & hoc manifeſtum eſt ex hoc. qm̃, cum motum, quod eſt ęqualis velocitatis, mouetur per aliquam magnitudinem, cum diuidit tempus, diuidit magnitudinem. &, cum declarauit q, ſi tempus fuerit diuiſibile, magnitudo erit diuiſibilis, fuit declaratũ q, ſi magnitudo fuerit indiuiſibilis, tẽpus erit indiuiſibile. qm̃ deſtructo cõſequenti ſequiť oppoſitum p̃cedentis. & in hoc capitulo intendebat declarare habitudinẽ, quæ eſt inter ſpatiũ, & tempus, ſicut eſt diſpoſitio inter ſpatium, & motũ.

Caput Secundum. Ad diuiſionem magnitudinis ſequi diuiſionem temporis, & econtra.

Ois magnitudo in magnitudines ẽ diuiſibilis.

QVoniam autẽ omnis magnitudo in magnitudines diuiſibilis eſt: (oſtenſum. n. eſt q impoſſibile eſt ex indiuiduis aliquod continuum eſſe: magnitudo aũt oĩs continua eſt:) neceſſe eſt velocius in æquali tempore maius, & in minori ęquale, & in minori plus moueri: ſicut definiũt quidã ipſum velocius. Sit, n. ipſum, in quo A, eo, ĩ quo B, velocius. qm̃ igitur velocius eſt id, quod prius mutatur, in quo tempore ipſum A mutatũ eſt ab ipſo C in ipſum D, veluti in tẽpore F G; in hoc, ipſum B nondum erit iuxta ip̃m D, ſed citra erit. quare in ęquali tẽpore plus tranſit ipſum velocius.

Et, cũ oĩs magnitudo eſt diuiſibilis in magnitudines: nã declaratum eſt q impoſſe eſt vt magnitudo componať ex indiuiſibilibus: & oĩs magnitudo eſt cõtinua: neceſſe eſt vt velocius in ęquali tpe cũ motu tardiori p maius, & in minori tpe moueať p maius, & ẽt in minori tpe p ęquale: vt qdam determinãt velocius. Sit igĩ A velocius, q̃ B. qm̃ velocius eſt illud, quod citius mutať, & tẽpus, in quo mutať A de C in D, & ſit Z H, non põt in eo B puenire ad D. ergo in æquali tẽpore velocius ptranſit p maius ſpatium.

Demonſtratio, q mobile uelocius moueatur ĩ æquali tempore p maiorẽ magnitudinem, q̃ mobile tardius.

Literam K in Auerrois tantũ cõmento inuenies.



Cum declarauit q magnitudo, & tẽpus conſequuntur ſe in diuiſibilitate, & in indiuiſibilitate, intẽdit declarare quòd per velocius, & tardius, quæ ſunt infinitum in motu, apparet q tempus eſt diuiſibile, et quòd magnitudo eſt diuiſibilis ſemper, & qui aufert diuiſibilitatem à tempore, & à magnitudine, aufert velocitatem & tarditatem, ſ. ponit velociſſimum, quo nihil eſt velocius, & tardiſſimum, quo nihil eſt tardius, & dixit Et, cum omnis magnitudo diuiditur in magnitudinem, i. diuiſibilem. D. d. nam declaratũ eſt, &c. i. qm̃ omne compoſitum diuiditur in ea, ex quibus cõponiť: et eſt declaratum q impoſſe eſt vt aliqua magnitudo cõponatur ex indiuiſibilibus: manifeſtum eſt q oĩs magnitudo diuiditur in magnitudinem, i. diuiſibilem: qm̃ non eſt illic, niſi diuiſibile, aut indiuiſibile. Et, cum poſuit q oĩs magnitudo diuiditur in magnitudinem diuiſibilem, dixit & oĩs magnitudo eſt cõtinua, i. ſequitur ex hoc q oĩs magnitudo diuidať in cõtinuũ. Et, cũ poſuit q oĩs magnitudo diuiditur in cõtinuũ, loco p̃cedentis in hoc ſyllogiſmo induxit conſequens, & dixit neceſſe eſt vt velocius, &c. i. &, cum magnitudo diuiditur ſemper in diuiſibile, & tẽpus, ſequitur vt velocius, & tardius ſit, vt quidam determinãt. velocius. n. dicitur in reſpectu tardioris: et eſt illud, quod pertranſit in tẽpore æquali tẽporis ptranſitus tardioris maius ſpatiũ: imo pertrãſit maius ẽt in minori tpe, & ẽt pertrãſit æquale. Et intendebat p hoc q, cũ velocius hẽat has tres diſpõnes, manifeſtũ eſt q pertranſit ſpatium, per quod moueť tardius, in minori tpe, & ptranſit tardius in tpe æquali motu velocioris per minus ſpatium. Si igiť magnitudo non diuidereť in rem diuiſibilem, nõ eſſet poſſe, cum velocius moueretur p magnitudinem indiuiſibilẽ in aliquo tpe, vt moueretur tardius in illo tempore. qm̃ tunc diuidereť illud, quod non eſt diuiſibile: & ſic deſtrueretur definitio tardioris: & eſt q moueť in tempore, in quo moueť velocius per ſpatium minus. &, cũ deſtruiť definitio tardioris, deſtrueť definitio velocioris: & eſt q moueť in tpe æquali p maiorẽ magnitudinẽ. & tacuit defõnem tardioris, q̃a intelligiť ex definitiõe velocioris, et dixit moueť ĩ mi- 11

Qui aufert diuiſibilitatẽ a tẽpore, et a magnitudine aufert velocitatem, et tarditatem.

nori tempore per ſpatiũ maius: vt appareat ex eo magis q, cum minori tẽpore moueť per ſpatium maius, quãto magis mouebiť in eo per ſpatium æquale. Et, cum declarauit q, ponendo magnitudinem eſſe compoſitam ex diuiſibilibus, uerificabuntur definitiones, quibus definiť velocius, & tardius, incœpit declarare hoc, & primo declarare q velocius pertrãſit in æquali tempore maius ſpatiũ, & dixit Sit igitur A. &c. i. ponanť igiť duo mota, ſ. A, & B, & ſit A velocius B, & moueať per ſpatiũ C D. &, q̃a velocius, ſ. A, peruenit ad D in minori tpe, q̃ tempus, in quo pũenit B, quod eſt tardius, quod eſt velocioris trãslationis, ſit hoc tẽpus Z H. et manifeſtũ eſt q in hoc tpe nõ pũenit tardius de C ad D, ergo nec̃io mouebiť per min⁹ ſpatiũ, q̃ ſpatium C D. ſit igiť C K. ergo velocius eſt illud, quod ſemp mouetur in ęquali tempore per ſpatiũ maius, & tardius per ſpatiũ minus. Et, cũ declarauit hoc p exemplũ, incœpit declarare ẽt q in minori tempore moueť per maius ſpatium: & eſt ſecũda demõſtratio.

At vero & in minori plus. In quo enĩ ipſum A fuit iuxta ipſum D, ipſum B tardius exiſtens erit iuxta E. ergo, quoniam ipm A iuxta ipſum D fuit toto in tempore F G, iuxta ipſum H erit in minori iſto. & ſit in F K. ipſum igitur C H, quod trãſiuit ipſum A, maius ẽ ipſo C E. tempus autẽ, quod ẽ F K, minus eſt toto F G. quare in minori tranſibit maius.

Et etiam in minori tempore ptranſit maius. Ponať igitur q in tẽpore, in quo A peruenit ad D. peruenit B, quod eſt tardius ad K. &, quia A peruenit ad D in toto tempore Z H, peruentus ergo eius ad T erit in minori tẽpore. ſit igiť in tpe Z L. B igitur pertranſit C K in tẽpore Z H, & A pertranſit C T in Z L, ergo illud, quod ptrãſit A, eſt maius q̃ C K. & tp̃s Z L eſt minus, q̃ totum Z L H, ergo ĩ minori tpe pertranſit maius.

Demonſtratio, q mobile uelocius pertranſeat maiorẽ magnitudinem in minori tpe, quam tardius mobile.

F. Z K. L Tempus G. H



Vult declarare etiam per exemplum quomodo ſequitur quòd omne velocius pertrãſeat in minori tempore ſpatium maius, ponendo quòd velocius eſt A, & tardius B. & velocius mouetur per longitudinem C D in tempore Z H. tardius igitur, ſcilicet B, pertranſit in hoc tempore dimenſionem minorem, quàm C D. ſit igitur C K, & ponam⁹ igitur quòd velocius, quod mouetur per longitudinem maiorem C K minore C D. & ſit longitudo C K T. manifeſtum eſt igitur quòd pertranſibit illam in minori tẽpore, quàm tempus, in quo pertranſiuit totum C D, ſcilicet tempus Z H. ſit igitur hoc tempus Z L. ergo A velocius pertranſit in tempore Z L, quod eſt minus tempore Z H, ſpatium C K T, quod eſt maius in ſpatio K C, quod pertranſiuit tardius in tempore Z L H, maius. & hoc intendebat declarare, cum dixit ergo peruentus eius ad T. &, cum intendit peruentum A de C ad T, quod eſt poſitum inter K, & D, ita, q magnitudo C K ſit maior K T, & minor C D, & pertranſitus eius in illa erit in minori tempore, quàm ſit tempus, in quo velocius peruenit de C ad D, & tardius de C ad K. & ſermo reſiduus eſt manifeſtus. Et ex hoc manifeſtũ eſt, q neceſſe eſt vt magnitudo diuidatur ſemper in diuiſibilia: quemadmodum, cum fuerit poſitum quòd magnitudo eſt talis, ſequitur vt velocius, et tardius ſint talia. Sed prima conſecutio eſt conſecutio præcedentis ex poſteriori, Secunda vero eſt poſterioris à priori. & ideo in hac declaratione non eſt contrarietas, vt exiſtimant quidam. 12

Hic cõmẽtator innit apte dari regreſſum. vide cõſilſ. 8. Ph. c. 53. Idẽ hẽ hic infra. cõ. 18. &. 1. de Aia. c. 11.

Manifeſtum autem eſt ex his & quòd ipſum velocius in minore tempore tranſibit æquale. Quoniam enim maiorem in minori tranſit, quàm id, quod tardius eſt, ipſum aũt ſecũdum ſeipſum acceptum in pluri tempore maiorem minori, vt eam, quæ eſt L M, ea, quæ eſt L O, maius vtiq; erit tẽpus Q R, in quo L M trãſit, quàm tempus Q S, in quo lineam L O. quare, ſi tẽpus Q R minus eſt tẽpore Q Y, in quo id, quod tardius eſt, tranſit lineam L O, & tempus Q S minus erit eo, in quo Q Y. nam tempore Q R minus eſt. quod autem minore minus eſt, & ipſum minus eſt. quare in minori mouebitur per æquale.

Et apparet etiam ex hoc, q velocius in minori tẽpore pertranſit ſpatium æquale. Qm̃, cum pertranſit ſpatium longius in minori tempore, q̃ ſit tempus, in quo pertrãſit illud tardius, cum accipitur per ſe, tunc pertranſibit ſpatium longius in maiori tẽpore, quàm tempus, in quo pertranſiuit breuius ſpatiũ, verbi gratia q ſpatium L M eſt lõgius ſpatio L N, & tempus Z H, in quo pertranſit ſpatium L N, eſt maius tempore Z Q, in quo pertranſit ſpatium L M. ex quo ſequitur, ſi tempus Z Q fuerit minus tempore Z H, in quo tardius pertranſit ſpatium L N, vt Z F ſit minus tempore Z H. qm̃ eſt minus tẽpore Z Q, & quod eſt minus minore, eſt etiã minus. ergo neceſſe eſt vt moueatur in tempore minori æqualiter.

Demonſtratio

Demonſtratio, quòd mobile uelocius moueatur per æqualem magnitudinem in minori tẽpore, quàm mobile tardius.



Quãuis iſtæ duæ lræ O, & N ſint ſatis remotæ pria tñ prio, ſecũda vero ſecũdo textui deſeruit.

13 Vult etiam declarare ꝙ velocius pertranſit in tempore minori ſpatium æquale. Qm̃, cum pertranſit in tẽpore minore ſpatium maius, ꝗ̃ illud, quod pertrãſit tardius, neceſſe eſt vt pertranſeat ſpatium, quod pertranſiuit tardius in minori tpe, ꝗ̃ tempus, in quo pertranſiuit maius ſpatiũ: & q^d^ eſt minus minore, eſt minus neceſſario. Et dixit Qm̃, cum pertrãſit, &c. i. qm̃, cũ velocius pertranſit longius ſpatium in minori tpe, ꝗ̃ tp̃s, in quo pertranſiuit illud tardius, vt declaratũ eſt, tunc, cum velocius accipitur per ſe, & fuerit conſyderatum qũo pertranſit vtrũq; ſpatium, ſ. ſpatiũ, quod pertranſit tardius, & ſpatium, quod eſt maius illo, ſm ꝙ velocius pertranſit in minori tpe, tunc pertranſibit ſpatiũ, quod eſt maius, in tpe maiori tpe, in quo pertranſiuit ſpatium breuius, ſ. p quod mouebatur tardius, et, quia maius iſtoꝝ duoꝝ tẽpoꝝ eſt minus tpe, in quo tardius pertranſit illud ſpatium terminatũ, manifeſtum eſt ꝙ minus tempus tpe maiori, & eſt illud, in quo pertrãſit velocius breuius ſpatium, ſ. ſpatium, per quod mouetur tardius, eſt minus multum, ꝗ̃ tempus, in quo ptrãſit illud tardius. D. d. ver. g. &c. ideſt ponatur igitur ſpatium L M, longius ſpatio L N, & ponatur tẽpus Z H, in quo tardius pertranſit ſpatium L N, & tempus Z Q, in quo velocius pertranſit ſpatium L M, maius, & minus, ꝗ̃ tempus Z H, vt prius declaratum eſt. Et, cũ poſuit duo ſpatia inæqualia, & poſuit quòd velocius mouetur per maiorem lõgitudinem in minori tempore, ꝗ̃ ſit tempus, in quo mouet̃ tardius per minorem longitudinem, et accepit loco ſpatij maioris L M, & minoris L N, & loco temporis maioris Z H, & minoris Z Q, dixit ex quo ſequitur, ſi tempus Z Q, &c. i. ſequitur ergo, ſi tẽpus Z Q, in quo velocius mouetur per maiorem magnitudinem, quæ eſt magnitudo L M, fuerit minus tẽpore Z H, in quo tardius mouetur per minorem magnitudinem, ſcilicet per ſpatium L N, vt tempus, in quo velocius mouetur p minus ſpatium, ſcilicet L N, & ſit tẽpus Z F, ſit minus multum, ꝗ̃ tempus, in quo tardius pertranſiuit hoc ſpatium. ſ. minus: & eſt tempus Z H, quia neceſſario erit minus tempore Z Q. cum idem motum mouetur per minus ſpatium in minori tempore, ergo tempus Z F, in quo velocius mouetur per ſpatium, per quod mouetur tardius, eſt minus neceſſario tempore, in quo mouetur per magnitudinem maiorem hac magnitudine: & iam poſuimus ꝙ iſtud tempus eſt minus tempore, in quo tardius mouetur per minorem magnitudinem: ergo tempus, in quo velocius mouetur per minorem magnitudinem eſt minus multum, ꝗ̃ tempus, in quo tardius mouetur per hanc magnitudinem. D. d. ſequit̃ igitur vt moueatur in minori tempore æqualiter, i. declaratum eſt igitur ex hoc, ꝙ poſſibile eſt in velociori, vt pertranſeat ſpatium æquale ei, per quod tardius mouetur in tempore minori, & hoc intendebatur.

Amplius autem, ſi omne neceſſe quidem eſt aut in æquali tempore, aut in minori, aut in pluri moueri, & id quidem, quod in pluri, tardius eſt, quod autẽ in æquali æque velox, velocius autem, neq; æque velox eſt, neque tardius, neq; vtiq; in æq̃li, neq; in pluri mouebitur ipſum velocius, relinquitur igitur in minori. quare neceſſe eſt æqualem magnitudinem in minori tempore trãſire id, quod velocius eſt.

Et etiam, ſi omne motũ neceſſe eſt vt moueatur, aut in tempore æquali, aut in minori, aut in maiori, & illud, quod mouet̃ in tempore æquali eſt æquale ĩ velocitate, & velocius nõ eſt æqualis velocitatis, neque tardius, impoſſibile eſt vt velocius moueat̃ in æquali, aut in maiori tẽpore. ergo remanet vt velocius tranſeat in minori tempore.

Hęc eſt alia declaratio, quod velocius pertrãſit ſpatium ęquale in minori tempore, & compoſitio eius eſt talis. Quælibet duo mota, quæ pertranſeunt idem ſpatium, quorum alterum eſt velocius reliquo, neceſſe eſt vt velocius pertranſeat illud ſpatium, aut in æquali tẽpore tempori pertranſitus tardioris, aut in minori, aut in maiori: ſed impoſſibile eſt vt velocius pertranſeat illud in maiori tempore, quoniam illud, quod mouetur in maiori tempore, eſt tardius: & ſimiliter etiam eſt impoſſibile vt pertranſeat illud in æquali tempore: &, cũ velocius nõ mouetur per illud ſpatium in maiori tpe, neq; in æquali, neceſſario mouetur in minore. 14

Quoniam autem omnis q̃dem motus in tẽpore eſt, & in omni tempore poſſibile eſt moueri: omne autem, quod mouetur, poteſt & velocius moueri, & tardius: in omni tempore erit ipſum velocius moueri, & tardius. His autem exiſtẽtibus, neceſſe eſt & tempus continuum eſſe. Dico autem continuum id, quod eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia. tali enim ſuppoſito continuo neceſſe eſt continuum eſſe tempus.

Om̃e q̃d mouetur, põt et uelocius moueri, & tardi⁹.

Et, quia omnis motus eſt in tempore, & in omni tempore poteſt eẽ motus: & omne motum poſſibile eſt vt moueatur velocius, & tardius: ergo in omni tempore eſt motus tardior, et velocior. Et, cum ita ſit, neceſſe eſt vt tempus ſit cõtinuum. Et intelligo per continuum diuiſibile ſemper in diuiſibile. con-

tinuum

tinuum enim cum tali modo eſt poſitum, neceſſe eſt vt tempus ſit continuum.

Cum prius declarauit ꝙ, ſi magnitudo fuerit diuiſibilis in infinitum, ꝙ velocius, & tardius inueniuntur in infinitum, vult declarare ecōuerſo, & eſt illud, quod intēdit in hoc ſermone: et eſt quòd, ex hoc, ꝙ uelocius, & tardius pertranſeūt in infinitum, ſequitur quòd magnitudo ſemper diuidetur in diuiſibile: & prius declarauit ꝙ, ſi magnitudo fuerit diuiſibilis, quod velocius, & tardius erunt diuiſibilia in infinitum, quia diuiſibilitas magnitudinis eſt cauſa in diuiſibilitate velocitatis, & tarditatis in infinitum, & velocitas, & tarditas ſunt ſigna diuiſibilitatis: & ſigna demonſtratiua ſunt illa, quæ conuertuntur cum ſuis cauſis, ſ. quòd, cum ponatur cauſa, ſequetur ſignum, & econuerſo: & ideo incœpit primo declarare conſecutionem ſigni ex cā, deinde cōſecutionē cauſæ ex ſigno, & dixit Et, quia declaratum eſt quòd omnis motus eſt in tempore: & eſt manifeſtum per ſe ꝙ in omni tempore pōt eſſe motus: & ꝙ oē motū aliquo motu pōt moueri velocius illo motu poſito, & neceſſario cadet in aliqua parte illius tpis: &, cū hoc fuerit poſitū, ſ. ꝙ in oī tpe pōt eſſe motus velocior motu poſito, ita, ꝙ ſit in parte illius tpis: neceſſe eſt vt tp̄s ſit continuum. Qm̄ autem oīs motus eſt in tpe, declaratum eſt in ſermone de tpe. qm̄ in omni motu eſt prius, & poſterius: & prius, & poſterius ſunt in tpe: ergo oīs motus eſt in tēpore. & hoc declarabitur poſt. & induxit hanc ꝓpōnem, ſ. ꝙ omnis motus eſt in tpe. & non eſt contentus hac cōcluſione, quam intēdebat per duas propoſitiones, quæ, vt vr̄, ſufficiunt ad illam concluſionē, ſ. dicentes ꝙ in oī tpe pōt eſſe motus: & ꝙ oīs motus poteſt eſſe velocior, & tardior. qm̄ ex hoc ſequitur ꝙ in oī tpe pōt eſſe motus velocior, et tardior. ſed quia poteſt aliquis dicere, ēt ſi concedamus ꝙ in omni tpe pōt eſſe motus velocior: ſed ille motus velocior cadet non in oī tpe, ſed in inſtanti: iō indiget cōuerſione, ſ. ꝙ oīs motus eſt in tempore. [a] Et quæritur de hac ꝓpōne, dicente ꝙ omne motū pōt moueri motu velociori ſuo motu. Nam declaratū eſt ꝙ mot⁹ motorum naturalium eſt terminatus in velocitate, & tarditate: & cœlū impoſſibile eſt vt ſit velocius, [b] vt poſt declarabitur: ergo ꝓpoſitio, quę ponitur hic poſſibilis, eſt impoſſibilis. Ad hoc aūt dicamus, ꝙ [c] omne motum, ſm ꝙ eſt motum, poſſibile eſt vt moueatur motu velociori ſuo motu, ſm ꝙ eſt motus. Et cauſa ī hoc eſt, qm̄ motus eſt de cōtinuo, & velocitas, quæ eſt in motu, eſt ſimilis diuiſibilitati in cōtinuo. Quēadmodum igitur diuiſibilitas procedit in continuo in infinitū, ſiſr velocitas in motu. qm̄, ſi velocitas finiret̄ in motu, ſm ꝙ eſt motus, eſſet poſſibile motum fieri in inſtanti. & forte propter hoc dixit prius ꝙ oīs motus eſt in tpe. & ſic iſta ꝓpoſitio eſt poſſibilis per ſe, impoſſibilis ꝑ accidens, ſ. quia accidit motui, quod fuit in rebus naturalibus, i. materialibus. Cū igit̄ cōiuncta fuerit huic ꝓpoſitioni ꝓpō, in qua dubitatur, & concludet̄ impoſſe, ſcietur ꝙ illud impoſſe nō ſeqt̄ ex poſſi, ſm ꝙ eſt poſſibile. Et Alexan. reſpondet huic quæſtioni duobus modis, Primo ꝙ corpora cœleſtia, ſm ꝙ mot⁹ eorum eſt voluntarius, poſſunt moueri velocius, et ſi non mouētur. quemadmodum boni poſſunt moueri ad non bonum, licet non moueantur. Secunda reſponſio eſt quòd iſta poſſibilitas nō pendet à moto, ſed à motu. omnis enim motus poſitus in aliquo moto poſſibile eſt, vt imaginetur in alio moto velocior, & tardior, & hoc impoſſibile eſt in eodem moto, cum motus omnis moti eſt terminatus. Nos autem dicamus quòd hæc eſt reſponſio Eudemi. & eſt conſyderandum in hoc, ꝙ dixit corpora cœleſtia poſſunt moueri velocius. Et, cum poſuit hanc propoſitionē, incœpit declarare quō accidit, ſi tēpus & magnitudo fuerint compoſita ex indiuiſibilibus, vt velocitas & tarditas non procedant in infinitum, & dixit continuum enim, cum fuerit tale, neceſſe eſt vt tempus ſit continuum. ideſt qm̄, cum cōtinuum ponatur hmōi, & tēpus etiam fuerit huiuſmodi, ſequitur vt tempus ſit continuum.

Signa demōſtratiua ſunt illa, q̄ cōuertunt cū ſuis cauſis. ſ. ꝙ cū ponat̄ cā, ſequet̄ ſignū & ecōuerſo.

a Digreſſio, qua quæritur, vtrū oē motū ꝑt moueri motu velociori ſuo motu.

b 2. cœ. c. 18

Solutio.

c Oē motū, ſm ꝙ ē motū, poſſe ī vt mot⁹ eius ſit velocior q̄libet motu, ſm ꝙ eſt motus. conſimile. 5. phy. c. 45.


Aliqua ꝓpō ē poſſis ꝑ ſe, & impoſſibilis per accidens.

Quoniam enim oſtenſum eſt ꝙ velocius minori tpe tranſibit æquale, ſit id quidem, in quo A, velocius, id aūt, in quo B, tardius, & ſit motū id, quod tardius eſt, per magnitudinē, in qua C D, in tempore F G, manifeſtum eſt igit̄, ꝙ velocius in minori, q̄ hoc, mouebitur per eandem magnitudinē: & ſit motū in tempore F H. Rurſus autē, quoniā id, quod velocius eſt, in tempore F H tranſiuit totam lineam C D, ipſum tardius in eodem tempore minorem trāſibit. ſit igitur, in qua C K. Quoniam autem ipſum tardius, quod eſt B, in tempore F H ipſam C K trāſiuit, id, quod velocius eſt, in minori trāſibit. quare iterum diuidetur tempus F H. hoc autem diuiſo, & magnitudo C K diuidetur ſecundum eandem rationem. ſi vero magnitudo, & tempus. et ſemper hoc erit, accipiētibus poſt uelocius tardius, & poſt tardius velocius, & eo, quod demonſtratum eſt, vtentibus. diuidet enim id, quod eſt velocius, tempus, tardius autem longitudinem. Si igitur ſemper quidem verum eſt conuerti, conuerſo autem, ſemper fit diuiſio, manifeſtum eſt quòd omne tempus continuum eſt.

Quoniam, cum declarauimus quòd velocius pertranſit in minori tēpore æqualiter, ſit A velocius, et B tardius, et moueatur tardius per menſurā C D in tempore Z H, manifeſtum eſt igitur ꝙ velocius in minori, hoc tempore mouebitur per hanc menſurā. moueatur igitur in tempore Z T. Et etiam, q̄a velocius pertranſit in tempore Z T totum ſpatium C D ideo tardius pertranſit in tempore Z T minus ſpatium, q̄ ſpatium C D. ſit igitur ſpatium C K. Et, quia tardius, ſcilicet B, pertrāſit in tempore Z T ſpatium C K, ideo velocius pertranſit illud in minori. ex quo ſequitur vt tempus Z T ſit diuiſibile. &, cum fuerit diuiſibile, tunc magnitudo C K, erit etiam diuiſibilis ſm illam proportionem. &, ſi magnitudo fuerit diuiſibilis, tēpus etiam erit diuiſibile. & hoc ſequit̄ ſemꝑ, ſi tranſlati fuerimus de velocius in tardius, & econuerſo. nam velocius diuidit tempus, & tardius magnitudinem. Et, cum iſta reflexio ſemper eſt vera, &, cum hoc vſitat̄, ſemꝑ ſequit̄ diuiſibilitas, manifeſtum eſt ꝙ omne tempus neceſſe eſt, vt ſit continuum.

Demonſtratio

Demonſtratio, quòd ſimiliter diuiditur tempus, & magnitudo.



16 Cum poſuit ꝙ velocius ꝑtrãſit magnitudinem, quã pertranſit tardius in minori tpe, & ꝙ tardius ꝑtranſit in illo tpe, in quo pertranſit velocius magnitudinẽ minorem magnitudine, quam ꝑtranſit velocius, & ꝙ velocitas, & tarditas ꝓcedunt in infinitum, concluſit ex hoc quòd diuiſibilitas in magnitudine, et tpe, ꝓcedit ꝑ diuiſionem tpis à velociori, & magnitudinis à tardiori in infinitũ. &, cũ diuiſio eſt in eis ſemꝑ: et hoc eſt, definitio cõtinui: neceſſe eſt vt magnitudo, & tp̃s ſint cõtinua. Et declarauit hoc, ponẽdo ꝙ tardius moueť ꝑ aliquam magnitudinẽ terminatã in tpe terminato, & ꝙ velocius moueť per illam in tpe minori tpe, in quo mouetur tardius, velocius igiť diuidit tp̃s, in quo moueť tardius. &, cũ poſuerimus ꝙ tardius moueť in hoc tpe, in quo moueť velocius per illam magnitudinẽ terminatã, non eſt dubiũ ꝙ mouebitur ꝑ magnitudinem minorẽ illa. &, ſi non, tunc tardius, & velocius moue-renť in eodem tpe per eandẽ magnitudinẽ. &, cum tardius moueť in tpe, in quo uelocius ꝑtranſit minorẽ magnitudinẽ, neceſſario diuidet magnitudinẽ. Cũ igitur poſuerimus ꝙ uelocius moueť per illam magnitudinẽ, per quam tardius moueť, pertranſit ipſam ẽt in minori tpe q̃ minus tp̃s, ſ. q̃ tp̃s, in quo mouetur per illam magnitudinẽ. Et, cum poſuerimus ẽt ꝙ tardius moueť in hoc tpe per illam magnitudinẽ, per quã mouetur velocius, neceſſario moueť per magnitudinẽ minorem illa minore. & ſic in infinitum ſemꝑ velocius diuidit tp̃s, & tardius diuidit magnitudinẽ. Ariſt. vtiť in hoc literis, vt ſit hoc magis manifeſtũ. & ſermo eius in hoc eſt manifeſtus. & intẽdit per reflexionem hic, ꝙ velocius ſemper diuidit tempus, & tardius magnitudinem, & ꝙ hoc eſt quaſi circulare, & reciprocum.

Definitio cõtinui ẽ vt ſit ſemꝑ diuiſibile. conſiſte ſupra cõ. 1.

Ariſt. vtiť in hoc lr̃is, vt ſit hoc magis manifeſtum. Sed vĩ oppoſitũ. 4. phy. cõ. 71. Vide cont. Zim.

Simul autem manifeſtum eſt ꝙ & magnitudo oĩs continua eſt. eiſdem enim, & æqualibus diuiſionibus & tp̃s, & magnitudo diuiditur. Amplius autem & ex conſuetis rationibus dici manifeſtum eſt ꝙ, ſi tempus continuum eſt, ꝙ & magnitudo, ſiqdem in dimidio tempore dimidium tranſit, et ſimpliciter in minori minus. eædem nanque diuiſiones erunt temporis, & magnitudinis.

Eędẽ erũt diuiões tpis, & magnitudinis.

Et cum hoc oĩs magnitudo eſt continua, q̃m eiſdẽ partibus, & æqualibus diuidiť tp̃s, & magnitudo. Et hoc apparet ex hoc, ꝙ homines ſunt aſſueti ad dicẽdum, ſ. ꝙ, ſi tp̃s fuerit continuum, magnitudo ẽt erit continua, cũ dicunt ꝙ in medietate tpis pertranſit medietatem ſpatij, & vr̃r pertranſit in minori tẽpore minus ſpatium. partes enim eędem ponuntur tẽporis, & magnitudinis.

Cum declarauit ꝙ magnitudo, & tp̃s ſunt cõtinua, dicit & apparet ꝙ magnitudo eſt continua ex tpe. magnitudo. n. & tp̃s in diuiſibilitate ſunt in eadẽ diſpõne. appꝫ. n. ꝙ tp̃s, & magnitudo diuiduntˀ eiſdẽ, & æq̃libus partibus, ꝙ cum aliquod motum pertranſit ꝑ aliquam magnitudinem in aliquo tẽpore, pertranſibit in medietate illius temporis medietatem illius magnitudinis, & in medietate illius medietatis medietatẽ illius medietatis. Si igitur medietates procedũt in tempore in infinitum, quia eſt cõtinuum, vt qdam dicũt, in hoc neceſſario ꝓcedunt in magnitudine in infinitũ: q̃m partes in eis ſunt eædem in numero, & proportione. 17

Caput Tertium. Finitum, & Infinitum eodem pacto inueniri in magnitudine, & tempore.

ET ſi alterutrum infinitum eſt, & alterum, & vt alterum, & alterũ. vt, ſi extremis quidẽ infinitũ eſt tp̃s, & longitudo extremis. ſi vero diuiſione, & diuiſione lõgitudo. ſi aũt vtriſq; tp̃s, vtriſq; & * magnitudo.

* al. longitudo.

Et, cum alterum fuerit infinitum, reliquũ erit infinitũ, & ſicut diſpõ alterius in hoc erit diſpoſitio reliqui. v. g. ꝙ, ſi tp̃s ſm vltima eſt infinitum, & ẽt longitudo ſm vltima erit infinita. et, ſi tp̃s ſm diuiſionem erit infinitum, etiam lõgitudo ſm diuiſionem erit infinita. &, ſi tp̃s vtroq; modo fuerit infinitũ, & etiã magnitudo vtroq; erit infinita.

D. & tp̃s, & magnitudo ſequunť ſe adinuicem oĩbus modis, qbus dñr infinita. v. g. ꝙ, ſi tempus fuerit infinitũ ex duobꝰ extremis, lõgitudo ẽt erit ĩfinita ex duobꝰ extremis. &, ſi tp̃s ẽt fuerit ĩfinitũ ſm diuiſionẽ, lõgitudo ẽt erit infinita ſm diuiſionẽ. et, ſi tẽpus fuerit ĩfinitũ vtroq; mõ. ſ. actu, i. duobꝰ extremis, aut altero, & ſm diuiſionẽ, tũc lõgitudo etiã erit infinita vtroq; modo. 18

Quapropter et Zenonis ratio falſum accipit, non eſſe poſſibile infinita pertrãſire, aut tangere infinita ſm vnũquodq;, finito in tẽpore. Dupliciter enim dicitur & longitudo, & tẽpus infinitum, & omnino oẽ continuũ, aut ſm diuiſionẽ, aut extremis. Infinita igiť ſm quantitatem nõ contingit tangere in tẽpore finito: quæ vero ſunt infinita ſm diuiſionem cõtingit. etenim ip̃m tp̃s ſic infinitũ eſt. quare in infinito, & non finito accidit trãſire infinitum, et tangere infinita infinitis nõ finitis. Neq; ergo infinitum põt in tempore finito trãſire, neq; in infinito finitum. ſed, ſi tempus qdem infinitum ſit, & magnitudo erit infinita: & ſi magnitudo, & tempus.

Zenonis ratio.

Continuũ oẽ dupr̃ infinitum.

Et

Et ideo ſermo Zenonis eſt ſermo, in quo accipiẽ falſum: et eſt, ꝙ impoſſibile eſt vt infinitum pertranſeat, aut vt infinita cõtingant ſm indiuidua in tempore finito. Qm̃ lõgitudo, & tp̃s, & vl̃r omne continuum dr̃ infinitum duobus modis, aut ſm diuiſionẽ, aut ſm vltima. Quod aũt eſt infinitum, impoſſe eſt vt tangat in tp̃e finito: quod autẽ eſt infinitũ ſm diuiſionem, poſſe eſt ut tãgat. qm̃ tp̃s eodem modo eſt infinitum. vnde neceſſe eſt, vt infinitum pertranſeat in infinito tp̃e, non infinito, & vt infinita tãgant infinita, non finita. Impoſſe eſt igitur vt infinita pertrãſeat in tp̃e finito, aut vt finitum pertrãſeatur in tẽpore finito. ſed, ſi tempus fuerit infinitum, & magnitudo erit infinita: &, ſi magnitudo fuerit finita, & tempus etiam erit finitum.

19 Et, quia tp̃s, & magnitudo conſequunẽ ſe adinuicẽ ſm modos, quibus dicuntur infinita, aut finita, & hæc dicuntur multis modis, nõ bene dixit Zeno in ſuis ꝓpoſitionibus, quas poſuit in deſtructione motus. dicit enim ꝙ magnitudo, per quã eſt motus, diuidiẽ in duo, & vtraqꝫ in duo, & ſic in infinitum, contingit ꝙ, cũ aliquod motũ mouetur de extremo ſpatij finiti, impoſſibile eſt vt ꝑueniat ad extremũ ſpatij poſiti: quia ꝑtranſit magnitudines infinitas. Et hoc intẽdebat, cum dixit & eſt, ꝙ impoſſe eſt, &c. i. & ex hoc apparet ꝙ ſermo Zenonis in deſtructione motus, collocaẽ in eo falſum. & eſt ꝙ, ſi motus fuerit, poſſe eſt vt motũ pertranſeat ſpatium infinitum, ita, ꝙ vnũ indiuiduum tangat indiuidua magnitudinis ĩfinita in tp̃e finito. D.d. Qm̃ lõgitudo, & tp̃s, &c. i. & ſermo Zenonis eſt corruptꝰ: quia longitudo, & tp̃s, & vl̃r omne continuum videatur dici infinita duobus modis, aut ſm diuiſionem, aut ſm extrema, i. in actu. & hoc itẽdebat, cũ dixit aut ſm vltima. Quod aũt eſt infinitũ ex extremis, impoſſe eſt vt motũ in eo tãgat magnitudines ĩfinitas in tp̃e finito. et hoc intendebat, cũ dixit Quod aũt eſt infinitum impoſſibile eſt vt tangat in tp̃e finito. quod aũt dr̃ infinitum ſm diuiſionem, & finitum ſm extrema, poſſe eſt vt motum in eo tangat partes ſpatij infinitas ſm diuiſionem, in tp̃e infinito ſm diuiſionẽ. Et hoc intẽdebat, cum dixit quod autẽ eſt infinitũ ſm diuiſionem, &c. i. magnitudo aũt infinita ſm diuiſionẽ poſſe eſt vt in ea motũ tangat magnitudines infinitas ſm diuiſionem in tp̃e infinito ſm diuiſionẽ, & finito ſm extrema. Si igiẽ accepiſſet finitum in magnitudine, & tp̃e, eodem modo, tunc ſermo eius eſſet verus. Zeno igitur decipitur

Documẽtũ. in argumentatione, quia vtiẽ noĩe æquiuoco. Et dr̃ ꝙ iſta contradictio eſt contradictio ſm ſermonẽ, nõ ſm rem. quia Ariſt. concedit in hoc falſum: & eſt ꝙ motũ pertranſit de magnitudine, per quam mouetur, partes infinitas. Deinde ex hoc ſequitur verũ: & eſt ꝙ, ſi ꝑtrãſit magnitudines infinitas, ꝑtranſit eas in tp̃e infinito: & ſic deſtruiẽ concluſio eius dicens ꝙ ꝑtranſit magnitudines infinitas in tp̃e finito. in Octauo vero cõtradi-

8.phy.t.c. 67.&.68. cit ei ſm rem: et eſt ꝙ nõ ꝑtranſit medietates infinitas. D.d. vnde neceſſe eſt, vt infinitum ꝑtranſit, &c. i. ſequitur igitur ex hoc, ꝙ diximus, ꝙ infinitũ, quocũqꝫ modo accipiatur, ſiue ſm extrema, ſiue ſm diuiſionẽ, ꝑtrãſeat de tp̃e infinito. ſ. ꝙ, ſi magnitudo fuerit infinita ſm extrema, & tp̃s ſimĩr, &, ſi ſm diuiſionem, & ſimiliter tp̃s: non vt infinitum pertranſeat in finito, vt Zeno fingit. D.d. & vt infinita tãgant, &c. i. & illud, quod ſequitur, eſt vt motum tãgat ſpatia infinita ſm diuiſionem in tp̃ibus infinitis ſm diuiſionem, non infinitis ſm extrema, vt exiſtimauit Zeno. D.d. Impoſſibile igiẽ eſt vt ꝑtranſeat, &c. i. manifeſtum eſt igitur ꝙ impoſſe eſt vt ꝑtrãſeat ſpatiũ infinitũ in tp̃e finito: qm̃ intelligitur de infinito in ſpatio, & in tẽpore eodem modo: & etiã pertranſeat ſpatium finitũ in tempore infinito.


Sit enim magnitudo finita, in quo A B, tp̃s autem infinitũ, in quo C. accipiatur igiẽ tp̃is aliquid finitũ, in quo C D, in hoc ergo tranſibit aliqd magnitudinis: & ſit quod trãſitum eſt, in quo B E. hoc aũt aut menſurabit id, in quo A B, aut deficiet, aut excedet. differt enim nihil. Si enim ſemper æqualem ei, quæ eſt B E, magnitudinem in æquali tẽpore trãnſibit: hoc autem menſurat totũ: finitum erit omne tẽpus, in quo trãſiuit. in æqualia enim diuidetur, ſicut & magnitudo.


Sit igitur magnitudo finita A B, & tẽpus infinitum C D, & ex tempore accipiatur aliquod finitum, & ſit H D. in hoc igitur tẽpore ꝑtranſit quandã partem illius ſpatij. ſit igitur B K: & iſta pars aut mẽſurat A B, aut eſt minor, aut maior. Si igitur magnitudo fuerit æqualis, ſ. B K, ꝑtranſit in tẽpore æquali: & iſta magitudo eſt æqualis toti: neceſſe eſt vt totum tp̃s, in quo pertrãſit, ſit finitum. diuiditur. n. per partes æquales magnitudini.

Demonſtratio Prima, per quam probatur ꝙ, ſi magnitudo eſt finita, ꝙ tẽpus eſt finitum: & ſumitur hæc demõſtratio ex proportione partis ad totum.

Hæc litera D ſuperior ſolo Auerrois textui deſeruit.

C.H Tempus infinitum. D





Vult demonſtrare illud, quod poſuit prius, ſ. ꝙ impoſſibile eſt vt magnitudo finita pertranſeaẽ in tempore infinito, ponendo magnitudinem terminatam, & ꝙ poſſibile eſt vt per illam moueatur aliquid in tempore infinito. deinde abſcidit de illa magnitudine partẽ terminatam, & poſuit ꝙ manifeſtum eſt vt motum moueatur per illam partem magnitudinis in tempore minori, qꝫ in quo mouetur per totum, & illud tempus neceſſario eſt finitum. &, quia motum æqualis velocitatis mouetur per magnitudines æqueles in temporibus æqualibus, neceſſe eſt vt motum moueatur per partes æquales magnitudinis poſitæ, parti poſitæ, & in temporibus æqualibus tempori, in quo pertranſit partem poſitam, et pars poſita magnitudinis, aut mẽſurat magnitudinem, 20

gnitudinem, aut excedit illã, aut diminuitur ab illa: & quomodocunq; fuerit, conſumit illa. Et cũ diuiſio magnitudinis per hanc partem conſumiẽ, & iſtæ partes æq̃les magnitudinis pertranſeuntur in partibus ęqualibus tp̃is, in quo pertranſit totam magnitudinem, & habet eundem numerum, manifeſtum eſt quòd tẽpus eſt finitum. nam illud, quod componitur ex partibus finitis in numero, neceſſario eſt finitũ. Dixit Sit igitur magnitudo finita, &c. i. ponamus igitur magnitudinẽ finitam A B, & pertranſeatur iſta magnitudo, vt dicit aduerſarius in tp̃e infinito, ſ. in tempore C D, quod eſt finitum ex parte D. Et, cum poſuit hoc dubitatum, dixit & accipiatur ex tp̃e, &c. i. poſſibile eſt ut ex hoc tẽpore infinito accipiatur ex extremò finito, ſ. D pars finita. & ſit de H D. hoc igitur tp̃e pertranſit, &c. i. &, cum acceperimus partem finitã ex tẽpore infinito, in quo motum ptranſit totum ſpatium, tunc in hoc tempore, quod eſt pars, pertranſiuit quandã partem illius ſpatij neceſſario. nam poſitum eſt ꝙ pertranſit totũ in tempore infinito: & impoſſibile eſt vt ptrãſeat totum, & partem in eodem tp̃e idem motum æqualis velocitatis, nedum vt pertrãſeat illa in tempore infinito. Et, cum declarauit ꝙ neceſſe eſt vt motum pertranſeat in hac parte temporis finita partem magnitudinis etiam finitã, dicit iſta igiẽ pars aut mẽſurat, &c. i. & iſta pars menſuræ, quam pertranſit in parte tp̃is finita, neceſſe eſt, ſm ꝙ menſura eſt finita, q̃n menſuratur per illam, aut excedat illam, q̃n ex magnitudine remanet minus, quod minus mẽſuratur per illam, aut vt excedatur, q̃n non menſuratur per illam illud minus. Et, cum poſuit quod iſta pars magnitudinis neceſſe eſt vt conſumat p menſurationem totam magnitudinem, incœpit declarare ꝙ illa pars tp̃is, in quo pertranſit illam partem magnitudinis, neceſſe eſt vt conſumat tempus per mẽſurationem etiam, ſ. aut ꝙ menſuret illud, aut ꝙ excedat illud, ſ. tempus, in quo pertranſit illam totam magnitudinem: & omne, quod conſumitur à menſuratione finiti, eſt finitum: ſed poſitum eſt eſſe infinitum. quod eſt incõueniens. Deinde dixit, Si igitur magnitudo, &c. idest ſi oẽs partes æquales parti B K, quæ cõſumunt totam magnitudinem pertrãſit illas motu æqualis velocitatis in tp̃e æquali, neceſſe eſt vt tẽpora, in quibus ptranſit iſtas partes ſint æqualia etiam, & vt numerus earum ſit ſicut numerus partium magnitudinis. &, cũ partes magnitudinis cõſumant magnitudinem, neceſſe eſt vt partes tp̃is cõſumant tp̃s, in quo motum mouetur per totã magnitudinẽ. vnde neceſſe eſt vt tp̃s, in quo pertranſit totam magnitudinẽ, ſit finitum.

Illud, qđ cõponiẽ ex ptibus finitis in numero, neceſſario eſt finitũ. Idẽ cõ. ſequẽti. & c. 60.

Impoſſ ẽ vt ptrãſeat totũ, & ptẽ idẽ motũ æqualis velocitatis, nedu vt ptrãſeat illa i tp̃e infinito.

Oẽ, qđ cõſumiẽ a mẽſuratione finiti, ẽ finitũ. Idẽ. 1. phy. c. 37.

Amplius autem, ſi non omnem magnitudinem in infinito tempore tranſibit, ſed contingit aliquam & in finito tempore tranſire, vt eam, quæ ẽ B E: hæc autem mẽſurabit totam, & æqualem in æquali tranſibit: quare finita erit & tẽpus. Quod autẽ nõ in infinito tranſibit eam, quæ eſt B E, manifeſtum eſt, ſi accipiatur altera ex parte finitum tempus. ſi enĩ in minori partẽ tranſibit, hanc neceſſe eſt finitã eſſe, altero qdẽ termino exiſtẽte.

Et etiam, ſi non omnis magnitudo ptranſitur in tempore infinito, ſicut magnitudo B K: & hoc menſurat totum, & ęqualis magnitudo pertrãſitur in tempore æquali: neceſſe eſt vt tempus etiam ſit finitum. Et apparet quòd pars, quæ eſt B K, non pertranſitur in infinito, ſi poſuerimus ipſam finitam ex altera parte. quoniam, ſi pars pertranſitur in minori tempore, neceſſe eſt vt hoc ſit finitum: quoniam altera pars eſt finis eius.

Demonſtratio Secunda, per quã probatur idem, quod ſupra: & ſumitur ex proportione cuiuſlibet finiti ad quodlibet finitum, aſſumẽdo tempus infinitum, & magnitudinem finitam.



Cum declarauit ꝙ impoſſe eſt vt motum ptranſeat ſpatium finitũ in tp̃e infinito, & poſuit ꝙ pertrãſit partem illius magnitudinis in parte illius tp̃is, & ꝙ illa magnitudo conſumit totam magnitudinem, & ꝙ totum tp̃s diuiditur in tempora æqualia numero magnitudinum, in quas diuiditur magnitudo, cum quælibet magnitudo earum pertrãſeatur in tp̃e finito, & omne, qđ cõponitur ex finito in numero, & magnitudine, eſt finitum, & iſta demonſtratio fundatur ſuper hoc, quod conceditur, ꝙ non oĩs magnitudo pertranſitur in tẽpore infinito, incœpit notificare q̃uo iſtud poſitum eſt neceſſarium in hac demonſtratione, & verificare ꝓpoſitionem, dicentem ꝙ non oĩs magnitudo pertrãſitur in tempore infinito. aduerſarius enim, cum poſuerit ꝙ aliqua magnitudo pertranſitur in tempore infinito, non poteſt ponere hoc, niſi in toto, non in parte. &, ſi non, tunc totum, & pars pertranſirentur in eodem tempore. quod eſt impoſſibile. & hoc eſt eius intentio in hoc capitulo. Et incœpit declarare q̃uo verificabiẽ demonſtratio eius, cum aduerſarius conceſſerit ꝙ non omnis magnitudo pertranſitur in tempore infinito, & dixit Et etiam, ſi non oĩs magnitudo, &c. i. & manifeſtũ eſt ꝙ, cum poſuerimus ꝙ non omnis magnitudo pertranſitur in tempore infinito, verbi. g. magnitudo, quæ eſt pars totius magnitudinis, ſ. B K, & poſuerimus ꝙ iſta magnitudo, quam pertranſit in tempore finito menſurat totum, & poſuerimus ꝙ magnitudines æquales pertranſit illud, quod eſt æqualis velocitatis in temporibus æqualibus, neceſſe eſt vt tempus, in quo pertranſit partem magnitudinis, mẽſuret totum tp̃s, ſicut illa pars magnitudinis mẽſurat totã magnitudinem. &, cũ ita ſit, neceſſe eſt quòd tp̃s, in quo pertranſit totam magnitudinem, ſit finitum. Et, cum poſuerit propoſitiones, ex quibus ſequiẽ vt omnis magnitudo pertrãſeatur in tp̃e finito, & vna earum fuit, ꝙ quædam magnitudines pertranſeanẽ in tp̃e finito, quia aduerſarius forte non concedet hãc, incœpit declarare illam, & d. Et apparet, &c. i. & apparet ꝙ pars magnitudinis neceſſe eſt vt pertranſeaẽ in tp̃e finito, q̃m, cum poſuerimus

21 Cõtinuatio.

Tex. expõ.

tempus


tp̃s finitum ex altero extremo: & eſt extremũ, in quo incœpit motum moueri: & poſuerimus ꝙ motum incœpit moueri in extremo iſtius tẽporis, & extremo illius magnitudinis, & pertranſiuit ex illo aliquam partem: manifeſtum eſt ꝙ pertranſiuit iſtam partem in tẽpore finito. nam notum eſt per ſe ꝙ in minori tempore pertrãſitur pars, q̃ tempus, in quo pertrãſitur totum: & minus, q̃ infinitum, eſt finitum neceſſario. D. d. ergo neceſſe eſt vt ſit finitũ, &c. i. qm̃, cũ poſuerimus tp̃s finitum ex altero extremo, ſ. ex vltimo, ex quo motũ incœpit pertrãſire ſpatium, & poſuerimus ipſum pertrãſire partes magnitudinis, & totum tp̃s partis diſtinguetur per duo vltima, ſ. vltimum, ex quo motum incœpit moueri ex extremo magnitudinis, et vltimum, ſ. ad quod ꝑuenit motum ad vltimam partẽ magnitudinis. & poſuit tp̃s finitum ex altero extremo. qm̃ difficile eſt, aut impoſſe imaginari ꝙ aliquod motũ pertranſeat magnitudinem finitã ex vtroq; extremo, tp̃e infinito ex vtroq; extremo. nam illud tp̃s manifeſtum eſt ꝙ eſt finitum ex extremo, in quo incœpit motum moueri, & ex extremo magnitudinis.

Notã ẽ ꝑ ſe ꝙ in minori tp̃e ꝑtranſi ꝑs, q̃ tp̃s, i q̃ ꝑtrãſi totũ: & minus, q̃ infinitũ, eſt fi nitũ neceſſario.

Eadem autem demonſtratio eſt, etiam ſi lõgitudo quidem infinita ſit, tempus autem finitũ. Manifeſtum eſt igitur ex dictis quòd neq; linea, neq; planum, neq; omnino continuorũ vllum eſt indiuiduum, nõ ſolum propter id, quod nunc dictum eſt, ſed & quia accidet diuidi indiuiduum.

Et iſta eadem demõſtratio ſequitur, ſi magnitudo fuerit infinita, & tempus fuerit finitum manifeſtum. Manifeſtũ eſt igitur ex dictis ꝙ neq; linea, neq; ſuperficies, neq; aliqđ continuũ eſt indiuiſibile. & declaratio illius eſt ex hoc, quod nunc diximus, & ex hoc, ꝗa ſequitur ꝙ indiuiſibile ſit diuiſibile.

Demonſtratio, probans idem, quod ſupra, aſſumendo tempus finitum, & magnitudinem infinitam.



22 Ideſt, demõſtratio, per quam declarai ꝙ impoſſibile eſt vt ſpatium finitum pertranſeat in tp̃e infinito, ꝑ illam eandẽ declarabitur ꝙ impoſſe eſt ẽt, vt aliqđ motum pertranſeat magnitudinem infinitã in tp̃e finito. qm̃, qñ idẽ motũ pertranſibit illã magnitudinem infinitam in tẽpore finito, neceſſario pertranſibit partem illius magnitudinis in parte illius temporis. & illa pars conſumet totum tempus, & menſurat illud, cum fuerit finitum, & in tẽporibus ęqualibus finitis pertrãſit motum magnitudines æquales ſm̃ numerum temporum: ex quo ſequitur vt tota magnitudo ſit finita. D. d. Manifeſtum eſt igitur ex dictis, &c. i. declaratum eſt igitẽ ex dictis quòd impoſſibile eſt, vt aliquod continuum componatur ex indiuiſibilibus, verbi gra. linea, aut ſuperficies, aut corpus, aut tempus, aut motus. D. d. & declaratio illius, &c. i. ex demõſtrationibus prædictis. illa enim, ex ꝗbus declarauit ꝙ magnitudines non ſunt indiuiſibiles, ſunt tria genera, quorum Vnum eſt ex natura cõtinuorum, & contiguorum: Secundum autẽ eſt ex natura moti, & motus: Tertium autẽ ex natura velocioris, & tardioris. Et ipſe vult etiã inducere aliã demõſtrationem ex natura velocioris, & tardioris, in qua declarat ꝙ qui ponit magnitudinem indiuiſibilẽ continget ei ex velociori vt diuidatur. & hoc intendebat, cum dixit &, quia ſequitur vt indiuiſibile ſit diuiſibile. i. et hoc apparet etiam, ſm̃ ꝙ declarabitur. quoniã ſequitur vt indiuiſibile ſit diuiſibile.

Illa, ex ꝗbus Ariſt. declarauit ꝙ magnitudines nõ ſunt indiuiſibiles, ſũt tria genera.


Quoniam enim in omni tẽpore velocius, & tardius eſt, velocius autem plus tranſit in æquali tempore, contingit autẽ & duplam, & ſeſquialteram trãſire longitudinem. (erit enim hæc ratio velocis.) Feratur igitur id, quod velocius eſt per ſeſquialteram in eodẽ tẽpore, & diuidantur magnitudines, eæ quidem, quæ velocioris ſunt, in quo A B, B C, C D in tres impartibiles, quæ vero ſunt tardioris in duas, in quibus E F, F G, itaque & tempus diuidet in tria impartibilia. æqualem enim in æquali tempore tranſibit. Diuidatur igitur tempus in K L, L M, M N. Rurſus autem quoniam tardius delatum eſt per E F, F G, & tempus diuidetur in duas partes. diuidetur ergo id, quod indiuiduum, & quod impartibile non in impartibili tranſibit, ſed in pluri. Manifeſtum eſt ergo ꝙ nullum eſt continuorum impartibile.

Velocius in æquali tẽpore maius ſpatiũ ꝑtranſit.

Quoniam, quia in omni tempore inuenitur velocius, & tardius, & velocius pertranſit maius in æquali tempore, & poteſt tranſire longitudinem duplam longitudinis, aut æqualem, & dimidiam, contingit ex hoc vt velocitas ſit in hac proportione. Ponatur igitur quòd velocius pertranſeat æqualem, & dimidium illius, quòd pertranſit alterum in æquali tempore, & diuidamus menſuras velocioris, ſcilicet A B C, in tria indiuiſibilia, & menſuras tardioris in duo, ſcilicet H Z, ergo neceſſe eſt etiam vt tempus diuidatur in tria tempora indiuiſibilia. menſura enim æqualis pertranſitur in tempore æquali. Diuidemus igitur tempus in Q M N. Et etiã, quia tardius pertranſit ſpatium H Z, neceſſe eſt etiam vt tẽpus diuidatur in duo æqualia. ergo diuiditur illud, quod eſt indiuiſibile, quoniam pertranſitus eius nõ erit in tempore indiuiſibili, ſed in maiori q̃ tẽpus velocioris. Manifeſtum eſt igitur ꝙ nullum continuum eſt indiuiſibile.

Demonſtratio

Demonſtratio, ꝙ nullum continuũ eſt compoſitum ex indiuiſibilibus, quia accideret indiuiſibile diuidi.



23 Iſta declaratio fundatur ſuper propoſitiones, quarum vna eſt, ꝙ velocius pertrãſit in æquali tp̃e maius ſpatium, q̃ illud, quod pertranſit tardius. &, cum ita ſit, & velocius, & tardius ſunt multis modis, poſſibile eſt, cum poſuerimus ꝙ aliquod tardius mouetur per aliquod ſpatium in aliquo tempore, inuenire aliquod velocius, quod mouetur illo tempore per æquale, & dimidium illius ſpatij, & ꝙ motum pertranſit medietatem ſpatij, per quod mouetur in medietate illius temporis. Et, cum declarauit hoc, poſuit aliquod tardius, quod mouetur per aliquod ſpatium compoſitũ ex duabus partibus indiuiſibilibus in aliquo tempore, & poſuit aliquod velocius moueri io illo tempore per æquale, & dimidium illius ſpatij. & hoc poſſibile eſt. vnde neceſſe eſt vt ſpatium, per quod mouetur hoc velocius, componatur ex tribus partibus indiuiſibilibus: cum proportio trium ad duo ſit ſexquialtera. &, quia tempus, in quo pertranſitur magnitudo, eſt ęquale magnitudini, & diuiſibile in partes æquales numero partibus, quibus diuiditur magnitudo, vt declaratum eſt ex prædicta demõſtratione, ſequitur vt illud tempus, in quo velocius pertranſit magnitudinem compoſitam ex tribus magnitudinibus indiuiſibilibus, ſit etiã compoſitum ex tribus temporibus ĩdiuiſibilibus. Et, quia tardius pertranſiuit in hoc tempore magnitudinem compoſitam ex magoitudinibus iodiuiſibilibus, pertranſibit medietatem iſtius magnitudinis compoſitæ ex duabus partibus indiuiſibilibus, in medietate illius temporis. Et, quia iſtud tempus componitur ex tribus partibus indiuiſibilibus, ſequitur vt pertranſeat illam in parte, & dimidia temporis: & ſic diuiditur indiuiſibile. Et hoc inteodebat, cum dixit Et etiã, quia tardius, &c. i. quando tardius pertranſit medietatem ſpatij H Z. quooiam notum eſt quòd, cum aliquod notum pertraoſit aliquod ſpatium in aliquo tempore, quòd pertranſibit medietatem illius ſpatij in medietate illius temporis. Et etiam, ſi poſuerimus hoc motum tardius moueri per totum ſpatium, per quod velocius mouetur, pertranſibit illud in maiori tempore, & mouebit in medietate illius tp̃is per medietatẽ illius ſpatij compoſiti ex tribus partibus indiuiſibilibus. & ſic diuiditur indiuiſibile. & hoc intendebat, cum dixit quoniam pertranſitus eius non erit in tempore æquali in tp̃e maiori, nedum vt ſit in tempore indiuiſibili.

Summa Secunda. Motum non momento, ſed tempore menſurari: ſimiliter & Quietem.

Caput Primum. Ipſum Nunc indiuiſibile eſſe.

NEceſſe aũt eſt & ĩpm Nũc, quod nõ ſm alterũ, ſed p ſe, & primũ dr̃, indiuiſibile eſſe, & in oi tp̃e tale ineſſe. Eſt. n. vltimũ quoddam p̃teriti, cuius verſus hęc nihil futuri eſt: & rurſus futuri, cuius verſus illa nihil eſt præteriti: quod vtique diximus vtrorumq; eſſe terminum.

Et neceſſe eſt vt Inſtans ẽt, quod non dr̃ p aliud, ſed per ſe, & principal̃r, ſit indiuiſibile, et quod eſt in toto tp̃e vnum vno modo. Eſt enim vltimum eius, quod fuit, & nihil ex eo eſt futuri: & eſt vltimũ futuri, & nihil ex eo eſt eius, quod fuit: & hoc eſt, quod diximus quòd eſt extremum vtriuſq;.

Vult declarare ꝙ inſtãs, quod dr̃ finis p̃teriti, & principium futuri, eſt vnum indiuiſibile ſm ſubiectum, ſed eſt diuiſibile ſm rationem, ſ. ꝙ vltimum præteriti non eſt aliud in ſubiecto à principio futuri. Et, quia inſtans in rei veritate dicitur de illo, quod non diuiditur oĩno, & dicitur trãſumptiue de tp̃e breui, in cuius medio eſt hoc inſtans, quod vulgus appellat tempus præſens,[a] & hoc tempus in rei veritate componitur ex duobus tẽporibus, ſ. p̃terito et futuro, dixit Et neceſſe eſt vt inſtans ẽt, &c. i. p̃ſeruando ſe ab iſto tempore, de quo dicitur inſtans non principaliter. D. narrauit ꝙ verũ inſtans neceſſe eſt vt ſit indiuiſibile, & vt ſit vnum in toto tempore. Et, cum narrauit ꝙ neceſſe eſt vt ſit vnũ indiuiſibile, incœpit declarare hoc, et dixit Eſt enim vltimũ, &c. i. & neceſſe eſt vt ſit indiuiſibile: quia eſt vltimum finis tẽporis p̃teriti, et non eſt pars temporis futuri: & eſt etiam principium temporis futuri, & nõ eſt pars tẽporis p̃teriti. D. d. & hoc eſt, qđ diximus, &c. i. & iſtud ioſtans eſt illud, de quo diximus, cũ locuti fuimus de tempore, ꝙ eſt extremum tp̃is præteriti, & futuri, ſ. finis præteriti, & principium futuri. 24

Inſtãs ẽ indiuiſibile ſm ſubm, & diuiſibile ſm rõnẽ. Idem. 4. phy. cõ. 121.

Inſtãs dr̃ vere, & trãſumptiue. Idẽ infra. 54.

a Tp̃s p̃ns in rei veritate componit ex duobus tp̃ibus, ſ. p̃terito, & futuro.

Hoc autem, ſi demonſtretur ꝙ huiuſmodi eſt per ſe, & idem, ſimul manifeſtum erit & quod indiuiſibile eſt.

Et, cũ declaratum eſt in hoc ꝙ eſt tale, & ꝙ eſt vnũ, apparebit cũ hoc ꝙ eſt indiuiſibile.

Et, cum declaratum eſt ꝙ verum inſtans eſt tale, ſ. ꝙ non eſt pars tp̃is præteriti, aut futuri, manifeſtum eſt ꝙ eſt vnum, & quòd cum hoc eſt indiuiſibile. Et non intendit ꝙ, cum fuerit declaratum ꝙ eſt vnum, apparebit per medium, quod eſt indiuiſibile. quoniã ſcire ipſum eſſe vnum, & ſcire ipſum eſſe indiuiſibile eſt in eodem ordine. & ideo dixit apparebit cum hoc. nã aliquis põt dicere, etiã ſi concedamus ꝙ inſtans eſt indiuiſibile tñ non cõcedemus ꝙ eſt vnum, ſed duo: vnũ finis p̃teriti: & ſecũdũ principium erit futuri: & ambo ſunt indiuiſibilia. Cum igitur apparet quod eſt unũ, declarabitur cũ hoc ꝙ eſt indiuiſibile ſm dualitatẽ. Hoc igitur, quod declarauit hic de indiuiſibilitate, eſt aliud ab illo, quod declarauit in tempore, & fundatur ſuper duo fundamenta: quorum Vnũ eſt ꝙ inſtans non eſt pars p̃teriti, aut futuri: Secundum vero eſt ꝙ indiuiſibile non continuatur cũ indiuiſibili. Et, cum narrauit ꝙ, cum 25

Scire inſtãs eẽ vnum, & ſcire inſtans eẽ indiuiſibile ẽ ĩ eodem ordiẽ. p hoc vide com. 3. quarti meta.

q, cum inſtans fuerit tale, neceſſe eſt vt ſit vnum, non diuiſibile in duo. nam declaratum eſt quòd in ſe nõ eſt diuiſibile. ſed quęritur hic quare non diuiditur in duo. & ideo incepit declarare hoc, & dixit.

* a. l. autem.

Neceſſe eſt * igitur idẽ eſſe ipſum nunc, quod vltimũ vtrorũq; temporũ eſt. Si enim alterum eſt, cõſequenter nõ erit alterum alteri, ꝑpterea q cõtinuum nõ eſt ex impartibilibus. ſi aũt ſeorſum eſt vtrunq;, inter ea erit tempus. omne enim continuum huiuſmodi eſt, vt aliqd ſit vniuocum inter fines. At vero, ſi tempus medium eſt, diuiſibile erit. omne enim tempus oſtẽſum eſt q diuiſibile ſit. quare diuiſibile erit ipſum nunc. Si autem diuiſibile eſt ipſum nunc, erit aliquid præteriti in futuro, & futuri in præterito. ſecundum quod enim diuidetur, hoc terminabit præteritum, & futurum tempus.

Et neceſſe eſt vt inſtans, quod eſt vltimũ duorum temporum ſit vnum. Qm̃, ſi fuerit vnũ poſt aliud, impoſſibile eſt vt vnũ ſequatur aliud, quoniã tunc continuum erit cõpoſitum ex indiuiſibilibus. &, ſi vtrunq; fuerit ſeparatum à reliquo, tunc inter illa erit tempus. quoniã hæc ẽ diſpoſitio cuiuslibet cõtinui. ergo neceſſe eſt vt inter duo extrema ſit aliquod vnigeneum. Sed, ſi inter duo extrema fuerit tempus, diuidetur. nam declaratũ eſt q omne tempus eſt diuiſibile. et ſic inſtãs erit diuiſibile. Et, ſi inſtans fuerit diuiſibile, ſequitur vt aliquod præteritum ſit in futuro, & aliquid ex futuro ſit in præterito. quoniã vbi hoc diſtinguitur, illic eſt differentia inter præteritum tempus, & futurum.

26 Et, cum hoc ſit declaratum, neceſſario ſequitur vt inſtans, quod eſt finis præteriti, & principium futuri, ſit idem indiuiſibile, niſi ſm definitionem tm̃. Et, cum narrauit q eſt vnum, dedit rationem ſuper hoc, & dixit Quoniam, ſi fuerit vnũ poſt aliud, &c. i. quoniã, ſi finis præteriti fuerit vnum inſtans, & principium futuri fuerit aliud inſtans, neceſſe eſt, aut vt inſtãs ſequatur inſtans, & tangat ipſum, aut vt alterum nõ tangat reliquum. ſed impoſſibile eſt vt alterũ tangat reliquũ: quoniam tunc continuum eſſet compoſitum ex indiuiſibilibus. quod eſt impoſſibile. et etiam impoſſibile eſt vt alterum ſit ſeparatum à reliquo non tangẽs: quoniã tunc ſequitur vt inter illa ſit tempus. nam impoſſibile eſt vt continuum ſit compoſitum ex ſegregatis, inter quæ impoſſibile eſt vt ſit aliquid heterogeneũ. & hoc intendebat, cum dixit qm̃ hæc eſt diſpoſitio cuiuslibet continui, &c. i. qm̃ in omni continuo neceſſe eſt vt inter duo vltima poſita ſit aliqd de genere illorum duorum vltimorum. Si igitur fuerint puncta, neceſſe eſt vt inter illa ſit linea: &, ſi ſuperficies, neceſſe eſt vt inter illas ſit corpus: &, ſi lineæ, neceſſe eſt vt inter illas ſit ſuperficies: &, ſi inſtantia, neceſſe eſt vt inter illa ſit tempus. vltima enim non inueniuntur niſi in habentibus vltima, ſ. quòd puncta non ſunt niſi in linea, & inſtantia in tempore. Et impoſſibile eſt vt continuum componatur non ex ſuo genere, aut ex rebus ſeparatis: & etiam impoſſibile eſt vt vltima ſegregentur. D. dicis

In omni cõtinuo neceſſe eſt vt inter duo vltĩa poſita ſit aliqd de genere illorum continuorum.

Sed, ſi inter duo extrema fuerit tempus, &c. ideſt, nam poſitum eſt quòd inſtans eſt indiuiſibile: quoniã non eſt pars temporis præteriti, aut futuri. Deinde induxit impoſſibile, quod ſequitur, ſi fuerit diuiſibile, & dixit Et, ſi inſtans fuerit diuiſibile, &c. i. qm̃ inſtans, ſi ponatur tempus, diuidetur per verum inſtans in præteritum, & futurum. &, quia eſt terminus inter præteritũ & futurum, vt deſcribitur, neceſſe eſt vt pars præterita, quæ eſt in eo, ſit futura: quia diſtinguetur ab vltimo, quod eſt inter tempus præteritum, & inſtans diuiſibile. Et ſimiliter ſequitur vt pars futura ſit præterita. qm̃ erunt illic tria vltima, ſcilicet vltimum, per quod diuiditur inſtans, & vltimum, per quod continuatur cum præterito, & vltimum, per quod cõtinuatur cum futuro. Et vniuerſaliter, cum illud tempus accipitur, ſm quòd eſt poſt præteritum, erit futurum, & cum accipitur, ſm quòd eſt ante futurum, erit præteritum. & ſimiliter partes eius, qm̃, cum diuiditur in duo, diuidiť in præteritum, & futurum: & vtrunq; eſt præteritum, & futurum inſimul, quod eſt impoſſibile.

Simul aũt, nec ꝑ ſe erit ipm nũc, ſed ꝑ alterũ. diuiſio. n. non eſt ipſius, quod ꝑ ſe eſt. Ad hęc aũt ipſius nũc hoc qdem ꝑteritum erit, illud aũt futurũ, & nõ ſemper idem ꝑteritum, aut futurũ. Neq; igitur ipſum nũc idem: multipliciter enim diuiſibile eſt tempus.

Et erit cum hoc inſtans nõ illud, quod eſt per ſe, ſed illud, quod eſt alio modo. diuiſio enim non eſt ei in ſe. Et cum hoc inſtans non habet quandam partem præteritam, & quandam futuram, & quod eſt vnum non fuit, & erit. Et inſtans nõ erit idem: tempus enim diuiditur in multis diuiſionibus.

Cum declarauit q vnum impoſſibilium contingentium ponentibus q inſtans eſt tempus, eſt, vt ſit pars futuri præterita, & pars ꝑteriti ſit futura, incepit inducere aliud impoſſibile, et dixit Et erit cum hoc inſtans, non illud, quod eſt per ſe. ideſt, & cum hoc inſtans non eſt inſtans, quod eſt per ſe primo, & principaliter, ſed illud, quod dr̃ ſm ſimilitudinem. D. d. diuiſio enĩ, etc. i. & iſta impoſſibilia contingunt ponentibus q inſtans eſt tempus: quia diuiſio non eſt in eſſentia, i. in natura inſtãtis, niſi per accñs, cũ ſit terminus inter ꝑteritũ, & futurũ. D. induxit ẽt aliud ĩpoſſibile, & dixit Et cum hoc, &c. & ẽt ſequitur tertium impoſſe, ſi inſtans fuerit tẽpus, ſ. vt quædam pars inſtãtis ſit ꝑterita, & quædã ſit futura, & vnius quædã pars nõ eſt futura, & quędã pręterita. nam vtraq; pars nõ eſt: & impoſſe eſt ut vnũ ens componatur ex duobus non entibus. Deinde induxit quartam rõnẽ, & dixit Et inſtans non erit idẽ. i. & impoſſibile eſt, ſi inſtans fuerit tẽpus, vt ſit indiuiſibile: nam omne tempus eſt diuiſibile. 27

Diuiſio non eſt i eẽntia, i. in nã iſtãtis, niſi ꝑ accñs. qđ qño ſit intelligẽdũ vide. 4. phyſi. cõ. 121.

Quare, ſi impoſſe eſt hęc ineſſe ipſi nũc, neceſſe eſt idẽ eẽ qđ in vtroq; eſt nũc. At vero, ſi idẽ eſt, manifeſtũ ẽ q & ĩdiuiſibile eſt. ſi. n. diuiſibile ẽ, rurſus accidẽt eadẽ, q̃ & prius.

Cũ igiť iſta ſunt impoſſia, neceſſe eſt vt inſtans ſit idẽ, ſ. inſtans, quod eſt in vtroq;. Sed, ſi fuerit idem, manifeſtũ eſt q eſt ẽt indiuiſibile. qm̃, ſi fuerit diuiſibile, ſequunť ex hoc ẽt illa, quæ prius ſequebantur.

Cum declarauit primo q inſtans impoſſibile eſt vt diuidatur in indiuiſibile, deinde declarauit ſecundo q 28

impoſſibile

impoſſibile eſt etiam vt diuidatur in diuiſibile, dixit Cum igitur iſta ſunt impoſſibilia, &c. ideſt et, cum iſta impoſſibilia p̄dicta ſequantur ponentes ꝙ inſtans eſt diuiſibile, ſiue indiuiſibile, neceſſe eſt vt inſtans ſit idē, ſcilicet inſtans eõe vtriq; tpi p̄terito, & futuro. & hoc intendebat cum dixit. ſ. inſtans, quod eſt in vtroq; .i. inſtans, quod eſt dr̄ ta cõis vtriq; tpi. Et, cum declarauit ꝙ neceſſe eſt vt ſit idem, quia eſt indiuiſibile, declarauit ēt cõuerſam, ſ. ꝙ, cum fuerit idem, ſequitur vt ſit indiuiſibile. & quaſi intēdebat ꝙ conuerſio eſt manifeſta per ſe: & ipſum eſſe indiuiſibile nõ eſt manifeſtum per ſe, & ideo dixit Sed ſi fuerit idem, &c.


Caput Secundum. Quod in ipſo Nunc nihil nec moueatur, nec quieſcat.


QVod igitur ſit aliqd in tp̄e indiuiſibile, quod dicimus eſſe ipſum nunc, manifeſtum eſt ex ijs, quæ dicta ſunt. Quod autem nihil in ipſo nũc moueẽ ex his manifeſtum eſt. Si enim eſt, contingit & velocius moueri in ipſo, et tardius. Sit igiẽ ip̄m nunc, in quo N. moueaẽ aũt in ipſo id, quod velocius eſt, per lineam A B. ergo quod tardius eſt in eodē per minorē ea, quę eſt A B, mouebiẽ, vt p̱ A C. q̄m ãt tardius ĩ toto ipſo nũc motũ eſt per A C, velocius in minori, q̄ hoc, mouebiẽ. q̄re diuideẽ ip̄m nũc. ſed erat ĩdiuiſibile. nõ ergo eſt moueri in ipſo nũc.

Declaratũ eſt igiẽ ex dictis ꝙ in tp̄e eſt aliquod indiuiſibile, quod dr̄ inſtãs. Et nos declarauimus prius ꝙ nihil moueẽ in hoc inſtãti. Si igiẽ poſſibile eſt vt moueatur velocius, & tardius. Sit igitur inſtans N, & moueatur in illo aliquod uelocius per ſpatiũ A B. ergo tardius mouebitur in illo p̱ minus ſpatium, q̄ per ſpatium A B. v. g. ſpatium A C. ſi igiẽ tardius in toto inſtanti moueẽ p̱ ſpatiũ A C, tunc velocius mouebiẽ per minus. vnde ſequitur vt inſtãs ſit diuiſibile. ſed eſt indiuiſibile. ergo impoſ̄e eſt vt aliqd moueaẽ in inſtãti.

Demõſtratio, oſtendens quód in ipſo nunc motu eſſe non poteſt.

N  Nunc temporis.





Cum declarauit ꝙ inſtãs eſt indiuiſibile, vult declarare ꝙ impoſ̄e eſt vt mot⁹ fiat in inſtanti declaratõe p̱fecta. & p̄ponit ad hoc ꝙ in qualibet parte tp̄is, in qua motus põt fieri, poſ̄e eſt vt duo mota moueanẽ, vnum velocius, & aliud tardius. Cum igiẽ hoc fuerit poſitũ, & poſuerimus duo mota vnũ veloci⁹, & aliud tardius moueri in inſtãti p̱ aliquod ſpatiũ, nõ eſt dubiũ qn tardius moueatur in illo p̱ ſpatiũ minus. Et, cum poſuerimus ꝙ velocius mouebiẽ p̱ illud ſpatiũ minus: & motũ velocius moueẽ per ſpatiũ minus in minori tp̄e: manifeſtũ eſt ꝙ velocius p̱trãſibit hoc ſpatium in tp̄e minori inſtãti, quod eſt cõtra poſitũ. & ſermo eius in hoc capĩo eſt manifeſtus. Et iam declaratum eſt ꝙ impoſ̄e eſt vt motus fiat in inſtãti ex p̄dictis, ſ. qa oẽ velocius poſ̄e eſt ponere velocius ipſo. q̄m non põt aliquis dicere ꝙ illud, quo nihil eſt velocius, eſt illud, quod moueẽ in inſtanti: & illud, quo nihil eſt tardius, eſt illud, quod moueẽ p̱ magnitudinẽ indiuiſibilē. &, ſi hoc eẽt, nõ eẽt p̱portio inter illũ motũ, & alios motus, ſ. q eſt in maxima velocitate, & maxima tarditate: quia nõ eſt p̱portio inter lineam, & punctum. Sed notum eſt p̱ ſe ꝙ motus ſunt proportionales ſm velocius, & tardius. 29

At vero neq; qeſcere. Quieſcere. n. dicebamus id, qd̄ aptũ eſt natura moueri, & nõ mouetur, qñ aptum natura eſt, et vbi, & quo pacto. q̄re, q̄m in ipſo nũc nihil aptũ eſt natura moueri, manifeſtum eſt, ꝙ neq; qeſcere.

Quid ſit qeſcere.
In ipſo nunc nihil aptum eſt nã moueri, neq; quieſcere.

Neq; ãt ẽ poſ̄e qeſcere. Q̄m iã diximus ꝙ qes nõ dr̄, niſi in eo, qd̄ ĩnatũ eſt moueri, cũ nõ moueẽ, qñ innatũ eſt moueri, & quo innatũ eſt moueri, et quo eſt. quia igiẽ impoſ̄e eſt aliquid innatum eſſe moueri in inſtãti, manifeſtũ ẽ ꝙ nihil oĩno ẽ ĩnatũ qeſcere in eo.

Cum declarauit ꝙ impoſ̄e eſt motũ fieri in inſtanti, vult declarare ꝙ ſiſr̄ eſt in qete. & poſuit [a] ꝙ quieſcens non dr̄ quieſcere, niſi qñ ſm ſuam naturam, & locũ, & tp̄s fuerit ĩnatũ moueri, & nõ moueẽ. Et hoc ĩtēdebat, cũ dixit Q̄m iã diximus ꝙ qes, &c. et intēdebat, cũ dixit in eo, qd̄ innatũ eſt moueri, in eo, quod hẽt naturã recipiēdi motũ. Et, cũ dixit qñ, intendit in tp̄e, in quo innatũ eſt moueri. Et, cum dixit & in quo innatũ eſt, intēdit et ad locũ, quo innatũ ẽ moueri. Et, cum d. ſm quem innatũ eſt, intēdit, & cũ fuerit in ea diſpõne, qua innatum eſt moueri. Et, cum poſuit ꝙ quieſcens eſt illud, quod innatũ eſt moueri in tempore, in quo eſt innatũ, & ad locũ, in quo eſt ĩnatũ, et ſiſr̄ in alijs diſpõnibus, dixit quia igiẽ ĩpoſ̄e eſt, &c. Et cõſecutio iſti⁹ ſermonis eſt manifeſta. q̄m, quia qeſcens nõ qeſcit, niſi in tp̄e, in quo innatum eſt moueri: & inſtans non eſt tp̄s, in quo põt aliqd moueri: cõcludiẽ in ſecunda figura, ꝙ tempus, in quo aliquid quieſcit non eſt inſtans. 30

a Quieſcens ñ dr̄ qeſcẽs, niſi qñ ſm ſuã nãm, et locũ, & tp̄s fuerit ĩnatũ moueri, & nõ mouet. Idem. 4. phy. t. c. 118. & idẽ hic infra. t. cõ. 67. & 72. & 74.

Amplius, ſi idē nunc in vtriſq; tp̄ibus eſt, cõtingit aũt in hoc qdē moueri, in illo ãt qeſcere toto, id aũt, quod in toto moueẽ tp̄e, in quouis mouebiẽ eorũ, q̄ huius ſiſr̄, ſm ꝙ aptũ eſt natura moueri, & qeſcēs ſiſr̄ quieſcet, accidet idē ſimul qeſcere, & moueri: idē enim vltimũ tēporũ vtrorũq; ipſum nunc eſt. Amplius aũt quieſcere qdē dicimus id, quod ſiſr̄ ſe habet & ipſum, & partes nunc & prius: in ipſo aũt nunc nõ eſt prius: quare neq; qeſcere. Neceſſe eſt ergo et moueri id, qd̄ moueẽ, in tēpore, & quieſcere id, quod quieſcit.

Et etiam, ſi inſtans eſt idem in vtroq; tempore, & eſt poſſibile vt ſm aliqd totum moueatur in altero, & qeſcat, & illud, quod mouetur ſm totum in aliquo tẽpore, mouetur in quolibet loco demõſtrato locorũ, in qbus īnatũ ẽ vt motus fiat, & qd qeſcit, ſilr qeſcit ĩ illo mõ, ſeqr̃ neceſſario vt idẽ ſit motũ, & qeſcẽs: nã inſtãs idẽ eſt vltimũ duorũ tẽporũ.

31 Iſta eſt alia declaratio, & intentio eius eſt, qm̃, quia motũ moueť in tpe, & quieſcit in alio, & inſtans, quod diuidit hæc duo tẽpora, eſt idem, vt prædictum eſt, & omnis pars, in qua demõſtratur res mota in tempore, in quo mouetur, eſt mota in ea, & oĩs pars, in quã demonſtratur res quieſcens in tempore, in quo quieſcit, eſt in ea quieſcens, ſi diſpoſitio motus in inſtanti, quod diuidit hæc duo tẽpora, ſ. tempus quietis, & tẽpus motus ſit iſta diſpoſitio, ſequitur vt in hoc inſtanti ſit quieſcens, & motum inſimul: quia eſt cõmune vtriq; tempori: & illud, quod mouetur in vno tpe, eſt quieſcẽs in toto, & in toto alterius eſt motum. Si igitur quieſcit in hac parte cõmuni, neceſſario mouebitur in ea: ex quo ſequitur vt illud ſit in inſtanti quieſcens, & motum inſimul. Deinde dixit Et etiam, ſi inſtans, &c. i. &, cũ poſuerimus q inſtans eſt idem, vt declaratum eſt, & cõmune vtriq; tempori, & eſt poſſibile vt idem moueatur ſm totum in altero duorum temporũ, quæ diuidit inſtãs, & quieſcit in altero. Et, cum poſuerit hãc propoſitionem, coniunxit ei aliam, & dixit & illud, quod mouetur ſm totũ, &c. i. et omne, quod moueť ſm totũ in toto aliquo tempore, neceſſario moueť in qualibet parte illius temporis, cum ſit poſitum ipſum moueri in omnibus partibus eius, ſ. q motus eius eſt poſſibilis in qualibet parte temporis, in quo mouetur ſm totum, & ſimiliter quod quieſcit eſt quieſcẽs in omnibus partibus temporis, in quo quieſcit. Et, cum poſuit has ꝓpoſitiones, quaſi præcedentes, quarum Vna eſt, q inſtans eſt cõmune duobus temporibus inſimul, & eſt vnũ indiuiſibile: & Secunda eſt, q poſſibile eſt vt idẽ ſm totum moueatur in vno tẽpore ſm totum, & quieſcat in alio, ſ. in duobus temporibus, quæ diuidit inſtãs cõmune: & Tertia eſt, q in qualibet parte temporis, in quo res mota mouetur, eſt mota, & in qualibet parte temporis, in quo quieſcit, eſt quieſcẽs, induxit conſequens, & dixit ſequiť neceſſario, &c. & iſta cõſecutio manifeſta eſt, qm̃, cum inſtans fuerit cõmune vtriq; tẽpori, motum mouetur in omnibus partibus vnius tẽporis, & quieſcit in omnibus partibus alterius temporis. &, ſi fuerit poſſibile ipſum quieſcere in inſtanti, neceſſario mouebitur in eo: & ſic erit in eo quieſcens, & motum, quod eſt impoſſibile. ergo in hac parte neque qeſcit, neq; moueť. Et, cũ uerificauit q ĩpoſſe ẽ vt aliqd moueať, aut qeſcat in inſtãti, neceſſe igiť eſt vt motum non moueať, & qeſcens nõ quieſcat, niſi in tẽpore.

Summa Tertia. In ea agiť de Diuiſione ipſius motus.

Capuτ Primum. Indiuiſibile moueri non poſſe.

QVod aũt mutatur omne diuiſibile eſſe neceſſe eſt. Quoniã enim ex quodam in quoddam omnis mutatio eſt: &, cum qdem eſt in hoc, in quod mutatũ eſt, non amplius mutatur: cum autẽ eſt in eo, ex quo mutatur, & ipm̃, & partes oẽs nõ mutanť: quod enim ſilr ſe habet, & ipm̃, & partes id nõ mutatur: neceſſe eſt igitur, hoc qdem, aliqd eius, quod mutatur, in hoc eſſe, aliud vero in altero. neq; enim in vtriſq;, neq; in neutro * eſſe poſſibile eſt. Dico aũt in quod mutatur primum ſm mutationem, vt ex albo fuſcum, nõ nigrũ. non enim neceſſe eſt id, quod mutať, in vtrouis eſſe extremorũ. manifeſtũ igitur eſt q omne id, quod mutať, erit diuiſibile.

* a.l. addit totum.

Et omne tranſmutabile neceſſario eſt diuiſibile. Quoniam, quia omnis trãſmutatio eſt de aliquo, & ad aliquid: & res quãdo manet in illo, ad quod trãſmutatur, tunc nõ trãſmutatur: &, cum etiã manet in illo, à quo trãſmutatur omnibus ſuis partibus, tunc nõ trãſmutatur: & quoniam illud, quod eſt, & ſuæ partes eodem modo non eſt trãſmutatum: ſequitur neceſſario vt trãſmutatum ſm q̃dam partem ſit in hoc, & ſm aliam ſit in hoc. quoniam impoſſibile eſt vt in vtroq; ſit, aut ſit in neutro. Et intelligo per hoc, quod dico, in quo tranſmutatur primum in tranſmutatione, ver. gratia ex albo in palidũ, nõ in nigrũ. qm̃ non eſt neceſſarium vt trãſmutatũ ſit aut in hoc extremo, aut in hoc. ergo manifeſtũ eſt q illud, qd tranſmutatur, eſt diuiſibile.

In hac quæſtione accidit expoſitoribus quæſtio, quaſi inſolubilis contra Ariſtote. dicunt enim quòd, ſi intelligit per tranſmutabile mobile, ſcilicet illud, quod proprie cadit in tria prædicamenta tantum, ſcilicet in quanto, & vbi, & quali, tunc ſermo eius non continet tranſmutationem in ſubſtantia. & manifeſtũ eſt quòd illud, quod tranſmutatur in ſubſtantia eſt diuiſibile, ſicut illud, quod trãſmutatur in aliĳs motibus. & etiam iam dixit ſuper hoc q tranſmutatio in ſubſtantia non collocatur ſub hac declaratione. vnde opinandum eſt quòd vtitur hic tranſmutatione pro tribus tranſmutationibus. Sed, ſi hoc modo fuerit intellectus iſte locus, excipiuntur tunc tranſmutationes, quæ fiunt non in tẽpore. & iſta tranſmutabilia ſunt diuiſibilia, & corpora. & ſic demonſtratio erit particularis, & deberet eſſe vlis. Et, ſi intellexerimus per trãſmutabile illud, quod tranſmutatur in tempore, & in non tempore, tunc demonſtratio non erit vera. nam tranſmutatũ non in tẽpore non erit ſm quandam partem in eo, ex quo, et ſm aliam in eo, ad quod. Et ideo expoſitores ambigunt in reſponſione in iſto loco, & dicunt q Alexan. exponit q omnis tranſmutatio eſt in tempore, ſed quædam latet ſenſum. Themiſtius vero dixit q Ariſto. non loquitur hic de illo, quod tranſmutatur non in tempore. †{ fingit enim iſtam tranſmutationem eſſe diuiſibilẽ: & quod manifeſtum eſt per ſe trãſmutationem eſſe in tempore. & intentio eius eſt tranſmutatio in omnibus partibus. } [a] Alex. autẽ contradicit in hoc famoſo, et magno magiſtro. qm̃ Ariſt. & oẽs Peripatetici dicunt hic eſſe tranſmutationes, quæ fiunt non in tpe. & hoc eſt manifeſtũ in illuminationibus, & ſimilibus. ergo nihil eſt ponere q oĩs tranſmutatio eſt in tẽpore. [b] Diſſolutio aũt Themiſtĳ corrumpiť ex hoc. qm̃ ignorare trãſmutatũ eſſe diuiſibile, aut indiuiſibile per tranſmutationẽ diuiſibilẽ, aut indiuiſibilem eſt in eodẽ ordine. ſed dignius eſt vt ſit latentius naturalr̃ tranſmutatum eſſe diuiſibile per tranſmutationem indiuiſibilẽ, exiſtimatur enĩ q trãſmutatio idiuiſibilis debet eſſe in indiuiſibili

32 Quæſtio verũ philoſophus in hoc loco intelligat ꝑ trãſmutabile id, qd ſolũ ĩ tribus ꝑdicamentis eſt tranſmutabile.

Rõ Alexã.

Rõ Themi.

† a.l. fingit. Et iſtã trãſmutationẽ eẽ diuiſibilẽ. manifeſtũ eſt. n. p ſe trãſmutationẽ nõ in tpe eſſe iſtã, cuius intẽtio eſt trãſmutatio in oĩbus partibus.

a Cõtra Alexan.

b Cõtra Themiſtum.

uiſibili. Et ẽt demonſtratio, qua Ariſto. vtitur in hoc, non erit prima, & eſſentialis. qm̃ diuiſibilitas eius, qđ trãſmutatur in tẽpore, nõ ĩeſt ei, ſm quod eſt in tempore, cum inueniat̃ in eo, quod non tranſmutatur in tempore. et ſic illud, quod accipitur cauſa in hac demonſtratione, nõ eſt cauſa, & erit, ac ſi aliquis diceret, quod homo eſt ambulans, quia eſt rationabilis. rationalitas enim non eſt cauſa ambulationis, niſi per accidens. Auẽpace autẽ reſpõdit ad hoc, quod diuiſibilitas, quam Ariſtoteles intendit in hoc loco, non eſt diuiſibilitas ſm vltima, ſed diuiſibilitas, quæ eſt in corpore per accidentia oppoſita. qm̃, cum tranſmutatum trãſmutatur de contrario in contrarium, neceſſario diuiditur per duo contraria, dum tranſmutatur. Et certe iſta diuiſibilitas eſt prima tranſmutatio in tpe, & non accidit ei idẽ, quod accidit Themiſtio. ſed iſta diuiſibilitas eſt per accidẽs in cõtinuo. & Ariſto. non conſyderat in hoc loco niſi diuiſibilitatem, quæ eſt continui eſſentialiter, ſ. ſm vltima. Ego autem diu ſuſtinui opinionem Auẽpace, ſed modo non. qm̃ tranſmutationes ſunt duobus modis: modus exiſtens per ſe, & eſt tranſmutatio, quæ eſt de quiete in quietem: & modus exñs non per ſe, & eſt trãſmutatio, quæ eſt finis alterius trãſmutationis. v.g. illuminatio domus, quæ fit à motu candelæ, & mutatio columnæ de dextro in ſiniſtrum à motu columnæ. Et manifeſtum eſt quod iſtæ tranſmutationes ſunt non in tpe: quia ſunt fines trãſmutationũ: & [a] finis eſt ĩdiuiſibilis, & differt ab illo, cuius eſt finis. Et eſt manifeſtum quod impoſſe eſt vt ſit p ſe. ergo trãſmutationes, quæ ſunt principales ſunt duob' modis, Aut trãſmutatio, cuius finis eſt de genere illius tranſmutationis, Aut tranſmutatio, cuius finis eſt de alio genere. & vtraque eſt trãſmutatio in tpe. & quædã eſt in eo, ex quo, & quædã in eo, ad quod: & indifferenter, ſiue finis trãſmutationis fuerit de genere ipſius, aut nõ de genere. ergo trãſmutabilia, quæ ſunt non in tempore eadem ipſa ſunt tranſmutabilia quæ ſunt in tempore, ergo, cum fuerit declaratum de iſtis, quæ ſunt in tempore, quod ſunt diuiſibilia, declarabuntur omnia tranſmutabilia eſſe diuiſibilia: cum omne tranſmutabile non in tempore eſt tranſmutabile in tpe: et etiam tranſmutari aliquid nõ in tpe eſt per accidens, cum cõſequatur tranſmutationẽ altã. Quõ igitur accuſatur Ariſt. ſi demonſtratio ipſius nõ cõtinet ipſam: cum illud, quod eſt per accidens, nõ habeat demonſtrationem cum hoc, quod cognitio eius collocatur in cognitione tranſmutabilis p ſe. qm̃ illud, quod eſt per accidẽs, ſequitur illud, quod eſt per ſe. & etiam finis tranſmutationis non eſt trãſmutatio: qm̃ finis rei non eſt illa res. Si igitur dicatur tranſmutatio, erit per æquiuocationem. & ideo Ariſto. non apponit mẽtem illi, cũ hoc, quod apparet in ſua declaratione. & ſic Ariſto. intentio latet omnes expoſitores. D.d. Qm̃, quia omnis tranſmutatio eſt de aliquo, i. de aliquo, quod eſt quieſcens. & iſta, ſicut diximus eſt tranſmatio, quę eſt eſſentialiter, ſcilicet de quiete in quietem. trãſmutatio vero, quæ ſequitur tranſmutationem, non eſt de quiete in quietem: & iõ nõ eſt tranſmutatio exiſtens per ſe. Et, cum poſuit quod omnis tranſmutatio eſt de quiete in quietem, dixit & res, qñ manet in illo, &c. i. & res trãſmutabilis, quando quieſcit in illo, ad quod tranſmutatur, tunc non tranſmutatur: qm̃ iam tranſmutata eſt. et ſilr, qñ qeſcit in illo, à quo trãſmutatur ſm oẽs ſuas partes, non dr̃ tunc tranſmutari ipſam. Et, cum poſuit quod, cum aliqd ſm ſuas omnes partes fuerit in illo, ad quod tranſmutatur, nõ tranſmutatur, qm̃ iam tranſmutatũ eſt, & ſimiliter, qñ fuerit ſm omnes partes in eo, à quo tranſmutatur, qm̃ nondum tranſmutatur, dixit ſequit̃ neceſſario, &c. i. ſequitur neceſſario vt tranſmutatum in prima trãſmutatione ſit ſm quandam partem in eo, à quo eſt tranſmutatio, & ſm aliam in eo, ad quod eſt tranſmutatio primo. nam impoſſibile eſt vt in tpe trãſmutationis ſit in vtroque inſimul ſm oẽs partes: qm̃ tũc eſſet qeſcens, et motũ inſimul. Et impoſſe eſt ẽt ut in prima tranſmutatione ſit in neutro, ſ. neque in illo, ex quo eſt tranſmutatio, neque in eo, ad quod eſt tranſmutatio primo. quoniam inter illud, ad quod eſt tranſmutatio, & illud, ex quo eſt tranſmutatio primo, non eſt medium. Et, cum poſuit hoc, dixit ſequitur neceſſario vt tranſmutatum, &c. D. declarauit quæ ſunt hæc duo, et dixit Et intelligo, &c. ideſt & intelligo per hoc, quod dixit, quod trãſmutatum in prima tranſmutatione debet eſſe ſm quãdam partem in eo, à quo eſt trãſmutatio, & ſm aliam in eo, ad quod eſt tranſmutatio primo, nõ poſtremo. qm̃ non eſt nececeſſe vt tranſmutatũ in prima tranſmutatione ſit ſm quãdam partẽ in eo, ex quo, & ſm aliam in eo, ad quod eſt tranſmutatio in poſtremo: cũ inter hæc duo ſit medium. Et induxit exemplũ de tranſmutatione in qualitate, & de qualitate in coloribus: cum primũ appareat in hac tranſmutatione. bene apparet. n. quod in coloribus eſt color, inter quem, & illum, à quo eſt tranſmutatio, non eſt medius. Et conſyderandum eſt quid ſit primum in vnaquaque quatuor tranſmutationum. nam iſta demonſtratio fundatur ſuper hoc, quod hoc primũ inueniatur in oĩbus trãſmutationibus. Dicamus igitur quod hoc primum eſt naturalr̃ in trãſmutationibus, quæ ſunt ĩ qualitate. & manifeſtum eſt in coloribus, cũ bene apparet quod inter colores ſunt media finita in numero naturalr̃. Et intelligo hic p mediũ nõ illud, quod diuerſatur ſm magis, & minus, ſed illud, quod diuerſatur ſm formam, & qualitatem. qm̃ palidum non differt ab albo ſm magis, & minus, ſed ſm qualitatem. &, ſi non, eſſent eiuſdem ſpeciei. In guſtabilibus autem videtur quod ita eſt, ſicut in coloribus. In primis autem in qualitatibus, ſ. caliditate, & frigiditate videtur quòd medium eſt temperatum. tranſmutatum enim in primo, cum tranſmutatur de calido in frigidum, dicit̃ quòd quoddam eſt in calido, & quoddam in temperato: cum inter calidum, & temperatum non eſt qualitas media diuerſa ſm formam, ſed ſm magis, & minus. Qm̃ manifeſtum eſt per ſe, cum tranſmutatum amittit partem calidi, & acquirit partem frigidi, quòd quędam pars eius eſt in calido, & quædam in temperato: qm̃ nõ eſt calidum ſm totum, neque temperatum ſm totum. Et ſimiliter, qñ amittit aliquam partem albi, & acquirit aliquam partem palidi, non eſt in albo ſm totũ, neque in palido ſm totũ, ſed quiddam in albo, & quiddam in palido. licet hoc quiddam non diſtinguatur in actu, ſed in potentia: quoniam, cum fuerit in actu, deſtruetur motus. Primum vero in tranſlatione eſt locus, qui ſequitur locum, ex quo mouetur res mota. Si igitur motum fuerit naturaliter, & ſinit ũ de primo extremo ad vltimum extremum, tunc erit illic primum naturaliter. verbi g. quòd, ſi terra moueatur de ſuperiori in inferius, ver. g. de vltimo ignis ad locum inferiorem, tunc primum erit locus aeris: quoniã non eſt locus medius inter locum ignis, & aeris. &, ſi nõ fuerit motum naturaliter, non erit illic primũ naturaliter. Sed, quia locus, ex quo mouetur res mota, eſt alius à loco, in quo qeſcit neceſſario, & inter quælibet duo loca eſt corpus, cum inter quaslibet duas ſuperficies eſt corpus, quoniam ſuperficies non ſequitur ſupficiẽ, neceſſe eſt vt motum quiddam ſit in loco, à quo mouetur, & quidam in loco, qui eſt inter locum, à quo mouetur, & locum, ad quem mouetur, ſ. in corpore, quod eſt in potentia locus inter hæc duo loca, ſ. primũ, & poſtremũ. & ideo inter quælibet duo loca eſt locus. Et, ſi locus ſequeretur locum, & poſuerimus quod motũ, qñ fuerit totum in loco, à quo mouetur, eſt quieſcens,

Rõſio Auẽpace.

Cõtra Auẽpace.

Trãſmutatio duplex. p ſe, & non p ſe. Vide cõſimilẽ diſtinctionẽ, 4. phyſi. com. 129.

a Finis ẽ ĩdiuiſibilis, & dr̃t ab eo, cuius eſt finis. Idem infra tex. cõ. 46.

Finis trãſmutationis non eſt tranſmutatio: &, ſi dicat̃ trãſmutatio erit ſm æquiuocationẽ. Cõſimile. 5. phy. cõ. 8. et 4. ph. c. 129. 1tẽ. 8. phy. com. 7.

Idẽ 5. phyſi. tex. cõ. 62.

Quid primũ in qualitatib'.

Digreſſio, ĩ qrit quid ſit primũ ĩ vnaquaque tranſmutatione.

Medium ſm magis, & minus, & mediũ ſm formã & qualitatẽ. Idem. 3. Meteororũ cõ. vltimo.

Quid primũ in loco.

& quandò etiam fuerit totum in loco, ad quem mouetur, eſt quieſcẽs, neceſſe eſt, cum fuerit motũ, vt quidam ſit in loco, ad quem mouet. &, ſi poſuerimus motum eſſe induiſibilem, & loca eſſe indiuiſibilia, & conſequentia ſequitur vt motum ſit diuiſibile. Et ideo Ariſto. non vtitur in hac declaratiooe q̃ inter quælibet duo loca eſt locus, & quòd locus non ſequitur locum: ſicut opinatus eſt Auẽpace, ſcilicet quòd iſta demooſtratio ooo perficitur, oiſi vtendo hac propoſitione. Primum autem in generatione, & corruptione eſt minima pars, quæ poteſt inueniri de geoerato. minimum enim de omni generato eſt terminatæ quantitatis. verbi gratia quòd minima pars ignis eſt terminata, ſcilicet minima pars, quæ poteſt eſſe ignis. Deinde. d. manifeſtum eſt igitur quòd omne, quod tranſmutatur, eſt diuiſibile. & hoc demonſtrat quòd intendebat diuiſibilitatem ſimpliciter, ſcilicet ſm vltima, non ſicut exiſtimauit Auẽpace.

Apoſtrophat cõtra Auẽpace.

Quid primũ i generatõe. Minima pars ignis ẽ terminata. Idẽ īfra cõ.91. Idẽ 8 phy.44. Idẽ 1. phyſi. 36. 37.&.38. Idẽ 2.de aīa. 41. &.97. Idẽ. 7 phy.cõ.2.& i.8.phy.62. & in.1.cœli. 116. Idẽ hic īfra.c.49.& 59. & tertio cœ.c.9.

Caput Secundum. Quotupliciter diuidatur ipſe motus.


Duplicẽ eſſe mot' diuiſionẽ, q̃ ad tps, & q̃ ad id, qd mouet.

MOtus autem eſt diuiſibilis dupl'r. vno quidẽ modo tpe, alio uero ſm motus partium eius, quod mouetur. Vt, ſi ipſum A C mouetur totum, & A B mouebitur, & B C. Sit igitur ipſius quidem A B, motus D E, ipſius autem B C, E F motus partiũ. neceſſe eſt igitur totum, in quo D F, ipſius A C eſſe motum. mouebitur enim ſm hũc. qm̃ enim vtraq; partiũ mouet ſm vtrũq;: nihil * enim mouetur ſm alterius motũ: quare totus motus totius ẽ magnitudinis motus.

* 2.1.antẽ.

Et motus eſt diuiſibilis duobus modis. vnus eſt in tempore, & alius ſm partes moti. ver. g. quoniam, cũ mouetur A B C, mouetur ſm totum pars A B, & mouebitur ẽt ſimiliter pars B C. Sit igitur motus partis A B, D H, & motus B C, H Z, erit igitur D H Z motus partiũ A B C. vñ neceſſe eſt vt totus motus D H Z ſit motus magnitudinis A B C, cum vtraq; pats eius moueat̃ vno motu illorum, & neutra moueatur hoc motu toto: vnde neceſſe eſt vt iſte motus totus ſit iſtius totius magnitudinis.

Prima demonſtratio, oſtendens, q̃ motus diuiditur ſecundum diuiſionem mobilis.



Cum declarauit q̃ omne motũ eſt diuiſibile, & fuit neceſſe, vt diuiſibilitas accidat motui ſm tẽpus, & ſm motum, iocœpit notificare hoc, & dixit Et motus eſt diuiſibilis duobus modis, &c. & intẽdit per partes moti, partes, quæ mouentur de principio ſpatij vſq; ad finem. & ſimiliter eſt intelligẽdum de partitione motus ſm partitionem partium: qm̃ iſta partitio differt à partitione eius ſm partitionem temporis. D. induxit exẽplum, & dixit ver. g. &c. i. qm̃ vtraq; iſtarum partium mouebitur de initio ſpatij vſq; ad finem, ſicut totũ mouetur. D. d Sit igitur motus, &c. ideſt et, cum fuerit, neceſſe vt vtraq; pars, ſ. A B, & B C moueat̃ apud motum totius A B C, neceſſe eſt vt vtraq; pars A B, & B C habeat motũ. Sit igiť D H mot' partis A B, & H Z motus B C erit igitur motus cõpoſitus ex duobus motib' D H, & H Z. Dei. d. vñ neceſſe eſt, &c. i. vñ neceſſe eſt vt iſte tot' mot', qui eſt cõpoſitus ex duobus motibus partiũ D H, & H Z ſit motus magnitudinis A B C, cuius partes ſunt A B, & B C. D. dedit cãm huius conſecutionis, & dixit cum vtraq; pars, &c. i. & cauſa in hoc eſt, quoniam tota magnitudo A B C non dicitur moueri ſecundum totum, niſi cum vtraq; pars eius mouebitur vno motu. & hoc intendebat, cum dixit cum vtraq; pars, &c. Et, cum declarauit q̃ aliquid non dicitur moueri ſm totum, niſi cum quælibet ſuarum partium moueatur motu vno, dixit & neutra moueatur, &c. i. &, quia motus, quem habet tota magnitudo, non eſt ei, niſi cum partes eius fuerint motæ, & eſt impoſſibile vt motus totius attribuatur parti, ſequitur vt motus totius ſit omnium partium. nam impoſſibile eſt vt motus alicuius attribuatur alij ab eo, quod mouetur illo motu. Et intendit in declaratione eius, quod eſt, quòd motus partiũ ſit motus totius, declarare ex hoc, quòd motus totius etiã ſit diuiſibilis ſm diuiſibilitatem moti: et quòd iſte modus diuiſibilitatis eſt alius ab eo, quẽ habet ſecundũ ſuam extenſionem cum tempore. 33

Amplius autem, ſi omnis quidem motus alicuius eſt, totus autem motus, in quo D F, neq; partiũ eſt alterius: (partis enim vterque eſt, neque vllius alius: cuius enim totus totius, & partes partium ſunt: partes autẽ motus D F ſunt partium A B C, & nõ aliatũ: plurium enim nõ eſt vnus motus:) & totus vtiq; erit magnitudinis A B C.

Et etiam, ſi omnis motus eſt alicuius, & motus D H Z eſt neutrius partis: quoniam vtraq; pars eſt pars partis, non alterius omnino: quoniã illud, cuius eſt totus eſt totius motus, partes motus ſunt partium eius: & partes eius ſunt partium A B C, nõ alterius omnino: quoniam, ſi vnus motus nõ eſt plurium vno: neceſſe eſt vt iſte motus totus etiã ſit magnitudinis A B C.

Iſta eſt alta demonſtratio quodammodo, & confirmat prędictam alio modo. Et dixit Et etiam, &c, ideſt ſi omnis motus eſt moti, & motus cõpoſitus ex motibus partium. v. g. motus D H Z, qui eſt cõpoſitus ex motibus D H, & H Z, q̃ ſunt ptiũ A B, & B C, & nõ eſt alterius ptis iſtius moti, neceſſe eſt vt tot' ſit totius. Sed, anteq̃ induceret exẽplum, Icœpit verificare hoc, quod poſuit in præcedenti, ſ. quòd motus congregatus ex partibus moti, cũ non fuerit alterius partium moti, neceſſe eſt vt ſit totius moti, & hoc acceptũ fuit 34


in prima demonſtratióne pro manifeſto. Et dixit qm̃ vtraq; pars eſt pars, &c. i. motus cõgregatus ex motu partis non eſt vnius partium ita, ꝙ totum, & pars ſit eiuſdem. qm̃ quælibet pars habet partem illius motus: & impoſſibile eſt vt motus congregatus ex motibus iſtarum partium ſit vnius iſtarum partium, ita quòd, totum, & pars ſint eiuſdẽ: ergo neceſſe eſt vt ſit totius. D. induxit alium ſermonẽ, ex quo ſequitur iſta cõcluſio p̄ cõſecutione, et dixit qm̃ illud, cuius totius, &c. i. qm̃ non eſt dubium in hoc, ſ. ꝙ partes motus, cuius totum eſt totius moti, ſunt partium moti: ſed eſt dubium de cõuerſo, ſ. ꝙ motus qui eſt partium moti, eſt motus totius, ſ. ſolum partiũ. Sed dicimus ꝙ iſta conuerſio eſt vera. qm̃, cum fuerit impoſſibile vt partes ſint alterius rei à partibus moti, neceſſe eſt vt motus totius ſit congregatus ex motibus partium. qm̃, ſi hoc nõ fuerit, tũc motus totius erit magis vl'is, q̃ id, quod congregatur ex motibus partium. & ſic erunt partes motus totius in partibus totius in aliquo alio à partib⁹ totius, ſi motus eius, quod congregatur ex partibus, fuerit magis particularis, q̃ motus totius. Et hoc intendebat, cum dixit qm̃, ſi vnus motus non fuerit, &c. i. quoniã, ſi partes motus totius non fuerint, niſi partium totius, cum ſit impoſſibile vt vnus motus ſit pluriũ vno moto, neceſſe eſt vt motus congregatus ex motibus partiũ ſit motus totius: quẽadmodum partes motus totius ſunt partium moti, ſ. ꝙ iſta propoſitio conuertitur. Et iſta declaratio eſt vtilis in eis, quibus utitur in fine Octaui, ſ. ꝙ motus infinitus non eſt corporis finiti.

Tex. cõ. 79 & inde.

Amplius aũt, ſi eſt quidem totius motus alius, vt in quo H I, remouebunť ab eo vtrarumq; partium motus. hi aũt æquales erunt motibus D E, E F. vnus eni unius eſt motus. Quare, ſi totus qdem diuideť, qui eſt H I, in partium motus, æqualis erit H I motui D F. Si vero ſupereſt aliqd, vt K I, hic nullius erit motus, neq; enim totius, neque partiũ: ꝓpterea ꝙ vnius vnus eſt, neq; alterius vllius: cõtinuus enim motus eſt continuorũ quorundã. Simil'r aũt eſt & ſi excedit ſm diuiſionem. Quare, ſi hoc impoſſibile eſt, neceſſe eſt eundem eſſe & æqualẽ. Hæc igitur diuiſio ſm partium motus eſt, & neceſſe eſt cuiuſuis partibilis ipſam eſſe.

Et etiam, ſi motus totius magnitudinis ſit alius ab iſto, v.g. T F diuidetur ex eo, ꝙ motus vtriuſq; partis, & erunt iſti duo æquales duobus motibus D H Z. qm̃ vnum habet vnum motum. Ergo neceſſe eſt, ſi motus T F totus diuidať in duos motus partiũ, vt motus T F, ſit æqualis duobus motibus D Z. Si igitur diminuit aliquid, v.g. pars Q F tũc iſta pars non eſt alicuius omnino. nã iſte motus non eſt totius, neq; partiũ: qm̃ vnum nõ habet niſi vnũ motum. neq; eſt alterius omnino: qm̃ motus continuus eſt rerum continuarũ. Et ſil'r eſt ſi addet apud diuiſionẽ. Vñ neceſſe eſt, ſi hoc eſt impoſſe, vt ſit idẽ æqualis illi. Ergo iſta diuiſio eſt ſm partes, & neceſſario inuenitur in omni partibili.

Demonſtratio Tertia, oſtẽdens idem, quod ſupra.



Iſta eſt tertia declaratio, & dicit Et ẽt ſi motus totius magnitudinis fuerit alius. i. alius à motu compoſito ex duobus motibus partiũ magnitudinis D H Z. v.g. motus T F. Dein. d. diuideť ex eo, &c. i. qm̃ magnitudo, quã diuidim⁹ in duas ptes ęq̃les, ſ. A B, & B C, & poſuimus D H motũ A B, & H Z motũ B C, ſi poſuerimus ꝙ motus iſtius toti⁹ magnitudinis, ſ. A B C ſit alius à moto cõgregato ex D H H Z, q ſunt mot⁹ partiũ illius, ſ. A B B C, ver. g. motus T F neceſſe eſt vt iſte motus T F diuidať in duos motus, ſ. in motum vtriuſq; partiũ magnitudinis, ſ. A B B C. qm̃, cũ totũ moueť, partes mouebunť. D. d. & erunt iſti duo, &c. i. erũt iſti duo motus, in quos diuidiť motus T F, quem poſuimus eẽ aliũ motũ à motu D Z, æq̃les duob⁹ motibus, in quos diuidiť motus D Z, ſ. motus D H Z. &, cũ iſti duo motus fuerint æq̃les eis, ſ. motib⁹ duarũ magnitudinũ, ergo ſunt vnus motus idẽ, ſ. ꝙ motus T Q erit motus D H, & motus Q F erit motus H Z. qm̃ impoſſe eſt vt vna magnitudo hẽat, niſi vnũ motũ, ſ. magnitudo A B, & magnitudo B C, quæ ſunt ptes totius magnitudinis. Et hoc intẽdebat, cum dixit qm̃ vnũ hẽt vnũ motũ, i. cũ fuerit vnus mot⁹ T Q Q F, q ſunt ptes motus T F ęq̃les duob⁹ motib⁹ D H H Z, q ſunt ptes duorũ motuũ D Z, & ptes T Q, & D H ſunt vni⁹ magnitudis, ſ. magnitudis A B, & ſũt ęq̃les, & mot⁹ Q F, & H Z ſunt vni⁹ magnitudis ẽt, ſ. B C, & ſunt ẽt ęq̃les: & vna magnitudo nõ hẽt niſi vnũ motũ: ergo mot⁹ T Q eſt idẽ cũ motu D H, & mot⁹ Q F eſt idẽ cũ motu H Z. Et, cũ decl'auit hoc, dixit ergo neceſſe ẽ, ſi mot⁹ T F, &c. i. & cũ mot⁹ T F, quẽ poſuim⁹ aliũ à motu D Z, & poſuerim⁹ ꝙ mot⁹ magnitudis diuidit in duas ptes mot⁹ D Z, quæ ſunt ptes A B B C: neceſſe eſt vt mot⁹ T F ſit æq̃lis motui D Z: &, cũ ſint æq̃les, & ſunt in vna magnitudine, ergo ſunt idẽ: cũ vnum motũ non habeat, niſi vnũ motũ. Et, cũ voluit cõfirmare eos eſſe æq̃les, dixit Si igiť diminuit, &c. i. & tot⁹ mot⁹ T F, ſi diminuiť à toto moto D Z, tunc nihil inueniť, cui attribuať iſte motus diminutus, neq; toti, neq; parti, toti vero, q̃a illud, qđ diminuiť ab hoc motu, eſt mot⁹ ptiũ, aut q̃a mot⁹ diminut⁹ eſt ille, qui diuidiť in oẽs ptes, ſ. ptes moti. & iõ dixit Si igiť diminuit, &c. i. & iſta pars diminuta à motu non inuenitur aliquid de magnitudine, cui attribuatur, niſi eẽt

Impoſſe ẽ vt vna magnitudo habeat niſi vnũ motum.

poſſibile ut vna magnitudo haberet plus ꝙ̃ vnum motum. vnde impoſſibile eſt vt hæc diminutio attribuatur alicui omnino toti, aut parti: qm̃ totum, & partes habent motus alios ab iſtis. D. d. neque alterius omnino, &c. ideſt & iſta diminutio, quæ eſt in motu, impoſſibile eſt vt attribuatur alij moto à toto, & à parte. qm̃ impoſſibile eſt vt diminutio exiſtẽs in moto iſtius magnitudinis attribuatur alij moto. quoniã, cum duo mota fuerit diuerſa abinuicem, tunc motus eorum nõ erit continuus: &, cum non fuerit continuus, nõ erit vnus. D. d. Et ſimiliter, &c. ideſt, & ſimiliter motus addens non erit alicuius moti omnino, quia addidit ſuper partes moti, quia vnum motum non habet, niſi vnũ motum, & vniuerſaliter ſequitur vt motus ſit partis, & non ſit. Motum autem non eſſe partis eſt, quia motus totius diuiſus eſt in omnes partes, & diminuitur ex eo iſte motus. Ipſum vero eſſe partis eſt, quia iam poſuimus primo quòd eſt vnus motuum partium. qm̃ per illum excedit illud, quod congregatur ex motibus partium motuum totius poſitum.

Cũ duo mota fuerint diuerſa abinuicẽ, motus eorũ nõ erit cõtinuus. Idem 5. phy. t. cõ. 14. 41. & 4. phy. 105.

Alia aũt eſt ſm tempus. Nam, cum omnis motus in tempore ſit: tempus aũt oẽ diuiſibile ſit, in minori autem minor motus ſit: neceſſe eſt omnem motum diuidi ſecundum tempus.

Et alia diuiſio eſt ſecundũ tẽpus. Quoniã omnis motus eſt in tempore: & omne tempus eſt diuiſibile, & motus in minori tempore eſt minor: & ſequit̃ neceſſario vt oĩs motus ſit diuiſibilis ſm tempus.

36 Cum declarauit quòd motus eſt diuiſibilis ſm diuiſibilitatem moti, vult declarare etiam ipſum eſſe diuiſibilem ſm diuiſibilitatem temporis, & ſyllogiſmum compoſuit ſic. Omnis motus eſt in tempore. & hoc declaratum eſt: & tempus omne eſt diuiſibile. & hoc etiã declaratum eſt: & exiſtimatur quod ſequitur ex hoc, quòd omnis motus eſt diuiſibilis. ſed nõ eſt ita, donec probetur quòd omnis motus eſt in tempore ſibi æquali. Et ideo d. & motus eſt in tẽpore minori minor. qm̃, ſi hoc non eſſet, eſſet poſſibile motum eſſe indiuiſibilẽ, & tempus diuiſibile. vnde neceſſe eſt dicere quòd omnis motus eſt in tempore æquali ei: & omne tempus eſt diuiſibile: ergo omnis motus eſt diuiſibilis: ergo diuiſibilitas motus eſt ſm motum, & ſm tempus. Et, quia diuiſibilitas in eo eſt diuerſa, quia motus ſunt in generibus diuerſis, incœpit rememorare hoc, & dixit et neceſſe eſt vt ſit in oĩ partibili. Et poteſt intelligi ſubiectum motus, non diuiſio eius per rem motam, ſecundum quòd eſt res mota: quoniam hoc declaratum eſt. Et intelligo per ſubiectum motus, illud in quo eſt, verbi gratia locum in motu locali. & Alexander dicit & omne motum habet motum.

Scilicet in textu præcedenti.

Caput, Tertium. Eaſdem eſſe Diuiſiones ipſius temporis, ipſius motus, ipſius moueri, eius, quod mouetur, & eius, in quo ſit motus.


QVoniam autẽ omne, quod mouetur, in aliquo mouetur, & tẽpore quodã, & totius eius, quod mouet̃, eſt motus, neceſſe eſt eaſdem eſſe diuiſiones & temporis, & motus, & ipſius moueri, & eius, qđ mouetur, & eius, in quo motus eſt. Verum nõ omnium ſimilr̃, in quibus motus eſt, ſed quantitatis quidem ſm ſe, qualitatis autem ſm accidens. Accipiat̃ enim tempus, in quo mouetur, in quo A, & motus, in quo B. Si igitur ſecundum totum motum in toto tempore eſt motum, in dimidio ſecũdum minorem. & rurſus hoc diuiſo ſm minorem hoc, & ſemp ſic. Similiter aũt & ſi motus diuiſibilis, & tp̃s diuiſibile. ſi. n. toto in toto, dimidio ĩ dimidio, & rurſus minore in minore.

Neceſſe eſt eaſdẽ eẽ diuiſiones tpis. mot⁹, ipſius moueri, ei⁹. qđ mouet̃, et ei⁹. in quo ẽ motus.

Si motus diuiſibilis, & tempus diuiſibile.

Et, quia omne motum mouet̃ in aliquo, & in aliquo tpe, & omnis motus habet motum, neceſſe eſt vt tp̃s, & motus, & motum, & motio, & illud, in quo eſt motus, habeant eandem diuiſionem: præter hoc, quòd non ſunt eodem modo in omnibus rebus, in quibus eſt motus, ſed ſunt quantitatis eſſentialiter, & qualitatis per accidẽs. Sit igitur tẽpus in quo eſt motus A, & motus ſit B. Si igitur iſte totus motus eſt in hoc toto tempore, ille, qui erit in medietate erit minor, & cum hoc diuidetur, iſte erit minor. Eodẽ modo ſi motus ẽt erit diuiſibilis, & tp̃s ẽt erit diuiſibile. qm̃, ſi in toto eſt totus, medietas erit in medietate, deinde minori in minori.

Demõſtratio, oſtendens quòd motus diuiditur ſecundum diuiſionem temporis.



Et, quia omne motum mouetur in aliquo, ideſt aut in vbi, aut in quale, aut in quanto, & omnis motus inuenitur in iſtis tribus, ſ. in moto, & in eo, in quo eſt motus, & in tẽpore. Et videtur mihi ꝙ illud, quod iacet in textu, eſt melius ꝙ̃ correctio Alexan. qm̃, ſi poſuerimus ꝙ tp̃s, & motum, & genus, in quo eſt motus, haberẽt motũ, ſequeret̃ neceſſario vt tp̃s ſit diuiſibile, & motũ, & motio. qm̃, ſi iſta habent motum aliquem: & omne, quod habet motum, eſt diuiſibile: concludetur ex hoc, ꝙ oĩa iſta ſint diuiſibilia: quod non cõcludit̃, ſi poſuerimus ꝙ omne motum habet motum. Et, cum dixit quòd motus attribuitur vnicuiq; iſtorum trium corporum, d. neceſſe eſt vt tempus, & motus, & motio, & motum, &c. i. &, cum motus dicitur eſſe in illo, in quo mouetur, & in tempore, & in moto, neceſſe eſt vt iſta diuidantur per diuiſiones æquales, ſ. quòd medietates motus ſint in medietate tẽporis, & in medietate eius, in quo eſt motus, & in medietate moti, & ſimiliter de medietate medietatis, & ſic in infinitum. D. d. præter hoc, &c. ideſt & licet motus, & illud, in quo eſt motus, & tempus diuidãtur diuiſionibus æqualibus, tamen diuiſio in illo, in quo eſt motus, non attribuitur ei, in quo eſt motus eodem modo, ſed attribuitur motui in quantitate ꝑ ſe, cum diuiſio ſit eſſentialis quantitati, 37

Diuiſio eſt eſſentialis ꝗ̃titati. Idem. 5. Meta. 18. & 3. cœli. 7.

quantitati, & attribuitur motui in qualitate per accidens. Et intelligendum eſt hoc de quãtitate cum motu augmenti, & diminutionis, & motu locali. locus enĩ numeratur in quanto, et accidet ei diuiſio eſſentialiter. Deinde induxit exemplum de literis. & ſermo eius in hoc eſt manifeſtus. & intẽtio eius eſt, ſi poſuerimus ꝙ aliquis totus motus eſt in aliquo toto tempore, medietas erit in medietate, & vniuerſaliter minor in minori. &, ſicut motus diuidiẽ per diuiſionem temporis, ſimiliter tp̃s diuiditur per diuiſionem motus.


Locus nũeratur in q̃to. Idem. 5. Met. c. 18.

Eodem ãt modo, & ip̃m moueri diuideẽ. Sit. n. in quo C, ip̃m moueri. ſm igiẽ dimidiũ motũ minus erit toto, et rurſus ſm dimidij dimidiũ, †{& ſic ſemp.} Eſt aũt &, cũ qs deſignauerit ip̃m ſm vtrunq; motuũ moueri, vt ſm D C, & C E, dicere ꝙ totũ erit ſm totũ. ſi. n. aliud, plura erunt moueri ſm eundẽ motũ, ſicut determinauimus & motũ diuiſibilẽ in partiũ motus eſſe. accepto enim ipſo moueri ſm vtrunq;, cõtinuum erit totum.


† a.l. & ſi ſic ſemper.

Et ſm hunc modũ ẽt diuidiẽ motum. Sit igiẽ motũ C. in medietate igiẽ iſtius motus erit motũ minus, q̃ totũ motũ, ſilr in medietate medietatis, & ſic ſemp. Et debemus etiã ponere, & dicere ꝙ motum vtroq; motuũ, v.g. C D, & motum D H totum etiã eſt illud, quod eſt totius illius. qm̃, ſi fuerit aliud, tunc plus q̃ unum mouebiẽ uno motu, ut declarauimus, cum motus etiã diuidatur in motus partium. qm̃, ſi partitio accipiatur vtroq; eorum, totum erit continuum.

Demonſtratio, oſtendens quòd motus diuiditur ſecundum diuiſionem ipſius moueri.



Demonſtratio, oſtendens ꝙ ipſum moueri diuiditur ſecundum diuiſionem motus.



Cum declarauit quomodo motus, & tempus diuiduntur diuiſionibus æqualibus, vult declarare etiam quomodo ipſa motio etiam diuiditur per diuiſionem motus, ſcilicet motio moti, & dixit Et ſecundum hunc modum etiam diuiditur motio. ideſt &, cum poſuerimus quòd tota motio eſt totius motus, manifeſtũ eſt quòd motum etiam diuiditur per diuiſionẽ motus, ſ. †{ꝙ medietas mot⁹ erit medietatis moti, qđ pertrãſit ſpatiũ de initio vſque ad finẽ.} quoniam iſtæ partes, ſunt illę, per quas diuiditur totus motus, ut dictum eſt, non partes, quæ ſunt ſm diuiſionem temporis. D.d. ſi igitur tota motio, &c. ideſt quòd pars moti, quæ mouetur per medietatem iſtius motus de initio ſpatij ad finem, erit neceſſario motus minor, quàm illud, quod mouetur toto motu, & illud, quod mouetur in medietate illius, neceſſario erit minus. D.d. Et debemus etiã ponere, &c. i. & debemus etiam dicere ꝙ, cum poſuerimus duas motiones vtriuſq; motuum, qui ſunt partes vnius motus, v et bi gratia motionẽ, quæ eſt motus C D, & motionem, quæ eſt motus D H, dico quòd tota motio, quæ eſt congregatum motionis duorum motuum, eſt tota motio, quæ eſt totius motus, qui congregatur ex duobus motibus C D, D H. Deinde induxit demſrationẽ, & dixit qm̃, ſi fuerit aliqd, &c. i. qm̃, ſi tota motio, quę cõgregatur ex duabus motionibus, quæ ſunt duarũ partium motus, fuit alia à motione, quæ eſt totius motus, & fuerint partes motionis, quæ eſt totius motus, vt narrauimus, motiõis partium motus, tunc plus q̃ vna motio erit vnius motus. quoniam vnaquæq; pars habebit duos motus, motũ ſui ipſius, & motum, qui eſt pars motus totius. nam poſitum eſt ꝙ partes motus totius ſpatij ſunt partiũ moti. D.d. vt declarauimus, &c. ideſt vt declarauimus ꝙ motus diuiditur in partes, & motus partium in partes motuum totius. D.d. qm̃, cum accipiatur motio, etc. i. qm̃, cum motio accipiatur vtriuſq; partium motuũ, i. auferatur finis, quæ imaginatur inter illas, tunc motus erit continuus, & tota motio erit continua, & vna: &, cum finis imaginatur, erunt plures.

† a.l. ꝙ medietas mot⁹ erit medietas moti, p quã pertranſit ſpatium de medio vſq; ad finem.

38

Similiter aũt demonſtrabiẽ & longitudo diuiſibilis, & oĩno omne illud, in quo eſt mutatio. Verum quædam ſm accidens, quoniã id, quod mutatur, eſt diuiſibile. uno enim diuiſo omnia diuidentur. & in hoc, quod ipſa finita eẽ, aut infinita, ſilr ſe habebit in omnibus. Secutum eſt autem maxime hoc, diuidi omnia, & infinita eſſe, ab eo, quod mutatur. ſtatim enim ineſt ei, qđ mutaẽ, diuiſibile, & infinitũ. diuiſibile igiẽ oſtẽſum eſt prius: infinitum aũt in ſequentibus erit manifeſtũ.

Et eodẽ modo declarabiẽ ꝙ lõgitudo diuidiẽ, & vlr oẽ, in quo eſt trãſmutatio. Sed quædam diuidiẽ p accñs, quia trãſmutatum eſt diuiſibile. qm̃, cum unum diuidiẽ, omnia diuiduntẽ. & in hoc, ꝙ diuiſiones eorum ſunt finitę, aut infinitę, eodem modo eſt de omnibus eis. Et ſequitur proprie ut omnia iſta ſint diuiſibilia, & ut diuiſio ſit infinita eorũ pp trãſmutatũ. qm̃, cum intellexeris trãſmutatũ, ſtatim intelliges diuiſionẽ, & ꝙ eſt infinita. diuiſio autẽ in eo declarata eſt ſuperius: ipſam autem eſſe infinitam declarabitur poſt.

39 Dicit, Et eodem modo declarabitur ꝙ ſpatium, per quod eſt motus in vbi, diuiditur per diuiſionē motus, & vr̄ oē p̄dicatum, in quo inuenit̄ trāſmutatio, iuenit̄ in eo diuiſibilitas. ſed in qbuſdā per ſe, ſ. in q̄titate, et in quibuſdam per accidens, ſcilicet in qualitate: &[a] tranſmutatio, quæ eſt in vbi, numerat̄ in quantitate. D.d. quia tranſmutatum eſt diuiſibile. i. & diuiſibilitas accidit tranſmutationi per tranſmutatum. qm̄ omne tranſmutatum eſt diuiſibile eſſentialiter, vt declaratum eſt: & ſunt æqualia in accidentibus diuiſionis, ſ. ꝙ, ſi vnū erit diuiſibile, omnia erunt diuiſibilia, ſcilicet quòd, ſi vnum ponatur diuiſibile, declarabitur quòd alia ſunt diuiſibilia. D.d. & in hoc ꝙ diuiſiones, &c. i. & illud, quod contingit in vno de finitate, aut infinitate, cōtingit in alijs. D.d. Et ſequitur proprie vt omnia iſta ſint diuiſibilia, &c. i. & neceſſe eſt vt motus, & tempus, & motum ſint diuiſibilia in infinitum, & vr̄ vt ſint continua: quia tranſmutatū eſt diuiſibile, & de natura continui.[b] Qm̄ cauſa in hoc, ꝙ tempus ſit continuum, eſt motum eſſe cōtinuum: & cauſa in hoc, ꝙ motus ſit cōtinuus, eſt, quia motum eſt continuum. D.d. qm̄, cū intellexeris trāſmutatum, &c. ideſt, qm̄, ſi tu intellexeris tranſmutationem, ſtatim intelliges diuiſibilitatem in infinitū. diuiſibilitatē āt, qa trāſmutatū nō intelligit̄ eē in trāſmutatiōe, niſi qn̄ imaginat̄ eē in eo, ex quo, & in eo ad qd̄, ipſam vero eē īfinitā declarabit̄ poſt, cū declarabit ꝙ oē, qd̄ tranſmutatur, prius trāſmutabat̄, & oē, qd̄ trāſmutabat̄, pri⁹ trāſmutabat̄, ſic in infinitū.

Oē p̄dicatū, in q̄ iuenit̄ trāſmutatio, iuenit̄ ī eo diuiſibilitas, vel p ſe, uel p accidēs. Vide ſup. t. c. 17.

a Trāſmutatio, quę ē in vbi, nūerat̄ ī q̄titate. ex q̄ pz ꝙ locus, & vbi ſit idē.

b Cū hoc, ꝙ tēps ſit cōtinuū, ē motū eē cōtinuū: cōtinuatiōis vero ipſius mot⁹ ē cā ipſi motū. Idē ſupra. 5. & 7.

Trāſmutatū nō intellr̄ eē ī trāſmutatiōe, niſi qn̄ imaginat̄ eē in eo, ex q̄, et in eo ad qd̄. Cōſile ſup. 32. & 5. phyſi. 13. 16. 47. 54. Idē. 5 phy. cō. 4.

Sūma Quarta. In ea tractat̄ de Ordine partiū motus.

Caput Primū. Non dari Primum, ſed ultimū motus.

QVoniam aūt oē, quod mutat̄, ex quodā in quoddā mutat̄, neceſſe eſt id, quod mutatū eſt, qn̄ primū mutatū eſt, eſſe in quo mutatū eſt. quod enim mutat̄ ab eo, ex quo mutat̄, diſcedit, aut relinquit ip̄m. & aut idem eſt mutari, & relinquere, aut relinquere ſeqtur mutari, reliquiſſe aūt mutatum eſſe. ſilr̄ enim vtrunq; ſe habet ad vtrūq;.

Quod mutatū eſt, qn̄ primum mutatum eſt, neceſſe ē eē in q̄ mutatū eſt.

Et, quia oīs tranſmutatio eſt de aliquo, & in aliqd, neceſſe eſt ut illud, quod tranſmutatur, qn̄ eſt in principio tranſmutationis ſit in illo, in quo tranſmutatur. trāſmutatum enim remouetur ab eo, à quo tranſmutatur, & ſeparatur ab eo. licet trāſmutatio, & ſeparatio ſunt idem, aut ſeparatio ſequit̄ tranſmutationem, neceſſe eſt vt illud, quod trāſmutatur, ſeparet̄. qm̄ eodē modo ſe hn̄t adinuicem.

40 Vult hic declarare ꝙ tranſmutatum in initio tranſmutationis dicit̄ iam tranſmutatum eſſe, non trāſmutari: quoniā hæc duo ſunt oppoſita. Et intēdit hic per tranſmutationem tranſmutationē, quę dicitur de quatuot tranſmutationibus, ſ. ſubſtantia, & vbi, & quale, & quantū. & dixit de aliquo et in aliquid, i. de aliquo, in quo eſt quieſcens, et in aliquid, in quo eſt quieſcens. D.d. neceſſe eſt, &c. i. &, cum omnis tranſmutatio eſt de aliquo & in aliquid, inter quæ eſt tranſmutatio: & inter primam trāſmutationem, & quietem, quæ eſt in eo, ex quo, nō eſt mediū: neceſſe eſt vt trāſmutatū primo, cum trāſmutatur, recedat ab eo, à quo trāſmutat̄, & veniat ad illud, ad quod traſmutatur primo, non ſecundo. qm̄, cū ſeparat̄ à quiete, quæ eſt in eo, ex quo, ſtatim veniet ad primū, ad quod eſt tranſmutatio neceſſario. D.d. licet tranſmutatio, & ſeparatio, &c. i. tranſmutatum primo, cū tranſmutat̄, ſeparatur ab eo, à quo tranſmutatur in inſtanti, aut quia ſeparatio, & tranſmutatio ſunt idem, aut quia ſequuntur ſe. Et non curat in hoc, qūo eſt, cū ſit manifeſtum eas eē inſimul. Et, cū poſuerit hoc, dixit neceſſe eſt vt illud, quod trāſmutatur, &c. i. &, cum tranſmutatio, & ſeparatio ſint conſequentia, ſequet̄ vt illud, quod trāſmutatur ab aliquo, ſeparetur ab illo. &, quia inter quietem in eo, ex quo, & initium eius, ad quod eſt tranſmutatio, nō eſt medium, ſequitur vt, cum tranſmutatum ſeparatur à quiete, ſit in eodem initio eius, ad quod tranſmutatio eſt neceſſario, eum eodem modo habeat ſe, ſ. ꝙ, cū trāſmutatio fuerit, ſeparatio erit, & econuerſo.

Quoniā ergo vna mutationū, quę ſm̄ cōtradictionē eſt, qn̄ mutatū eſt ex eo, quod non eſt, in id, quod eſt, dereliqt id, quod non eſt. erit igitur in eo, quod eſt. omne enim neceſſe eſt aut eſſe, aut nō eſſe. Manifeſtum igitur eſt ꝙ in mutatione ſecundum contradictionem quod mutatum eſt erit in quo mutatum eſt. ſi autem in hac, & in alijs. ſimiliter enim in vna, & in alijs.

Et, quia vna trāſmutationū eſt illa, quę eſt ſm̄ contradictoria, qn̄ aliquid tranſmutat̄ de non ente in ens, tunc ſeparatur à non ente. erit igitur in ente. qm̄ neceſſe eſt vt oē aut ſit ens, aut non ſit ens. Declaratum eſt igit̄ ꝙ in tranſmutatione ſm̄ cōtradictoria illud, quod tranſmutatur, erit in illo, in quo tranſmutat̄. &, ſi hoc ē neceſſariū in hac trāſmutatione, neceſſarium eſt etiam in alijs tranſmutationibus. diſpoſitio enim in uno modo trāſmutationum eſt ſicut in alijs modis.

41 Vult declarare ꝙ hoc, quod dictum eſt de tranſmutationib⁹ vr̄, manifeſtum eſt per ſe in trāſmutatione, quæ dicitur tranſmutatio principaliter, & eſt illa, quæ eſt de affirmatiua in negatiuam, & de negatiua in affirmatiuam, quæ dicit̄ generatio, & corruptio. Et dixit Et, quia vna tranſmutationum, &c. i. &, quia hnc nomen tranſmutatio dr̄ principalr̄ de ea, quæ eſt de non ente in ens, & de ente in non ens, vt dictū eſt in[c] Quinto, & eſt manifeſtum in hac tranſmutatione quòd non habet medium, ꝙ, cum aliquid trāſmutatur à nō ente, ſtatim ſeparatur à nō ente, vnde neceſſe eſt ut ſit in ente:[d] quia non eſt medium inter ens, & non ens. Et, cū dixit quòd iſta eius intentio manifeſta eſt in tranſmutatione, quæ eſt in ſubſtātia, dixit &, ſi hoc eſt neceſſarium in hac trāſmutatione, &c. Et hoc, ꝙ declarauit, non eſt declaratio exemplaris, ſed eſt declaratio ad dirigendum conſyderationem. non quia hoc declaratur in alijs trāſmutationibus, ſm̄ ꝙ declaratur illud, quod eſt ignotum naturaliter à notn, ſed ſm̄ ꝙ declaratur illud, quod eſt minoris latētiæ eo, ꝙ eſt ignotū naturaliter, per illud, quod eſt manifeſtius.[e] Et ſm̄ hūc modū vſitatur in deſcriptionibus, & definitionibus via diuiſionis, & exemplificationis. qm̄ terminus medius in iſtis eſt idem: & eſt ꝙ illud, quod tranſmutatur, ſtatim ſeparatur ab eo, à qun tranſmutatur, & venit ad illud, ad quod tranſmutatur: cum nō ſit medium inter illud, à qun tranſmutatur primo, & illud, ad quod trāſmutat̄ primo, ſed hoc apparet magis in tranſmutatione, quæ eſt in ſubā, cum illic non eſt medium inter illud, à quo, & illud poſtremū, ad quod eſt tranſmutatio: ſed primū

Trāſmutatio ī ſubā dr̄ principalr̄ tranſmutatio. Oppoſitus dixit ſup. cō. 32. & 5. phy. cō. 8. & ī cō. 45. īfra, vbi hꝫ ꝙ nō ē trāſmutatio, ſed ē ſequēs trāſmutationē. vide con. Zim.

c A tex. cō. 7. & 8.

d Nō ē mediū īter ens, & non ens. Oppoſitū. 1. phyſi. 78. & & 12. meta. cō. 25. vide con. Zim.

e Nota q̄r ī deſcriptiōib⁹, & definitionib⁹ vſitet̄ via diuiſiōis, & exēplificatiōis. Vide cōſile prio priorū ī digreſſiōe d ſyllo hypothetico, & ī 2 phy. cō. 5. & 1. coeli. cō. 2.

medium


medium eſt in alijs tranſmutationibus, quaſi illud, ad quod in hac tranſmutatione, Iſta igitur trãſmutatio in duobus extremis habet diſpoſitionem, ſicut eſt diſpoſitio aliarum tranſmutationum inter illud, à quo, & illud, ad quod primo venit tranſmutatum.

Amplius & per ſe vnamquamq; accipientibus manifeſtum eſt, ſiquidẽ neceſſe eſt id, †{ qd' eſt mutatũ, }eſſe alicubi, aut in aliquo. q̄m.n. ex quo mutatum eſt reliquit, & neceſſe eſt eſſe alicubi, aut in hoc, aut in alio erit. Si igiť in alio, vt in ipſo C, quod in ipſum B mutatum eſt, rurſus ex ipſo C mutatur in ipſum B.non.n. erat contiguum ipſi B. mutatio.n. continua eſt. quare quod mutatũ eſt, q̄n mutatum eſt, mutatur in quod mutatum eſt. hoc aũt eſt impoſ'e. neceſſe eſt ergo quod mutatum eſt eſſe in hoc, in quod mutatum eſt.

* a. l. addit, ex quo mutatum eſt.

Et etiam hoc apparet illi, qui conſyderauerit vnũquemq; modum trãſmutationum, cũ ſit neceſſarium ꝙ oẽ, quod trãſmutatum eſt, ſit in aliquo vbi, aut in aliqua re. q̄m, cum ſeparatur ab illo, à quo trãſmutatur, neceſſe eſt vt ſit in aliquo vbi, aut in alio, aut in hoc. Si igitur illud, quod tranſmutať ad B eſt in alio, v.g. in C ſemper etiam tranſmutabuntur de C ad B. q̄m C non eſt continuũ ad B, & tranſmutatio eſt cõtinua. ergo neceſſe eſt vt illud, quod iam tranſmutatũ eſt, cũ tranſmutatum eſt, ſemper tranſmuteť ad illud, ad quod trãſmutatur: quod eſt impoſſibile. ergo neceſſe eſt vt illud, quod iam tranſmutatur, ſit in illo, ad quod tranſmutatur.

Demonſtratio, probans ꝙ illud, quod mutatum eſt, eſt in eo, in quod mutatum eſt.



42 Cum declarauit hic oſtenſiue, et poſt ſm exemplificationem, vult etiam declarare hoc ducendo ad inconueniens, & dixit Et etiam, &c. i. & nõ ſolummodo apparet hoc in alijs tranſmutationibus ex hoc, quod apparet in tranſmutatione, quæ eſt in ſubſtantia, ſed hoc apparet vľr in omnibus tranſmutationibus. q̄m omne trãſmutatum, cum tranſmutatur, venit in aliud ab eo, à quo tranſmutatur, aut vbi, aut quale, aut quantum. D.d. q̄m, cum ſeparatur ab illo, &c. i. & hoc, quod diximus neceſſe eſt. q̄m, cum trãſmutatum ſeparatur ab eo, à quo tranſmutatur, neceſſe eſt vt ſit in aliquo: et illud aut erit, ad quod eſt trãſmutatio ꝑmo, aut erit aliud ab eo, ad quod eſt tranſmutatio non primo. Et, cum dixit aut in hoc, intendit illud, ad quod tranſmutatum tranſmutatur primo. Et, cum dixit aut in alio, intẽdit ab eo, ad quod eſt tranſmutatio non primo, quod eſt medium in tranſmutationibus habentibus medium, aut illud, ad quod eſt tranſmutatio poſtremo in tranſmutationibus, quæ ſunt ſm continuum, vel habitum. Et cum dixit ꝙ, cum tranſmutatum ſeparatur ab eo, à quo tranſmutatur, & eſt in aliquo, aut in illo, ad quod eſt tranſmutatio primo, aut in alio, dixit Si igitur illud, quod tranſmutatur ad B, &c. i. ponatur igitur aliquod tranſmutatum ſeparari ab eo, à quo tranſmutatur, & venire ad illud, ad quod tranſmutatio eſt primo, & ſit B, & ponatur ꝙ cum hoc tranſmutatum tranſmutetur ad B, quod eſt in alio. v.g. in C, ſequitur nečio vt ſemp in C trãſmutetur ad B, & vt in B ſit iam tranſmutatũ. Deinde dedit cauſam in hoc, & dixit q̄m C nõ eſt continuum ad B, &c. i. & neceſſe eſt vt ſit in C continuæ tranſmutationis, quia C non eſt continuum ad B, vt tranſmutatum ſit in eo quieſcens: et cum in C non fuerit quieſcens, nečio eſt in eo tranſmutatum. Et, cum declarauit hoc, dedit impoſ'e, quod ſequitur, ſi tranſmutatum fuerit in aliquo, alio ab eo, ad quod eſt tranſmutatio primo, & dixit ergo neceſſe eſt vt illud, quod iam tranſmutatũ eſt, &c. i. ergo neceſſe eſt vt tranſmutatũ tranſmuteť ſemp ad illud, ad quod iam tranſmutabať. et, cũ poſuit ꝙ eſt in primo, à quo tranſmutať, ſequitur vt tranſmutetur ad illud, ad quod tranſmutabať: & ſic ambulans ad aliquem locũ eſt in illo loco, dum ambulat ad ipſum. &, cum contingit ei in hoc impoſ'e, ſequiť vt tranſmutatum in primo, cum tranſmutatur, ſit iam tranſmutatum. q̄m ſequiť, ſi hoc nõ fuerit, vt tranſmutatum tranſmutetur ad illud, in quo eſt, ſ. trãſfertur ad illud, in quo eſt, aut transfertur, cum translatum eſt. & ſic præteritum erit futurum. Et, cũ declarauit impoſſibile, quod ſequitur hoc, dedit concluſionem, quæ eſt contradictoria impoſſibili, & dixit ergo neceſſe eſt vt illud, quod tranſmutatur ſit in illo, ad quod tranſmutatur primo.

Manifeſtum igitur eſt ꝙ & id, quod factũ eſt, cum factũ eſt, erit, & id, quod corruptum eſt, non erit. nam & vľr dictum eſt de omni mutatione: & maxime eſt manifeſtum in ea, quæ eſt ſm cõtradictionem. Quod igitur id, quod mutatum eſt, cum mutatum eſt primũ, in illo eſt, manifeſtum eſt.


Manifeſtũ eſt igitur ꝙ illud, quod fuit, eſt, cum fuit ens, & illud, quod corrumpiť, non eſt ens. q̄m iam diximus vľr in omni trãſmutatione: & hoc manifeſtius eſt in ea, quæ eſt ſm contradictionem. Manifeſtum eſt igitur ꝙ illud, quod tranſmutatum eſt in initio trãſmutationis, eſt in illo, ad quod tranſmutatur.

Vult notificare ꝙ hoc, quod intendebat declarare, eſt manifeſtum in tranſmutatione, quæ eſt in cõtradictoria ex declaratione, quæ continet alias tranſmutationes. & ſi manifeſtius eſt in hac trãſmutatione, ſ. quæ ſit ſm contradictoria: q̄m hic eſt manifeſtum per ſe, & in alijs ꝑ medium. Et quaſi dicit Manifeſtum eſt igiť in alijs tranſmutationibus ꝙ illud, quod iam tranſmutatum eſt in initio tranſmutationis eſt in illo, ad quod tranſmutatur: quemadmodum apparet in hac trãſmutatione, quæ eſt ſm contradictionem: licet hoc ſit manifeſtius in hac tranſmutatione. D.d. Manifeſtum eſt igitur, &c. i. manifeſtum eſt igitur ꝙ illud, quod generatur eſt ens in initio, cum fuerit in ente, & ſeparatur à non ente, & ſimiliter illud, quod corrumpitur in initio eius, cum corrumpitur, eſt in non ente. & hoc intendebat, cum dixit & illud, quod corrumpitur, non eſt ens. D.d. iam igitur diximus vniuerſaliter in omni tranſmutatiõe, i. iam declarauimus hoc: licet ſit manifeſtius in tranſmutatione in ſubſtãtia, & cauſa in hoc eſt, quia non habet medium. 43

In quo autem primo mutatũ eſt id, quod mutatũ eſt, neceſſe eſt impartibile eſſe. Dico aũt primũ, quod nõ ꝑꝑea ꝙ alterum aliqd ipſius ſit, hmõi eſt. Sit igiť diuiſibile ipm A C, & diuidať ſm B. ſi igiť in A B mutatũ eſt, aut rurſus in B C, nõ vtiq; in primo, quod eſt A C, mutatũ erit. ſi aũt in vtroq; mutabať: (neceſſe eſt. n. aut mutatũ eẽ, aut mutari ĩ vtroque:) & in toto vtiq; mutabať. at erat mutatũ. Eadẽ ratio autẽ eſt, & ſi in hoc qdem mutať, in hoc autem mutatum eſt. erit. n. aliquid primo prius. quare non erit vtiq; diuiſibile illud, in quo mutatum eſt.

Et illud, in quo fuit trãſmutatũ in initio trãſmutatiõis, neceſſe eſt vt ſit ĩdiuiſibile. Et intelligo ꝑ initiũ, illud, quod eſt tale, nõ ꝑꝑ hoc, ꝙ aliud eſt tale. Sit ergo A C diuiſibile, & diuidať in B. ſi igiť tranſmutatur in A B, & in B C, tunc initium trãſmutationis non erit in A C. qm̃ in vtroq; eorũ aut trãſmutatum eſt, aut adhuc tranſmutať. vnde neceſſe eſt vt in toto ẽt trãſmuteť. ſed iam trãſmutatũ eſt. Et iſta eadẽ rõcinatio ſeqtur, ſi aliquid pro parte tranſmuteť, & pro parte tranſmutatũ eſt. qm̃ ſequiť vt ſit prius primo. vñ neceſſe eſt vt idem, in quo eſt res, non ſit diuiſibile.

Demonſtratio, oſtẽdens quòd id, in quo aliquid primo mutatum eſt, non eſt tempus, neq; aliquid diuiſibile, ſed inſtans, & indiuiſibile.



44 Cum declarauit ꝙ in initio eius, quod trãſmutatur, res tranſmutabilis venit in illud, in quo tranſmutatur, vult declarare ꝙ initium illius, in quod eſt tranſmutatio, eſt indiuiſibile, & dixit Et illud, in quo, &c. i. & illud, in quo tranſmutatum erit in initio trãſmutationis, neceſſe eſt vt ſit indiuiſibile, & ſilr id, ad quod peruenit. & hæc eſt cauſa in hoc, ꝙ finis, & principium tranſmutationis ſint indiuiſibilia. Et, cum dixit ꝙ initium eius, in quod tranſmutatum tranſmutatur, et finis eius debet eſſe indiuiſibile, expoſuit illud, quod intendit, & dixit Et intelligo per primum, &c. i. & intelligo ꝑ primum, illud, quod dicitur tranſmutari, non quia aliqua pars eius eſt talis. primum. n. eſt illud, quod non prędicatur de aliquo propter aliud. D. incœpit declarare ꝙ primum, quod tale eſt debet eſſe indiuiſibile, & dixit Sit ergo A C, &c. i. dico ꝙ initium eius, in quod tranſmutatur, debet eſſe indiuiſibile. ſi autem ſit diuiſibile, & ſit A C, & diuidatur in B, dico igitur ꝙ, ſi magnitudo A B C fuerit diuiſibilis, neceſſe eſt vt tranſmutatũ ſit tranſmutatũ in vtraq; parte A B C, aut adhuc tranſmutetur. Si autem tranſmutatum eſt in vtraq; parte, tunc tranſmutatio eius in A B C toto non erit prima. ſed poſitũ eſt ita, quod eſt incõueniens. Et, ſi in vtraq; adhuc tranſmutetur, & non eſt tranſmutatum, continget vt in toto tranſmutetur. ſed poſitum eſt ipſum iam tranſmutatum eſſe. Et hoc intendebat, cum dixit ſi igitur tranſmutatur, i. ſi igitur tranſmutatum in vtraq; parte A B C, non vere diciť iam eſſe tranſmutatũ. qm̃ ſequitur ex eo, vt non ſit initium tranſmutationis, ſed ſemper tranſmutatur. ergo neceſſe eſt vt ſit in toto, ſ. in A C ſemper trãſmutari: qa neceſſe eſt vt ſit in vtroq;, aut vere dicatur ſemper tranſmutari, aut iam tranſmutatum eſſe. Si igitur non vere dicitur iam tranſmutatũ eſſe, neceſſe eſt vt in vtraq; tranſmuteť: ergo in toto eſt tale, ſ. tranſmutari. et poſitum eſt ꝙ in toto tranſmutatur. ergo in eodem ſemper tranſmutať, & eſt tranſmutatum inſimul. quod eſt impoſſibile. Et abbreuiatio huius demr̃ationis eſt talis. Neceſſe eſt vt illud, quod trãſmutatur in tota magnitudine, ſit in vtraq; parte, ſ. cum eſt in altera parte, aut nondum tranſmutatur, aut iam tranſmutatum eſt, aut ſemper trãſmutatur. Si aũt nondum tranſmutatur, ergo eſt quieſcens in oĩbus partibus magnitudinis, & in toto iam tranſmutatũ eſt. & hoc eſt inconueniens. Et, ſi iam tranſmutatum eſt in vtraq;, tunc in magnitudine iam tranſmutatũ eſt, non in primo. Et, ſi in eis ſemper tranſmuteť, ergo in A B C toto tranſmutatur. ſed poſitum eſt iam tranſmutatum eſſe: ergo in eodem tranſmutatur, & eſt iam tranſmutatum. & hoc eſt impoſſibile. Sed Ari. tacuit diuiſionem, dicentem ꝙ in vtraq; erit quieſcens, quia eſt manifeſta, & quia iam vſus eſt hac propoſitione in initio huius tractatus. D. d. Et iſta eadem rõcinatio ſequitur, &c. i. et illud impoſſe ſequitur etiam, ſi poſuerimus ipſum in vna parte iã tranſmutatũ eſſe, & in alia adhuc tranſmutari. v. g. in parte A B iam tranſmutatum eſſe, & in parte B C adhuc trãſmutari. qm̃ ratio in hoc eadem eſt, ſ. quia ſequitur vt illud, quod poſitum eſt primũ, non ſit pimũ. D. d. ergo neceſſe eſt vt illud, &c. i. ſequitur igiť ex hoc ſermone vt illud, quod eſt initiũ, in quo eſt tranſmutatio, non ſit diuiſibile, neq; vltimũ eius, ut quo eſt tranſmutatio. Et intelligẽdum eſt hoc etiam in tempore tranſmutationis, ſ. ꝙ initium eius eſt indiuiſibile, & ꝙ non eſt tempus, ſed inſtans.

Abbreuiatio rõnis.

Initium trãſmutationis ẽ indiuiſibile.

Manifeſtũ eſt igitur ꝙ & id, quod corruptum eſt, & quod genitũ eſt, in impartibili illud qdem corruptũ, hoc aũt genitum. Dr̃ aũt id, in quo primo mutatum eſt, dupľr. Aliud quidem, in quo primo perfecta eſt mutatio: tunc enim uerum eſt dicere ꝙ mutatum eſt. Aliud uero, in quo primo cœpit mutari.

Oẽ genitum, & corruptũ ẽ impartibili genitum & corruptũ ẽ.

Id, ẽ quo primo quippiam eſt mutatum, bifariã dici.

Manifeſtum eſt igiť ꝙ illud, quod corrumpiť, & quod eſt, eſt in indiuiſibili. Et hoc, qđ dicimus initium eius, in quo eſt trãſmutatio, eſt duobus modis. Quorum vnus ẽ illud, in quo ꝑficiť tranſmutatio: qm̃ tunc dr̃ vere aliquid iam tranſmutatum eſſe. Alius vero eſt illud, in quo incœpit tranſmutatio.

Iſta demr̃atio ꝓdicta eſt in tranſmutationibus diuiſibilibus, q̃ hñt principiũ, & finẽ. tranſmutationes vero indiuiſibiles, ſ. q̃ ſunt in indiuiſibili. v. g. gñatio, & corruptio ſunt in forma: forma. n. eſt indiuiſibilis. manifeſtũ eſt igiť de eis, ꝙ iſtę tranſmutationes ſunt in rebus indiuiſibilibus. D. d. Manifeſtũ eſt igr̃, &c. i. manifeſtũ 45

Forma ẽ indiuiſibilis. Idem. 1. Ph. cõ. 68.

Documentũ

niſeſtũ eſt igit̃ ꝙ illud, quod corrumpit̃, corrũpit̃ in indiuiſibili, et illud, quod fit, fit in ĩdiuiſibili. Et nõ intẽdit ꝙ hoc appet ex p̃dicta demr̃atione. nã gñatio, & corruptio nõ ſunt diuiſibiles, ita ꝙ habeãt prin^m & finẽ, ſed forte trãſmittit nos ad hoc, quod dictũ eſt prius, ꝙ gñatio, & corruptio ſunt fines trãſmutatiõis. Et declaratũ eſt hic ꝙ finis tranſmutationis eſt indiuiſibilis. Et intelligo p trãſmutationẽ illud, cui⁹ finis eſt gñatio, & corruptio, ſ. trãſmutationẽ alteratiõis, & gñatio eſt finis alterationis, & nõ eſt trãſmutatio, ſed eſt ſequens tranſmutationẽ: qa non diuidit̃ in magis, & minus: qa non intelligit̃ hõ eſſe magis q̃ hõ, neq; equus eſt magis q̃ equus: ſicut intelligit̃ albedo magis, q̃ albũ. & ideo gñatio, & corruptio non ſunt motus, neq; exiſtũt p ſe, ſed ſequunt̃ motũ. & ideo forte intẽdit p indiuiſibile in gñatione, & corruptione formã. D. d. Et hoc, quod dicimus, &c. i. & dixit hoc, qa nõ eſt locut⁹, niſi in p̃n⁹ tm̃. qm̃ demr̃atio ſuper ea eadem eſt. & forte hoc nomẽ primũ in idiomate eoꝝ ſignãt p̃ncipium, & finem.


Nõ itellr̃ hõ magis q̃ hõ, nec equ⁹ magis q̃ equus, ſicut intellr̃ albedo magis q̃ albedo

Dari finem, nõ principiũ motus.

Quod igit̃ circa finẽ mutationis primũ dr̃, exiſtit, & eſt. contingit. n. pfici mutationẽ. & eſt mutationis finis, q iam & oñſus eſt indiuiſibilis eſſe, ppterea ꝙ finis eſt. quod autẽ ſm principiũ eſt oĩno non eſt. non. n. eſt principiũ mutatiõis, neq; id tp̃is, in quo primo mutabat̃. Sit. n. primũ, in quo A D. hoc igr̃ indiuiſibile qdem nõ eſt. accidet. n. contigua eſſe ipſa nunc. Amplius, ſi in C A tp̃e toto qeſcit (ponat̃. n. qeſcẽs) & in A qeſcet. Quar̃, ſi impartibile eſt A D, ſil' qeſcet, & mutatum erit. nam in A quieſcit, in D autem mutatum eſt.

Primũ vero, quod dr̃ pp cõplementũ trãſmutationis, eſt exñs p ſe. qm̃ poſ'e eſt vt perficiat̃ trãſmutatio. et vltimũ trãſmutationis eſt illud, quod iam declarauimus eẽ indiuiſibile, qa eſt finis. primũ vero, quod dr̃ p principio nõ eſt ens oĩno. qm̃ trãſmutatio nõ habebit principiũ, neq; erit ex primo tp̃e aliquid, in quo tranſmutetur res. Sit igr̃ primum A D. iſtud igr̃ primũ nõ eſt indiuiſibile. qm̃ ſeqtur in oĩ indiuiſibili vt inſtãtia ſint ſeſea. Et ẽt, ſi in tp̃e toto C A fuerit quieſcẽs, ponemus ipſum eſſe quieſcens in A etiam. ſequitur igr̃, ſi A D fuerit quieſcẽs, & indiuiſibile, vt ſit qeſcens, & iã tranſmutatũ inſimul. qm̃ in A erit quieſcens, & in D erit iam tranſmutatum.

Demonſtratio Prima, ſumpta ex parte tp̃is, oſtendens ꝙ nõ eſt accipe primũ, ĩ quo mutatũ ẽ, ex pte pr̃cipij. Figura hæc deſeruit ẽt textui ſeq̃nti, et litera B illi tm̃.



Cum declarauit ꝙ in principio eius, quod tranſmutatur, cũ ſeparat̃ ab eo, in quo trãſmutatur, veniet in illud, in quo primo tranſmutatur, & ꝙ initium, & finis trãſmutationis ſunt indiuiſibilia, vult declarare ꝙ initium tranſmutationis non eſt in actu, ſed in potẽtia, & ſilr̃ initium eius, in quo eſt trãſmutatio, nõ eſt in actu, ſed in potentia: finis autem trãſmutationis in actu eſt, & demonſtrato: & ſilr̃ finis eius, in quo eſt tranſmutatio. Qm̃, ſi eſt neceſſe vt tranſmutatum in initio tranſmutationis ſit in illo, in quod tranſmutat̃ primo, & nõ tranſmutat̃, niſi in ĩdiuiſibili, & initiũ eius, in quo trãſmutat̃, eſt indiuiſibile, ſequit̃ vt non tranſmutat̃ in initio tranſmutationis. &, cum in tranſmutato nõ inuenit̃ tranſmutatio, niſi ſit iam tranſmutatum, manifeſtũ eſt ꝙ tranſmutatio non habet principium, niſi trãſmutatio eſſet cõpoſita ex indiuiſibili, et tẽpus ſilr̃. ergo iſtud principium nec̃io eſt in potentia: et eſt illud, de quo declaratũ eſt in ſermone prædicto ipſum eſſe indiuiſibile. Et expoſitores dubitabant in hoc: quia exiſtimabãt ꝙ iſti duo ſermones ſunt contradictorij, ſ. dicens ꝙ eſt indiuiſibile, & dicens ꝙ non eſt ens. Et non ſunt contradictorij, niſi eſſet declaratũ ꝙ non eſt ens oĩno: ſed non fuit declaratum, niſi ꝙ eſt non ens in actu. & hoc ignorant oẽs expoſitores in hoc loco. ideo ĩuenimus Alex. tranſtuliſſe declarationem ad tempus, ſ. hoc, quod declarauit ꝙ initiũ tranſmutationis eſt indiuiſibile. D. d. ipſum eſſe non ens. & forte intendit per hoc, quod declarauit ipſum eẽ indiuiſibile, ipſum eſſe nõ ens ĩ actu. & quaſi dicit ſi iſtud principium fuerit ens in actu, neceſſe eſt vt ſit indiuiſibile. D. declarauit ꝙ, ſi fuerit indiuiſibile, neceſſe eſt vt non ſit ens: &, ſi ponatur eſſe, accidet impoſ'e. & iſte modus declarationis eſt modus verus. Expoſitores autem non fecerunt dr̃iam inter ſermonem de principio, et fine in hac demonſtratione, & dixerunt qm̃ motus habebit finem, & non habebit principium. & hoc, quod exiſtimauerunt de hoc, eſt in primo aſpectu ad deceptionem. D. d. Primum vero, &c. i. indiuiſibile vero, quod dicitur de fine trãſmutationis, & fine eius, in quo eſt trãſmutatio, eſt exiſtẽs in actu, & poteſt demonſtrari. Et, cum narrauit hoc, dedit cauſam, & dicit qm̃ poſſibile eſt vt pficiat̃, &c. i. & hoc eſt ita: quia trãſmutatum põt perfici in ſua trãſmutatione: & perfectio tranſmutationis eſt res exiſtẽs in actu, ſicut aliæ perfectiones, & demonſtrata magis q̃ in vno inſtanti. Et hoc manifeſtũ eſt in omni tranſmutatione. qm̃ perfectio in vbi eſt ſuperius, & in qualitate eſt album, & nigrum, & in quantitate eſt quantitas terminata. Iſta igitur, quia ſunt in actu, ideo finis in eis, quæ eſt indiuiſibilis, & eſt vltimum tranſmutationis, eſt ens in actu. principium vero trãſmutationis, qa non eſt principiũ alicuius permanentis, ſicut eſt diſpoſitio in principio lineæ, & illud, quod eſt ens in actu, eſt ipſa tranſmutatio, & in tranſmutatione nõ eſt initium naturaliter, neceſſe eſt vt iſtud principium non ſit ens, neq; exñs. Cũ igit̃ poſuit ꝙ poſ'e eſt vt pficiatur tranſmutatio trãſmutationis, & ꝙ iſta pfectio eſt in acto, & ꝙ habet finẽ, fuit neceſſe vt finis eius ſit ĩ actu, ſicut eſt finis lineę, & finis ſuperficiei. Et cauſa in hoc eſt, quia motus, & tp̃s non hñt ſitum, & linea hẽt ſitũ: & declaratũ eſt ꝙ eſt indiuiſibilis: ergo finis motus ĩdiuiſibilis eſt in actu. D. reuerſus eſt ad principiũ motus, de quo declaratũ eſt ꝙ, ſi fuerit ens, non erit indiuiſibile, et declarauit ipſum eſſe nõ ens, niſi in potẽtia, ſ. ſm ꝙ inſtãs eſt in tp̃e, & dixit primum vero, &c. i. principiũ vero tranſmutationis, de quo diximus ꝙ, ſi fuerit ens, quod nõ erit diuiſibile, nõ eſt neceſſe vt ſit ens oĩno, qa eſt ĩdiuiſibile in ſua natura, ſ. prin^m, ſm ꝙ eſt prin^m. D. d. qm̃ tranſmutatio nõ habebit prin^m, &c. i. qm̃ tranſmutatio non habebit prin^m, q̃ eſt tranſmutatio, nã prin^m eſt

Perfcõ tranſmutationis ẽ res exiſtẽs ĩ actu, ſic̃ aliæ pfectiões, & demr̃ata magis q̃ in vno inſtanti.

eſt indiuiſibile,& trāſmutatio eſt diuiſibilis. neq; ēt in hoc tpe, quod eſt indiuiſibile cadit transmutatio: qm̄ tranſmutatio eſt diuiſibilis,& nō cadit,niſi in tpe diuiſibili,vt declaratum eſt in initio iſtius tractatus.& hoc intēdebat,cū dixit Sit igit̃ primū,etc.i.ſit igit̃ primum eius,in quo eſt tranſmutatio.v.g.primum ſpatij A D. Deide d.iſtud ṗmū igit̃,&c.i.ſeqt̃ igr̃ vt primū ſpatij, in quo eſt motus in actu, nō ſit indiuiſibile, ſed diuiſibile neč̃io. Et,cū narrauit ꝙ iſtud primū debet eſſe diuiſibile econtrario primo,quod eſt ptin^m eius, in quo eſt motio moti in initio eius,quod mouet̃,& eſt ṗn^m motus eius,dedit impoſſ'ia conſequētia, ſi ponat̃ indiuiſibile, & dixit qm̄ ſequit̃,ſi fuerit indiuiſibile,&c.i.qm̄, ſi ptin^m eius,in quo demr̄atur motus, fuerit indiuiſibile, ita,ꝙ ſit pars motus,contingit motū inueniri in ſpatio indiuiſibili,& tpe indiuiſibili, ſ. inſtanti. & ſic tp̄s, & motus erūt cōpoſita ex indiuiſibilibus.quod eſt ipoſſe. D.d. Et ēt,ſi in tpe C A,&c.i.& ſi pars tpis,in qua eſt initiū qetis,fuerit pars,in q̄ eſt vltimū motus,ſm ꝙ eſt aliquod indiuiſibile,cū inſtās nō ſequit̃ inſtās,neq; iter finē qetis,& initiū motus eſt tp̄s,manifeſtū eſt ꝙ, ſi in hac parte tpis īdiuiſibilis fuerit poſſ'is motus, poſſ'is erit qes: & ſic res erit mota,& qeſcens in eodē: qa finis eſt qetis,& initiū motus.Ponat̃ igit̃,ſ.motū moueri in toto tpe A D,& ponat̃ ēt ipſuz qeſcere ī fine iſtius tpis,ſ. D,mouet̃ igit̃ ēt in initio eius,quod eſt A. ergo neceſſe eſt,ſi ille finis,et initium,quod eſt indiuiſibile,poſſet in eo fieri motus,& quies,vt illud, quod mouetur in eo, ſit quieſcens,& motum inſimul.qm̄ in A D, quod eſt indiuiſibile,erit quieſcens,ſm ꝙ eſt finis quietis,et erit in A motum,ſecundum quòd eſt initium motus: & ſic in eadem re erit quieſcens, & motum inſimul.

Qm̄ autem nō eſt impartibile, neceſſe eſt diuiſibile eē,& in quauis partiū huius mutatū eē. Diuiſo.n. ipſo A D, ſi in neutra qdem mutatū eſt,neq; in ipſo toto.ſi vero in ambabus mutat̃,& in toto. ſi aūt in altera mutatū eſt,non in toto primo.quare neceſſe in quauis mutatū eē.manifeſtū igit̃ eſt ꝙ non eſt in quo primo mutatū ē:īfinitę.n.diuiſiōes ſunt.


Si igit̃ A D nō eſt indiuiſibile, neceſſe eſt vt ſit diuiſibile,& in quolibet iſtius accipiat̃, tranſmutabitur in eo,qn̄ A D diuidet̃. Et,ſi nō trāſmutat̃,neq; in altera duarū partiū, ergo neq; in toto trāſmutabit̃.&, ſi in eis ſemp tranſmutat̃, iſta erit diſpō eius in toto. &, ſi trāſmutat̃ in altero,nō erit primū eius, ī quo tranſmutat̃ totum.ergo neceſſe eſt vt tranſmutet̃, in quocūq; eius accipiat̃. ergo manifeſtū eſt ꝙ non eſt primū eius, in quo tranſmutatur.quoniam diuiſio eius eſt infinita.

47 Dicit Si igit̃ A D,in quo poſuimus prin^m tranſmutationis exn̄tis in actu,nō fuerit īdiuiſibile, neceſſe eſt vt ſemp diuidat̃ in diuiſibile,& vt ī qualibet parte ponat̃ trāſmutari in actu,neceſſe eſt vt prius tranſmutet̃, ſ. ꝙ ante hanc tranſmutationē poſitam ſit trāſmutatio: qm̄ magnitudo,in qua poſita eſt tranſmutatio,eſt diuiſibilis neč̃io . et hoc intēdebat,cum dixit qn̄ diuidet̃ A D. Et cū narrauit ꝙ,cū tranſmutatur ī hac magnitudine, neceſſe eſt vt ſit trāſmutatum in partibus, incœpit declarare hoc,& dixit Et,ſi non trāſmutatur,&c.i.et, cū poſuerimus ꝙ primū eius,in quo demr̄atur tranſmutatū,et eius,in q̄ eſt tranſmutatio,eſt diuiſibile.v.g. A D diuidet̃ in B,ſi igit̃ nō tranſmutat̃ in altera parte,ſ.in A B B D,ergo neq; in tota magnitudine A D, quod eſt cōtra poſitū.&, ſi tranſmutat̃ in eis ſemp,tunc diſpoſitio eius in toto erit talis.ſed poſitū eſt ꝙ iſta tranſmutatio eſt ptin^m tranſmutationis. & hoc eſt impoſſe. Et,ſi trāſmutat̃ in altera,& non in reliqua, tunc totū nō erit prin^m eius,in quo tranſmutat̃. ſed poſitū eſt primū. & hoc eſt inconueniens. Et hoc intendebat,cū dixit &, ſi tranſmutat̃ in altera,&c.&,cū ſit impoſſe vt ī vtraq; ſit quieſcens,aut in eis ſemp tranſmutet̃, & in alia non tranſmutat̃,ſeqtur ex hoc vt in vtraq; ſit iam trāſmutatum.Et dixit ergo neceſſe eſt,&c.i.quæcūq; pars accipiat̃ ex illo ṗmo,neceſſe eſt vt trāſmutatū in eo ſit iam trāſmutatū.ergo trāſmutatio erit añ trāſmutationē, & ante hāc alia,ſicut eſt diſpō in diuiſione magnitudinis in infinitū.& hoc intēdebat,cū dixit ergo manifeſtum eſt,&c.i.ergo manifeſtum eſt ꝙ in eo nō eſt ṗn^m eius, quod tranſmutatur:quia diuiſio eius eſt in infinitum.

Neq; igit̃ eius, quod mutatum eſt, aliquid primum eſt,quod mutatū ſit.Sit.n. D F primum mutatū ipſius D E.omne.n. quod mutat̃, diuiſibile eſſe demr̄atum eſt. tempus autē,in quo ipſum D F mutatū eſt,ſit in quo H I.ſi ergo in toto ipſum D F mutatum eſt in dimidio minus erit id,quod mutatum eſt, & prius ipſo D F, & rurſus hoc aliud, & illo aliud,& ſemper ſic. quare eius, quod mutat̃, nihil erit primum,quod mutatum eſt.

Neq; ex illo,quod tranſmutatū eſt, eſt aliquid,quod eſt primum eius, quod tranſmutatum eſt. Sit ergo D Z, primum eius, quod trāſmutatur ex D H. qm̄ iam declarauimus, ꝙ oē tranſmutatum eſt diuiſibile. & tēpus ſit B C.ſi igitur D Z tranſmutatur in hoc tempore, ergo in ſua medietate erit illud, quod tranſmutabatur prius,& ante iſtud aliud minus prius,& ante illud aliud minus prius, & ſic ſemper. vnde neceſſe eſt vt in tranſmutato non ſit aliquid omnino, quod ſit primum eius,quod tranſmutatur.

Demonſtratio Secunda, oſtendens idem, quod ſupra, ſumpta ex parte mobilis.



Vult declarare etiam ꝙ tranſmutatū non eſt aliqua pars,quæ ſit primum eius,quod trāſmutatur,i. ꝙ ante ipſum non eſt alia pars,quæ dicat̃ tranſmutari. qm̄ aūt tranſmutatum debet hr̃e partem,manifeſtū eſt ex prędictis:nam oē tranſmutabile eſt diuiſibile. qm̄ vero in iſta diuiſione non inuenit̃ pars prima,manifeſtū eſt ex hoc, 48

hoc, quod eſt declaratũ, ꝙ tranſmutatum, & tẽpus, & tranſmutatio oĩa ſunt de natura continui, & ꝙ continuum ſemper diuiditur ĩ diuiſibile. Et, qa diuiſibilitas moti, eſt manifeſtior ex diuiſibilitate eius, in quo mouet̃, incœpit declarare ꝙ, ſi eſſet hoc primũ tranſmutatum, tunc eſſet prima longitudo, & primũ tempus. ſed quia hoc eſt manifeſtius in tempore, dixit Neq; ex illo, quod tranſmutatum eſt, &c. i. neq; in tranſmutato inuenitur pars, quæ ſit primum eius, quod trãſmutatur. D. poſuit tranſmutatum D H, & poſuit partem illius primo D Z, vt declararet, ducendo ad inconueniẽs, ꝙ iſta pars non eſt primum, & dixit D Z, &c. et, quia aliquis poteſt dicere ꝙ iſta poſitio non eſt vera, niſi eſſet verum, ꝙ oẽ tranſmutatum eſt diuiſibile, dixit qm̃ iam declarauimus ꝙ oẽ trãſmutabile eſt diuiſibile. Et, cum poſuit hoc, & iam declarauit ꝙ oẽ tranſmutatum tranſmutatur ĩ tempore, neceſſe eſt vt iſta pars tranſmutet̃ in tempore, & dixit et tempus, in quo tranſmutatur, ſit B C. Et, cum declarauit ꝙ iſta trãſmutatio debet eſſe in tempore, dicit ſit igit̃ illud tẽpus, in quo pars D Z trãſmutatur, B C. Deide d. ſi igit̃ D Z, & C, ſ. pars tranſmutari, quam poſuimus primum eius, quod tranſmutatur, tunc in medietate iſtius temporis erit illud, quod tranſmutatur de illa parte minus. qm̃ illud, quod tranſmutatur in minori tempore, eſt minus, ſ. in æquali velocitate. & erit trãſmutatio, quæ eſt in medietate iſtius ante tranſmutationem, quæ eſt in toto illo tẽpore, quæ poſita eſt prima, & ſic erit non prima. Et, quia tempus diuiditur in medietates in infinitum, neceſſe eſt vt diuidatur in minus, & minus in minori ſm diuiſionem temporis in infinitum. & ſilr in prius, & in prius priori, & ſic in infinitum. &, cum declarauit quòd tranſmutatum non habet primum, dixit vnde neceſſe eſt, &c. ideſt, ſicut eſt neceſſe in ipſa tranſmutatione, & in eo, in quo eſt tranſmutatio.


Supra. 32.

Quod igitur neq; eius, quod mutat̃, neq; in quo mutat̃ tempore, primum quicquã ſit, manifeſtũ eſt ex ijs, quæ dicta ſunt. Illud aũt, quod mutat̃, aut id, ſm quod mutat̃, non amplius ſilr ſe habebit. Tria nãq; ſunt, quæ eſſe dñr in mutatione, & quod mutat̃, & in quo, & ſm quod mutat̃. vt homo, & tẽpus, & albũ. homo igitur, & tempus, diuiſibilia ſunt: de albo aũt alia ratio eſt. verum ſm accidens quidem omnia diuiſibilia ſunt: cui. n. accidit quale, aut album, illud diuiſibile eſt. qm̃ neq; in ijs erit primum, quę quidem ſm ſe dñr diuiſibilia, & non ſm accidens, vt in magnitudinibus. Sit. n. in quo A B, magnitudo, motum autem ſit ex B in C primum. igit̃, ſi indiuiſibile quidem erit B C, impartibile impartibili erit contiguum. ſi vero diuiſibile, erit aliquid ipſo C prius, in quod mutatum eſt, et illo rurſus aliud, & ſemper ſic: propterea ꝙ nunq̃ deficit diuiſio, quare nõ erit primum, in quod mutatum eſt. Similr autem eſt & in quãti mutatione. etenim hæc in cõtinuo eſt. Manifeſtum igit̃ eſt, ꝙ in ſolo motu, qui ſm quale eſt, contingit indiuiſibile per ſe eſſe.

Tria in mutatione.

Manifeſtum eſt igitur ex dictis, ꝙ neq; ex tranſmutato, neq; ex tẽpore, in quo eſt tranſmutatio, eſt aliquid omnino, quod ſit primũ. Et illud ipſum, in quo eſt tranſmutatio, non habet talem diſpoſitionem. Sunt. n. tria, quæ ſufficiunt in tranſmutatione, ſ. trãſmutatum, & illud, in quo eſt tranſmutatio, & ad quod. v. g. homo, & tempus, & albũ. homo vero, & tempus ſunt diuiſibilia: ſermo autem de albo eſt alius à ſermone de iſtis. ſed omnia ſunt diuiſibilia per accidens: illud. n. cui accidit album, & quale, eſt diuiſibile. in illis autẽ omnibus, quæ dicuntur diuidi per ſe, nõ per accidens, non eſt etiam primum. v. g. in magnitudinibus. Sit igitur A B C magnitudo, & moueatur de A ad B primo motu. ſi igit̃ A B fuit indiuiſibile, tunc impartibile ſequitur impartibile. &, ſi fuerit diuiſibile, tũc erit aliquid ante B, in quod cecidit tranſmutatio, et ante illud aliud, et ſic ſemper. qm̃ non euadet à diuiſione aliquo modo. ergo nõ eſt hoc primum eius, in quod cadit tranſmutatio. Et ſimiliter de tranſmutatione quantitatis. quoniam iſta tranſmutatio etiam eſt in continuo. Ergo manifeſtum eſt quòd in motu in qualitate ſola inter alios motus poteſt eſſe indiuiſibile per ſe.

Demonſtratio Tertia, oſtendens idem, quod ſupra, ſumpta ex parte magnitudinis.



Dicit Manifeſtum eſt igitur ex prædictis, ꝙ non eſt aliquod primum, ſ. indiuiſibile ex trãſmutatione, neq; ex tempore, in quo fit tranſmutatio, ſm ꝙ eſt tranſmutatio, & ſm ꝙ eſt tempus, neq; per ſe, neq; per accidẽs. 49 D. d. Et illud ipſum, &c. & intendit illud, in quo eſt genus trãſmutationis. & dixit hoc, qm̃ tranſmutabilium ſunt quædam, in quibus non inuenitur primum ꝑ accidens, ſ. quæ ſunt in qualitate. in eis autem, quæ ſunt in vbi, & quanto non inuenitur primum omnino, neque per ſe, neq; per accidens. Et, cum narrauit quòd diſpoſitio in eo, in quo eſt tranſmutatio, in hoc non eſt ſicut diſpoſitio in tranſmutato, & tempore, incœpit exponere hoc, et dixit Sunt enim tria, etc. ideſt, ſunt enim tria in tranſmutatione: & ſunt illa, de quibus diximus ipſa non habere primum D. d. ſcilicet tranſmutatum. & intendit per illud, in quo eſt tranſmutatio, tempus, & per illud, ad quod eſt trãſmutatio, genus motus. verbi gratia homo, qui albeſcit: quoniam ſunt in eo tria, homo, & tempus, & color albus. & dixit motum, qui eſt in qualitate, notificando ꝙ in iſto non inuenitur primum per accidens, ſcilicet in eo, ad quod eſt motus, nõ in moto, neq; in tempore. & hoc intendebat, cum dixit homo vero, &c. ideſt homo vero, quod eſt tranſmutatum in hoc motu, & tempus, in quo eſt motus,

non

non habẽt primũ omnino, neq; per ſe, neq; per accñs, quia ſunt diuiſibilia p̃ ſe. album vero, & ſilr de rebus, ad quas ſit tranſmutatio in qualitate, oõ habent talem diſpõnem: qm̃ iſta non diuiduntur per ſe, ſ. qualitates, ſed per accidens. D.d. ſed oĩa ſunt diuiſibilia per accidens, i. omnes qualitates. D. narrauit quõ diuidũtur per accidẽs, & dixit illud. n. & cui accidit album, &c. i. album vero, & vlr qualitates ſunt diuiſibilia, qa ſunt in corpore, quod eſt diuiſibile per ſe. Et, cum narrauit ꝙ diuiſibilium ex iſtis tribus quædã ſunt, quę ſemper diuiduntur p̃ ſe, ſ. tempus, & tranſmutatũ, & quædam ſunt, quorũ quædã diuiduntᷣ per ſe, & quædã per accidens, & eſt illud, ad quod eſt trãſmutatio, narrauit ꝙ in illo, quod diuiditur p̃ ſe, in iſtis non inueniť primũ per ſe, & in illo, quod diuidiť per accidens, inueniť primũ per ſe, & nõ per accidens. & dixit in illis aũt omnibus, &c. i. in tranſmutato, & tempore, & trãſmutatione, q̃ eſt in vbi, & quanto: qm̃ iſta ſunt diuiſibilia p̃ ſe, Et, cũ narrauit ꝙ in iſtis non inueniť primũ diuiſibile, iterauit ſuã demr̃ationem ſup̃ iſta diuiſibilia, cũ in declarationibus p̃dictis non diſtinguiť illud, quod diuidiť p̃ ſe, ab illo, quod diuidiť per accidens, & dixit Sit igiť A B C, &c. i. ſit igitur ſpatium, p̃ quod motum moueť primũ ſpatiũ A B C, & motus eius ex A ad B ſit primus motus. D.d. ſi igiť A B, &c. i. ſi igiť A B, quod eſt ex ſpatio primũ eius, per quod ſit primus motus, fuerit magnitudo indiuiſibilis, tunc motus per illud erit indiuiſibilis: & ſic indiuiſibile ſequitur indiuiſibile: & ſic magnitudo, & motus erunt compoſiti ex indiuiſibilibus. quod eſt impoſſe. D.d. &, ſi fuerit diuiſibile, &c. i. ſi igitur ſpatium A B fuerit diuiſibile, tunc erit hoc ſpatium ante ſpatium A B, in quod cecidit tranſmutatio, anteq̃ caderet in ſpatium A B. v. g. medietas ſpatiȷ̃ A B. & ſilr ſequitur vt ante tranſmutationem, quæ eſt in medietate iſtius ſpatiȷ̃ ſit minor tranſmutatio: & eſt illa, quę ſit in medietate iſtius medietatis: & ſic proceditur in infinitum. D.d. ergo hic non eſt primum, &c. i. in motu locali. D.d. & ſimiliter eſt de tranſmutatione quantitatis, i. in augmento, & diminutione. Et cauſa in hoc eſt, ꝙ tranſmutatio in quanto eſt trãſmutatio in continuo per ſe, & declaratum eſt ꝙ cõtinuum ſemper diuiditur in diuiſibile, econuerſo tranſmutationi ĩ qualitate, ſ. quia non eſt in continuo. D.d. manifeſtum eſt igiť ꝙ in motu, etc. i. ꝙ poſſibile eſt vt in eo ſit primum indiuiſibile per ſe, & ſi ſit diuiſibile per accidens. et hoc eſt ita, quia [a] minimus color eſt terminatus p̃ ſe, quemadmodum minima forma eſt terminata, ſ. ꝙ minimũ eius, quod poteſt eſſe coloratũ in actu eſt terminatum: quemadmodũ minimũ eius, quod põt eſſe aliquod demr̃atum eſt terminatũ. v. g. qm̃ minima aqua eſt terminata. & ſilr de aliȷ̃s corp̃ibus ſimplicibus, & cõpoſitis.

Qualitates nõ diuidunť p̃ ſe, ſed per accñs. Idem ſup̃. cõ. 37. 39. & infra 59.

a Minimus color eſt terminat⁹ p̃ ſe, quẽadmodũ minima forma eſt terminata ſicut minima aqua ẽ termiata. & ſilr ẽ de aliȷ̃s corp̃ib⁹ ſimplicib⁹, et cõpoſitis. Idẽ ſupra cõ. 32 & quæ ibi.

Oẽ, q̃d mutatur, in tp̃e mutatur.

Caput Secundum. Ea, quæ ſunt in motu, ſeſe præcedere.

QVoniam autem oẽ, quod mutatur, in tẽpore mutať: dr̃ autem ĩ tp̃e mutari & vt in primo, & vt ſecundũ alterũ, vt in anno, qa in die mutatur: in quo primo tẽpore mutatur id, quod mutať, in quauis huius parte mutari neceſſe eſt. manifeſtum eſt igr̃ & ex definitiõe. primũ. n. ſic dicebamus.

Et, quia oẽ, quod tranſmutatur, tranſmutatur in tempore: et dr̃ aliquid tranſmutari in tẽpore, quia eſt primum tẽpus, in quo tranſmutatur, & quia trãſmutatur in alio. v. g. qm̃ dicitur aliud tranſmutari in tali anno, quia tranſmutatur in aliqua die illius anni: quoniã primum tempus, in quo tranſmutatum tranſmutatur, neceſſe ẽ vt in qualibet parte illius tranſmutetur. & hoc manifeſtum eſt ex eius definitione. qm̃ hoc intelligimus per primũ.


Cum declarauit ꝙ motus non habet primum, neq; illud, in quo eſt motus, neq; tempus, vult declarare ꝙ illud, quod tranſmutatum eſt, prius trãſmutabatur, & dixit Et, qa oẽ tranſmutatum, &c. ideſt vt declaratum eſt ſuperius. D.d. & dicitur aliquid tranſmutari, &c. ideſt, et manifeſtum eſt per ſe quòd dicitur aliquid trãſmutari in aliquo tempore, quia illud tempus eſt minimum tempus, in quo poteſt tranſmutari. & hoc intendebat, cum dixit quia eſt primum tempus, &c. qm̃ oẽ, quod attribuiť rei non ꝓpter ſuam partem eſt primum illius rei, vt declaratum eſt alibi: & quia tranſmutatio nõ attribuiť tempori ęquali ei, qa inueniť in tp̃e minori ipſo: ideo neceſſe eſt vt iſtud tempus ſit primũ illius tranſmutati: econtrario de tp̃e, quod excedit tranſmutationem, ſ. quia non eſt primum: qm̃ tranſmutatio nõ attribuitur ei, niſi gratia ſuæ partis. & hoc intendebat, cũ dixit & qa tranſmutať in alio, i. et attribuiť etiã trãſmutatio tp̃i: quia tranſmutať in alio, cũ tempus, cui attribuiť, exceſſerit idem tempus æquale ei. D.d. verb. g. &c. i. v. g. qm̃ bellum fuit in tali anno, quia fuit in tali die illius anni: vnde attributio eius ad annum non eſt prima. D.d. qm̃ primum tempus, &c. i. &, cũ res habuit tẽpus primum, ĩ quo tranſmutať, neceſſe eſt vt in qualibet parte illius temporis inueniatur illa res tranſmutari. qm̃ hoc eſt manifeſtum ex definitione primi, qm̃ primum eſt tẽpus æquale tranſmutationi, cui trãſmutatio non attribuitur gratia partis: ergo neceſſe eſt in toto. qm̃ omnis tranſmutatio, quæ attribuitur tempori, neceſſe eſt vt attribuatur ei aut propter partem, aut propter totum: ſed primo non attribuitur propter partem: ergo propter totum.

Dať minimũ tp̃s, in q̃ aliq̃d põt trãſmutari.

Sed et ex his manifeſtum eſt. Sit. n. in quo primo mouetur id, quod mouetur, in quo Y R, & diuidatur ſecundum K. omne enim tẽpus diuiſibile eſt. in tempore igitur Y K aut mouetur, aut non mouetur: et rurſus in tempore K R ſimiliter. Si igitur in neutro mouetur, quieſcet vtique in toto. moueri enim id, quod in nulla partium huius mouetur, impoſſibile eſt. ſi vero in altera ſola mouetur, non vtique in primo moueť, quod eſt Y R. ſecundum. n. alterum motus eſt. neceſſe eſt igitur in quouis ipſius Y R motum eſſe.

Et hoc apparet etiã ex hoc, quod narrabimus. Sit igitur tẽpus, in quo motum moueť primo Z C, & diuidatur in B. ſi igitur oẽ tempus eſt diuiſibile: & motum aut in tẽpore Z B C mouetur, aut nõ mouetur: & ſilr etiam in duobus temporibus Z B C. Si igitur non moueť in altero eorũ, ergo qeſcit in hoc toto tempore. nam impoſſibile eſt vt ſit motum, & nõ moueatur in altera partium Z B C. &, ſi mouetur in altero eorum tm̃, tunc tempus Z C nõ eſt primum tẽpus, in quo mouetur. qm̃ motus eius eſt in vtroq; eorum. ergo neceſſe eſt vt moueatur in qualibet parte Z C.

Demonſtratio, probans quód id, quod mouetur primo in aliquo tempore, mouetur in qualibet parte illius temporis.




51 Dicit Et hoc apparet ex hoc, quod dico. qm̄, cum primum tempus fuerit demonſtratum, v.g. tempus Z C, & fuerit diuiſum in duo in B, cum omne tempus ſit diuiſibile, & illud, quod mouetur neceſſe eſt ipſum moueri in tempore Z C, quod eſt poſitum primum, aut non moueri, & manifeſtum eſt ꝙ non eſt quieſcens in eo, ergo mouetur. Et, cum poſuerit ꝙ in hoc tempore neceſſe eſt vt ſit motum in toto, & ꝙ aduerſarius nō poteſt ponere ipſum in eo quieſcens, dixit & ſimiliter etiam, &c. i. & ſilr etiam interrogabimus aduerſarium, & dicemus ei ꝙ iſtud motum, quod tu concedis moueri in tempore Z C, aut cōcedis etiam ipſum moueri in vtraq; parte eius, aut quieſcere in vtraq;, aut moueri in altera, & quieſcere in reliqua. D.d. Si igitur non mouetur, &c. i. quæ ſunt partes magnitudinis, cum ſit impoſſibile vt in ea ſit quieſcens. & quaſi dicat, ꝙ, ſi fuerit quieſcens in vtraq; parte magnitudinis, ſequit̄ maximum impoſſibile, ſ. vt aliquid moueatur ꝑ aliquid, & quieſcat in oībus partibus eius. Et, cum deſtruxit ipſum quieſcere in vtraq; parte, deſtruxit etiam ipſum quieſcere in altera, & moueri in reliqua, & dixit & ſi mouetur in altera tm̄, i. tunc tempus congregatum ex iſtis duobus temporibus nō erit tempus primum. ſed poſitum eſt primum. Et hoc eſt ita, quia primum eſt illud, in cuius oībus partibus eſt motus. & hoc intendebat, cū dixit qm̄ motus eius eſt in vtroq;, i. qm̄ neceſſe eſt, cū ſit primū, vt motus ſit in vtraq; parte eius. Et, cum deſtruxit iſta duo coodiuidentia, concluſit tertiū, & dixit ergo neceſſe eſt, &c. & hoc manifeſtum eſt.

Primū tēpus ē illud, i cuius oībus partibus eſt motus.

Hoc autem oſtenſo, manifeſtum eſt ꝙ omne, quod mouetur, neceſſe eſt motum eſſe prius. Si. n. in Y R tempore primo magnitudo K L mota eſt, in dimidio, quod æque velociter mouetur, & ſimul incœpit, per dimidium erit motum. Si autem æque velox in eodem tempore motum ſit aliquid, & alterū neceſſe eſt per eandem motum eſſe magnitudinē. quare motum erit id, quod mouetur.

Hoc quidem declarato manifeſtum eſt ꝙ omne, quod mouet̄, neceſſario mouebatur prius. Qm̄, ſi moueatur per ſpatium Q L in tempore Z C, quod eſt primum tempus, tūc æquale ei in velocitate motus, & incipiens cum ipſo moueri, mouebitur per medietatē in medietate. Si igitur illud, quod eſt æquale ei in velocitate, moueatur per aliquid in hoc tempore, neceſſario aliud etiam mouebitur per illud ſpatium. vnde neceſſe eſt vt illud, quod mouetur, iam mouebatur.

Demonſtratio Prima, probans, ꝙ omne moueri præcedit mutatum eſſe, ſumpta à magnitudine.



Et, cum hoc ſit declaratum, ſ. ꝙ illud, quod mouetur in primo tempore, neceſſario mouetur i omnibus partibus illius temporis, manifeſtum eſt ex hoc ꝙ in quolibet inſtanti, ante quodlibet inſtans, in quo demonſtratur moueri, ſit motum. Deinde incœpit declarare hanc conſecutionem, & dixit Qm̄, ſi moueatur, &c. i. v.g. qm̄, ſi aliquod motum moueatur per aliquod ſpatium in aliquo tempore, v.g. per ſpatium Q L in tēpore Z C, & illud tempus fuerit primum illius moti, tūc, ſi poſuerimus aliquod motum æquale in velocitate incipere cum illo moueri, i medietate illius temporis tm̄, neceſſe eſt vt pertranſeat medietatē illius ſpatij. D. dixit Si igitur mouetur per aliquid, &c. i. ſi igitur motū, quod eſt æquale in velocitate moto poſito pertranſire illud ſpatium terminatum in illo tempore terminato, pertranſiuerit aliquam partem magnitudinis in aliqua parte illius temporis poſiti, neceſſe eſt vt primum motum, quod pertranſiuit, pertranſeat ſpatium, per quod ſm motum mouebat̄, anteq̄ pertranſeat totum ſpatiū. D.d. ergo neceſſe eſt vt primum motum demonſtratum, quod mouetur in vltimo ſpatij, quod prius mouebatur, i. compleuit motū, quo mouebatur illud, quod eſt æquale ei in velocitate in quadam parte illius temporis. et ſilr, ſi poſuerimus primum motum demōſtratum i vltimo ſpatij, per quod ſm motum mouebatur, ſequitur ꝙ prius mouebatur. nam illud ſpatium diuiditur in duas medietates, & poſſumus ponere aliud motum æquale ei in velocitate pertranſire illud in medietate illius temporis, & ſic in infinitum. Et cauſa in hoc eſt, quia magnitudo, & tempus diuiduntur in infinitū. vnde neceſſe eſt vt ante quodlibet vltimum, i quo res mota demonſtratur, moueatur. Sed ipſe vſus eſt in hac declaratione ſecundo moto, quia eſt manifeſtius. Nam aduerſarius poteſt concedere ipſum pertranſire totum ſpatium, ſed non pertranſit medietatē, anteq̄ pertranſeat totum, cum pertranſire medietatem ſit pertrāſire in potentia, non in actu. & ideo vtitur ſecundo moto, & poſuit ipſum pertranſire in actu, qm̄ hoc non poteſt aduerſarius negare. Et, cum conceſſit hic eſſe ſpatium, quod ꝑtranſit motū æquale ei in velocitate in quadam parte illius tp̄is, neceſſario concedet ꝙ primum motū, qm̄ mouet̄ per totū ſpatiū, ꝑtranſibit illud ſpatiū, quod pertranſiuit illud, quod eſt æquale ei in velocitate, ſ. illud, quod mouetur in minori illo tempore. 52


Pertranſire medietates ē ꝑtrāſire i potentia, non i actu. cont. le ifra. cō. 17.

Amplius

Amplius aũt, ſi in toto tempore Y R motum eſſe dicimus, aut omnino, aut in quouis tempore, ex eo, quia accępimus vltimum ipſius nũc: (hoc, n. eſt id, quod terminat, & mediũ ipſorum nunc tẽpus eſt:) & in alijs vtiq; ſilr dicetur motum eſſe. dimidij autem vltimum diuiſio eſt. quare & in dimidio motum erit, & omnino in quauis partiũ. ſemper. n. ſimul cũm ipſa diuiſione tempus eſt terminatum ab ipſis nunc. Si igitur omne quidẽ tempus diuiſibile eſt: quod autem eſt inter ipſa nunc tempus eſt: omne, quod mutatur, infinities mutatum erit.

Et etiam, ſi dicitur aliquid moueri in tempore Z C toto, & vlr in aliquo tẽpore, quodcũq; ſit, cum acceperimus inſtãs, quod eſt vltimum eius: qm̃ hoc determinat illud, et inter duo inſtantia eſt tempus: & in alijs inſtantibus dicitur ĩ eo, quod mouetur, ipſum iam moueri. & vltimum medietatis eſt differentia, neceſſe eſt vt in medietate etiam moueatur, & vlr in qualibet parte. quoniam, cũ caſu diuiſionis determinatur tẽpus per inſtantia. Cũ igitur oẽ tempus eſt diuiſibile: & inter duo inſtantia eſt tẽpus: neceſſe eſt vt omne, quod tranſmutaẽ, tranſmutcẽ in infinitũ.

Demonſtratio Secunda, probans idem, quod antea, ſumpta à Tempore.



53 Iſta declaratio eſt alia, quia p̊ma eſt ex ſpatio, & iſta ex tempore. Et dicit Et eſt etiam aliud ſignum. quoniam non dicimus aliquid moueri in aliquo tempore, niſi, cum acceperimus inſtans, quod eſt finis tranſmutationis, & inſtãs, quod eſt principium eius. qm̃ p hæc duo inſtantia determinatur tempus, in quo eſt trãſmutatio. ſed tacuit inſtans, quod eſt principium, quia hoc intellectum eſt. nam oẽ tempus finitum non fit finitũ, niſi accipiendo illud inter duo inſtãtia. Et ideo dixit et inter duo inſtantia eſt tempus. i. cum poſuerimus q̄ oẽ tempus terminatur per duo inſtantia, et inter quęlibet duo inſtantia eſt tempus, vt declaratum eſt, & poſuerimus q̄ finis medietatis iſtius temporis, in quo motũ totum mouetur, ſ. temporis Z C, terminatur ab inſtanti, quod eſt dĩa ĩter iſtas duas medietates, manifeſtum eſt q̄, cum motum fuerit in hoc inſtãti, ſ. q̄ diuidit hoc tempus ĩ duas medietates, dicetur vere iam motũ eſſe, & in alia medietate moueri. ergo illud, quod mouetur, iam motum eſt. et ſilr, cum diuiſerimus illam medietatem in duas medietates, tunc in alia medietate vere dicetur moueri. ergo & in dĩa, quæ eſt ĩter duas medietates manifeſtum eſt, q̄ cum moueri fuerit ipſum iam eſſe motum, & ſilr in medietate medietatis, et ſic in infinitum. ergo oẽ, quod moueẽ, iam mouebaẽ. Et hoc intẽdebat, cum dixit & vltimum medietatis eſt dĩa. i. & inſtans, quod eſt finis alterius medietatis, & principium ſecundæ, eſt dĩa inter has duas medietates. ergo neceſſe eſt vt motum in prima medietate dicatur iam motum eſſe, & in alia dicatur moueri. ergo anteq̃ moueatur, iam mouebatur. D. d. & vlr, &c. i. qm̃ quælibet pars temporis, cum accipiatur, poteſt diuidi ĩ duas medietates, & motum in vltima medietate dr̃ moueri, & in alia dr̃ iam motum eſſe. ſi igitur diuiſio temporis in medietates procedit in infinitum, ergo oẽ, quod mouetur, neceſſario mouebatur. Et hoc intendebat, cum dixit Cum igitur omne tẽpus ſit diuiſibile, &c. i. & vlr, cum poſuerimus q̄ oẽ tempus eſt diuiſibile per inſtantia, inter quælibet duo inſtantia eſt tẽpus, & q̄ iſta diuiſio procedit in tẽpore demõſtrato ĩ infinitũ, & quod in quolibet inſtanti tranſmutatum dr̃ iam eſſe trãſmutatum, & in quolibet tempore dicitur tranſmutari neceſſario, aut illud tranſmutabatur infinities.

Amplius autem, ſi id, quod continue mutaẽ, & neq; corruptum eſt, neq; ceſſauit à mutatione, aut mutari, aut mutatum eſſe neceſſe eſt in quouis: in ipſo autem nunc non eſt mutari: neceſſe eſt mutatum eſſe ſm vnũquodq; ipſorũ nunc. quare, ſi ipſa nunc infinita ſunt, omne, quod mutatur, infinite erit mutatum.

Et etiam, ſi omne, quod tranſmutatur continue abſq; eo, q̄ corrũpatur, aut ceſſat tranſmutari, aut tranſmutatur, aut iam tranſmutatum eſt, neceſſario in quacũq; parte accepta fuerit ex eo: & eſt impoſſe aliquid trãſmutari in inſtanti: neceſſe eſt vt in vnoquoq; inſtantiũ ſit iã trãſmutatũ: & ſi inſtãtia ſint infinita.

Hęc eſt declaratio quaſi vnius propoſitionum, quibus vſus eſt in prædicto ſermone, ſ. dicentis q̄ in quolibet inſtanti diciẽ tranſmutatum iam eſſe tranſmutatum. Et declaratio eius eſt talis. ſ. Oẽ tranſmutatum continua tranſmutatione, dum tranſmutatur, diciẽ in tempore, in quo tranſmutaẽ ipſum iam eſſe trãſmutatum in quacũq; parte temporis demonſtretur: et omne tempus diuiditur in tempora, & inſtantia determinantia illa tempora infinita: & eſt impoſſe ipſum tranſmutari in inſtantibus, qm̃ in inſtanti non fit tranſmutatio: ergo neceſſe eſt vt in inſtanti ſit iam trãſmutatum. &, ſi inſtantia ſint infinita, ſequiẽ vt illud, quod tranſmutatur ſit tranſmutatũ iam infinities. D. d. aut trãſmutatur, aut iam tranſmutatum eſt, &c. i. qm̃ oẽ tranſmutatum tranſmutatione continua dr̃ in quolibet temporis eſſe tranſmutatum, & trãſmutari. Et, cum poſuit hanc propoſitionem, & iam prædixerat q̄ oẽ tempus eſt diuiſibile in tempora infinita, & in inſtantia infinita, dixit & eſt impoſſe aliquid trãſmutari in inſtãti, &c. ideſt &, ſi in inſtanti non dr̃ tranſmutari, ergo neceſſe eſt dici, iam eſſe tranſmutatum. & hoc eſt ita, quia omnis pars temporis, ĩ quo eſt motus, neceſſario attribuiẽ ei motum. &, quia impoſſe eſt ipſum attribui inſtantibus, ſ. trãſmutari in eis, remanet vt attribuatur eis ita, q̄ ſit iam tranſmutatum. qm̃, ſi hoc non fuerit, non habebit attributionem ad iſtas partes. ſed poſitum eſt ipſum attribui oĩbus partibus temporis diuiſibilibus, & indiuiſibilibus. & hoc eſt impoſſe. Et vocare hoc inſtãs partem, eſt tranſumptiue. & intendebat q̄, quia inſtans eſt dĩa inter tẽpus primũ, & ſecundum, manifeſtũ eſt q̄ oẽ, quod mouetur in ſecundo tempore, iam motum eſt in tempore, quod eſt inter illud, & primum. Vocare inſtãs ptem tẽporis ẽ trãſumptiue. vide ſupra cõ. 29.


Non ſolum autem id, quod mutaẽ, neceſſe eſt mutatum eẽ, ſed etiam mutatum neceſſe eſt mutari prius. omne. n. quod ex quodam in quiddã mutatũ eſt, in tẽpore mutatũ eſt.

Sit

E Sit.n.in ipſo nunc, ex A in B mutatum. ergo in eodem quidem nunc, in quo eſt in ipſo A, nõ mutatum eſt. ſimul.n. erit in ipſo A, & in ipſo B. quod.n. mutatum eſt, quando mutatum eſt, ꝙ non eſt in hoc oſtenſum eſt prius. ſi vero in alio eſt, in medio eſt tempus: non enim contigua ſunt ipſa nunc.

Et non ſolũmodo illud, quod tranſmutaẽ, eſt neceſſe vt iam ſit trãſmutatum, ſed etiam illud, quod eſt tranſmutatũ ad aliqd, neceſſe eſt ꝙ prius tranſmutabaẽ. omne enim, quod tranſmutatum eſt de aliquo in aliquid, tranſmutatum eſt in tẽpore. Sit igitur aliquid, & trãſmutetur de A in B, ergo neceſſe eſt vt in inſtanti, in quo eſt in A non ſit iam tranſmutatum. qm̃ erit in A, & in B. nam iam declaravimus ſuperius ꝙ illud, quod tranſmutatum eſt, nõ eſt in hoc. ſi igiẽ fuerit in alio, inter illa eſt tempus: quoniã inſtantia non ſunt ſeſe.

Demonſtratio, probans ꝙ oportet ꝙ omne, quod mutatur, mutatur in tempore.



55 Cum declarauit ꝙ omne, quod tranſmutatur, iam prius tranſmutatum eſt, vult declarare conuerſum, ſ. ꝙ omne, quod tranſmutatum eſt, prius etiam tranſmutabatur. Et ideo dixit Et non ſolummodo, &c. i. qm̃ hoc ſimiliter eſt in eis. Deinde incœpit declarare hoc, & dixit omne enim, quod trãſmutatum eſt, &c. & iſta propoſitio declarata eſt, ſ. ꝙ omne tranſmutatum eſt in tẽpore. Et, cum poſuit hoc, poſuit trãſmutatum aliquod de aliquo terminato in aliquod terminatum, quod eſt primum eius, ad quod trãſmutatur. verbi gratia de A in B, & dixit Sit igitur aliquid, &c. i. de aliquo cõtrario. ſ. A ad contrarium, ad quod primo fit tranſmutatio, ſ. inter quæ non eſt medium, vt declaratum eſt ſuperius, ꝙ illud, quod tranſmutatur primo, cum tranſmutatur, eſt in illo ad quod, non in illo ex quo. & hoc intendebat, cum dixit eſt enim in A, &c. ideſt eſt enim in inſtanti alio ab inſtãti, in quo eſt in B. quoniam declaratum eſt quòd illud, quod tranſmutatur, non eſt in hoc, ideſt in eo, ex quo eſt trãſmutatio. D.d. ſi igitur fuerit in alio, &c. i. ſi igitur fuerit in eo, ex quo, in alio inſtanti ab eo, quo eſt in eo, ad quod, tunc inter illa erit tempus: & in hoc tempore mouebitur neceſſario: & omne, quod dicitur iam motum eſſe, dicitur prius moueri: quemadmodum illud, quod tranſmutatur, dicitur prius fuiſſe tranſmutatum.

Quoniam igitur in tẽpore mutatũ eſt, tempus autem oẽ diuiſibile, in dimidio aliud erit mutatum, & rurſus in illius dimidio aliud, & ſemper ſic. quare mutabatur vtiq; prius.


Et etiam, quia trãſmutatum eſt in tempore, & oẽ tempus eſt diuiſibile, in medietate eius erit tranſmutatio, & etiam in medietate illius medietatis tranſmutaẽ aliud, & ſic ſemper. quare neceſſe eſt ꝙ prius tranſmutabiẽ.

Hæc eſt alia declaratio, & eſt ꝙ, ſi oẽ tranſmutatum tranſmutetur in tempore, et omne tempus eſt diuiſibile, tunc in medietate illius temporis dicetur tranſmutatum tranſmutari, & tunc dicetur ipſum iam eſſe tranſmutatum in medietate illius medietatis. et ſimiliter, qñ fuerit in medietate illius medietatis, dicetur trãſmutari, & in medietate medietatis illius medietatis ipſum eſſe tranſmutatum, & ſic in infinitum, ergo illud, quod tranſmutatur, iam eſt tranſmutatum. 56

Amplius autem in magnitudine manifeſtius eſt, quod dictum eſt, propterea ꝙ continua eſt magnitudo, ĩ qua mutatur id, quod mutatur. Sit.n. quippiam mutatum ex C in D. ergo, ſi indiuiſibile quidẽ eſt ipſum C D, id, quod impartibile eſt, impartibili erit cõtiguum. quoniam autem hoc impoſſibile ẽ, neceſſe eſt magnitudinem eſſe id, quod eſt inter, & in infinita eſſe diuiſibile. quare in illa mutatur prius. neceſſe eſt ergo oẽ, quod mutatum eſt, mutari prius.

Et etiam declaratum eſt hoc manifeſte in magnitudine. magnitudo.n. eſt continua, & eſt illud, in quo tranſmutatum tranſmutatur. Trãſmutetur igitur aliquid de C in D. vnde neceſſe eſt, ſi C D eſt indiuiſibile, vt illud, qđ eſt indiuiſibile, ſequatur indiuiſibile. ſed hoc eſt ipoſ'e: ergo inter illa eſt magnitudo, & eſt diuiſibile in infinitũ. ergo trãſmutabaẽ, anteq̃ tranſmutareẽ de C ad D. vñ neceſſe eſt vt oẽ, quod tranſmutatũ eſt, prius trãſmutabatur.

Demonſtratio, probans ꝙ ante omne mutatum eſſe, præcedit mutari.



Cum declarauit ꝙ oẽ tranſmutatum tranſmutabaẽ, anteq̃ tranſmutaretur, qm̃ oẽ tranſmutatũ eſt in tpe. 57

& omne tempus eſt diuiſibile in infinitum, declarauit hoc idem per magnitudinem, & dixit Et etiam declaratum eſt hoc, &c. i. & declaratum eſt illud, quod declarauimus per tempus, per magnitudinem: & hoc eſt in tranſmutato in loco, & in quantitate. & iſta declaratio eſt manifeſtior. qm̃ magnitudo eſt manifeſtior in hoc, ꝙ tranſmutatio ſit talis: ſed non eſt ita in tempore. Et Alex. dicit ꝙ non intendit, ꝙ declaratio, quę eſt ex magnitudine, eſt manifeſtior ꝗ̃ illa, quæ eſt ex tempore, cum vtrũq; ſit continuum, ſed intendebat ꝙ declaratio, quæ eſt in motibus quantitatis eſt manifeſtior, ꝗ̃ quæ ſunt ĩ motibus qualitatis. et verba Alex. ſunt iſta. et etiam hoc, quod diximus declarabitur magis in ſpatio. nam ſpatiũ, in quo tranſmutatũ tranſmutař, eſt cõtinuum. D.d. Tranſmutetur igitur aliquid, &c. i. ponatur igiť aliquid tranſmutari per aliquã magnitudinẽ de C ad D, ſequitur igr̃, vt, ſi inter punctũ C, & D non fuerit linea diuiſibilis, vt indiuiſibile tangat indiuiſibile. quod eſt impoſſibile. D.d. neceſſe eſt ergo vt inter illa ſit magnitudo. i. &, cum ſit impoſſibile indiuiſibile ſequi indiuiſibile, neceſſe eſt vt inter vltimum indiuiſibile, ex quo motum mouetur, & idiuiſibile, ad quod mouetur, ſit magnitudo diuiſibilis in ĩfinitum. &, cum poſuit hoc, dixit ergo tranſmutabatur, &c. i. &, cum inter C, & D ſit magnitudo ſemp̃ diuiſibilis, et in qualibet magnitudine earum tranſmutatur trãſmutatum, neceſſe eſt ꝙ tranſmutabatur, anteq; tranſmutetur de C in D. Et ſimiliter ſequitur in omni vltimo vltimorũ, quibus diuiditur, ſ. ꝙ neceſſe eſt ꝙ ipſum trãſmutabatur, anteq; tranſmutatum ſit in ipſo, ſ. anteq; pertranſeat illam magnitudinem. vnde neceſſe eſt, vt dixit, ꝙ illud, quod iam tranſmutatum eſt, prius tranſmutabatur. Quoniam, ſi hoc non eſſet. [a] tunc inueniretur finis tranſmutationis ſine tranſmutatione: et ſic inueniretur finis ſine eo, cuius eſt finis. quod eſt impoſſibile. [b] nihil enim dicitur iam tranſmutatum eſſe, niſi cum fuerit in vltimo tranſmutationis.

a Impoſſe eſt vt finis ſit ſine eo, cuius ẽ finis. Idem 6. Phy. 42. 119.107. & 1. de Generatione. 29. b Nihil dr̃ ẽẽ tranſmutatũ ẽẽ, niſi fuerit in vltĩo trãſmutationis. cõſiſte ſupra cõ. 52.

Eadem enim demonſtratio eſt & in non continuis, vt & in cõtrarijs, & in cõtradictione. Accipiemus. n. tẽpus, in quo mutatũ ẽ, et rurſus eadem dicemus. quare neceſſe eſt id, quod mutatũ eſt, mutari, & quod mutař, mutatũ eſſe. et eſt ipſo qdem mutari mutatũ eſſe prius, ipſo aũt mutatũ eẽ mutari, & nunq̃ accipietur primum. Cauſa autem huius eſt, nõ eſſe impartibile impartibili contiguum. in infinitum enim diuiſio fit, vt in ijs, quæ augentur, & diminuuntur lineis.

Sequitur igitur neceſſario vt illud, quod iam tranſmutatum eſt, prius trãſmutabatur. Qm̃ demõſtratio eadem eſt in eo, quod non eſt continuum omnino, verbi gratia in contrarijs, & in contradictione. Accipiemus. n. tempus, in quo tranſmutatur, & dicemus etiam hoc idem. ergo neceſſe eſt vt illud, quod tranſmutatum eſt, iam tranſmutabatur. illud igitur, quod trãſmutatur prius, erat tranſmutatum, & quod tranſmutatum fuit, prius tranſmutabatur. et impoſſibile eſt aliquo modo inuenire primum. Et cauſa huius eſt, quia impoſſibile eſt impartibile ſequi impartibile. nam diuiſio eſt in infinitum, ſicut in lineis, quæ adduntur, & diminuuntur.

Ideſt, manifeſtum eſt igitur ex hac demonſtratione, qua vſi ſumus in tranſmutato ſm̃ quantitatem, ꝙ omne tranſmutatum ſimpliciter trãſmutabatur, anteq; ſit tranſmutatum, ſiue in quantitate, ſiue in qualitate, aut in ſubſtantia. Demonſtratio. n. qua vſi ſumus in tranſmutato, eſt propinqua potẽtia in alio, & eadem eſt demonſtratio in tranſmutatione, in qualitate, & in ſubſtantia. qm̃ non eſt dr̃ia aliqua inter duas demonſtrationes, ſicut dixit, ſed declaratio, qua vſi ſumus in magnitudine, & in quantitate, trãſfertur ad tempus, cum oẽ tranſmutatum ſit in tp̃e. D.d. v.g. in contrarijs, & contradictorijs. & intendit per cõtraria tranſmutationem in qualitate, & per cõtradictoria tranſmutationẽ in ſubſtantia: quia eſt de affirmatiua in negatiuam, & ecõuerſo. D.d. Accipiemus. n. tẽpus, &c. i. & trãſferamus illã demr̃ationẽ ad tẽpus, ponendo ꝙ vnũquodq; iſtorum tranſmutetur in tp̃e, et ꝙ oẽ tẽpus eſt ſemp̃ diuiſibile. Et dr̃ia inter hanc demr̃ationem, quã innuit, qua vſus eſt in his duabus tranſmutationibus ex tp̃e, & duas demr̃ationes, à quibus ĩcœpit loqui in hac declaratione, q̃ ſunt ẽt ex tp̃e, eſt, quia illæ duæ declarationes fuerunt cões oĩ tranſmutationi, & iſta eſt quaſi ꝓpria his duabus trãſmutationibus. D.d. ergo neceſſe eſt, &c. i. duo quæſita, q̃ intendebat declarare, ſ. ꝙ trãſmutatũ eſt, prius tranſmutabať, & ꝙ illud, quod tranſmutatur prius, tranſmutatum eſt. D.d. illud igitur, quod tranſmutatur, &c. i. ſequitur igitur ex iſtis duabus concluſionibus ꝙ oẽ inſtans, in quo demonſtratur tranſmutatũ tranſmutari, nec̃io ante illã tranſmutationem erat tranſmutatũ, adeo, ꝙ impoſſe eſt reperire initium trãſmutationis: ſed ante tranſmutationẽ eſt trãſmutatio in infinitũ, ſ. in potentia. D.d. et impoſſe eſt in aliquo modo inuenire primũ. i. inuenire primã trãſmutationẽ demr̃atã in actu. D.d. Et cã in hoc eſt, &c. i. & cã in hoc eſt, quia magnitudo, & motus, et tẽpus nõ componunť ex indiuiſibilibus. qm̃, [a] ſi mot⁹ diuidereť in indiuiſibile, tũc eſſet illic primus motus, & p̃ma magnitudo, & primum tempus. D.d. diuiſio. n. eſt infinita, quemadmodum in lineis, quæ adduntur, et diminuuntur. i. quæ procedunt in additionẽ, & diminutione ĩ infinitum, [b] vt declaratum eſt in Tertio.

Documentũ

a Si mot⁹ diuidereť ĩ indiuiſibile, tũc illic eſſet primus motus, & prima magnitudo, & primũ tp̃s. b 3. Ph. t. c. 59. & inde.

Manifeſtum eſt igitur ꝙ & id, quod factũ eſt, neceſſe eſt fieri prius, & quod fit factum eſſe, quęcunq; diuiſibilia, & continua ſunt. nõ tñ ſemper id, quod fit, ſed & aliud aliqñ, vt illius aliquid, ſicuti fundamẽtum domus. Silr̃ aũt & in eo, quod corrumpiť, et eo, quod corruptũ eſt. ſtatim. n. ineſt ei, quod fit, & quod corrumpiť, cũ ſit continuũ, infinitũ quoddã. & non eſt aut fieri non factum aliqd, aut factũ eſſe quod non fit aliquid. ſilr̃ aũt & in ipſo corrũpi, & incorruptũ eſſe. ſemp̃. n. eſt ipſo corrumpi corruptũ eſſe prius, ipſo autem corruptum eſſe corrumpi. Manifeſtũ eſt igitur, ꝙ & id, quod factum eſt, neceſſe eſt fieri prius, & quod fit factũ eſſe. omnis. n. magnitudo, & oẽ tempus ſemper diuiſibilia ſunt. quare, in quocũq; ſit, nõ erit vtiq;, vt primo.

Oẽ, qđ factũ ẽ fieri, & qđ fit factũ eſſe pri⁹ neceſſe eſt, ĩ diuiſibilib⁹, & continuis.

Et manifeſtum eſt ꝙ illud, quod generatum eſt, neceſſe eſt ꝙ prius generabatur, & quod generatur prius generatũ fuit, & quod eſt ex hoc diuiſibile, & continuum. ſed non ſemper erit illud, quod generatur, ſed aliud,

v.g.quidam illius, vt fundamentum ex domo. Et eodem modo eſt de eo, quod corrumpitur, & quod corruptum eſt. eſt enim neceſſario in eo, quod generatur, & corrumpitur aliquod infinitum, cum ſit continuum. ergo impoſſibile eſt aliquid generari, quod prius non generabatur, et aliquid quod iam generatum ſit non prius generari, & ſimiliter eſt de eo, quod corrumpitur, & quod corruptũ eſt. ſemper. n. inuenimus anteꝗ̃ res corrumpatur, iam corruptam eſſe, et anteꝗ̃ ſit corrupta corrumpebatur. Ergo manifeſtum eſt ꝙ illud, quod generatum eſt, neceſſe eſt quòd generabatur, et illud, quod generatur, neceſſe eſt quòd fuit generatum. omnis enim magnitudo, & omne tempus ſemper ſunt diuiſibilia. ex quo ſequitur ꝙ illud, in quo generatur, impoſſibile eſt vt ſit ita, ꝙ ſit primum.

59 Cum declarauit, ꝙ omne, quod transſmutabatur in magnitudine, prius fuit transſmutatum, & omne, quod fuit transſmutatum, prius transſmutabatur propria declaratione, & declarauit hoc in transſmutatione qualitatis, & ſubſtantiæ declaratione cõi, vult declarare hoc declaratione propria de generatione, ꝙ gñatio quodãmodo eſt in magnitudine. ſed differunt, vt dicit, q a partes magnitudinis, ex qbus gñatum gñatur, ſunt diuerſæ in ſpẽ, & ſunt in motu locali, & augmento eædem in ſpẽ, & diuerſæ in numero. Et dixit & quod eſt ex hoc diuiſibile, & continuum. i. et oẽ, quod eſt ex generabilibus diuiſibile, & continuum, dr̃ in eo, quod gñatum eſt, quod prius gñabaẽ, & ĩ eo, quod gñatur, quod ꝑus gñatum fuit. Et dixit hoc, ꝓſeruãdo ſe ex hoc, q a ſunt hæc gñabilia indiuiſibilia, vt ſentire, & itelligere. Et, ꝙ gñatio eſt transſmutatio de nõ ſubiecto in ſubiectũ, & corruptio eſt trãſmutatio de ſubiecto in non ſubiectũ, ideo transſmutatũ nõ eſt idẽ in ea de initio transſmutatiõis vſq; ad finẽ: quare ẽt nec trãſmutatio eſt eiuſdẽ ſpẽi. nam motus gñationis, & corruptionis eſt cõpoſitus ex trãſmutatione in qualitate, & transſmutatione in ſubſtantia: & transſmutatio, q̃ eſt in ſubſtantia, eſt non in tp̃e, ſ. prouentus formæ ſubſtãtialis. Et eſt ẽt motus gñati alicuius totius cõpoſitus ex motibus partium in gñabilibus cõpoſitis ex transſmutationibus diuerſis, et ꝓpter hunc modũ extremũ excepit hoc in gñatione, & dixit ſed ſemꝑ ẽt illud, &c. i. ſed non ſequiẽ vt trãſmutatum ꝓcedens in ea ſit de ſpẽ transſmutati poſteriori, ſed de alia ſpẽ. ſcilicet transſmutatio ſit eiuſdẽ ſpẽi. D. ĩ duxit exemplũ, et dixit, v.g. quidã illius rei. qm̃ domus, quia cõponitur ex gñatione alioꝶ corpoꝶ, non ſequitur vt partes transſmutationis, aut trãſmutati in ea ſint de ſpẽ poſtremæ transſmutationis. Et hoc ſilr̃ accidit in generatione aĩalium, et alioꝶ corpoꝶ organicoꝶ. In corporibus vero ſimplicibus non accidit hoc, vt in generatione ignis, & aquæ. ſed ſequiẽ neceſſario, vt ante trãſmutationẽ poſtam ſit alia transſmutatio, ſiue illa transſmutatio accipiatur diuiſibilis, aut indiuiſibilis, ſ. finis transſmutationis ſolummodo, ita, ꝙ non ſit finis transſmutationis in generatione. nam finis transſmutationis in generatione neceſſario eſt de alia ſpecie motus: cum finis ſit in ſubſtantia, & trãſmutatio, cuius eſt finis, eſt in qualitate. ſed iſta transſmutatio, quæ eſt in qualitate non eſt in aliqua vna ſpecie eius, v.g. qm̃, cum ſanguis generatur, caro neceſſario alterabitur in plus ꝗ̃ in vnã qualitatem, donec expellat formam ſanguinis, & habeat formam carnis. & ſic eſt intelligenda generatio corporum conſimilium. nam generatio eſt tribus modis, aut generatio ſimplicium, aut organicoꝶ, aut complexionis, & mixtionis. D.d. Et eodem modo eſt de illo, quod corrumpitur, & quod corruptum eſt. i. deſt, quoniam in motu corruptionis non reperitur primum naturaliter, ſed ante quemlibet motũ inuẽtum in actu inuenitur motus, et finis. Sed forte illud, quod eſt ante, nõ eſt de genere eius, quod eſt poſt, in generatione cõpoſitorum ex corporibus diuerſis. et, quia hoc inuenitur in generato per accidens, & ſimiliter in qualitate, quia eſt in continuo, quod non eſt ita in loco, & q̃to, ſ. ꝙ iſta diuiſio eſt in iſtis duobus motibus eſſentialiter, ſuſcitauit intẽtiones hominum ad hoc, & declarauit ꝙ propter illud, ꝙ hoc inuenitur in motu, qui eſt in magnitudine, declarabitur ipſum eſſe in motu generationis, & corruptionis: cum generatio, & corruptio non ſunt, niſi in habenti magnitudinem. quoniam, cũ hoc fuerit declaratum in alijs transſmutationibus, quæ ſunt in magnitudinibus, & generatio, & corruptio nõ ſunt extra magnitudinẽ, licet non ſint in ipſa magnitudine, ſequitur vt accidat ei illud, quod eſt in magnitudine, ſ. vt in eis non inueniatur primum naturaliter. Et dixit eſt. n. neceſſario in eo, quod generatur, & corrũpitur, aliquod infinitum, cum ſit continuum. i. & neceſſe eſt vt ĩ eo, quod generatur, & corrumpitur, ſit aliquod nõ habens primum: quia generabile, & corruptibile ſunt in aliquo carenti primo, quia eſt diuiſibile in infinitũ, ſ. magnitudine. Et hoc, quod dixit de generatione, et corruptione, intelligẽdum eſt de motu in qualitate. igitur hoc eſt transſmutationis, quæ eſt in qualitate, et ſubſtãtia per accidens, transſmutationis vero in vbi, et quãto per ſe.[a] Sed quæritur de generatione. qm̃ viſum eſt in ea primum naturaliter. in generabilibus autem, q̃ componuntur ex corporibus diuerſis, ſ. non ſiſibus, manifeſtũ eſt de hoc, ſicut cor in aĩalibus, quod eſt ꝑma pars. & ſilr̃ etiam in ſiſibus corporibus.[b] qm̃ prima quantitas carnis eſt terminata: qm̃ caro, ſm ꝙ eſt caro, nõ diuiditur in infinitum. Nos aũt dicamus ꝙ gñatio ꝑme partis componiẽ ex alteratione, & gñatione. qm̃, cum aliquid gñatur ex aliquo. v.g. caro ex ſanguine, primo amittenẽ qualitates, & acc̃ntia propria ſanguini, et fiẽt accidentia propria carni, donec amittaẽ forma ſanguinis, & fiat forma carnis. & hoc in fine motus. ſ. non in tempore. Si igitur in transſmutatione, quæ eſt in qualitate, non inuenitur primum naturaliter, quia eſt in aliquo carenti primo naturaliter: et generatio eſt in tẽpore, quia ſequiẽ alterationem: manifeſtũ eſt ꝙ in eo non eſt primum naturalr̃. Et dixit ergo impoſſe eſt, &c. i. &, cum generatio non habeat primã partem naturaliter, impoſſe eſt aliquid demonſtrari in gñatione, quod prius non gñabatur. qm̃, cum ſit diuiſibile, cum fuerit transſmutatũ in illo vltimo, quo diuiditur, dicetur iam generatum eſſe: & ſilr̃ illud, quod iam generatum eſt, dicitur prius generari. D.d. & ſilr̃ eſt de eo, quod corrumpitur. Et debes ſcire ꝙ iſte proceſſus in infinitum eſt in potentia non in actu. &, ſi nõ nullus motus fieret in eo omnino. Et, cum compleuit hanc declarationẽ, cepertit illud, quod declarauit, & dixit Ergo manifeſtũ eſt, etc. i. cauſa in hoc eſt, quia generatio eſt in magnitudine, & in tẽpore, & vtrũq; eſt diuiſibile. D.d. ex quo ſequitur quòd illud, in quo generatur, impoſſibile eſt vt ſit ita, quòd ſit ꝑma pars magnitudinis, in qua incœpit motus generationis. Et non eſt intelligendum ex hoc, quòd non inuenitur prima magnitudo ex generato, quod eſt ex partibus diuerſis. ſed intentio eius eſt, quòd non inuenitur prima magnitudo ex generato ex magnitudine, in qua icœpit generatio, & magnitudo, quæ ſit prima, ſ. quia non inuenitur prima magnitudo ex magnitudine rei, à qua incœpit generatio.

Partes magnitudis, ex qb᷈ gñatum gñaẽ, ſunt diuerſæ in ſpẽ. ꝑ hoc vide 4. Cœ. c. 41. Aliqua ſũt generabilia idiuiſibilia, ſicut ẽ ſẽtire, & itelligere.

Motus gñatiõis, & corruptionis eſt cõpoſit᷈ ex tranſmutatione in qualitate, & trãſmutatione ĩ ſubſtãtia: & trãſmutatio, quę eſt in ſubſtã, ẽ in nõ tp̃e, ſ. ꝓuentus formæ ſubſtantialis.

Finis trãſmutatiõis ĩ gñatiõe neceſſario ẽ de alia ſpecie motus.

Gñatio ẽ tribus modis.

Diuiſio ĩ motib᷈, q ſunt ĩ loco, & q̃to, eſt eẽntialr̃. Idẽ ſupra c. 57. & 59. & in cõ. 49.

a Quæſtio vtrũ rõ Philoſophi ytia ẽt contineat in gñatione. b Prima q̃titas carnis ẽ terminata. Idẽ 1. Ph. t. c. 38 et ĩ cõ. 52. ſexti h᷈, & quæ ibi.

Quæſtionis ſolutio.

Quando aliqd gñaẽ ex aliq̃, vt caro ex ſanguĩe, prĩo amittẽẽ qualitates, et accidentia ꝓpria ſãguini, donec amittaẽ forã ſanguĩs, & fiat forã carnis. cõliẽe. 1. Ph. 62.

Documentũ

Sed. 1. cæ. de ſubã orbis, vr̃ dicere oppoſitũ, vi. ꝙ accidẽtia terminata inducuntur poſt formã. Vide contr. Zim.

Caput Tertium. De Finito, & Infinito in motu.

QVoniam autem oẽ id, quod moueť, in tempore mouetur, & in pluri maior magnitudo, in infinito tempore impoſſibile eſt per finitam moueri non eandem ſemper, & illius aliquid, quod moueť, ſed in toto totam. Quod igiť, ſi quid moueatur æque velociter, neceſſe eſt finitum in finito moueri, manifeſtum eſt. accepta enim parte, quæ menſurabit totam, in tot æqualibus temporibus, quot partes ſunt, per totam motum eſt. Quare, quoniam hæ finitæ ſunt, & quanto vnaquæq;, et numero omnes, & tempus vtiq; erit finitũ. toties enim erit tantum, quantum partis tempus multiplicatum ſecundum multitudinem partium.

Et, quia omne motum mouetur in tempore, et in maiori tempore mouetur per maius ſpatium, impoſſibile eſt vt ĩ tempore infinito moueatur motu finito, ſine eo, quòd motus ſit idem ſemper, & erit motum, quod mouetur, quoddam illius motus, ſed mouetur ipſo toto in eo toto. Quoniam manifeſtum eſt quòd, ſi aliquid fuerit æqualis velocitatis in motu, neceſſe eſt quòd per finitum moueatur in infinito. quoniam cum fuerit accepta aliqua pars, quę menſuret ipſum totum, mouebitur per illud totum in tempore æquali. Ergo, ſi illæ partes omnes fuerint finitæ, & quantitas cuiuslibet earum, & numerus omnium, neceſſe eſt vt tempus etiam ſit finitum. quoniã numerus eius erit ſecundum tempus partis, cum fuerit duplicatum per numerum partium.

60 Iam declarauit hoc, cũ declarauit q̃ omnis magnitudo, & omne tempus eſt diuiſibile ſemper. ſed illa declaratio illic fuit per accidẽs. et ideo vult perſcrutari de hoc. nã declaratio, qua vſus eſt illic, non diſtinguit inter motum æqualem, & diuerſum, & inter diuiſiones finiti, & infiniti. Et dixit Et, quia omne motum mouetur ĩ tempore. & incœpit ab hoc, quia, ſi homo non conceſſerit q̃ omnis motus eſt in tempore, non poterit dicere q̃ oĩs motus finitus eſt in tempore finito. Et, cum ſit impoſſibile apud ipſum motum eſſe non in tẽpore, & hoc manifeſtũ eſt per ſe, & induxit hanc propoſitionem quaſi partem præcedentis, induxit aliam partem, quæ eſt cauſa in conſecutione eius, quod voluit declarare, et dixit & in maiori tempore, &c. &, cũ poſuit hoc, dixit impoſſibile eſt, &c. D. poſuit hic conditionem, & dixit ſine eo, q̃ motus, &c. i. ĩpoſſibile eſt vt motus moueatur in tempore ĩfinito vno motu, niſi ille motus fuerit ſemper, & infinitus in tempore infinito: ſed illud, quod eſt impoſſibile, eſt vt ſit motus infinitus. D. d. & erit motum, non quia mouetur, &c. i. ſi illud motum non attribuatur tempori infinito, quia eſt vnum, et mouetur in quodam illius motus infiniti, & hoc ſm perpetuitatem. Et addit hanc conditionẽ præſeruando ſe à corpore cœleſti: quia moueť quoddã motus infiniti in quoddam temporis infiniti. & ideo addit hoc, & d, ſed mouetur, &c. i. & ſm iſtud motũ, de quo dicimus q̃ impoſſe eſt vt moueatur motu finito in tempore infinito, non dicitur hoc in eo, niſi intelligendo q̃ mouetur toto motu in toto illius temporis. Et, cũ induxit in hoc ſermone illud, quod eſt quaſi pręcedens, deinde induxit conſequens, & incœpit declarare continuationem, & d. Qm̃ manifeſtũ eſt, &c. i. qm̃ manifeſtum eſt, q̃ iſtud motum aut erit æqualis velocitatis, aut diuerſæ: ſi æqualis, declarabiť ex hoc, quod dicam, q̃ non mouetur motu finito, niſi in tempore finito. D. narrauit quõ ſequitur hoc, & dixit qm̃, cum fuerit accepta, &c. i. quoniam, cum poſuerimus aliqd moueri motu terminato per ſpatium terminatum. v. g. per ſpatium H B, & deinde acceperimus ex hoc ſpatio partem, manifeſtum eſt q̃ pertranſiuit illam partẽ in parte temporis, in quo pertranſiuit totum ſpatium, & q̃, cum pertranſiuit illud idem ſpatium, pertrãſeundo omnes illas partes æquales, in quas ſpatium eſt diuiſum, quod etiam pertranſiuit eas in tẽporibus ęqualibus, quorum numerus eſt, ſicut illarum partiũ: cum neceſſe ſit vt numerus temporum ſit ſicut numerus partium ſpatij, & vt tempora ſint æqualia, quia partes ſunt æquales, & motus eſt æqualis. Deinde dicit. Ergo, neceſſe eſt, ſi illæ partes, &c. i. &, cum neceſſe ſit vt numerus partium temporis, in quo totum motum moueť, ſit finitus, et vtraq; pars eſt finita, cũ ſint ęquales partibus ſpatij, et partes ſpatij ſunt finitę, neceſſe eſt vt tẽpus cõpoſitũ ex illis partibus finitis ſit finitũ. nam cõpoſitum ex partibus finitis ĩ magnitudine, et numero æqualibus eſt finitum neceſſario. D. d. qm̃ numerus eorum, &c. i. qm̃ numerus partium, q̃ ſunt duplæ partis ſpatij menſurantis illud, ſit numerus duplorum partis tpis, in quo pertrãſiuerunt illud ſpatiũ. ſ. quod, ſi in ſpatio fuerit decuplum illius partis, & in tpe etiam erit decuplũ partis, in qua motum pertranſiuit partes ſpatij.

Sed &, ſi non æque velociter, refert nihil. Sit. n. in qua A, & B, ſpatiũ finitum, p̃ quod motum ſit in infinito tẽpore, & tempus infinitũ, in quo C D. Si igiť neceſſe eſt prius per alterũ altero motum eſſe: hoc aũt manifeſtũ eſt q̃ temporis in priori, & poſteriori p̃ alterum eſt motũ: ſemper. n. in pluri per alterum erit motũ, ſiue æque velociter, ſiue nõ æque velociter mutetur, ſiue intendatur motus, ſiue remittatur, ſiue maneat, nihil minus. Accipiatur igitur ſpatij A B aliquid, quod ſit A E, quod mẽſurabit A B. Hoc itaq; in aliquo infiniti abſolutum eſt tempore. in ĩfinito. n. non eſt poſſibile. totum. n. in infinito. Et rurſus alterum, ſi cœpero quantum eſt A E, neceſſe eſt in infinito tẽpore. totum. n. in infinito: & ſic accipiendo. Quoniã igitur infiniti qdem nulla pars eſt, quæ menſuret: (impoſſibile. n. eſt infinitum eſſe ex finitis, et ęqualibus, & inæqualibus, ppterea q̃ menſurabuntur q̃ finita ſunt multitudine, et magnitudine à quodã vno, ſiue æqualia ſint, ſiue inæqualia, definita aũt magnitudine nihil minus: ſpatium aũt finitum quãtis A E mẽſurať:) in finito tempore A B mouebitur. Sic autem & in quiete. Quare neq; fieri, neque corrumpi poſſibile eſt ſemper aliquid vnum, & idem.

Et, ſi etiã fuerit inæqualis velocitatis, non

Declarãt p̃ ſe q̃ magnitudo, et tẽp' ſunt ſemp̃ diuiſibilia.


Niſi conceſſum fuerit q̃ oĩs motus ẽ ĩ tpe, nõ põt concedi q̃ motus finit' ſit ĩ tempore finito.

Cõpoſitũ ex partibus finitis in magnitudine, & numero ęqualib' ẽ finitum neceſſario. Idem ſupra. 20. & 21. Idẽ infra cõ. ſequenti.

Infiniti nulla pars eſt, quæ menſuret. Infinitum impoſſe ẽ ex finitis, et ęqualibus, & inæqualib' eſſe.

eſt in hoc dñia. Sit igitur A B longitudo, per quam eſt motus, finita, & ſit per quã res mouetur in infinito, & ſit tempus infinitũ C D. Cum igitur neceſſe eſt vt quiddam moti moueatur ante quiddam: & hoc manifeſtũ eſt, quia priori, & poſteriori ex tempore mouetur vnum poſt aliud: quia in maiori ſemper motum eſt aliud à præcedenti, ſiue tranſmutatio eius fuerit æqualis in velocitate, aut nõ æqualis, & ſiue motus eius augmẽtetur, aut diminuatur, & non minus ſi remanet in eadem diſpoſitione. Accipiatur igitur ex longitudine A B aliqua pars, & ſit A H, quæ menſuret A B. Iſta igitur pars in quo tempore fuit de tempore infinito? qm̃ impoſſe eſt vt ſit infinitum: qm̃ tota mẽſuratur in infinito. Et, ſi etiam acceperimus aliam partẽ ſm̃ menſuram A H, neceſſe eſt vt ſit in tempore finito, quia totum fuit in infinito: & ſic fecerimus in eis, q̃ accepimus ex eo. Quia aũt ex infinito nõ eſt aliqua pars oino, ad quã menſuretur: qm̃ infinitum impoſſe eſt vt ſit compoſitum ex finitis æqualibus, aut inæqualibus: &, cum finita fuerint, numerus, aut magnitudo, menſurabit illa vnum, ſiue fuerint æqualia, & non minus ſi fuerint inæqualia, poſtq̃ fuerint terminata in magnitudine ſaltem: & longitudo finita eſt longitudo, quæ menſuratur ab aliqua menſura vt A H: ergo in tempore finito neceſſe eſt aliquid ad illud moueri per longitudinem A B. Et ſilr̃ eſt de generatione. Vnde ſequitur φ impoſſibile eſt idem generari, & corrumpi ſemper.

Demonſtratio, probans quòd, ſi magnitudo eſt finita, φ tempus infinitum eſſe non poteſt.



61 Cum declarauit φ impoſſibile eſt vt ſpatium finitũ pertranſeatur in tempore infinito in moto æqualis velocitatis, dicit φ ſimiliter eſt in moto inęqualis velocitatis, etc. i. & indifferenter, ſiue motũ fuerit ęqualis velocitatis, ſiue non. Deinde incœpit declarare hoc, & dixit Sit igitur A B, &c. i. ſit igitur longitudo finita, per quam eſt vnus motus finitus, qui eſt i tempore infinito, longitudo A B, & ſit tempus infinitum tempus C D. Deinde præpoſuit ad hoc declarandum propoſitionem neceſſariam in hac prædicta declaratione, ſed non prædixit eam prius, confidendo quemlibet conſyderantem habere eam in mente, & dixit Cum igiť neceſſe eſt, &c. i. &, cum hoc poſuerimus, & coniunxerimus ei aliam propoſitionẽ notam, & eſt φ neceſſe eſt vt in eodem motu quoddam moueatur ante quoddã, v. g. in motu qualitatis quędam partes ante quaſdam, & in quantitate quędam partes quantitatis ante quaſdam, & in vbi ſilr̃, ſ. φ motũ mouebitur quibuſdã partibus motus ante quaſdam. Et nõ intendit partes rei, quæ eſt ſubiectum motus, ſ. indiuiduum ſubſtãtię motum. quoniam hoc nõ eſt verum de eo in omnibus motibus, φ quædam partes eius pręcedunt quaſdam. hoc enim non verũ, niſi in qualitate, & ſilr̃ in generato diſſimilium partium: in motu vero locali, aut motu augmenti non. partes. n. iſtorum motuum ſunt in toto moto, quemadmodũ totus motus eſt in toto. Sed et quia motus habet duplex ſubiectum, ſ. genus prædicamentorum, in quo eſt motus, & ſubſtantiam ſubiectam illi generi, & vtrũq; dicitur eſſe motus, intelligendum eſt hic per motum naturam ſubiectam motui, non indiuiduum ſubſtantiæ deferens illud. [a] D. induxit illud ex quo apparet hoc perfecte, & dixit et hoc manifeſtum eſt, &c. i. & hoc, φ moti quiddam eſt poſt quiddã manifeſtum eſt. nam in tpe priori erit prius eo, et in poſteriori poſterius. qm̃, quia tempus habet prius, & poſterius, ideo motum i eo habet prius, poſterius. D. d. qm̃ in maiori, &c. i. qm̃ in maiori tempore eriť motũ aliud à priori, quod eſt in minori tempore, ſiue fuerit æquale in velocitate, aut inæquale. & dixit hoc, quia hæc ꝓpoſitio eſt vera in vtraq; declaratione, ſ. in declarare hoc de moto, φ eſt ęqualis velocitatis, & diuerſę velocitatis. [b] Et, quia illud, quod eſt diuerſæ velocitatis inuenitur in tribus modis: aut enim creſcit, aut diminuitur, aut in vtroq; modo: et hoc eſt inęquale in eis, ſ. cũ hoc, φ partes moti ſint quædam ante quaſdam, dixit &, ſi motus eius, &c. i. & hoc, φ quædam partes pręcedunt quaſdam, inuenitur etiam in diuerſis hoc modo diuerſitatis, non minus q̃; inæqualibus. Et ſilr̃ eſt intelligendum hoc, ſi quandoq; creſcit, & quãdoq; diminuitur. Et, cum dixit &, cum neceſſe eſt vt quiddam moti ſit ante, deĩde accidit ei declarare hoc, induxit conſequẽs, & dixit Accipiatur igitur ex longitudine A B aliqua pars. i. longitudo, quam primo poſuit. & quaſi d. &, cum poſuerimus longitudinem finitam, ſ. A B, in tempore infinito, ſ. C D, & fuerit poſitum nobis φ quædã partes motus, & moti præcedunt quaſdã accipiamus ex hac longitudine, quam poſuimus, ſ. A B, aliquã partem menſurantem illam, & ſit A H. Deinde d. Iſta igiť pars, etc. i. iſta igr̃ pars menſurãs in quo tẽpore tẽporis infiniti fuit accepta? nam impoſſe eſt vt tempus ſit infinitum, ſ. tempus in quo motũ pertranſit hanc partẽ: qm̃ totum iſtud ſpatiũ ptranſiť in tpe infinito. ſed eſt impoſſe vt pars, & totũ pertranſeanť in eodem tẽpore. D. d. Et, ẽt ſi acceperimus, &c. i. ſi igitur acceperimus ex illo ſpatio aliã partem æqualẽ parti A H, quam poſuimus menſurare ſpatium, neceſſe eſt vt motũ ptranſeat hãc partem, ẽt in tpe finito. nã iam poſuimus motũ pertranſire ipſam in tpe infinito, & indifferenter, ſiue poſuerimus φ motus eius per hanc ſecundã partem fuerit velocior, aut tardior q̃ motus eius per aliam partem, aut æqualis. D. d. ſi igitur acceperimus, &c. i. ſilr̃, ſi diuiſerimus tertiam menſurã æqualem primæ, ſequitur vt motum pertanſeat illam in tempore finito. &, cum ſic fecerimus, in diuiſione conſumetur ſpatium, & congregabitur ex partibus, in quas diuiditur illud ſpatium, numerus terminatus finitus, & ex temporibus, in quorũ vnoquoq; pertranſit vnamquãq; illarũ partiũ ſpatij: [c] & quod cõponiť ex finitis eſt finitum; &

Documentũ ...

Nõ ẽ verũ i oi motu φ quędã ptes eiꝰ ꝓcedunt quaſdã, niſi i qualitate, & i gñato diſſimiliũ partiũ, ſed nõ i motu locali, neq; i motu augmẽti. partes. n. iſtorũ motuũ ſunt i toto moto, quẽadmodũ totus motus eſt in toto.

a Motus hẽt duplex ſubiectum.

b Illud, qđ ẽ diuerſę velocitatis, inueniť tribꝰ modis.

c Q. ẽ cõpoſitũ ex finitis ẽ finitũ. Idẽ ſupr̃ cõ. 60. & quæ ibi.

& oeceſſe eſt ergo ꝙ tempus, in quo hoc pertranſit totum ſpatium, eſt finitum neceſſario. & hoc intẽdebat, cum dixit. &, cũ ſic fecerimus, &c. i. & ſimiliter, cum fecerimus diuidẽdo ſpatium, neceſſe eſt tempus diuidi in partes æquales in oumero partibus ſpatij: & ſi partes temporum noo fuerint æquales in ſe: & erit tẽpus congregatum finitum, quoniam poſſe menſurari per partem eius: & infinitum oullam habet partem, à qua mẽſuret. nam infinitum impoſſe eſt componi ex finitis æqualibus, aut inæqualibus. & iam poſuimus ꝙ iſtud tempus cõponit ex finitis. D. d. cum finita fuerint numerus, &c. i. & cũ oumerus, & magnitudo, qui cõponunt ex finitis, menſurant ab vno, ſiue fuerint æqualia, ſiue inæqualia. Et ordinatio iſtarum propoſitionum eſt talis. Quoniam primũ poſuit ꝙ infinitum impoſſe eſt menſurari à ſua parte. D. dedit cauſam in hoc, & eſt quia infinitum non componitur ex finitis æqualibus, aut inæqualibus. D. induxit aliam propoſitiooem, & eſt ꝙ magnitudo finita, aut oumerus finitus poſſunt menſurari à ſua parte, ſiue magnitudo, aut numerus componantur ex ęqualibus, aut inæqualibus. Et ſic ſyllogiſmus compooitur in ſecunda figura tali modo. Tempus, in quo motum pertranſit hoc ſpatium, poteſt menſurari à ſua parte, cum ſit compoſitum ex partibus finitis, licet non æqualibus: & tempus infinitum oon poteſt menſurari ex ſua parte: ergo tempus, in quo motum inęqualis velocitatis pertranſit ſpatium finitum, non eſt infinitum. & hoc eſt inconueniens. Ipſe autem videtur quaſi non ordinare iſtum ſyllogiſmum hoc modo, ſed poſuit poſt has duas propoſitiones, ꝙ longitudo, in qua tranſmutatur tranſmutatum menſuratur à ſua parte. & hoc intendebat, cum dixit & loogitudo finita menſurat ab aliqua menſura vt A H. Deinde d. ergo in tẽpore fioito, etc. i. quoniam, cum iſta tranſmutatio menſuret à ſua parte: & ſimiliter tempus, in quo eſt motus, per menſurã magnitudinis ex rebus finitis. Tempus igitur, in quo tranſmutatio fit, menſuratur à ſua parte: & quicquid menſurat à ſua parte eſt finitum: ergo hoc tẽpus eſt finitum. D. dixit Et ſimiliter de generatione. i. quoniam impoſſibile eſt aliquid generari generatione finita in tempore infinito: generatio. n. eſt tranſmutatio in magnitudine. & ideo potẽtia iſtius declarationis eſt vis declarationis, quæ communis eſt modis omnium tranſmutationum, ſ. quatuor, ſunt. n. corpora. Et in libro Ioannis loco huius dictionis generatio ponebatur hæc dictio quies. Et, ſi hoc fuerit, tunc intentio erit ꝙ ita eſt de quiete in hoc, ſicut de motu. Quoniam, cum quies ſit priuatio motus, qui innatus eſt exiſtere in quieſcente: & motus finitus impoſſibile eſt vt ſit in tempore infinito: ergo & quies finita impoſſibile eſt vt ſit in tempore infinito. Dixit Ioãnes. & quidam intelligunt hic per quietem ire ad quietem. & dixerunt hoc, nam quies non determinatur, niſi per tempus. D. d. Vnde ſequitur ꝙ impoſſibile eſt, &c. i. quoniam generatio, & corruptio, quia finitæ videntur: & tranſmutatio finita eſt in tempore finito: ergo nihil generatur ſemper, aut corrumpitur ſemper. aut intendit ꝙ, cum fuerit poſitum aliquid tranſmutari trãſmutatione finita in tempore infinito, tunc illud generabitur, & corrumpetur inſimul ſemper, cum neutra tranſmutatio habeat tempus proprium. Et, cum fuerit declaratum impoſſibile eſſe tranſmutationem finitam eſſe in tempore infinito, ſequitur vt oullum idem generetur, & corrũpatur inſimul ſemp. Et non intẽdit ꝙ hoc eſſe eſt impoſſibile: quia declaratur per hoc ꝙ primum eſt impoſſibile. nam hoc eſſe impoſſibile manifeſtius eſt quàm illud eſſe impoſſibile, quod acceptum eſt in declaratione iſtius. ſed induxit ipſum hoc modo innuendo aliud impoſſibile contingens huic, & eſt generabile, & corruptibile ſemper generari, & corrumpi inſimul, & quaſi d, &, cum

Infinitum impoſſe ẽ cõponi ex finitis æqualibus, aut inæqualibus.

Infinitum impoſſe ẽ menſurari à ſua parte.

Quicqd mẽſuratur a ſua parte finitus eſt.

Documentũ


hæc poſitio fuerit verificata, aufertur impoſſibile contingens cõtradictoriæ eius. ex quo apparet cõfirmatio iſtius ſermõis, ſicut apparet deſtructio ſuę cõtradictorię.

Eadem aũt ratio eſt & ꝙ neq; in finito tẽpore per infinitum poſſe eſt moueri, aut quieſcere, ſiue regulariter moueat, ſiue irregulariter. Accepta. n. quadam parte, quæ metiet totum tẽpus, in hac quantum aliquod pertranſibit ipſius magnitudinis, & nõ totam. in toto. n. totam, & rurſus in æquali aliam, & in vnoquoq;, ſimiliter, ſiue æqualis ſit, ſiue inæqualis ei, quæ eſt à principio. refert aũt nihil, dũmodo ſit finitum quoddam vnaquęq;. manifeſtum. n. eſt ꝙ cõſumpto tempore infinitũ non cõſumetur, finita ablatione facta, & per ipſum quantum, & ipſum quoties. quare nõ trãſibit in tempore finito infinitũ. nihilq; refert magnitudinẽ, verſus alteram, aut verſus vtrãq; partem eſſe infinitam. eadem enim erit ratio.

Et eadem rõne ratiocinatur ad hoc ꝙ impoſſibile eſt etiã infinitum moueri tempore finito, aut quieſcere, ſiue motus fuerit æqualis, aut diuerſus. Nam, cum accipietur aliqua pars, quę menſuret totum tempus, tunc in illa parte mouebitur per aliquam partẽ illius ſpatij non per totum. per totum. n. mouetur in toto tempore. & in ęquali mouebit etiam per aliam partem, & in vnaquaq; partium ſimiliter, ſiue fuerit æqualis præcedenti, aut inæqualis. nulla. n. eſt dĩa in hoc ſolummodo, ꝙ vnaquęq; illarum partium ſit finita. vñ manifeſtum eſt ꝙ, cum tempus conſumitur, non conſumitur infinitum. partitio. n. eſt finita in menſura, & in numero. ergo non mouet infinitũ tempore finito. & nulla dĩa eſt ſiue illa menſura fuerit finita altera parte, aut infinita vtraq;. quoniam eadem eſt ratio.

Demonſtratio, probans, ſi tempus eſt finitũ, quod magnitudo non poteſt eſſe infinita.

Potes autem et per literas, ut & in priori demonſtrare. Aduerte tñ Auerroẽ in hac demõſtratione aſſumere ipſum mobile infinitum, cum tñ finitũ aſſumi debeat.



Cum declarauit ꝙ impoſſe eſt aliquod finitum moueri per ſpatium finitũ in tempore infinito, declarat etiam ꝙ impoſſe eſt vt aliquod infinitum moueat in tempore finito. nam neceſſarium eſt vt infinitum moueatur per ſpatiũ infinitum. ergo ſequitur aliquid pertranſire ſpatiũ infinitum in tẽpore finito, et hoc eſt conuerſum eius, quod 62

prius

prius declarauit eſſe ĩpoſſibile, ſ. aliquid pertrãſire ſpatium finitum tempore infinito. Et, quia hæc duo ſunt ſimilia, & eadẽ eſt declaratio in eis, ſcilicet aliquid moueri per ſpatium finitum in tempore infinito, aut aliquid moueri per ſpatium infinitum in tempore finito, nam illud, quod illic fecimus, diuidendo ſpatium finitum, ex quo ſequitur tempus eẽ finitum, faciemus hic diuidendo tempus, & ſequitur ſpatiũ eſſe finitum. Et ideo d. Et eadem ratione, &c. i. qm̃ impoſſibile eſt infinitum moueri in tempore finito, ſequitur. n. ipſum moueri per ſpatium ĩfinitum in tempore finito. D. d. Nã, cum accipietur aliqua pars, &c. i. et demõſtratio illius, qm̃, cum poſuerimus motum infinitum in tempore finito, & acceperimus aliquam partem illius temporis, tũc motum mouetur in illa parte per aliquam partem ſpatij. nam impoſſibile eſt vt per idem ſpatium moueatur in parte, & in toto temporis. D. d. & in æquali etiã mouebitur per aliam partem, &c. i. deinde, ſi poſuerimus ipſum moueri in aliam partem temporis ęqualem primæ parti menſuranti, deinde in tertia, deinde ĩ quarta, & ſilr ĩ vnaquaq; partium temporis donec tempus conſumatur, tunc congregabuntur ex hoc ſpatia finita menſura, & numero, et indifferenter ſiue motus eius in illis partibus fuerit æqualis, aut diuerſus. Et hoc intendebat, cum dixit ſiue fuerit æqualis pręcedenti, aut inæqualis. ideſt ſiue motus eius in ſecunda parte fuerit æqualis motui eius in prima, aut inæqualis. Quoniam non eſt differentia inter hoc, quòd ſit æqualis, aut inæqualis in illis temporibus æqualibus: cum vnaquæq; partium ſpatij, quas motum pertrãſit in illis tẽporibus fuerit finita. qm̃ congregatum erit finitum, licet motus non ſit æqualis in ſe. D. d. vnde manifeſtum eſt, &c. ideſt manifeſtum eſt igitur ex his ꝙ, cum tempus conſumetur per motum illius moti per vnamquãq; partiũ æqualium parti menſuranti, quòd illud, per quod mouetur, non conſumetur. nam infinitũ mouetur per ſpatium infinitum. D. d. partitio enim eſt finita. ideſt & declaratũ eſt ſuperius, qm̃ neceſſe eſt ſpatium, ꝑ quod eſt motus, conſumi. nam partes omnes, per quas motũ mouetur in illo tempore, ſunt finitæ menſura, et numero, ſ. qm̃ vnaquæq; eſt finita in ſe, et numerus omnium eſt finitus. ſed poſitum eſt eas eſſe infinitas. & hoc eſt impoſſibile. Deinde dixit ergo infinitum non mouetur in tempore finito. ideſt declaratũ eſt igitur ex hoc, ꝙ aliquod infinitum non mouetur in tẽpore finito. qm̃ ſequitur ex hoc vt aliquod infinitum moueatur ꝑ ſpatium finitum: & ſic aliquid mouetur per ſpatiũ minus ipſo. quod eſt impoſſe. Et debes ſcire ꝙ ex hoc apparet ꝙ impoſſibile eſt infinitũ moueri oĩno. nam ꝙ non mouetur tẽpore infinito neceſſe eſt ipſum moueri ſemper temporibus finitis ſm continuationem, & perpetuitatem. D. d. & nulla eſt differentia, &c. i. qm̃ ſequitur motum pertranſire ſpatium infinitum in tempore finito, dico ergo ꝙ ſequitur ex hoc, vt motus eius ſit in toto tempore vnus, ſ. motus infinitus.

Documentũ Impoſe ẽ infinitum moueri oĩno.

His autẽ demonſtratis, manifeſtum eſt ꝙ neq; finitam magnitudinẽ infinitũ contingit trãſire in finito tẽpore propter eãdem cãm. in parte. n. tẽporis finitã tranſibit, & in vnaquaq; ſimiliter: quare in toto finitam.


Hoc qdem declarato manifeſtum eſt eſſe impoſſe etiam magnitudinem finitam ꝑtranſire infinitum in tẽpore finito, propter illam eãdem cauſam. ſ. qm̃ in parte temporis pertranſit finitum, et in vnaquaq; partium ſimiliter: ergo in toto pertranſibit finitum.

Cum declarauit ꝙ impoſſibile eſt aliquod finitum pertranſire ſpatium finitum tempore infinito, neq; aliquod infinitum in tempore finito, dixit ꝙ ex hoc patet conuerſum primi eſſe impoſſibile, quod eſt aliquod finitum pertranſire magnitudinem infinitã in tempore finito. Nam, cum tempus diuidetur in partes æquales, ſtatim ſpatium erit ſilr ſm illum numerum, ſiue motus fuerit æqualis, aut inæqualis. ex quo ſequitur ſpatium eſſe finitum. D. d. propter illam eandem cauſam. i. & hoc manifeſtum eſt ex illa eadẽ propoſitione, qua vſi ſumus in prædictis declarationibus, ſ. dicente ꝙ in parte temporis mouebitur per partem ſpatij finitam. impoſſibile. n. eſt totum, & partem pertranſiri in eodem tempore. D. d. &, ſimiliter in vnaquaq; partiũ, ideſt partium temporis æqualium primæ. D. d. ergo & in toto, &c. ideſt ergo neceſſe eſt vt motum pertrãſeat in toto tempore finito ſpatium finitum. 63

Qm̃ autem finitũ non tranſibit infinitã in finito tꝑe, manifeſtum eſt ꝙ neq; infinitũ finitam. ſi. n. infinitum finitã, neceſſe eſt & finitam tranſire infinitũ. nihil. n. refert vtrumuis eſſe id, quod mouet̃. vtroq;. n. modo finitum trãſibit infinitũ. Cũ. n. moueat̃ infinitum, in quo eſt A, erit aliqd ipſius ſm B finitũ, vt C D. & rurſus aliud, & aliud, & ſemꝑ ſic. quare ſilr accidet infinitũ motum eſſe ꝑ finitum, & finitum tranſiſſe infinitum. Neq;. n. fortaſſis poſſe eſt aliter infinitum moueri ꝑ finitum, q̃ ꝙ finitum tranſeat infinitũ, aut latione vtendo, aut mouendo. quare, qm̃ hoc impoſſibile eſt, non tranſibit infinitum finitum.

Et, cum finitum non pertranſeat infinitũ in tẽpore finito, manifeſtum eſt per ſe ꝙ neque etiam infinitum pertranſit finitum. ſi. n. infinitum pertranſit finitum, neceſſe eſt finitum pertrãſire infinitum. Qm̃, cum moueat̃ infinitum, ſ. A, tũc quiddam eius erit in B finito, v. grã CD. & erit etiã aliud ex eo poſt aliqd, & ſic ſemꝑ. ex quo ſequit̃ vt infinitum moueatur per finitum, & finitum pertrãſeat infinitum. Qm̃ vr̃ mihi ꝙ impoſſe eſt infinitũ moueri ꝑ finitum alio modo, niſi vt finitũ ꝑtranſeat infinitum, aut curſu, aut menſuratione. &, cum ſit hoc impoſſibile, eſt impoſſibile, infinitum pertranſire finitum.

Demonſtratio, probans quòd mobile infinitum non poteſt pertranſire magnitudinem finitam in tempore finito.



64 Hoc eſt Quartum quæſitũ, & eſt φ motũ infinitum non põt pertranſire ſpatiũ finitũ, ſicut declaratum eſt: qm̃ impoſſibile eſt moueri tẽpore finito. Et dixit Et, cum finitũ, &c. & modus continuationis in eo eſt. qm̃, quia declaratum eſt finitum non pertranſire ſpatiũ infinitum in tempore finito, declaratũ eſt ipſum nõ pertranſire finitum oĩno. Nam, ſi pertranſiuerit, pertranſibit in tempore, quod iam deſijt: & quod eſt tale, eſt finitum. &, cum declaratum ſit φ finitum non pertranſit oĩno ſpatium infinitum: manifeſtum eſt φ motum infinitum non pertranſibit ſpatium finitum. D. dedit rõnem ſuper hanc continuationem, & dixit ſi. n. infinitum pertranſibit finitum, &c. i. & declaratum eſt ipſum nõ pertrãſire illud. qm̃, ſi infinitum ꝑtranſibit finitum, pertranſibit illud in tempore finito: ſed declaratũ eſt ipſum non pertranſire illud in tempore finito: ergo oĩno nõ pertranſibit illud. D. induxit exemplificationem, qua certificatur hoc, & dixit Quoniam, cum infinitum, ſ. A moueatur, &c. i. & iſta cõſecutio eſt vera. quia, cum poſuerimus φ infinitum pertranſit ſpatium finitum, ſ. A, tunc quiddam infiniti erit in hoc ſpatio, quod eſt B, & erit hoc quiddam æquale huic ſpatio. ſit igitur hoc quiddam C D. Et, cum poſuit quòd neceſſe eſt vt pars finita moti infiniti ſit in ſpatio finito, per quod mouetur, & vt illa pars ſit æqualis ſpatio finito, & dixit & erit etiam aliud, &c. i. & neceſſe eſt, cũ iſtud motum infinitum transferatur, vt illa pars eius etiam ſit æqualis ſpatio, per quod mouetur alia à prima parte, & per ſecundam etiam tertia pars, & ſic ſemper. D. d. ex quo ſequitur, &c. i. qm̃, quia ſpatium ſuperponiẽ rei motæ, & minus menſurat maius, neceſſe eſt, cũ motum fuerit maius ſpatio, vt mẽſuretur motum à ſpatio. &, cum motum fuerit minus ſpatio, neceſſe ẽ vt motũ menſuret ſpatiũ. & non erit dr̃ia inter hoc, φ infinitum pertranſeat ſpatium finitum, & inter hoc, φ finitũ pertranſeat ſpatium infinitũ, quod eſt impoſſe. ſ. qm̃ in moto infinito neceſſe eſt menſurari per ſpatiũ finitum, & moto finito mẽſurare ſpatium infinitum. qm̃ nulla differentia eſt in hoc, φ menſuret ſpatium: ſed menſurans in moto finito per ſpatium infinitum eſt motũ: & menſurans motum infinitum per ſpatium finitum eſt quieſcens. Deinde confirmauit hoc, & dixit Quoniã mihi videtur, &c. i. qm̃ impoſſibile eſt imaginari φ motũ infinitum pertrãſeat ſm̃ totũ finitum, alio modo ab eo, quo imaginatur φ motum finitum pertrãſeat ſpatium finitum. Si igitur hoc fuerit impoſſibile, illud erit ĩpoſſibile. i. ſm̃ quòd imaginatur ipſum pertranſire illud curſu, aut menſuratione. Et induxit hoc diſiunctiuum, aut, quoniam motum finitum, cum pertranſiuerit ſpatium infinitum, pertranſibit illud curſu. &, cum motum infinitum pertranſiuerit ſpatium finitum, pertranſibit illud menſuratione, non curſu. & non eſt differentia inter iſtos duos pertranſitus in hoc, quòd impoſſibile ſequatur.

Min° mẽſurat mai°. Idẽ 10. Met. te. cõ. 4.

At vero neq; infinitum in finito tempore tranſibit infinitũ. ſi. n. infinitum, & finitum. ineſt. n. infinito finitum. Amplius autem & tempore accepto eadem erit demonſtratio.

Neq; infinitum pertranſit in tempore finito infinitum. qm̃, ſi pertranſit infinitum, ꝑtranſibit etiam finitum. qm̃ in infinito eſt finitum. Et, cum ẽt conſyderatum fuerit de hoc ſm̃ tẽpus, ſiſr proueniet ex demõſtratione.

65 Hæc eſt Quinta declaratio, & eſt de illo, quod remanet ex diuiſione, ſ. vt motũ infinitum moueatur tẽpore finito, qm̃ illud, quod eſt tale, aut mouet per ſpatium infinitum, aut finitum, ſ. vt moueatur infinitum ꝑ infinitum in tẽpore finito. Et dixit qm̃, ſi ꝑtranſiuerit infinitum, ꝑtranſibit etiam finitum, i. qm̃, cum poſitũ ſit infinitum pertranſire ſpatium finitum in tempore infinito, neceſſe eſt vt finitum pertranſeat ſpatiũ ĩfinitum in tempore finito, quod eſt impoſſibile, vt declaratum eſt. D. d. quoniam in infinito eſt finitum, i. & neceſſe eſt, cum infinitum pertranſiuerit infinitum in tempore finito, vt finitum pertrãſeat infinitum. quoniam in infinito pertranſito eſt pars finita neceſſario, quæ ꝑtranſit ſpatium infinitum in tempore finito. Deinde dixit Et, cum etiam conſyderatum fuerit ſm̃ tempus, &c. i. prouenit etiam demõſtratio, ex qua declaratum eſt φ impoſſibile eſt infinitum moueri tempore finito. et illa demonſtratio eſt per diuiſionem temporis: quoniã per diuiſionem temporis diuiditur ſpatium. Si igitur tempus fuerit finitum, & ſpatium erit finitum: ſed quia poſitum eſt ipſum eſſe infinitum, hoc eſt impoſſibile.

Qm̃ autem neq; finitum infinitum tranſibit, neq; infinitum finitum, †{neq; infinitũ} in finito tẽpore mouetur, manifeſtum eſt φ neq; motus erit infinitus in finito tempore. quid. n. refert motum, aut magnitudinẽ, infinitum facere? neceſſe. n. eſt, ſi vtrũuis, & alterum eſſe infinitũ. omnis. n. latio in loco eſt.

† a. l. neq; infinitũ ĩfinitũ

Et, cum ſit impoſſe finitum moueri ꝑ infinitum, aut infinitum ꝑ finitum, aut infinitum in tempore finito, manifeſtum eſt φ motus infinitus non erit in tempore finito. non. n. eſt differentia inter hoc φ motus ſit finitus, aut magnitudo. qm̃ neceſſe eſt, ſi alterum fuerit infinitum, vt reliquum ſit infinitum, omnis enim translatio eſt in loco.

Cum declarauit φ impoſſibile eſt aliquod finitum moueri per ſpatium infinitum ĩ tempore finito, aut aliquod infinitum in tempore finito, ſiue ſpatium fuerit finitum aut non fuerit, declaratur impoſſibile eſſe vt motus infinitus ſit ĩ tempore finito. Quoniam hoc aut erit per ſpatium, aut per rem motam. ſi autem per ſpatium, tunc aliquod infinitum mouebitur per ſpatium infinitum in tẽpore finito. ſi vero infinitas in motu fuerit per rem motam, tunc aliquod infinitum mouebitur in tempore finito, aut per magnitudinem finitam, aut infinitam: ſed hæc deſtructa ſunt: ergo deſtructum eſt aliquem motum infinitum eſſe ĩ tempore finito. et hoc intendebat declarare ſuperius. & ipſe vtetur hoc tanq̃ fundamento in Septimo. Et dicit Et, cum ſit impoſſibile, &c. i. et, cum ſit declaratũ, qm̃ impoſſibile eſt motum infinitum pertranſire ſpatium infinitum in tempore finito, aut motum infinitũ ſpatium finitũ, vel infinitum in tẽpore finito, manifeſtũ eſt ex hoc, qm̃ impoſſe eſt vt motus infinitus ſit in tempore finito. D. declarauit conſecutionem, & dixit non. n. eſt dr̃ia, &c. i. qm̃, cum ſit impoſſibile vt motũ finitum moueaẽ per ſpatium infinitum in tempore finito, aut motum infinitum in tẽpore finito, manifeſtum eſt, φ impoſſibile eſt vt motus infinitus ſit in tẽpore finito. qm̃, ſi fuerit infinitus, aut erit per magnitudinem ĩfinitam, aut motum infiniti: ſed hæc duo ſunt impoſſibilia: ergo impoſſibile erit, vt motus infinitus ſit in tempore finito. D. d. nõ enim eſt dr̃ia, &c. i. cum non ſit dr̃ia, ſiue ponaẽ φ motus infinitus eſt in tẽpore finito, aut φ magnitudo infinita mouetur in tempore finito. D. d. quoniam neceſſe eſt, &c. i. quoniam neceſſe eſt, ſi motus fuerit infinitus, vt magnitudo ſit ĩfinita, aut illa, ꝑ quã eſt motus,

aut 66

aut illa, quæ mouetur. & ſimiliter, ſi alterum iſtorũ fuerit infinitum, motus erit infinitus. D.d. omnis enim translatio eſt in loco, i. et iſta etiam cõſecutio eſt in motu locali, ſ. quoniam, cum fuerit poſitum ꝙ motus in loco eſt infinitus, neceſſario erit magnitudo infinita, aut illa, per quam eſt motus, aut locus, & motum inſimul. Similiter, ſi alterum iſtorum fuerit infinitum, motus erit infinitus. ſed, cum motum fuerit infinitum, ſpatiũ erit infinitum: & non conuertitur. Vtrum autem, ſi augmentum fuerit infinitum, magnitudo erit infinita, ſimiliter &, ſi alterario fuerit ĩfinita, alteratum erit infinitum, conſyderandum eſt. & non apparet ſicut in trãſlatione. & ideo dixit poſt, omnis enim translatio eſt in loco. vnde opinandum eſt ꝙ hoc nomine motum vtitur in hac declaratione proprie, ſ. in loco. & in vltimo iſtius tractatus declarabitur ſimpliciter. quoniam impoſſibile eſt ꝙ aliquis motus quatuor motuum ſit infinitus præter translationem circularẽ.

Documẽtũ.

In hoc. 6. infra. t. c. 92. & 91.

Caput Quartum. Eodem pacto eſſe in eo, quod in Quietem tendit, et in Quiete, ut etiam in motu, quod ſcilicet non detur in eis Primum.

QVoniam autem omne aut mouetur, aut quieſcit, quod aptũ natura eſt, qñ aptum eſt, & vbi, & quo pacto, neceſſe eſt omne, quod ſtat, cum ſtat, moueri. ſi enim nõ mouetur, quieſcet, ſed nõ cõtingit vt ad quietem tendat quieſcens.

Et, quia omne aut mouetur, aut quieſcit, ſ. quod innatum eſt, & quo, & ſm quod, neceſſe eſt vt ceſſans, cum ceſſat, moueatur. nam, ſi omnino non mouetur, quieſcit. & impoſſibile eſt vt quieſcens ſic tendat ad qetem.

67 Cum declarauit prius ꝙ neq; in motu, neque in primo tempore, quod ſuperponitur motui, non inuenitur primum naturaliter, ſ. primus motus, aut primum tempus, cum motus, & tempus ſemp ſint diuiſibilia, vult nunc declarare ꝙ ita eſt in re ad quietem, & in ipſa quiete, ſicut in motu, ſ. quoniam nõ inuenitur prima quies naturaliter in re quieſcente, neq; primũ tempus, quod eſt pars temporis, in quo quieſcens quieſcit, ſ. temporis æqualis quieti: ſimilr̃ neq; inuenitur primum tempus, in quo motum vadit ad quietem, quod dicitur ceſſatio. Et incœpit declarare prius hoc in ceſſante, & dixit Et, quia omne, &c. i. & quia omne, de quo vere dicitur ipſum eſſe aut quieſcẽs, aut motũ, eſt illud, quod innatum eſt recipere motũ, & quietem, & eſt in loco, in quo innatum eſt recipere motum, & quietem, & in diſpoſitione, ſm quam innatum eſt recipere motũ, & quietem. Et dixit quod ĩnatũ eſt moueri. nam illud, qđ non eſt innatum moueri, verbi g. punctus, non dicitur quieſcere, aut moueri. Et dixit & quo. nam illud, quo mouetur, mouetur in re diuiſibili: &, cum fuerit in inſtanti, non dicitur quieſcere, neq; moueri. Et dixit et ſecundum quod. vt diſtingueret inter illud, quod mouetur in potentia, & illud, quod mouef in actu, ſ. rẽ motã eẽ in potẽtia, aut in actu. ſi. n. fuerit in potentia, erit mota in potẽtia, & erit innata moueri in potentia, &, ſi in actu, actu. Vel dixit hoc diſtinguendo inter motũ, quo res mota ĩnata eſt moueri, & ĩter illud, quo nõ eſt innata moueri. & eſt euidentius. Cum poſuit hoc q̃ſi præcedens, dixit ergo neceſſe eſt vt ceſſans, &c. ideſt ergo neceſſe eſt in ceſſante, quod inuenitur in eo, quod mouetur, aut quieſcat, non in eo, quod ſemper mouetur, vt, cum dicitur ceſſare, tunc dicatur moueri: cum ſic impoſſibile dicere tunc ipſum quieſcere. nam, cum ceſſat, tendit ad quietem: & impoſſibile eſt vt illud, quod tendit ad quietem, ſit quieſcens.

Diſpõnesqꝫ ſcẽtis, & moti. Vide etiã 4. phy. t. cõ. 118. & hic ſupra. t. c. 50.

Pria expõ.

Scđa expõ.

Hoc autem demonſtrato manifeſtum eſt quòd & in tempore ſtare neceſſe eſt. quod enim mouetur, in tempore mouetur: quod autem ſtat oſtenſum eſt moueri: quare neceſſe eſt in tempore ſtare.

Hoc quidem declarato manifeſtum eſt ꝙ ceſſans ceſſat in tẽpore. cum motũ moueaẽ in tp̃e: & ſit declaratũ ꝙ ceſſans eſt motũ: ergo neceſſe eſt ipſum ceſſare in tempore.

Quia omne ceſſans eſt motum: & omne motum eſt in tempore: ergo omne ceſſans eſt in tempore. minor autem declarata eſt. quoniã ceſſans eſt illud, quod innatum eſt moueri, aut quieſcens non eſt ſine altero: ergo omne ceſſans aut eſt motum, aut quieſcens: ſed non eſt quieſcens: nam ceſſans tendit ad quietem: & quicquid tendit ad aliquid nõ eſt in illo: ergo ceſſans nõ eſt quieſcens: ergo omne ceſſans eſt motum. 68

Amplius autem, ſi velocius quidem, & tardius in tempore dicimus, ſtare autem eſt velocius, & tardius.

Et etiam nõ dr̃ velocius, & tardius, niſi in tempore, ceſſatio eſt velocior, & tardior.

Omne ceſſans eſt aut velocius, aut tardius: & omne velocius, aut tardius eſt in tẽpore: ergo omne ceſſans eſt in tempore. 69

In quo autem tẽpore primo id, quod ſtat, ſtat, in quouis huius neceſſe eſt ſtare. diuiſo enim tempore, ſi in neutra quidem partium ſtat, neq; in toto: quare nõ vtiq; ſtat id, quod ſtat. ſi vero in altera non vtiq; in primo toto ſtat. ſm enim * vtrũq; in hoc ſtat, ſicut dictũ eſt, & in eo, quod mouetur, prius. Vt autem id, quod mouef, non eſt in quo primo mouetur, ſic neq; in quo ſtat id, quod ſtat.

* a. l. alterũ.

Et primum tempus, in quo ceſſans ceſſat, neceſſe eſt vt in quolibet eius ceſſet. nam, ſi illud tempus diuidatur in duo, tunc ſi in neutra parte ceſſet, ergo neque in toto ceſſabit, ergo ceſſans non ceſſat. &, ſi in altera parte ceſſat, ergo nõ totum eſt primũ eius, in quo ceſſat. quoniam ceſſauit in alio: & eſt illa ps, vt dictum eſt de moto. Quemadmodum ergo in moto non eſt aliquod primum, in quo mouetur, ſimiliter neque in ceſſante eſt aliquod primum, in quo ceſſat.

Cum declarauit ꝙ ceſſans ceſſat in tempore, vult declarare etiam ꝙ nõ eſt primum tempus, in quo ceſſat, & videf ꝙ ceſſans ſit idem cum moto omnimodo: ſed non eſt verum: ſed motum, & ceſſans ſunt idem ſm ſubiectum, & duo ſm modum. corpus enim, cum accipiatur ſm qualitatem quieſcentem, dr̃ quieſcens, &, cum accipiatur ſm ꝙ habet qualitatem tranſmutatam, dicitur motum. &, quia tranſmutatum in qualitate vadit ad qualitatem mobilẽ, ſm hoc dicitur motum. Motũ igitur eſt motum, ſm ꝙ tranſmutatur in alia qualitate, 70

Motũ, et ceſſans ſunt idẽ ſm ſubm, & duo ſm modum.

& transfertur

& transfertur in ea ad finem, ſm ꝙ finis eſt complemẽtum tm̃ illius motus. ver. g. ſm ꝙ transmutatur de albedine imperfecta in nigredinem. eſt autem ceſſans, ſm ꝙ trãſfertur ad quietem. &, quia quies accidit complemento ad quod eſt motus, ideo ceſſatio accidit moto. & ideo ſunt vnum ſm ſubiectum, & duo ſm modum.


Alia expoſitio. Aut dicamus ꝙ eſt ceſſans ſm partem habitam, et motum ſm partem habendam. Dicit Et primũ tp̄s, &c. i. & neceſſe eſt vt ceſſans dicatur ceſſare in qualibet parte temporis, quod eſt æquale ceſſanti. omne enim tempus eſt diuiſibile. Deinde incœpit declarare hoc, & dixit nam, ſi illud tempus diuidatur in duo, &c. i. & neceſſe eſt vt ceſſans ceſſet in qualibet parte primi tẽporis. ſi enim illud tempus diuidatur in duo ęqualia, cum omne tempus ſit diuiſibile, tunc ceſſans aut non ceſſabit in aliqua parte: & ſic non ceſſabit in toto illo tẽpore, quod eſt contra poſitum, aut ceſſabit in altera tantum: & ſic illud tempus non erit primum: cum non dicitur ceſſare in eo, niſi quia ceſſat in aliqua parte eius. & hoc itendebat, cum dixit nõ eſt totũ primũ, in quo ceſſat, i. & ſequitur hanc poſitionem, vt non ſit illud tẽpus totum, quod eſt compoſitum ex duabus partibus primũ, in quo ceſſans ceſſat. D. d. ceſſauit enim in alio: & eſt illa pars. i. qm̃, ſi poſitum fuerit ꝙ ceſſans ceſſet in aliqua parte primi tẽporis, tunc illud tempus nõ erit primum: qm̃ ceſſauit in alio, antequam ceſſaret in illo tempore: & illud aliud eſt aliud ab alia parte poſita: & ſic illud tempus non erit primum. & intendit per hoc, quod dixit & illa pars. partem primi temporis, in quo poſitum fuerit ceſſans. Dein. d. vt dictũ eſt de moto, i. qm̃ declaratio eadem eſt in eis. nam, cum poſuerimus primum tempus, in quo motum mouetur, & diuiſerimus illud tempus in duo, & proceſſerimus hac via demonſtrationis, ſequitur vt in hoc non inueniatur primum æquale. & ideo dixit Quemadmodum igitur in moto, &c. i. quemadmodum igitur in moto non inuenitur ex tempore aliquod primum, in quo incœpit moueri, ſimiliter neque in ceſſante inuenitur aliquod primum, in quo incœpit ceſſare.

Neq; enim ipſius moueri, neq; ipſius ſtare aliquid eſt primũ. Sit enim in quo primo ſtat, in quo A B. hoc igitur impartibile quidem non contingit eſſe. motus enim non eſt in impartibili, propterea ꝙ motum eſt aliqd ipſius: quod autem ſtat demõſtratum eſt moueri. At vero, ſi diuiſibile eſt, in quauis partium ipſius ſtat. hoc enim oſtẽſum eſt prius, quòd in quo ſtat primo, in quauis parte illius ſtat. Quoniam ergo tempus eſt, in quo primo ſtat, & non impartibile: omne autem tempus in infinita diuiſibile: non eſt in quo primo ſtatur.

Quoniam neq; ex moto neq; ex ceſſante eſt aliquod primum. Et demonſtratio illius ſit illud, in quo primo erit ceſſans A B. impoſſibile eſt igitur hoc eſſe indiuiſibile. motus enim nõ fit in ĩdiuiſibili: nã erit aliquid, & iam ex ipſo mouetur. Et declaratum eſt quòd ceſſans eſt motum, &, ſi fuerit diuiſibile, erit ceſſans in quacunq; parte eius. nam hoc declaratum, quoniam, cum fuerit aliqd, in quo erit primo ceſſans, tunc ceſſans erit in quacũq; parte illius. Et, quia illud, in quo eſt primo ceſſans, eſt tempus, nõ indiuiſibile: oẽ enim tempus eſt diuiſibile in infinitũ: ergo nihil eſt, in quo primo erit ceſſatio.

Demonſtratio, oſtendens quòd non eſt accipere primũ temporis in ſtatione mobilis.

A Primum temporis B Tempus.



71

Cum declarauit hoc ſermone, repetit declarationẽ per exemplum, & dicit Qm̃ neq; ex moto, neq; ex ceſſante, &c. i. qm̃ neq; motum, neq; ceſſans habet primã partem motus, aut ceſſationis. nam ſi hoc eſſet, tũc motus, & tempus, & vlr continuum cõponerentur ex indiuiſibilibus. D. d. ſit igitur illud, in quo, &c. i. ſit igit̃ primum tp̄s, in quo erit prima ceſſatio A B. Deĩn. d. & impoſſibile eſt vt hoc ſit indiuiſibile, i. primum tp̄s, in quo ponitur prima ceſſatio A B. Deinde. d. motus enim non eſt in aliquo. i. & diximus ꝙ iſtud primũ tẽpus neceſſe eſt vt ſit diuiſibile: quia iam declaratũ eſt ꝙ omne ceſſans eſt motum, [a] & ꝙ motus non fit in aliquo indiuiſibili: qm̃ pars recedens, & accedens motus eẽt eadẽ: & ſic pars añs fuit ex ſe, & fuit anteꝗ̃ eſſet. Et hoc intendebat, cum dixit nam erit aliquid, et iam mouetur ex ſeipſo, i. nam ſequitur ex hoc ꝙ aliqd mouet̃ ex ſeipſo. et hoc ẽ ſimile ei, quod dixit in initio iſtiꝰ tractatus, qm̃, ſi motꝰ eſſet indiuiſibilis, tunc res, cũ mouetur, iam eſſet mota. &, cum motus ſit diuiſibilis, neceſſe eſt vt illud, in quo eſt motꝰ, ſit diuiſibile, ſ. tẽpus, & locus. Deĩde d. &, ſi fuerit diuiſibile, &c. i. et, ſi iſtud primũ tp̄s fuerit diuiſibile, ut ſumus coacti per rõnem, tunc ceſſans erit ceſſans in qualibet parte eius, ſicut in toto: & ſic erit ceſſans in medietate, ſicut in toto, & in medietate medietatis, ſicut in medietate, & ſic in infinitum. & hoc eſt in potentia. & ſic non contingeret vt ante ceſſationem eſſet ceſſatio, & ante motũ eſſet motum in infinitum, quod eſt impoſſibile. qm̃ ſm hoc nõ fieret motus. ſm hoc igitur intelligendũ eſt hoc. D. d. qm̃ hoc declaratũ eſt, &c. & itendit hic per primũ, tp̄s æquale: & eſt illud, quo vtitur hic pro principio, in declarando ꝙ initium ceſſationis nõ habet primum tp̄s, & quaſi dicat, &, quia declaratũ eſt ꝙ in qualibet parte tp̄is ęqualis ceſſationi ceſſabit ceſſans, neceſſe eſt vt non ſit tp̄s primum, in quo incœpit ceſſare. & hoc intẽdebat, cum dixit & quia illud, in quo eſt, &c. i. non inuenitur aliquod primum, in quo erit prima ceſſatio, ſ. neq; ex ipſo tp̄e, neq; ex loco, in quo eſt ceſſatio, neq; ex ipſa ceſſatione. & continuatio cõſequentis cum p̄cedente in hoc ſermone manifeſta eſt ex prædictis.

[a] Motus nõ fit in aliquo indiuiſibili: qm̃ ps recedẽs, & accedens eſſet eadem.

Neq; igitur quieſcens, quando primum quieuit, eſt. in impartibili enim non quieuit; propterea quòd non eſt motus in impartibili, in quo autẽ eſt ipſum quieſcere, & ipſum moueri. tunc enim dicimus quieſcere, qñ, &

* Neq; ges. neq; motus in imparabili.

in quo

in quo aptum natura eſt moueri non moueť id, quod aptum natura eſt.

Neq; quieſcens etiã quieſcit in primo tẽpore. quoniã non quieſcit in indiuiſibili. motus enim non fit in indiuiſibili: & in illo, in quo eſt quies, in ipſo eſt motus. declaratum eſt enim quoniam tunc dicitur aliquid quieſcere, cũ illud, quod innatum eſt moueri, nõ moueť in eo, in quo innatum eſt moueri.

72 Cum declarauit ꝙ neq; motum, neq; ceſſans habet primũ, vult oñdere hoc ẽt in quieſcente, & dixit Neq; ẽt quieſcens habet tp̄s primum, in quo quieſcit. Deinde dedit cauſam, & dixit qm̄ non quieſcit in indiuiſibili, i. cum ſit impoſſibile ipſm quieſcere in tpe indiuiſibili, cum motus non ſit in indiuiſibili, &c. i. & neceſſe eſt vt quies nõ ſit in indiuiſibili ꝓpter duo, quorum alterũ eſt, qm̄ motus impoſſibile eſt vt ſit in indiuiſibili: & hoc demonſtratũ eſt: alterum vero eſt, ꝙ illud ex tpe, in quo motus põt eſſe, in illo poteſt eſſe quies, & illud, in quo motus non põt eſſe, neq; põt ẽt quies eſſe in eo. Deinde incepit declarare hoc, & dixit declaratum eſt enim, &c. i. & neceſſe eſt vt aliqd non poſſit quieſcere niſi in eo, in quo põt moueri: qa deſcribimus quieſcẽs, quod eſt quieſcens principalr, & vere, & non trãſumptiue, quod eſt innatũ moueri, cum nõ moueť in illo, in quo eſt innatum moueri, ſ. tpe, & loco. & ideo neceſſe eſt vt omne quieſcens quieſcat in tpe, & loco. &, ſi eẽt poſſibile aliquid quieſcere in inſtanti, in quo eſt impoſſibile moueri, tunc diceretur quieſcens, ſicut dicitur ꝙ punctus eſt quieſcẽs, ſ. in figura. Et ſyllogiſmus componitur ſic. Oẽ quieſcẽs quieſcit in eo, in quo innatum eſt moueri: & illud, in quo innatũ eſt moueri, eſt diuiſibile: ergo oẽ quieſcens quieſcit in diuiſibili. &, cũ ſit declaratũ ipſm quieſcere in diuiſibili, declarabitur ꝙ q̃es quieſcẽtis nõ habet primũ tp̄s per illã demõſtrationẽ, per quam fuit hoc declaratũ in ceſſante, & moto.

De q̃te trãſumptiua, vide. 4. phyſi. cõ. 118.

Amplius aũt & tunc dicimus quieſcere, cum ſimiliter ſe habet nunc, & prius, tanquã non vno quodam diiudicantes, ſed duobus minimis. quare non erit in quo quieſcit, impartibile. Si vero partibile eſt, tempus vtiq; erit, & in quauis ipſius partium quieſcet. eodem enim modo demonſtrabitur, quo & in prioribus. quare nihil primũ erit. * hęc autẽ cauſa eſt, quia quieſcit quidẽ, & mouetur omne in tpe. tempus autẽ non eſt primum, neq; magnitudo, neq; omnino vllum cõtinuum: omne enim in infinita partibile eſt.

* a.l. huius autem.

Et etiam dicimus aliquid quieſcere, cum eodem modo fuerit nunc, & prius, quaſi nõ conſyderamus ipſum ſm vnum, ſed ſaltẽ ſm duo. vnde neceſſe eſt vt illud, in quo eſt q̃es, non ſit indiuiſibile. Si igitur fuerit diuiſibile, neceſſe eſt vt ſit tẽpus, & vt ſit quieſcens in quacunq; parte eius. hoc enim declarabitur per illud idem, ꝑ quod declaratũ fuit prius. ergo nõ eſt hic primũ. & cauſa in hoc eſt, qm̄ oẽ, quod q̃ſcit, aut moueť, quieſcit, aut mouetur in tempore: et non eſt primũ tp̄s, neq; prima magnitudo, et vniuerſaliter nõ eſt primum cõtinuum: quoniã quodcunq; talium eſt diuiſibile in infinitum.

Hæc eſt ſecunda declaratio, qm̄ quies non habet primum tp̄s, in quo quieſcens quieſcit primo. Et dicit Et etiam dicimus, &c. i. & etiam manifeſtum eſt ꝙ tunc dicimus aliquid q̃ſcere, cum fuerit in eodem ſtatu, & in hoc inſtanti, & in alio inſtanti p̃cedenti, & ſaltem in duobus inſtantibus. & cauſa in hoc eſt ꝙ motum, aut quieſcens non inueniunť in actu, niſi in eo, ꝙ eſt in actu tpis, ſ. in ipſo tpe, non in inſtanti. qm̄ inſtans eſt in potentia. Et, quia hæc eſt actio animæ in quieſcente, qm̄ anima tunc intelligit quietem, qñ intellexerit idem corpus in eodem ſtatu, ſaltem in duobus iſtantibus, dixit. quaſi non cõſyderamus, &c. i. & videmus quaſi q̃ nõ cõſyderat, neq; intelligit rem per vnum, ſed per duo, i. per duo inſtantia. & quia quieſcere non intelligitur, & comprehenditur niſi cõprehendendo duo inſtantia: & cum declaratum eſt ꝙ inter q̃libet duo inſtãtia eſt tẽpus: neceſſe eſt vt oẽ quieſcens quieſcat in tpe: & oẽ tẽpus eſt diuiſibile. & ideo dixit poſt, vnde neceſſe ẽ vt illud, in quo eſt quies, &c. i. vnde neceſſe eſt vt pars tẽporis, in qua eſt quies, non ſit indiuiſibilis, v. g. inſtãs, ſed diuiſibilis. Deinde d. Si igitur fuerit diuiſibile, neceſſe eſt vt ſit tp̄s. i. ſi igiť fuerit diuiſibile in duo inſtantia: & inter quælibet duo inſtãtia eſt tp̄s: neceſſe eſt vt quies ſit in tpe. D. d. & vt ſit quieſcens in qualibet parte eius. i. & ſi illud, in quo eſt quies, ſit tp̄s: & omne tp̄s eſt diuiſibile in tempora: neceſſe eſt vt ſit quieſcens in quacunq; parte accipiatur de illo tpe: ex quo declarabitur ꝙ quieſcens non habet primũ tp̄s per illam eandem demõſtrationem, per quam declaratũ fuit hoc in motu, & ceſſante. & hoc intẽdebat, cũ dixit hoc enim declarabitur, &c. Et, cum declarauit hoc, repetit concluſionem, & dixit quapropter neceſſe eſt primũ non eſſe, i. primũ tp̄s. deinde dedit cauſam in hoc moto, & quieſcente, & dixit & cauſa in hoc eſt, qm̄, &c. i. & ſciẽdum ꝙ iſta cauſa in quieſcente nõ eſt vera, in hoc moto, & quieſcente ẽt. nam diuiſibilitas tpis eſt cauſa vt quieſcens non habeat primam quietem, in moto autẽ tp̄s non eſt cauſa huius, ſed concomitatur cauſam. & cauſa in hoc, ꝙ motum eſt tale, ſ. non habens primum motum eſt, qm̄ motum eſt continua magnitudo, & in magnitudine cõtinua, ſicut diximus, iſta enim prioritas eſt impoſſibilis in iſtis rebus, ꝓpter continuationẽ: & cõtinuatio in iſtis primo inuenit̃ in magnitudine, & propter magnitudinẽ inuenit̃ in motu, & ꝓpter motũ in tpe: tp̄s ergo primo caret, eò ꝙ motus caret illo, motus vero caret illo, eò ꝙ magnitudo caret illo etiã.

73

Aīa tũc intelligit q̃etẽ, qñ intellexerit idẽ corp⁹ in eodẽ ſtatu, ſaltẽ in duob⁹ inſtãtib⁹. cõſiſte vide de tẽpore. 4. phyſi. 100. & 106.

Continuatio p̄io īuenit ī magnitudīe, & ꝑ ipſam ī motu, & per motũ in tpe. Idẽ ſup̃ c. 5. & 7. & 39.

Quoniam aũt omne, quod mouetur, in tẽpore mouetur, & ex quodã in quoddam mutatur, in quo tẽpore mouetur ſm ſe, & nõ q̃a in illius aliquo, impoſſibile eſt tunc ſm aliq̃d eſſe primum quod mouetur. quieſcere enim eſt in eodem eſſe, tpe aliquo & ipſum, & partium vnamquãq;. ſic enim dicimus quieſcere, qñ in alio, & alio nunc verum ſit dicere ꝙ in eodem & ipſum, & partes ſunt. Si aũt hoc eſt quieſcere, nõ cõtingit id, quod mutatur, ſm aliquid eſſe totum ſm primum tẽpus. tẽpus enim omne diuiſibile eſt. quare in alia, & alia ipſius parte verũ erit dicere ꝙ in eodẽ ſit & ipſum, & partes. Si vero non ſic eſt, ſed vno ſolo nunc eſt, nõ erit tẽpore vllo ſm aliquid, ſed ſm terminum tẽporis. in ipſo autẽ

nunc

nunc eſt quidem ſemper ſm aliquid manẽs, nõ tñ quieſcit. neq; enim moueri, neq; quieſcere eſt in ipſo nunc. ſed non moueri quidẽ verũ eſt in ipſo nũc, & eſſe ſm aliquid, in tpe aũt non contingit eſſe, ſm quod quieſcit. acciderat enim id, quod fertur quieſcere.

Neq; moueri, neq; quieſcere eſt i ipſo nunc.

Et, quia omne motum mouetur in tpe, & transmutaẽ de aliquo in aliquid, ideo tp̃s, in quo mouetur per ſe, non quia eſt in quadam parte illius tpis, impoſſibile eſt vt motum ſit in aliquo eius. qm̃ permanentia alicuius, & vniuſcuiuſq; ſuarum partium in eadem re in aliquo tpe. qm̃ ſic dicimus aliquid quieſcere, ſ. cũ in inſtanti poſt aliud inſtans erit verũ dicere illud manere, et ſuas partes i aliquo. Et, cum hoc ſit quies, impoſſibile eſt vt illud, qd̃ transmutatur aliquo modo trãſmutationis, ſit ſm totum in primo tpe in aliquo. nam omne tp̃s eſt diuiſibile. neceſſe eſt igitur vt ſit verum in vna parte per aliam diuidi in eadem diſpoſitione. Et, cum hoc non ſit ita, ſed hoc eſt in vno inſtanti tantum inſtantium, ergo nullus modus transmutationis erit in tẽpore omnino, ſed in extremo tpis. qm̃ in inſtãti poſſibile eſt vt res ſit permanẽs aliquo modo, quieſcens aũt nõ. impoſſibile eſt enim in inſtanti motum, aut quietem fieri. ſed dicere motum nõ eſſe in inſtanti eſt verum, & ꝙ aliquid eſt in eo quodãmodo in tempore, aut impoſſibile vt ſit, ſm ꝙ eſt in quiete.

74 Vult declarare ꝙ trãſmutatum nõ eſt in eo, in quo trãſmutatur, in tpe omnino, neq; in primo tpe, in quo transmutatur, ſ. æquali transmutationi, neq; in aliqua parte eius, ſed eſt in transmutatione in inſtãti, verb. g. qm̃ tranſlatum per magnitudinem nõ eſt in magnitudine in primo tpe, neq; in parte eius, ſed in inſtanti, & dicit Et, quia omne motum. &c. i. & quia declaratum eſt ꝙ omne motũ mouetur in tpe, & ꝙ transmutaẽ de aliquo in aliquid cõtinue, ideo tp̃s, in quo motum mouetur per ſe, ſ. primũ tp̃s, quod eſt æquale motui eius, in quo motũ non dr̃ moueri gr̃a partis, impoſſibile eſt vt motum ſit in illo, in quo mouetur, ſ. in hoc tpe, aut in aliqua parte illius. D. induxit impoſſibile, quod ſequitur ex oppoſito huius poſitionis, & dixit qm̃ pmanentia alicuius, &c. i. & impoſſibile eſt vt transmutatũ ſit in re, in qua transmutatur in tpe primæ transmutationis, neq; in parte illius. qm̃, ſi trãſmutatum fuerit in prima transmutatione in tpe, ſequeẽ vt ipſum, & ſuæ partes ſint in eadem diſpõne in illo tempore, in quo dr̃ eſſe in transmutatione: & aliquid eſſe in transmutatione ſm oẽs ſuas partes in eodem ſtatu eſt qeſcere: & ſic transmutatum erit qeſcens in trãſmutatione non transmutatum. D. expoſuit hoc magis, & dixit qm̃ ſic dicimus, &c. i. qm̃, cum dicimus aliquid quieſcere, nihil aliud intendimus, ꝗ̄ vt in plus ꝗ̄ in vno inſtanti ſit in eodem ſtatu ſine aliqua mutatione. D. d. Et, cum hoc ſit quies, &c. i. cũ hoc ſit impoſſibile, ſ. motũ eſſe qeſcens apud transmutationem eius, impoſſibile eſt vt in transmutato aliquo modo transmutationis vt trãſmutatum ſit in eo ſm oẽs ſuas partes in aliquo tpe, ſ. in tẽpore primæ transmutationis, aut in aliqua parte eius.

Aliqd eẽ ſm oẽs ſuas partes i eodem ſtatu eſt quieſcere.

Et, cum notificauit, qm̃ neceſſe eſt, cum trãſmutatum fuerit in transmutatione in tpe, vt ſm oẽs partes ſit inſimul in tpe, qm̃ hoc eſt proprium eius, quod eſt in aliquo tpe, & quod eſt tale, eſt quieſcẽs in illo, in quo eſt, incœpit declarare cauſam, propter quam neceſſe eſt ut illud, quod inuenitur in tpe, inueniaẽ in eo, & ſuæ partes eodem modo, & dixit omne enim tp̃s eſt diuiſibile, &c. i. & neceſſe eſt vt illud, quod inuenitur in tẽpore inueniaẽ, & ſuæ partes eodem modo pluſq; in vno inſtanti. qm̃ omne, quod inuenitur in tpe ex iſtis, inuenitur in diuiſibili, cum omne tp̃s ſit diuiſibile: et omne, quod inuenitur in tpe diuiſibili ſm prius, & poſterius, neceſſe eſt vt verum ſit dicere de eo in unaquaq; parte primi tpis, in quo eſt, ꝙ ſm oẽs partes eſt in eadem diſpoſitione: & quod eſt tale eſt quieſcens. D. d. Et, cum hoc non ſit ita, &c. i. &, cum ſit impoſſibile vt transmutatum ſit in eadem trãſmutatione in inſtãti poſt aliud. nam hoc eſt quieſcens neceſſe eſt vt transmutatum ſit in transmutatione in inſtanti, non in tpe. D. d. ergo nullus modus trãſmutationis eſt in tpe, ſed in extremo tẽporis. D. d. &, cum ita ſit, non erit transmutatũ aliquo modo transmutationis, quod ſit in tpe, ſed erit in trãſmutatione de initio ad finem in inſtãti. D. d. qm̃ in inſtanti poſſibile eſt, &c. i. et ex iſta poſitione non ſequiẽ primum impoſſibile. nam transmutatum, cum ponaẽ in transmutatione in inſtãti, tunc poſitum eſt aliquod ens in eo, ita, ꝙ non ſit qeſcens. ens enim in inſtanti nõ eſt ens in eo, ita, ꝙ ſit quieſcens, neq; motũ, ſed tali modo eſſendi, in quo hæc duo contraria falſa ſunt. &, ſi dicatur quies, erit æquiuoce. & hoc intendebat, cum dixit qm̃ in inſtanti poſſibile eſt, etc. D. d. ſed dicere, &c. i. ſed dicere aliquid eſſe in inſtãti in aliquo, quodãmodo non eſt neq; motus, neq; quies, eſt verum. D. d. in tpe, vero, &c. i. & vĩr apparet ꝙ motum in motu impoſſibile eſt vt ſit in tpe ſm modũ, quo dr̃ ut quieſcẽs ſit in tpe. Et hæc declaratio eſt cõis in oĩbus transmutationibus. & nulla dubitatio accidit ex eo in motu, eo ꝙ continuatio in motu locali eſt manifeſta per ſe, & qa impoſſibile eſt imaginari aliquam partem eius exiſtere ſubito. in cæteris aũt motibus eſt quæſtio non parua. videtur enim ꝙ aliquæ partes eorum exiſtunt ſubito, & ꝙ continuatio nõ eſt manifeſta in eis. & nos perſcrutabimur de hoc ſollicite alias.

Ens in inſtãti nõ eſt ens ĩ eo, ita ꝙ ſit qeſcens, vel motũ, ſed tali mõ eẽndi, in q̃ hęc duo contraria falſa ſũt. Idẽ ſupra. 60. 71. 72. Idẽ infra 76.

Continuatio in motu locali ẽ manifeſta p ſe. ſed ĩ cæteris motib⁹ ẽ qõ nõ parua. p hoc vide octauo phy. cõ. 23.

Summa Quinta. Confutat errores quoſdam circa ipſum motum.

Caput Primum. Soluit rationes Zenonis, motum auferentes.

ZEno aũt male ratiocinatur. Si enim ſemper (inquit) qeſcit omne, aut mouetur, cum eſt ſm æquale: eſt autem ſemper id, quod fertur, in ipſo nunc ſm ęquale: immobilem eã eſſe ſagittã, quæ fertur.

Zeno vero fallitur in argumẽto. Dicit enĩ qm̃ omne eſt in aliquo ſibi æquali, aut quieſcit, aut moueẽ in eo: & translatum ſemp̱ eſt in inſtanti: ergo ſagitta trãſlata nõ moueẽ.

Et Zeno cum æquiuocatione vtaẽ in illo, quo vult deſtruere motum, ſ. quia motum per magnitudinẽ eſt in inſtanti in longitudine æquali ſibi, ideo argumentũ eius eſt ſophiſticũ. D. d. Dicit. n. &c. i. dicit. n. ꝙ notũ eſt & primũ ꝙ quodlibet corpus, cũ fuerit in vbi ſibi ęquali, aut ponetur in eo quieſcens, aut motum: ſed impoſſibile eſt poni in longitudine ſibi æquali motum: ergo eſt quieſcens in eo. D. induxit minorẽ propoſitionem, & dixit & translatum ſemper eſt in inſtanti, i. & 75

eſt

eſt notum per ſe ꝙ translatum eſt in inſtanti in longitudine æquali ſibi. Et, cum induxit has duas propoſitiones induxit concluſionē, & dixit ergo ſagitta, &c.i. cum translatum eſt in lõgitudine ſibi ęquali: & omne, quod eſt tale, eſt quieſcens: ergo & trãslatum. &, ſi eēt velociſſimum omnium, ver. gratia ſagitta eſt immobilis: ergo nihil eſt motus.

Hoc autem falſum eſt. non enim componitur tempus ex ipſis nunc indiuiſibilibus, ſicut nec alia magnitudo vlla.

Sed hoc eſt falſum. tp̄s enim non componitur ex inſtantibus indiuiſibilibus, ſimiliter neq; aliqua aliarum magnitudinum.

76 Quia tp̄s non cõponitur ex inſtãtibus, iccirco in inſtantibus non fit motus, neq; quies. &, quia translatũ in inſtanti non eſt quieſcens: ergo non eſt longitudine ſibi æquali, niſi in potentia, nõ in actu. Et cauſa in hoc eſt, q̄m inſtans non eſt in actu in tp̄e: & ideo motũ non eſt in longitudine ſibi æquali, niſi in potentia. & ſic nõ ſequitur vt ſit quieſcens. & ideo dixit Sed hoc eſt falſum, &c.i. et iſta q̄ contingeret, ſi inſtans in actu eſſet in tp̄e, ita, ꝙ tp̄s eſſet cõpoſitum ex inſtãtibus. q̄m tũc non eēt motus omnino. Deceptio igitur eſt in propoſitione, dicente ꝙ oē, quod eſt in longitudine ſibi ęquali eſt quieſcens. hoc enim eſt verum in illo, quod eſt in longitudine ſibi æquali in actu, non in potentia: & res mota, eſt in longitudine ſibi æquali in potẽtia. & ideo, cũ mouetur per magnitudinē, non deſcribit punctum, & motum. &, quia pertranſit ſpatium, neceſſe eſt menſurare illud. &, quia menſurat illud, neceſſe eſt vt ſit ex eo in longitudine ſibi æquali. nam menſurans eſt huiuſmodi. ergo, cum potentia non diſtinguatur ab actu, accidit quæſtio Zenonis.

Oē, q̄d ē in lõgitudīe ęq̄li ſibi i actu, eſt q̄eſcens.

Zenonis Prima rõ.

Quatuor aũt ſunt rationes de motu Zenonis, prębentes difficultatem ſoluentibus. Prima quidē eſt ea, quæ de ipſo non moueri eſt, propterea ꝙ prius ad mediũ oportet peruenire id, quod fertur, q̄ ad finem: de qua diuiſimus in prioribus rationibus.

Et rõnes Zenonis in motu, quæ difficile ſoluũtur, ſunt quatuor. Prima autem eſt, q̄m motus non eſt, quia translatum debet peruenire ad medietatem ſpatij antequam ad finē: & iam determinauimus hoc.

77 Cum fuit coactus ad diſſoluendũ quæſtionem Zenonis in motu, iduxit qõnes illius in motu, & dixit eas eſſe quatuor. Prima ãt eſt ꝙ, ſi motus ſit, neceſſe eſt vt translatum pertranſeat medietatem magnitudinis añ totum, & medietatē illius medietatis ante illam; & ſic in infinitum. vnde neceſſe eſt ipſum pertranſire medietates, ſ. magnitudines infinitas, in tẽpore finito. quod eſt impoſſibile. Et iam determinauimus hoc ſuperius, ſed illic contradiximus ei ſecũdum ſermonem, & poſt, contradicetur ſecundum ipſam rem.

T. cõ. 19.

Scd̃a ratio.

Secunda autem ea, quę vocatur Achilles. Eſt autem hæc, quòd tardius nunquam apprehendetur currens à velociſſimo. ante enī neceſſe eſt eat perſequens, vnde impetũ coepit fugiens, quare ſemper aliquo id, quod tardius eſt, antecedere neceſſe eſt.

Secunda autē eſt, quæ dr̄ Achilles. Et eſt, q̄m tardiſſimum in curſu nõ põt attingi à velociſſimo in curſu. quoniã neceſſe eſt ut quęrens perueniat ante ad locum, à quo fugiens ſeparatur. vnde neceſſe eſt vt ſemp̄ tardius habeat aliquem exceſſum.

Iſta dubitatio eſt talis. Si motus ſit, tunc velociſſimum nõ poterit attingere tardiſſimum. ſit igitur velociſſimum equus, & tardiſſimum tortuca: & non eſt dubium quin habeant aliquam proportionē in motu. ſit igitur vna pars centum, & ponatur ꝙ inter equum, & tortucam eſt vna leuca. equus igitur in tp̄e, in quo trãſit illam leucam, pertranſibit tortuca centeſimam partem illius leucæ: & equus etiam in tp̄e, in quo pertranſibit illã ptē cẽteſimã, ptrãſibit tortuca partē cẽteſimã illius partis: & equus ēt in tp̄e, in quo ptranſit hanc partem, pertrãſibit ēt tortuca, partē cẽteſimã illius partis, & ſic in ĩfinitũ. & ſic equus nunq̄ attingeret tortucam. Et hoc intendebat, cum dixit q̄m neceſſe eſt vt quærēs, &c.i. q̄m neceſſe eſt vt fugiens ſemp̄ excedat quærēs aliquo exceſſu nominato à p̄io exceſſu, ſ. ꝙ, ſi primus exceſſus erit quartũ ſpatij, tunc ſecũdus exceſſus erit quartũ illius quarti, & tertius quartus iſtius quarti, & ſic in infinitum. &, cum iſte exceſſus ſemp̄ eſt diuiſibilis in infinitum, nunquam quęrens perueniet ad fugiēs, ſed hoc eſt falſum, ergo motus non eſt. 78

Eſt autem & hæc ratio eadem illi, quæ in duo æqualia fit ſectioni: differt aũt in diuidēdo non in duo acceptam magnitudinē. Non attingi igitur tardius accidit ex ratione. fit autem propter idem cũ bipartitione. in vtriſq; enim accidit non peruenire ad terminum, diuiſa quodãmodo magnitudine. Sed additur in hac, ꝙ neq; velociſſimum tragice dictum, in perſequendo tardius. quare neceſſe eſt ſolutionem eſſe eandem. Putare aũt ꝙ p̄cedēs non attingitur, falſum eſt. cum enim præcedit, non attingitur: ſed tamē attingetr̄, ſi oporteat trãſire finitũ. hæ igitur ſunt rõnes duæ.

Et iſta eſt eadem ratio, cũ illa, qua vſus eſt in mediatione: ſed differunt, q̄m diuiſio hic magnitudinis excedentis nõ erit in duo media. Et iſta ratio ſequitur ex illo eodem, ex quo ſequitur ratio, quę fit ſm̄ mediationem. ſequitur enim in vtraq; rõne non peruenire vſq; ad extremum p̄ diuiſionem magnitudinis aliquo modo diuiſionis. Sed additũ eſt in iſta, ꝙ non peruenit ad illud neq; id, quod eſt valde velociſſimũ, quærendo illud, quod eſt valde tardiſſimum. vndē neceſſe eſt eãdem eſſe ſolutionem in vtraq; qõne. Hoc autem, quod affirmauit ꝙ præcedens non attingitr̄, eſt falſum. q̄m, cum ſit præcedens, tunc non attingitur: ſed attingitur, ſi dederit finitũ pertranſire. hæ igitur ſunt duæ rationes.

Ideſt. & iſta rõcinatio, & illa, in qua cõcludit ꝙ motum non peruenit ad extremum ſpatij, quia pertranſit medietates īfinitas, ſunt eæde genere, aut ſpecie. D.d. ſed differunt, etc. i. q̄m diuiſio in prima rõne eſt ſm̄ medietatem, ſ. in medietate ipſius magnitudinis, hæc autē diuiſio infinita eſt ſm̄ exceſſum, qui eſt inter duo mota, & 79

ta, & non eſt ſm̃ medietatem, ſed eſt diuiſio nominata à proportiooe, quæ eſt inter motum velocis, & tardi, vt declarauimus. Et iſta ratio ſequit̃, &c. i. ſm̃ diuiſionem, quæ accipitur in vtraq; infinita in magoitudine. ſeqtur enim io vtraq; ratione oon perueniri ad extremum, &c. i. q̃m quemadmodum in qõoe medĳ ſeqtur vt motum non perueniat ad extremũ ſpatĳ, ita hic ſequitur ut velocius noo ꝑueniat ad vltimum, in quo eſt tardius. Et dixit aliquo modo diuiſionis, q̃m oĩs diuiſio, qua magnitudo diuiditur, eſt infinita, vt dictũ eſt in ſermõe de infinito. D. d. Sed additũ eſt io iſta, &c. i. ſed conſequens acceptum in hoc ſyllogiſmo eſt aliud à cõſequente in primo, illic enim fuit dictum ꝙ, ſi motus ſit, ſequitur vt nullum motum pertranſeat aliquod ſpatium: hic aũt dr̃ ꝙ, ſi motus ſit, ſeqtur velociſſimũ nuoquam attingere tardiſſimũ. D. d. ex quo oeceſſe eſt vt diſſolutio, &c. i. &, cum conſequens eſt in eis idem, ex quo accidit deceptio, oeceſſe eſt vt diſſolutio q̃õnis ſit eadem in eis, i. in hoc, quod poſt dicet. q̃m motum non pertrãſit medietates in actu in ſpatio. & hoc manifeſtũ eſt ex dictis ꝙ motum eſt in ſpatio in inſtãti. D. d. Hoc aũt, quod affirmauit, &c. i. hoc aũt, quod probauit ex hoc, quod dixit, ꝙ præcedens oon attingit̃, eſt falſum, ita, ꝙ ferè æquiuocant̃ in Arabis. q̃m, & ſi non attingitur, dum præcedit, oeceſſario, cum fuerit ꝓcedens, & elongabitur ſpatium, attingetur, cum cõceſſerit ꝙ motum pertrãſibit ſpatium. q̃m, cum hoc fuerit poſitum, & velocius mouetur per maius ſpatiũ in tẽpore ęquali, neceſſe eſt vt velocius moueatur io tempore motus tardioris per ſpatium excedens ſpatium tardioris, ſm̃ quantum diſtaot. q̃m ſm̃ velocitatem eius minoratur ſpatium excedens, donec perficiat̃, ſicut ꝑficit̃ ſpatiũ, ꝑ quod motũ mouet̃. cũ igit̃ cõceſſerimus ꝙ motũ ꝑtrãſit ſpatiũ, ſequit̃ vt velocius attingat tardum.

Tertia rõ.

Tertia autem, quæ nunc dicta eſt, ꝙ ſagitta, quæ fertur, ſtat. Accidit autem propterea ꝙ ſumit tempus componi ex ipſis nunc. nõ dato enim hoc non erit ſyllogiſmus.

Tertia aũt rõcinatio eſt, quã iam diximus in hoc loco, q̃m ſagitta transfert̃, & eſt quieſcens. Et iſta ſequitur ex hoc, ꝙ cõpoſuit tẽpus ex inſtantibus. ſi enim hoc non cõcedatur, nihil concludet ex ſyllogiſmo.

80 Tertia vero ratiocioatio eſt illa, quam induximus in initio iſtius ſermonis, ex qua apparet ſaggittam geſcere dum transfertur. D. d. & iſta ſequitur, &c. i. videtur ꝙ iſta rõcinatione hoc ſequitur, quia opinatus eſt ꝙ tp̃s componitur ex inſtantibus. quod, ſi eſſet, inſtantia eſſent in actu. &, ſi hoc eſſet, & eſſet poſitũ ꝙ illud, quod mouet̃ ꝑ alıq̃; magnitudinẽ, eſt in eo in inſtanti, cõtingeret motũ qeſcere in magnitudine. D. d. ſi enim hoc nõ cõcedat̃, &c. & hoc, q̃d dixit, manifeſtũ eſt.

Quarta rõ.

Quarta autem ea, quæ de ĳs eſt, quę in ſtadio mouentur econtrario æqualibus magnitudinibus iuxta æquales, his quidem à fine ſtadĳ, illis vero à medio æquali velocitate. in quo accidere putat æquale eſſe tempus dimidium duplo.

Quarta vero ratiocinatio eſt, quã poſuit in magnitudinibus æqualibus, quæ mouent̃ contra magnitudines æquales ſibi motu cõtrario ita, ꝙ illæ moueant̃ à fine ſtadĳ, hæ vero à medio, motu æq̃li in velocitate. ex quo videt̃ ſeq; ꝙ tp̃s dimidiũ ſit æquale duplo.

Iſta deceptio fundatur ſuꝑ hoc, ꝙ, ſi motus ſit, tunc mota æqualia in velocitate noo ꝑtranſibunt in æquali tp̃e ſpatiũ æquale, ſed io eodem tp̃e videtur pertranſire voum ſpatium, & ſuum duplum. & poſt declarabit haoc deceptiouem. Et dicit quam poſuit in magnitudinibus, &c. i. quã accepit ex magnitudinibus æqualibus quorum vtrũq; mouetur motu æquali contrario motui reliqui io ſpatio æquali. D. d. ita ꝙ illæ moueantur, &c. i. & tunc cõtingit in iſtis magnitudinibus æq̃libus, quæ mouent̃, ſicut homines mouẽtur in ſtadio, vt altera videat̃ ſeorſu moueri in eodem tẽpore per idẽ ſpatium, & ſuum duplum, aut altera moueatur per ſpatiũ duplum ei, per quod reliqua mouetur: cum poſuerimus magnitudines, quarum duæ ſunt æquales ſtadio, & oẽs ſunt æquales, & poſuerimus ꝙ aliæ duę iocipiãt moueri in ordine à medio ſtadĳ, & aliæ duæ incipiant moueri ab initio ſtadĳ in ordine ad partem cõtrariam ei, ad quam aliæ moueotur. hoc enim poſito apparebit duas magnitudioes ęquales eſſe in velocitate, quarum altera in eodem tp̃e pertranſit duplum eius, quod pertranſit reliqua, vt declarabitur poſt. D. d. ex quo videtur ſequi, &c. i. & ex hoc videtur ſequi ꝙ tp̃s dimidium ſit æquale ſuo duplo. q̃m, cum poſuerimus ꝙ idẽ motum æqualis velocitatis pertranſit magnitudines æquales io tempore æquali, & ꝙ ꝑtraoſit duplum ſpatium in tp̃e duplo, & illud, quod mouet̃ ex his magnitudinibus, videtur pertraoſire vnum ſpatiũ, & ſuũ duplũ in eodẽ tp̃e, ſequit̃, ſi retinẽtes fuerimus hoc, ꝙ motũ pertranſit duplũ ſpatĳ in duplo tp̃is, vt duplum temporis ſit æquale ſuo dimidio. & hoc intendebat, cũ dixit vt tp̃s dimidiũ ſit æquale duplo. ſi ſequitur ex hoc vt tempus dimidium ſit æquale ſuo duplo.

Eſt autẽ deceptio in eo, ꝙ hoc quidẽ iuxta quod mouetur, illud autem iuxta id, quod quieſcit, per ęqualem magnitudinem cenſet æquali velocitate ęquali tp̃e ferri. hoc autem falſum eſt. Vt ſint ſtantes æquales magnitudines, in quibus ipſa A A A A, aliæ autẽ, in quibus ipſa B B B B, incipiẽtes à medio ipſorum A, æquales ſm̃ numerum his, & magnitudinem, aliæ aũt, in q̃bus ipſa C C C C, ab vltimo, æquales his numero, & magnitudine, & æque veloces ipſis B. Accidit igit̃ primum B ſimul in vltimo eſſe, & primum C, eorum, quæ iuxta ſeinuicem mouentur. Accidit igitur ipſum C iuxta omnia ipſa A trãſĳſſe, ipſa autem B iuxta dimidium ipſorum. quare & medium eſſe tp̃s. æquali enim vtrũq; eſt iuxta vnũquodq;. Simul aũt accidit ipſa B iuxta oĩa C tranſĳſſe. ſimul enim erit primum C, & primum B in contrarĳs vltimis, æquali tempore motũ iuxta vnumquodq; ipſorũ B, quanto circa vnũquodq; ipſorũ A, vt inquit, ꝓpterea ꝙ vtraq; ęquali tp̃e iuxta ipſa A fiunt. Ratio igit̃ hæc eſt. accidit autẽ ob id, quod dictũ eſt, falſum.


81 Et deceptio in rõne accidit. quia poſuit ꝙ alterum eorũ, quæ ſunt æqualis velocitatis mouetur ad partem moti, reliquum autẽ ad partẽ quieſcentis per æqualem mẽſuram. & hoc eſt falſum. V. g. ſint magnitudines A A,

æqualia


æqualia quieſcentia, & magnitudines B B, æquales iſtis numero, & quantitate, & ſit initium motus eorum à medio illarum magnitudinum, ſ. A A, & magnitudines C C ſint æquales iſtis numero, & quantitate, & velocitate, & ſit initium motus eorũ ad finẽ magnitudinum B B. Cum igitur iſtæ magnitudines moueanť contra inuicẽ, neceſſe erit vt prima magnitudo magnitudinũ B perueniat ad finem illius, cum pueutu primæ magnitudinũ C ad finem eius. & neceſſe erit C pertranſire per oẽs magnitudines B, & B tranſire per dimidia eorum. ex quo ſequitur vt tẽpus ſit dimidiũ. nam vtrũq; dimidiorũ, magnitudinum æquale eſt vtriq; eorum, cõtra quæ mouetur. Cũ quo ſequitur vt B B pertrãſeat p oẽs magnitudines C C. inſimul. n. peruenit prima magnitudo magnitudinum C, & prima magnitudo magnitudinũ B, ad finem contrariorum. & ſic tempus, dixit in eius pertranſitu per magnitudines C erit æquale tempori in pertranſitu eius per magnitudines A, quia trãſeunt per magnitudines A, in tempore æquali. Ratio vero hæc eſt: & contingit ex falſo prædicto.

Demonſtratio, probans q, magnitudinibus æqualibus, et æque ueolciter motis, iuxta æqles, bis qdẽ à fine, illis uero à medio ſtadij, æqle erit tp̃s dimidiũ duplo. Quoniã hic textus diuerſimode exponiť, pp quod et diuerſas exigit figuras, iõ eas binas, ut uarijs deſeruirẽt ex poſitionibus, deſignauimus.

Aduerte & in textu primo demõſtrationẽ fieri p quatuor magnitudines, ſ. A A A A B B B B C C C C, *in textu aũt Auerrois p binas tm̃, ſ.* A A B B C C. *quòd tñ in idem redit.*



Tempus.



Ideſt, & deceptio accidit in hoc. qm̃, qa neceſſe eſt, ſ. vt alterum duorũ motorum æqualium in velocitate moueatur per quieſcẽs, reliquum aũt per motũ ad contrariã partẽ, ideo neceſſe eſt hoc in duobus motis ęqualibus in velocitate, quorũ vtrũq; mouetur per qeſcentem magnitudinem, qm̃ in his neceſſe eſt vt pertrãſeat ſpatium æquale in tp̃e æquali. & ipſe decipiť videndo q illud, quod cõtingit in duobus motis, quæ moueanť per rem quieſcentẽ, contingit ſimiliter in eis, quorum vnum moueť per rem quieſcentẽ, reliquũ aũt per rem motam. & hæc deceptio eſt ſm qd, & ſimpliciter. Deinde iduxit exemplum, & dixit V.g. &c. i. ponanť igiť duæ magnitudines æquales, continue quieſcẽtes. v.g. A A, & ſint aliæ duæ magnitudines æquales iſtis duabus magnitudinibus, & ſint ordinatæ in motu ita, q ſint contiguæ, & motæ p has duas magnitudines, imaginando q prima illarum erat quieſcens per primã magnitudinem A A. deinde incœpit moueri. & ſic erit motus iſtarum duarum magnitudinũ, incipiens à medio duarũ magnitudinum quieſcentiũ, & ſint iſtæ duæ magnitudines B B, & ſit prima magnitudinum B añ motum ſuper primã magnitudinum A, & ſic initium motus iſtarũ duarum magnitudinũ erit à medio duarũ magnitudinum qeſcentium. Deiñ. d. & magnitudines C C, &c. i. ſint aliæ duæ magnitudines continuæ etiã, & moueanť ordinarie, & cõſequẽter, & ſint C C æqles duabus magnitudinibus B B, & q̃titate, & velocitate, & ſit initiũ motus eorũ ex magnitudinibus B B motis ad contrariã partem, ad quã moueanť magnitudines C C. Deinde. d. Cum igiť moueanť iſtæ magnitudines, &c. i. cũ igiť magnitudines B B moueanť à duobus medijs magnitudinũ A A, et magnitudines C C moueantur à fine magnitudinum B B motu cõtrario motui magnitudinũ B B, & æquale ei in velocitate, neceſſe eſt vt prima magnitudo magnitudinũ B B, & eſt illa, quæ mouetur ex duobus medijs magnitudinum A A quieſcentium, perueniat ad finẽ magnitudinũ A A cũ puentu primæ magnitudinis, & etiã magnitudinũ C C ad finem magnitudinum B B, vt figuraliter aſſignauimus. Nam in tp̃e, in quo prima magnitudinũ B B ptranſit aliã magnitudinẽ magnitudinum A A qeſcentiũ, in eo ptranſit prima magnitudinum C C duas magnitudines B B cum moueanť ad contrarium motui magnitudinum C C motu æquali motui magnitudinũ B B, & magnitudĩes ſunt æqles. Deiñ. d. Et neceſſe erit vt C tranſeat, &c. i. quia C primum, cum tranſiuerit per magnitudines B B in tẽpore, in quo tranſiuit per medietatem magnitudinũ duarum A A, & duæ magnitudines B B ſunt æquales duabus magnitudinibus A A neceſſe eſt vt C tranſeat per duas magnitudines B B de magnitudinibus aũt A A non trãſit niſi per medietatẽ tm̃, & hoc in tẽpore æquali. Deinde dixit ex quo ſequitur vt tp̃s ſit dimidium, i. ergo neceſſe eſt vt tp̃s, in quo C primum trãſit p magnitudinẽ A ſecundã, ſit medietas tp̃is, in quo C primũ tranſit p duas magnitudines B B cũ duę magnitudĩes B B, ſint duplũ magnitudinis A ſecũdę. Et hoc ĩtẽdebat, cũ dixit qm̃ vtrũq; dimidiorũ, magnitudinum, &c. i. qm̃ inſimul perueniat magnitudo prima magnitudinũ C C ad finem magnitudinis A ſecũdæ, & perueniat prima magnitudo magnitudinũ C C ad finem duarũ magnitudinum cõtrariarũ, ſ. magnitudinum B B, quia ſunt æquales, & æqlis motus. Deiñ. d. & ſic erit tp̃s, &c. i. ex quo ſequeť, vt fingit, ſi motum ſit, vt C p̃m trãſeat p magnitudines B B in tp̃e æqli trãſitui eiꝰ p alterã duarũ magnitudinũ A A, &, qa altera duarũ magnitudinũ A A ẽ dimidiũ duarũ magnitudinũ C C neceſſe ẽ vt ptrãſeat illã in medietate iſtiꝰ tp̃is: & ſic medietas tp̃is, erit æqlis toti. Et, cum com-

pleuit

Propoſitio, dicẽs q̄ duo mota æqualia in velocitate ptrãſeũt æquale ſpatiũ, vera eſt, qñ illud, per qđ ẽ motus, fuerit quieſcens.

pleuit hanc rõnem dixit. Ratio vero hæc eſt: & contingit ex falſo prædicto. i. nam propoſitio, dicens q̄ duo mota æqualia in velocitate pertrãſeunt ſpatium æquale, nõ eſt vera, niſi cum hac determinatione, ſ. vt illud, per quod eſt motus, ſit æquale quieſcẽs, ſi aũt motum, falſa erit ꝓpoſitio, ergo illud, quod verum eſt ſm qđ, exiſtimauit eſſe verum ſimpliciter.

At vero ſm eam, quæ in contradictione eſt, mutationẽ, nihil nobis ĩpoſ'e. vt, ſi ex nõ albo in albũ mutat̃, & in neutro eſt, ſic vtiq̃, neq̃ album eſt, neq̃ non album. non enim, ſi non totũ in vtrouis ſit, non dicetur album, aut non album. album enim dicimus, aut nõ album, nõ quia totum ſit huiuſmodi, ſed qa plurimæ, aut maxime præcipuę partes. non idem autem eſt & non eſſe in hoc, & nõ eſſe in hoc totum. Similiter autem et in eo, quod eſt, & in eo, quod non eſt, & in alijs, quæ ſecundum contradictionem ſunt, † {erit. non enim ex neceſſitate} in altero oppoſitorũ, in neutro autem totum ſemper.

Albũ, aut nõ albũ dicim⁹, nõ qa totum ſit hmõi, ſed qa plurimæ, aut maxie p̄cipuę ptes.

† a. l. erit. n. ex neceſſitate

Neq̃ ẽt contingit nobis impoſſibile omnino ex tranſmutatione, quæ eſt in contradictoria. ver. g. qm̄, ſi aliquid tranſmutatur de albo in album, non eſt in altero eorum, & ſic neq̃ erit album aut non albũ. qm̄, non, ſi ſm totum nõ fuerit aliqđ in altero eorũ, quodcunq̃ ſit, non dicetur eſſe album, aut non album. dicimus enim aliquid eſſe album, aut non album, non quia totum eſt tale, ſed quia maximæ partes eius, & plures ſunt tales. & non eſt intẽtio in hoc, q̄ aliquid ſit tale, eadẽ intentio in hoc, quod aliqđ totum ſit tale. Et ſm hoc eſt etiã de ente, & de non ente, & de alijs, quæ dicunt̃ ſm cõtradictionem. qm̄ neceſſe eſt vt res ſit in altero eorum, ſ. quod ſm totum non eſt alterum eorum.

83 *Rõnis abreuiatio.*

Iſta q̃ eſt quæſtio per ſe in eſſe motus præter quæſtionẽ Zenonis. Et cõpoſitio eius eſt talis. Si trãſmutatio ſit de non eſſe in eſſe, aut de eſſe in non eſſe, neceſſario, dum tranſmutatio eſt, tranſmutatum aut erit in eſſe, aut non eſſe, aut in vtroq̃: ſed impoſſibile eſt ipm̃ eſſe in non eſſe, cum nondum eſt, nedum vt ſit trãſmutatum: & impoſſibile eſt ipſum tranſmutari in eſſe, nã eſſe eſt qes quoquomodo: ſimiliter & impoſſibile eſt etiam vt ſit ens, & nõ ens inſimul: & cum hæc tria ſint impoſſibilia: ergo impoſſibile eſt tranſmutationem fieri de non eſſe in eſſe, aut ecõtrario. Et dixit Neq̃ contingit nobis, &c. i. quæ fit de eſſe in non eſſe, aut econtrario, aut quę fit etiam de contrario in contrarium. accidit enim huic, vt fit de nõ eſſe in eſſe quodammodo. Deĩn. induxit quæſtionem, & diſſoluit eam, & dixit ver. g. &c. ideſt nam non ſequitur, ſi illud, quod tranſmutatur in albedinem, dum tranſmutatur, neq̃ eſt album, neq̃ eſt non album, vt neutrum ſit ſimpliciter. hoc enim eſt impoſſibile. ſed illud, quod ſeq̃tur, eſt, vt dum tranſmutatio eſt, ſit ſecundum quãdam partem album, & ſecundum aliam non album. & ſecundum hoc non ſequitur impoſſibile. Et hoc intẽdebat, cum dixit quoniã, non, ſi ſm totum nõ fuerit aliquid, &c. i. quoniã, ſi aliquid non fuerit ſm totum in altero duorũ oppoſitorum, nõ ſequitur ipm̃ non diſponi ab vtroq̃ oppoſito in duabus partibus diuerſis, ſed ſequitur ipſum non diſponi vtroq̃ oppoſito inſimul, & ſimpliciter. ſcilicet quòd, cum non fuerit verum aliquid eẽ album, & non album totaliter, non erit verum ipm̃ eſſe album, & nõ album inſimul. nam erit verum ipm̃ eſſe album in parte, & non album in alia parte. & hoc intẽdebat cum dixit dicimus enim, &c. D. confirmauit hoc, & dixit et non eſt intentio in hoc, q̄ aliquid ſit tale, &c. ideſt et dicere aliquid eſſe tale ſm partem, et ipſum eſſe tale ſm totum, non eſt idem. [a] impoſſibile enĩ non accidit, niſi cum aliquid dicitur contraria habere inſimul ſm totum: ſm particulas vero non eſt impoſſibile. D. d. Et ſm hoc eſt de ente & nõ ente, &c. ideſt quoniã diſſolutio eſt eadem in eis. D. d. quoniã neceſſe eſt, &c. põt intelligi, quoniã neceſſe eſt vt aliquid ſit in altero duorum oppoſitorũ: & eſt, qm̄ illud ſm totũ non eſt in vno eorum. Vel poteſt intelligi. quoniam neceſſe eſt vt duo oppoſita ſint in aliquo inſimul, cum neutrum ſit in ipſo toto: & quòd non eſt neceſſe quòd in aliquo ſit alterum oppoſitorum, cum in eo toto ſit alterum eorum. ſm igitur primam expoſitionem erit hæc dictio, altero, ſuperflua, ſm autem ſecundam diminuitur à ſuis verbis negatio, ita, q̄ ſic legatur, quoniã neceſſe eſt vt non ſit aliquid in altero duorum oppoſitorum, cum illud totum non fuerit in altero eorũ. Aut in iſtis verbis forte eſt inuolutio, ita, quòd ſic debet legi, quoniã aliquid neceſſe eſt vt ſit in altero duorũ oppoſitorum, cum totum fuerit in altero eorum, & ipm̃ nõ ſm totum in hora tranſmutationis eſt in altero eorum, & iſta expoſitio eſt euidentior.

Expõ text⁹

a Impoſſ. nõ accidit, niſi cũ aliqđ dĩ hr̃e cõtraria inſimul ſ3 totũ, ſm ptes vero non eſt impoſſibile.

Priã expõ.

Secunda.

Tertia expoſitio.

Rurſus in circulo, & in ſphæra, & omnino ijs, quæ in ſeipſis mouentur, quoniam accidet ipſa quieſcere. in eodem enim loco ſm tp̄s quoddam erunt & ipſa, & partes. quare quieſcent ſimul, & mouebuntur.

Et etiam neceſſe eſt in circulo, & ſphæra, & vr̃r in rebus, quæ mouentur in eis, vt ſint quieſcentes. nam hæc, & ſuæ partes ſunt aliquo tẽpore in eodem loco. ex quo ſequitur vt ſint quieſcentes, & motæ inſimul.

Hæc eſt Quinta quæſtio Zenonis in deſtruẽdo motum. qm̄, ſi motus ſit, neceſſe eſt vt circulus, & ſphæra ſint quieſcentes, & moti inſimul. nã, cũ ſphæra mouetur, non ſeparatur à loco, in quo mouetur, neq̃ ſm totũ, neq̃ ſm partes: ſed omne, quod mouet̃, ſeparatur: ergo ſphæra eſt quieſcens, et mota. quod eſt ĩpoſſibile. ergo motus non eſt. ex hoc enim ſequitur impoſſibile. D. d. hęc enim, et ſuæ partes, &c. i. &, cũ circulariter moueatur, ſ. circa ſuum centrũ, & in eodem loco. 84


Primo nanq̃ partes nõ ſunt in eodem vllo tp̄e. Deinde & totum ſemper mutatur in alterum. non enim eadem eſt ea, quæ in ipſo A ſumitur, circunferentia, & ea, quæ ab ipſo B, & quæ ab ipſo C, & aliorum vnoquoq̃ ſignorũ, niſi vt muſicus homo & homo, qa accidit. quare mutat̃ ſemp̃ altera in alterã, & nunquã quieſcet. Eodem autem modo et in ſphæra, & alijs, quæ in ſeipſis mouentur.

Ad hoc aũt dicamus primo, qm̄ partes nõ retinent eundẽ locũ aliquo tp̄e oĩno. Deinde totum ẽt transfertur ſemp̃ ad aliud ab eo,

in quo

in quo erat. arcus enim qui accipitur, cuius principium eſt à puncto A non eſt idem cũ arcu, cuius principium eſt à puncto B, aut à puncto C, aut ab aliquo aliorum punctorũ: niſi ſicut muſicus, & homo ſunt homo, quia accidit ei. vnde neceſſe eſt vt vnus eorũdem arcuum trãſferatur alter ad alterum ſemper, & nunq̃ quieſcat. Et ſimiliter de ſphæra etiã, & de alijs, quæ in eis mouentur.

Demonſtratio, quòd totum ex circulo transfertur, ſicut transferuntur partes.



85 Cum induxit quæſtionẽ Zenonis in ſphæra, & circulo, incœpit diſſoluere illam, & dixit Ad hoc autẽ dicamus, &c. ideſt dicatur igiṫ in diſſolutione iſtius quęſtionis, primo quidem, quia hoc, quod poſuit, ꝙ partes eius ſunt inſeparabiles ab eodem loco, eſt falſum. Deiñ. d. Deinde totum ẽt trãſfertur, &c. ideſt, ſecũdo vero dicamus, quoniam totum ex ſphæra, & circulo transfertur, ſicut transferũtur partes. transfertur enim de aliquo in aliud ab eo, in quo erat. Et, cum narrauit hoc de ſphæra, & de circulo, incœpit declarare hoc in circulo, vt transferaṫ determinatio de circulo ad ſphęram, & dixit arcus enim, &c. ideſt neceſſe eſt vt totus circulus transferatur apud motum circa centrũ de alio in aliquid. quoniam, ſi imaginati fuerimus multa puncta eſſe in conuexo eiuſdem circuli, tunc ille circulus diuidetur per illa puncta in multos circulos. omnis enim punctus poſitus in circulo deſcribit circulum alium ab eo, quem deſcribit alius punctus, ſcilicet quòd numerus circulorum erit ſecundum numerum punctorum. &, cum ita ſit, tunc circulus, cum transfertur in concauo, aut ſuper conuexum circuli, transfertur de circulo in circulum, diuerſum ab eo ratione: & ſi ſint idem ſubiecto. &, cum iſti circuli, qui ſunt in rotundo, in quo eſt translatio ſecundum numerum circulorũ, qui ſunt in rotundo, quod transferṫ, neceſſe eſt ut circulus transferatur de circulo in circulum, ergo circulus transfertur ſecundum totum de loco in locum diuerſum ſecundum formam: licet non ſit diuerſus ſecũdum materiã. Et ſimiliter eſt de ſphæra. ſphæra enim diuidiṫ in ſphæras infinitas per lineas, quæ imaginantur in circũferẽtia, exeuntes à polo ad polum, ſcilicet medietates circulorum. nam iſtæ medietates diuidunt ſphæram in multas ſphæras, ſicut puncta diuidũt circulos. Dein. d. arcus enim, &c. & intendit per arcum arcum completæ circulationis, i. quoniam circulus, ſicut diximus, diuiditur per puncta in multos circulos ſecundum numerũ punctorum. D. d. niſi ſicut muſicus, &c. ideſt & circulus, quem diuidit alius punctus, non dicitur idẽ numero, niſi ſicut dicitur ꝙ homo & muſicus ſunt idẽ in numero, ideſt quia accidit eis, ꝙ fuerint idem, non per ſe. homo enim, & muſicus ſunt idem ſm ſubiectum: [a] & quod eſt idem ſm ſubiectum eſt idem per accidẽs. idẽ enim in rei veritate eſt idem ſecundũ formam, & ſimiliter circuli, quos puncta diuidunt, ſcilicet quæ imaginatur in eodem circulo, ſunt idem per accidens, quia ſubiectum eorum eſt idem: & ſunt plures, quia formæ eorum ſunt plures. ſi igitur illud, quod mouetur in loco, neceſſe eſt ipſm mutare locum: locus autem differt à loco, aut per ſe tantum, aut etiam per ſe, & per accidens: [b] neceſſe eſt vt omne motum mutet locum, aut ſecundum formam, ſcilicet ſicut eſt in ſphæra, aut forma, & ſubiecto, ſicut eſt in eis, quæ mouentur motu recto. Zeno autem, cum uiderit ſphæram non mutare locum per accidens, exiſtimauit ipſam non mutare illud per ſe: ex quo dixit ſphæram quieſcere. [c] Auicen. vero, quia non diſtinxit alietatem, quæ eſt in loco per ſe, ab ea, quæ eſt per accidens, ſcilicet alietatem, quæ eſt ſecundum ſubiectum, non ſm formã, & conceſſit ſphęram moueri, coactus eſt appellare motum ſphærę, motum in ſitu. Vnde nititur, vt dictum eſt, ſanare ægritudinem per maius ęgrum. Declaratum eſt enim ꝙ in pdicamento ſitus non eſt motus, quia eſt ad aliquid: & illud, quod eſt ad aliquid, eſt indiuiſibile. Si igitur intẽdebat quòd iſte motus eſt in prædicamẽto poſitionis, quod eſt in ipſa poſitione: quia ſphæra transferṫ de poſitione in aliam poſitionem, erit verum: ſed tamen motus eius non erit in poſitione, ſed de poſitione in aliã. & hoc inuenitur de translatis in loco recte: quoniã trãſferuntur de poſitione in aliam, aut diuerſam ſm numerum, aut ſm ſpeciem: ſphæra autem transfertur de poſitione in aliã diuerſam ſm numerũ. Quid igitur vtile dedit nobis, cum dixit ꝙ iſte motus eſt in ſitu? niſi intẽdebat ꝙ illud, quod mouetur hoc motu nõ diuerſatur ſm ſitum: hoc enim propriũ eſt huic motui. ſed tñ non ſequitur ex hoc, ꝙ motus eius eſt in ſitu. nã iſte ſermo valde eſt ſophiſticus. D. d. ergo neceſſe eſt vt vnius arcuum, &c. ideſt ergo neceſſe eſt vt vnus arcuum perfectorum circuli, quem deſcribit aliquis punctus transferatur ſemper ab arcu completo circuli, cui ſuperponitur, ad alium arcum completum etiam, deinde de illo ad alium, & ſimiliter, donec reuertatur ad arcum completum, à quo eſt ſeparatus. & tunc vnus arcuum trãſfertur ſm totum, quia trãſfertur de vno arcu ad alium. Et forte intendit, ergo neceſſe eſt vt vnus arcus transferatur ſemper per translationem alterius arcus ſequẽtis ad alium ſequentẽ. & hoc eſt apparentius. Dein. d. Et ſimiliter eſt de ſphæra, &c. ideſt & transfertur ſm totum, vt diximus in circulo.

a Quod eſt idẽ ſm ſub. ẽ idẽ p accñs. idẽ. n. in rei veritate eſt idem ſm formam.

b Neceſſe ẽ vt oẽ motũ mutet locũ, aut ſm formã, ſicut ẽ i ſphęra, aut ſm formã, & ſubm, ſicut ẽ i eis, quæ mouenṫ motu recto. vide cõſimi. li. 4. phy. c. 41. et. 8. phy ſi. cõ. 76.

c Opĩ. Aui. ꝓ qua vide. 4. phy. 45. Impugnatio.

Caput Secundum. *Excludit errorem, quod Impartibile moueatur.*

DEmonſtratis autem his, dicimus ꝙ id, quod impartibile eſt, non cõtingit moueri, niſi ſecũdũ accidens, vt corpore moto, aut magnitudine, in qua eſt. ſicuti ſi id, quod id naui eſt, moueatur nauis motu, aut pars totius motu. Impartibile autem dico id, quod eſt ſecundum quantum indiuiſibile. etenim partiũ motus alteri ſunt, & ſm ipſas partes, & ſm totius motum. Viderit autem aliquis, & in ſphæra maxime, differentiam. nõ enim eadem velocitas erit & partiũ, quæ ſunt iuxta centrum, & quæ extra, & totius, tanquam non vno exiſtẽte motu. Vt igitur diximus, ſic quidem contingit moueri id, quod impartibile eſt, vt is, qui in naui ſedet, naui currente, per ſe autem non contingit.

Hoc quidē declarato dicendū eſt q indiuiſibile moueri impoſſe eſt, niſi per accidens. v.g. cum corpus, aut magnitudo mouet per illud, in quo eſt. vt illud, quod eſt in naui, per curſum nauis, aut ſicut pars mouetur p motum totius. Et dico Indiuiſibile illud, quod non diuiditur in quantitate. motus enim partium etiā ſunt diuerſi ſecūdū ipſas partes, & ſm motum totius. Et iſta diuerſitas ſcitur in ſphęra proprie, velocitas enim eius, quod vicinatur centro, & eius, quod eſt extra, & velocitas eiuſdem ipſius non eſt eadem velocitas, ac ſi motus non eſſet vnus. Eſt igitur, vt diximus, ſm quidem hunc modum poſſibile vt impartibile moueatur, ſ. ſm quem mouentur ſedētes in naui, cum nauis currit, per ſe autem impoſſibile eſt.

86 Cum induxit qōnes Zenonis in motu, vult declarare q indiuiſibile ooo mouetur, niſi per accidens, deinde oſtendit motum, qui eſt per accidēs. & dixit verbi gratia, &c. ideſt, & voum eorum, quæ dicuntur moueri eſt, cum ſint in re mota, vt illi, qui ſunt in naui, dicuntur moueri, licet per ſe quieſcant, & vniuerſaliter, vt dicitur, q pars mouetur per motum totius. Et, quia indiuiſibile dr̄ illud, cuius genus non eſt receptiuū diuiſionis, & illud, cuius genus recepit diuiſiooem, hoc autē principaliter dicitur impartibile, & indiuiſibile, dixit Et dico Indiuiſibile, &c. qm̄ hoc dicit̄ indiuiſibile principaliter, de quo vult hic declarare ipſum eſſe immobile. Et, quia dixit q illud, quod mouetur per accidēs, eſt ſicut motus partium per motum totius, ſed inter motum per accidens, & motum partium per motū totius eſt differentia, deinde dedit illas, & dixit motus enim partium, &c. i. & ſignum eius, q motus partium p motum totius non eſt motus per accidens, eſt, quia motus partium differt à motu totius, & ipſi à ſeiouicem. Et intendebat, vt mihi videtur, qm̄, ſi motus earum eſſet per accidens à motu totius, noo differret à toto in ſuo motu, neque à ſeipſis abinuicē. nam corpora, quæ mouentur per ſe, ſunt huiuſmodi. Et, cum īduxit hoc, incœpit declarare in quo moto apparet hoc, & dixit Et iſta diuerſitas, &c. ideſt, quia illę, quæ magis vicinantur centro, pertrāſeuot minores circulos circulis, quos pertranſeunt partes, quæ magis vicinātur circunferentiæ, & in tempore æquali, neceſſe eſt vt partes propinquiores centro ſint tardiores, & remotiores velociores. D. d. et velocitas ipſius, &c. ideſt neq; velocitas totius ſphæræ, et velocitas partium eſt eadem velocitas. Poteſt autem aliquis dicere quòd hoc non inuenitur, niſi in motu circulari, in recto vero motus partiū ſunt æquales: & ſimiliter motus totius in eo eſt æqualis motui partium. Sed forte dicetur in hoc q partes ſphærę videntur moueri per ſe magis, q̄ illud, quod mouet̄ recte: cum ſphæra videtur permanere ſm totum, & moueri ſm partes. ſed non eſt verū, vt declaratum eſt, ſed ſm totum mouetur. &, cum declaratum eſt quòd partes ſphæræ non mouentur per ſe, quanto magis partes eius, quod eſt recti motus, non mouebuntur per ſe. Et quaſi intendit congregare hic duo: quorum vnum eſt notificare q motus partium per motum totius, nō eſt per accidēs pure, neq; per ſe pricipaliter. [a] partes enim non mouentur per ſe: quia mouentur in moto, in quo conueniunt cum accidentibus, & formis, quæ nō ſunt innata moueri per ſe. &, cum declaratum eſt quòd accidentia, & formæ mouentur per accidens per motum ſubiecti, & partes ſunt tales, viſum eſt q partes mouētur per accidens. & hoc apparet ex verbis Ariſt. & idō excepit iſtum modum motus, & ioduxit exemplum extraneū ab vno illorū, & dixit poſſibile eſt vt impartibile, &c. & manifeſtum eſt quòd motus puncti per motū corporis eſt hmōi. D. d. per ſe autem impoſſibile eſt, &c. ideſt, eſt autem motus indiuiſibilis per ſe, et primo impoſſibilis eſt.

Indiuiſibile non mouet̄, niſi per accidens.

Indiuiſibile duplex.

Cauillatio.

Solutio.

a Partes nō mouent̄ p ſe, qa mouent̄ i moto, i q cōueniūt cū accidētib⁹, et formis, q nō ſūt innata moueri p ſe. vide cōſilia. c. ph. cō. 1. & 4.

phyſi. 12. & 1. de ala. cō. 37. & 8. phyſi. 27.


Mot⁹ pūcti p corp⁹ ē p accñs, & impoſſe ē q ſit p ſe. vide oppoſitū. 2. cœli. cō. 14. vbi hēt q pūct⁹ indiuiſibilis neq; eēntialiter, neq; accñtalr dr̄ quieſcēs, vel motus.

Vide cōtra. Zim.

Mutet̄ enim ex A B, in B C, ſiue ex magnitudine in magnitudinē, ſiue ex forma in formā, ſiue ſm contradictionem. tempus autē ſit, in quo primo mutat̄, in quo D. Ergo neceſſe eſt ipſum eo, quo mutatur, tpe, aut in A B eſſe, aut in B C. aut aliud quidē qd huius in hoc, aliud aūt quid in altero. oē enim, quod mutatur, ſic ſe habebat. In vtroq; igit̄ non erit aliqd ipſius: partibile enim erit. At vero neq; in B C. mutatū enim erit: ſupponitur aūt mutari. Relinquit̄ igit̄ ipm̄ in A B eſſe eo, quo mutat̄, tpe. quieſcet ergo. in eodem enim eſſe tpe quodam quieſcere eſt.

Ponatur igit̄ ipm̄ trāſferri de A B, in B C, ſiue de magnitudine in magnitudinem, ſiue de forma in formam, ſiue ſm contradictionem. & ſit tempus, in quo primo trāſfertur, D. Neceſſe eſt igitur vt in tpe, in quo trāſfertur, ſit aut in A B, aut in B C, aut quiddam eſt in hoc, & quiddam in hoc. declaratum eſt enim q hæc eſt diſpoſitio cuiuslibet, qd̄ trāſmutat̄. Impoſſibile eſt igitur vt quiddā eius ſit in vtroq;: quoniam tunc erit diuiſibile qd̄ non eſt. Neq; etiam in B C. qm̄ tunc erit iā tranſlatum: ſed poſitum eſt transferri. Remanet igitur vt ſit in A B, in tēpore, in quo transfertur. erit igitur quieſcens. quoniam iam declarauimus quòd manere in eodē aliquo tempore quies eſt.

Demonſtratio, quòd impoſſibile eſt Impartibile per ſe moueri.



Mobile indiuiſibile.

Ponatur igitur vt tranſmutetur aut in loco, ver. g. de B in C, aut in augmento, & diminutione, ver. g. de minore magnitudine in maiorem, aut in qualitate. & hoc intendebat, cum dixit de forma in formam. aut in ſubſtantia, et hoc intendebat per cōtradictionē. Deiñ. d. & ſit tp̄s, &c. & intendit per A B, illud, ex quo mouetur, ſiue fuerit vbi, aut quale, aut quantum, aut ſubſubſtātia. & intendit per B C, illud, ad quod trāſmutatur. et q̄ſi. d. neceſſe eſt igit̄ vt trāſmutatū in tpe, in quo tranſmutat̄, ſit aut in eo, ex quo trāſmutat̄, aut in eo, ad quod, aut qddā in eo, ex quo, & qddam in eo, ad quod 87

D. d.

Supra.52. D. d. declaratum eſt enim, &c. i. declaratum eſt enim, cum declarauimus ꝙ omne motum eſt diuiſibile, ꝙ de moto, quod mouetur, quædam pars eius eſt in eo, ex quo, et quædam in eo, ad quod. Et, cũ poſuit hoc fundamentum, dixit Impoſſibile eſt igitur vt quiddã eius ſit in vtroq;: qm̃ tunc erit diuiſibile, i. quod eſt cõpoſitum. Deinde declarauit hoc ſm̃ rememorationem, & dixit Neq; etiam in B C, qm̃ tunc erit iam trãslatum: ſed poſitum eſt transferri. ideſt & impoſſibile eſt, dum mouetur, vt ſit in eo, ad quod, ſ. in B C, quoniam tũc complebitur motus: ſed ipſum poſitum eſt adhuc moueri. D. d. Remanet igitur, vt ſit in A B in tempore, in quo transfertur. ideſt, ſi igitur nõ fuerit in eo, ad quod eſt motus, ſ. in B C, remanet vt ſit in eo, ex quo eſt motus, ſ. in A B in tempore, in quo mouetur. Deiñ. induxit impoſſibile, quod ſeqtur ex hoc, & dixit erit igitur quieſcens. qm̃ iam declarauimus ꝙ manere in eodẽ aliquo tempore eſt quies. i. &, ſi motum, dum mouet̃, fuerit in eo, ex quo, tunc erit quieſcens, & motum inſimul. ipſum enim eſſe in eo, ex quo, eſt in tempore. & iam declarauimus ꝙ omne, quod eſt in aliquo tempore, i. demonſtratum in actu eſt in eo quieſcens. & ſic, dum mouetur, erit quieſcens. quod eſt impoſſibile. &, cum deſtruxit hæc duo, remanet tertiũ, & eſt vt quædam pars eius ſit in eo, ex quo, et quędam in eo, ad qđ, nõ in actu, ſed in inſtãti. qm̃ tũc eſſet quieſcẽs, nõ motũ. &, cum q̃dam pars eius fuerit in eo, ex quo, & q̃dã in eo, ad quod, neceſſario diuidit̃. quod eſt contra poſitum. poſitum enim eſt ipſum eſſe indiuiſibile.

Quare non contingit id, quod impartibile eſt, moueri, aut oĩno mutari. Vnice enim hoc pacto eſſet ipſius motus, ſi tempus eſſet ex ipſis nunc. ſemper enim in ipſo nunc motum eſſet, & mutatum, vt moueatur quidem nunquam, motum autem ſit ſemper. Hoc autem ꝙ impoſſibile ſit demonſtratum eſt & prius. neq; enim ex ipſis nũc eſt tẽpus, neq; linea ex punctis, neq; motus ex * momentis eſt. nihil enim aliud facit hoc dicens, q̃ motũ ex impartibilibus. ſicut ſi tẽpus ex ipſis nũc, aut magnitudinem ex punctis.

* Mutatis.

Impoſſibile eſt igitur impartibile moueri, aut trãſmutari oĩno. Poſſet enim hoc modo moueri, ſ. ſi tẽpus cõponeret̃ ex inſtantibus. qm̃ ſemper moueretur, & trãſmutaret̃ in inſtanti, & ſic nunq̃ moueret̃, & eſſet iam motum. Et iam declarauimus hoc eſſe impoſſibile. tempus enim nõ cõponitur ex inſtantibus, neq; linea ex punctis, neq; motus ex finibus. dicens enim hoc nihil magis dicit, q̃ ꝙ motus componitur ex partibus indiuiſibilibus. ac ſi diceret ꝙ tẽpus cõponit̃ ex inſtantibus, & longitudo ex punctis.

88 Cum declarauit ꝙ indiuiſibile non mouetur, vult dare cauſam in hoc, & eſt, quia tp̃s, & mot⁹, & magnitudo ſunt continua, & ꝙ hoc nõ eſſet poſſibile, niſi tp̃s componeretur ex inſtãtibus, & motus ex finibus motuũ, & magnitudo ex pũctis. & hoc intendebat, cũ dixit Poſſet enim moueri, &c. Deinde dixit qm̃ ſemper moueretur, &c. ideſt ex hoc enim ſequeretur vt motũ ſemper transferreretur de inſtanti ad inſtans, & de magnitudine indiuiſibili ad magnitudinem ĩdiuiſibilem. motum enim indiuiſibile tunc eſſet, ſi eſſet in magnitudine indiuiſibili, & in tp̃e indiuiſibili, & eẽt motus cõpoſitus ex finibus motuum. Deinde induxit impoſſibile, quod ſequitur ex hoc, et dixit qm̃ ſemper moueretur in inſtãti, &c. i. ſi ita eſſet, tũc motum iam eſſet motum, & tranſmutatum abſq; eo, ꝙ ante moueretur, i. tunc finis motus eſſet ſine motu. nam motus, qui eſt in tempore indiuiſibili, neceſſe eſt vt ſit indiuiſibilis: & ſic eſſet finis motus. & in fine motus dr̃ motum iam eẽ motum. & hoc intẽdebat, cũ dixit & ſic nũquam moueretur, &c. D. d. dicens enim hoc, &c. i. dicens enim motũ eſſe indiuiſibile, cõtingit ei dicere ꝙ motus componitur ex motibus indiuiſibilibus, & ꝙ magnitudo componitur ex punctis. Et hoc, ꝙ dixit, manifeſtum eſt. qm̃ [a] cauſa in cõtinuatione motus eſt hæc ꝙ motũ eſt de natura continui. & hæc eſt cauſa etiam in hoc, ꝙ tempus ſit de natura continui.

a Cũ hoc ꝙ mot⁹ ſit cõtinuus, ẽ, q motũ ẽ de n[atura] cõtinui. Idẽ ſupra cõ. 5. & ibi.

Amplius aũt et ex his manifeſtũ eſt ꝙ neq; punctũ, neq; aliud indiuiſibile vllum contingit moueri. Omne enim, quod mouet̃, ĩpoſſibile eſt per maius moueri ſeipſo prius, q̃ aut per æquale, aut minus. ſi aũt hoc, manifeſtũ eſt ꝙ & punctũ per minus, aut ęquale mouebit̃ primũ. qm̃ aũt indiuiſibile eſt, impoſſibile eſt minus moueri prius. per æquale ergo ſibiipſi. quare erit linea ex punctis. ſemꝑ. n. cum per æquale mouet̃, omnem lineam punctum mẽſurabit. ſi aũt hoc impoſſibile eſt, & moueri indiuiſibile impoſſibile eſt.

Et apparet ẽt ex dictis qm̃ impoſſibile eſt pũctum moueri, neq; aliud indiuiſibile. Oẽ enim motũ impoſ̃e eſt moueri per ſpatiũ maius ipſo, anteq̃ moueat̃ aut per æquale, aut ꝑ minus. ergo manifeſtũ eſt ẽt ꝙ, cum punctus mouetur, prius mouebitur, aut per minus ſeipſo, aut per æquale: ſed punctus eſt indiuiſibilis: ergo nõ mouebit̃ per minus: ergo mouebitur per æquale. quapropter linea componetur ex punctis. nam, cum punctus ſemper moueatur per æquale, menſurabit totã lineã. ſed hoc eſt impoſſibile: ergo & impoſſibile eſt indiuiſibile moueri.

Hæc eſt alia declaratio à p̃dicta. in prima enim vtit̃ 89
eiſdem ꝓpõnibus, quibus vſus eſt, cum declarauit ꝙ omne motũ eſt diuiſibile, & declarauit per eas inducẽdo ad impoſſibile. declarauit, ſ. ꝙ oẽ, quod nõ diuidit̃, non mouet̃. &, ſi apparet ſm̃ conuerſionem per cõtrapoſitionẽ ꝙ, ſi oẽ motũ eſt diuiſibile: ergo oẽ, qđ nõ diuidit̃, non mouet̃. ſed Ariſt. intendit in oĩbus, quæ declarauit, naturam rei, de qua loqtur, non res accñtales. Auẽpa. uero nõ bene dixit. fingit enim ꝙ diuiſibilitas, quã negauit à moto ẽ alia à diuiſibilitate, quam dedit hic moto: & ꝙ illa diuiſibilitas, quã illic declarauit eſt diuiſibilitas continui, ſm̃ illud, ex quo, & ſm̃ illud, ad quod. & iam determinauimus hoc ſuperius. Hæc autem declaratio fundata eſt ſuper ꝓpõnes alias. Quarũ vna eſt ꝙ impoſſibile eſt aliqd pertranſire ſpatiũ maius ipſo, quin prius pertranſeat aut æquale, aut minus: deinde poſuit ꝙ pũctus impoſ̃e eſt vt ꝑtranſeat minus ſe, anteq̃ mouet̃ per maius: ex quo ſeqtur ip̃m moueri per æq̃le. & hoc ſeqtur lineã cõponi ex punctis. qđ eſt falſum. impoſſibile ergo illud, ex quo ſequitur, eſt impoſſibile. Quòd autem, ſi indiuiſibile mouetur per

In hoc ſexto com. 32.

æquale, linea erit compoſita ex punctis, manifeſtũ eſt, quoniam motum tunc pertranſit ſpatiũ, quando menſurat illud per ſe. ſi igitur indiuiſibile mẽſurat lineam, quam pertranſit, ergo menſurat illam per puncta contigua, quæ ſunt partes illius, & quod eſt tale, videtur componi ex punctis. Et hoc, quod dixit neceſſe eſt, & ſi non, contingeret quæſtio Zenonis. Nam, ſi motum eſſet indiuiſibile, & moueretur per indiuiſibilia, ſcilicet per puncta, & pũcta in linea ſunt infinita, neceſſario ſequitur nunquam motum peruenire ad finem ſpatij. & iſta conſecutio hic eſt alio modo ab eo, quo vtitur ea Zeno.

Amplius autem, ſi omne in tempore mouetur, in ipſo aũt nunc nihil, omne autẽ diuiſibile tempus eſt, erit aliquod tempus minus quouis eorum, quæ mouẽtur, in quo mouet̃ per tm̃, quantũ ipm eſt. Hoc igit̃ erit tp̃s, in quo mouet̃ ppea ꝙ oẽ in tpe mouet̃. tp̃s aũt omne diuiſibile eſſe demonſtratũ eſt prius. Si ergo punctum mouetur, aliquod erit tempus minus, in quo ipſum motum eſt. ſed impoſſibile eſt: in minori enim ꝑ minus neceſſe eſt moueri. q̃re erit diuiſibile id, quod indiuiſibile eſt in minus, ſicuti & tempus in tempus. vnico enim modo moueretur id, quod impartibile eſt, & indiuiſibile, ſi eſſet in ipſo nunc impartibili moueri poſſibile. eiuſdem enim rationis eſt in ipſo nunc moueri, & indiuiſibile quid moueri.

Et declaratum eſt ẽt ꝙ omne tempus eſt diuiſibile. Si autem punctus mouet̃, erit tẽpus minus tẽpore, in quo mouetur ſm illud. ſed hoc eſt impoſſibile: nam illud, quod mouetur in tẽpore minori, neceſſe eſt vt ſit minus: ergo indiuiſibile erit diuiſibile in minus ſm proportionem illius temporis ad iſtud. quoniã hoc ſolummodo poſſet impartibile, & indiuiſibile moueri, ſcilicet ſi eſſet poſſibile impartibile moueri in inſtanti. ratio enim eadem eſt in hoc, ꝙ motus ſit in inſtãti, et in hoc, ꝙ indiuiſibile moueatur.

Hæc eſt tertia declaratio, quòd omne indiuiſibile
90 nõ mouetur. & fundatur ſuper hoc, quod narrabo. Primo autem ponit ꝙ omne, quod mouetur, mouetur in tpe: deinde ꝙ omne tempus eſt diuiſibile in tempora: ergo omne motum mouetur in tẽpore diuiſibili in tempora. Deinde poſuit ꝙ omne tp̃s, quod eſt pars temporis moti, motum mouetur in eo per ſpatium minus ſpatio, per quod mouetur in toto tẽpore: ex quo concluditur ꝙ omne motum mouetur in tẽpore in partibus illius tẽporis per minorem magnitudinem. D. poſuit ꝙ omne motũ in aliquo tpe per ſpatium æquale ſuæ magnitudini mouet̃ in partibus illius tpis per minus ſua magnitudine: ex quo ſequitur ut omne motum ſit diuiſibile. Et dicit Et declaratum eſt ꝙ omne tempus eſt diuiſibile. ſi igitur punctus moueatur erit hoc tp̃s minus tpe, in quo punctus mouetur per ſpatium æquale ſuæ magnitudini. quod eſt impoſſibile. D. d. quod eni mouetur minus, &c. ideſt & hoc ſeqtur, quia iam poſuimus ꝙ oẽ, quod mouetur in tpe minori tpe, in quo mouetur aliquod æquale magnitudini eius, neceſſe eſt vt moueat̃ in eo per aliquod minus magnitudine eius. Si igitur punctus mouetur in tempore minori tpe, in quo mouetur æquale, contingit ipſum eſſe diuiſibilem ſm proportionem temporis, in quo mouetur æquale ei, & ad tẽpus, quod eſt minus. In hoc igitur ſyllogiſmo nõ expreſſit, niſi duas propoſitiones. quarum vna eſt, ꝙ omne tp̃s eſt diuiſibile. ſecunda autem ꝙ, cũ motum mouetur, minori tpe mouetur per minus, q̃ per quod mouetur in maiori tpe. & dimiſit propoſitionẽ dicentem ꝙ in omni tempore põt fieri motus. & similiter dimiſit concluſiones, quas nos expoſuimus ſuperius. Deinde dicit quoniam hoc ſolũmodo. &c. ideſt, &, quia ſequitur ex hoc, vt non ſit tempus minus tempore, in quo pũctus mouetur per aliquod ſibi æquale: ex quo nõ ſequit̃ impoſſibile. Deinde dicit eadẽ enim ratio eſt, &c. ideſt qm̃ vtrunq; ſequitur ad reliquum, ſ. a quoniã poſito aliquo indiuiſibili moueri, ſequit̃ motum eſſe in inſtanti: & ſimiliter poſito ꝙ motus ſit in inſtanti, ſequitur indiuiſibile moueri.

Rõnis abbreuiatio.

Text⁹ expõ

a Poſito aliq̃ indiuiſibili moueri ſeq̃ motũ eẽ in inſtãti: & poſito ꝙ motus ſit in inſtãti ſeq̃ indiuiſibile moueri.

Caput Tertium. Nullã magnitudinẽ eſſe infinitã.

MVtatio autem nulla eſt ĩfinita. omnis enim eſt ex quodam in quiddam, & ea, quæ eſt in contradictione, & quæ eſt in contrarijs. Quare earum, quæ ſm contradictionẽ ſunt, affirmatio, et negatio terminus eſt. vt generationis quidem id, quod eſt, corruptionis vero id, quod non eſt. Earum autem, quæ ſunt in cõtrarijs, ipſa cõtraria. hæc enim ſunt extrema mutationis. quare & alterationis omnis: ex contrarijs enim quibuſdã eſt alteratio. Similiter autem & augmẽtationis, & diminutionis. augmentationis enim terminus eſt qui ſecũdum naturam propriã eſt perfectæ magnitudinis, diminutionis vero huius remotio.

Terminus augmẽti q̃s.

Et nulla transſmutatio eſt in infinita. iam enim declarauimus ꝙ tranſmutatio eſt de aliquo in aliquid, aut in contradictorijs, aut in contrarijs. In contradictorijs vero fines erũt affirmatio, & negatio. ver. gra. quoniã finis generationis eſt eſſe, corruptionis vero finis nõ eſſe. In contrarijs vero fines ſunt duo contraria. hic enim duo ſunt extrema tranſmutationis. ſunt igit̃ fines omnis alteratiõis: alteratio enim fit ex contrarijs. Et ſm hoc & augmẽti, & diminutionis erunt. finis. n. augmenti eſt peruenire ad perfectam quãtitatẽ propriam rei, finis vero diminutionis eſt maxime diſtare ab hac diſpoſitione.

Intendit declarare quòd nullus quatuor motuũ eſt 91
infinitus, neque ex vtroq; extremo, neque extremo, ad quod eſt motus, præter tranſlationem circularem. poſita enim infinita ex vtroq; extremo non ſequitur impoſſibile. Et dixit Et nulla tranſmutatio eſt infinita. & intendit hic per tranſmutationem, modos quatuor motuum. D. d. iam enim declarauimus, i. in initio Quinti. D. d. aut in contrarijs. Et intendit per contraria, oppoſita, quæ inueniuntur in alteratione, quę dicũtur cõtraria principaliter, & proprie, & quæ inueniuntur in augmento, & diminutione, ſ. magnum et paruũ. D. d. In cõtrarijs uero fines coꝝ erũt cõtraria, i. quę dicuntur

Null⁹ mot⁹ ẽ infinitus, p̃ter motũ circularẽ. Idem infra cõ. 94.

Cõtraria ſ alteratiõe ſunt cõtraria principalr. & ꝓprie. vide. p hoc. 4. celi. cõ. 18.

Oē gnābile nāle hēt aliq̄ q̄titatē nālē i initio generationis, & fine, & iſta q̄titas hēt extrema, & mediū. vide cō ſiſt ſup̄ cō. 12. & q̄ ibi.

eum̄ ꝓprie. D.d. Et ſm hoc & augmēti, & diminutionis erunt fines. i. quoniam maximū augmētum, & maxima diminutio erūt fines eorum. omne enim generabile naturale habet aliq̄ quātitatē naturalē in initio generationis, & fine, & iſta quantitas habet extrema & mediū. v.g. q̄m quātitates embryonū ſunt terminatę, ſ. minimi embryonis, & maximi embryonis: et ſimiliter quātitates hoīum ſunt terminatę, ſ. maximi & minimi. vnde impoſſibile eſt augeri in īfinitū, aut diminui. nam, ſi tranſiuerit quantitatem naturalē in diminutione, & in additione, ſtatim corrumpeł ens. actio enī cuiuslibet entis perficił per quātitatē, & qualitatē terminatā: ſicut eſt diſpoſitio in entibus artificialibus.

Latio aūt ſic q̄dem nō erit finita. nō enim oīs in contrarijs eſt. Sed, q̄m impoſſibile eſt diuiſum eſſe ſic ex eo, quia nō cōtingit eē diuiſum: (multipliciter enim dr̄ impoſſibile:) diuidi nō cōtingit id, quod ſic impoſſibile eſt diuidi, nec omnino quod impoſſe eſt fieri, fieri: neq̄ q̄d mutari impoſſe eſt, cōtinget vtiq̄ mutari in id, in quod poſſibile eſt mutari.

Sed tranſlatio hoc modo non erit finita. q̄m nō omnis tranſlatio eſt in cōtrarijs. Hoc aūt, q̄a illud, quod impoſſibile eſt diuidi hoc modo, ſ. nō recipit diuiſibilitatē: cū illud, q̄d impoſſibile eſt diuidi dr̄ multis modis: impoſſibile eſt illud, quod hoc modo nō pōt diuidi, vt ſit diuiſum, & q̄d impoſſibile eſt vniuerſaliter eſſe non erit: & quod impoſſibile eſt etiam tranſmutari, non trāſmutatur ad illud, ad quod non poteſt tranſmutari.

92 Cōtrarietas i loco nō īuenił in oībus trāſmutationib⁹, & i q̄b⁹ īuenił ñ ē manifeſta. Idē. 5. phyſi. cō. 9. & 8. phy. c. 16. et 62 & 4. cœ li. c. 19.

a Trāſlatio ex aīa a nā. recta. circularis.

Quia cōtrarietas in loco non inuenił in oībus trāſlationibus, ſicut in tranſlatione aīati, & in q̄bus inuenił, non manifeſte inuenitur contrarietas in eis, vt in tranſlatione naturali in loco, ſ. quatuor elementoꝝ: a tranſlatio enim alia eſt ex anima, & alia à natura, & alia recta, & alia circularis: incoepit hic demonſtrare q̄ non poteſt declarari tranſlationē rectam eſſe finitā eo modo, quo declarał hoc in cæteris motibus, & dixit Sed trāſlatio hoc modo, &c. i. ſed ex hoc modo declarationis non apparet tranſlationem eſſe finitam, & cauſa in hoc eſt. q̄m non omnis tranſlatio eſt de cōtrario in contrarium, vt eſt trāſlatio animalium. Deinde dedit modum, quo poteſt hoc declarari in tranſlatione, & dixit Hoc autem, q̄a illud, quod impoſſibile eſt diuidi hoc modo, &c. i. ſm autem q̄ manifeſtum eſt p̄ ſe, q̄ illud, quod impoſſibile eſt diuidi, i. quia non recipit diuiſibilitatem, impoſſibile eſt vt incipiat diuidi: & ſimiliter illud, quod impoſſibile eſt generari, impoſſibile eſt ip̄m incipere generari: & vl'r illud, quod impoſſibile eſt vt tranſmutetur, nunq̄ incipiet tranſmutari. ex hoc autē poteſt hoc apparere. Et dixit cum illud, quod impoſſibile eſt diuidi, dicitur multis modis præſeruando ſe ab ęquiuocatione. Nam indiuiſibile dicitur illud, cuius genus innatum eſt diuidi: vt cum dicimus q̄ corpus cœleſte eſt indiuiſibile. & dicitur etiam illud, cuius genus non eſt innatum diuidi: vt cum dicimus q̄ vox eſt indiuiſibilis. & ipſe intendit hic per indiuiſibile illud, q̄d eſt de genere diuiſibili. D.d. impoſſibile eſt illud, quod hoc modo, &c. i. & dico q̄ nunq̄ diuidetur illud, quod impoſſibile eſt diuidi, cū intellectū fuerit ex hoc illud, quod intēdimus per indiuiſibile: cū īdiuiſibile dicatur

Indiuiſibile duplex.

multipliciter. et, quia diuiſibilitas eſt ſimilis in hac intētione trāſmutationi, dixit & quod impoſſibile eſt vniuerſal'r, &c. id eſt & hoc, quod diximus de diuiſibilitate, cōe eſt generationi, & tranſmutationi, ſ. q̄ oē, quod impoſſe eſt generari, impoſſibile eſt ip̄m incipere in generatione: & a vl'r omne, quod impoſſibile eſt trāſmutari, impoſſibile eſt ip̄m incipere in tranſmutatione.

a Vl'r oē, q̄d impoſſe ē tranſmutari, impoſſibile ē ip̄m incipe i trāſmutatione. Idē. 1. cœ. t. c. 58. & 1. cœli. t. c. 19. et 4. cœ. t. c. 33.

Si ergo id, quod fertur, mutetur in aliq̄d, & poſſibile erit mutari. quare non eſt infinitus motus, neq̄ feretur infinito motu. impoſſibile enim eſt trāſire illum. Quod igitur ſic non eſt infinita mutatio, vt non finiatur terminis, manifeſtum eſt.

Et, ſi tranſlatum tranſmutatur ad aliquid, poſſibile eſt tranſmutari. ex quo ſequitur vt nullus motus ſit infinitus, & vt motus nō recipiat æternitatem. q̄m impoſſibile eſt pertrāſiri. Manifeſtum eſt igitur q̄ impoſſibile eſt vt trāſmutatio ſit æterna ſm hunc modū, ſ. vt non habeat finem terminatum.

Cum poſuit principium, ſ. q̄ illud, quod impoſſibile eſt tranſmutari, nunq̄ incipiet in tranſmutatione, poſuit aliud principiū, & eſt q̄ illud, quod trāſmutał recte, tunc pōt tranſmutari, cū tranſmutatur ad aliquem finē. nā impoſſibile eſt ip̄m tranſmutari ad nihilū. q̄m, ſi hoc eſſet, tunc motus eſſet ocioſus. Deinde poſuit etiam q̄ quicq̄d tranſmutatur, tranſmutatur ad aliq̄d etiā in tranſmutatione, quæ eſt via ad eſſe, & concluſit q̄ illud, quod tranſmutatur ad infinitum, impoſſibile eſt tranſmutari. deinde cōiungit huic q̄ illud, quod impoſſibile eſt tranſmutari, nunq̄ incipiet trāſmutari, & concluſit q̄ trāſlatum in infinitū impoſſibile eſt vt incipiat in tranſlatione, ergo tranſlatum recte in infinitū impoſſibile eſt eſſe. Et dixit Et, ſi tranſlatum trāſmutatur ad aliquid, poſſibile eſt tranſmutari: &, ſi trāſmutetur ad nihil, id eſt ad non finem, impoſſibile eſt tranſmutari. & totum hoc intelligendum eſt de tranſmutatione, quę eſt via ad eſſe. Deinde dicit ex quo ſequitur vt nullus motus ſit infinitus, i. rectus. nam illud, quod mouetur in infinitum, non mouetur ad aliquod ens. D.d. cauſam in hoc, & dixit q̄m impoſſibile eſt p̄trāſiri. quoniā illud, quod mouetur in infinitum, nunq̄ pertranſibit ſpatium: ſed illud, quod impoſſibile eſt fieri, nunq̄ incipiet fieri: ergo trāſlatum in infinitum nō eſt, & hoc intēdebat cum d. Manifeſtū eſt igitur q̄ impoſſibile eſt tranſmutationem eſſe æternam hoc modo, i. recte, & hoc eſſentialiter. Et ipſe non expreſſit in hoc ſermone, niſi ſolūmodo propoſitiones, quę ſunt neceſſariæ in cōcludendo illud, quod intendit cōcludere ſm ſuum morem in abbreuiatione. 93

Sed, ſi eſſe poſſit ſic, vt tempore ſit infinita, vna, & eadem exiſtens, conſyderandum eſt. Nam vna quidem, ſi non fiat, nihil fortaſſis prohibet. vt ſi poſt lationem alteratio ſit, & poſt alterationem augmentatio, & rurſus generatio. ſic enim ſemper quidem erit tempore motus, ſed non vnus, propterea quòd non eſt vnus ex omnibus. Vt autē fiat vnus, non contingit infinitum eſſe tempore, præter vnū. hic autē ē vnus, ipſa circulo latio.

Sed conſyderandũ eſt vtrũ ſit poſſibile ut ſit hoc modo,ſ. vt in aliquo tẽpore ſit tranſmutatio infinita,& eadem. Si aũt nõ vnus, nihil prohibet, vt ſi poſt translationem ſit alteratio,& poſt alterationem ſit augmẽtum, deinde generatio. hoc enim modo põt eſſe in tempore principiũ motus,ſed non vnus. nã ille, qui fit ex iſtis omnibus,non eſt unus. Sed, cũ fuerit vnus, impoſſibile eſt vt ſit infinitus in tempore,præter vnum. & eſt trãſlatio vna,quæ fit circulariter.

94 Cum declarauit ꝙ impoſſibile eſt vt vnus motus rectus ſit infinitus,vult perſcrutari de hoc ſimplr,ſ. vtrũ ſit poſſibile vt vnus motus ſit infinitus, et ſi nõ rectus. Et dixit Sed cõſyderandum eſt,&c.i.ſed conſyderandũ eſt vtrũ nullus motus vnus ſit infinitus,aut aliquis vnus motus ſit infinitus. quod declaratum eſt eſſe impoſſibile in motibus rectis. Et, cum induxit illud,de quo perſcrutãdum eſt hic, dixit Si aũt non vnus, nihil ꝓhibet vt hoc ſit,i.ſi aũt iſte motus nõ fuerit vnus, ſed ſeſe, nullum impoſſibile videť ſequi ex hoc: imo in Octauo iſtius libri declarabitur hoc eẽ poſſibile. D.d. qm̃ hoc modo erit in tempore principium motus, vt mihi videť,qm̃ hoc modo põt eſſe in tẽpore,quod ſemper fuit,& erit motus factus.& ſi nõ,tũc oĩs motus eẽt æternus,& hoc eſt accidens motui.D.d.ſed non vnus. ideſt,qa motus cõgregati ex pluribus vno motu iſtorum nõ eſt vnus,ſ.ille qui eſt finitus.&,cum iſte nõ eſt vnus,infinitus nõ erit vnus. & hoc declaratum eſt ex illo,quod dictũ eſt in vno motu,in Quinto iſtius libri. D.d.Sed, cum fuerit vnus,&c.i.ſed, cum poſuerimus vnũ motũ,impoſſibile eſt vt ſit infinitus ꝑter translationem circularem:ex qua non ſequitur impoſſibile: immo declarabitur in Octauo hoc eſſe neceſſarium.

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV. LIBER SEPTIMVS, *cum Auer. Commen.*

SVMMAE LIBRI.

Sũma Prima declarat, oẽ, qđ moueť, habere motorẽ.

Summa Secunda probat, omnia mota in loco reduci ad primũ,quod mouetur,quod à motore,qui eſt in ipſo, mouetur, nec eſſe proceſſum in infinitum in mouentibus, & motis.

Summa Tertia oſtendit primum Mouens ſimul eſſe cum eo,quod ab eo mouetur.


Summa Quarta quærit utrũ omnis motus habeat cum omni motu comparationẽ.

Omne,quod mouetur,neceſſe eſt ab aliquo moueri. ſi * igit in ſeipſo non habet principium motus, manifeſtum eſt ꝙ ab altero moueť. ſi autem in ſeipſo, accipiatur in quo A B, quod moueatur, non ex eo,quia partium huius aliqua moueatur. Primum igitur opinari A B à ſeipſo moueri,propterea ꝙ totum mouetur,& à nullo externorum,ſimile eſt,ac ſi qs ipſo D E mouente ipm E F, &, illo moto opineť D E F à ſe ipſo moueri. ꝓpterea quòd nõ intuetur vtrũ ab vtro moueatur, vtrũ D E ab E F, an E F ab ipſo D E.

* a.l.enim.

Omne motum neceſſario mouetur ab aliquo. ſi autẽ principium motus non fuerit ex ipſo,manifeſtũ eſt ipm moueri ab alio: nam motor eius erit aliud. ſi aũt principium motus huius fuerit ex ipſo, accipiať per ſe, & ſit A B,ita,ꝙ moueať,nõ qa aliquid ex eo mouetur. Dicamus igiť primo, ſi fuerimus imaginati ꝙ A B non mouetur ab aliquo, quia ſm totum moueť,& motus eius nõ eſt ab aliquo extrinſeco,ex quo aliquis eſt opinatus, cum D H mouet H Z, & moueť,ꝙ D Z non mouetur ab aliquo:quod non ſcit quod mouet, & quid mouetur, vtrum Z H mouetur à D H, aut D H à Z H.

Demonſtratio,probans omne,quod mouetur,ab alio moueri,quãuis non appareat ipſum mouens.



1 In hoc tractatu incipit perſcrutari vtrũ omne motum habeat motorem, cũ appareat ſenſui aliquid moueri ex ſe, abſq; eo, ꝙ diſtinguatur motor à moto ſenſu, vt in quatuor elementis. & quidam dicunt ꝙ iſta demonſtratio, quam induxit in hoc tractatu nõ eſt vera, adeo, quòd Gal. fecit in hoc tractatum, in quo nititur declarare corruptionem iſtius demõſtrationis. & quidam expoſitores dicũt quòd illud, quod declarauit in initio iſtius tractatus eſt ſuperfluum, cum hoc ſit declaratum perfectius in Octauo. & nos conſyderabimus bene in hoc. Et dicit Omne motum,&c. ideſt ex hoc, quod dicã. Et, quia rerum motarum alia mouetur ex ſe,& alia mouetur ab extrinſeco, in quibus manifeſtũ eſt ea moueri à motore, dixit ſi autem principium motus, &c. ideſt mota autem, quæ mouentur ab aliquo extrinſeco, non ex ſe, manifeſtum eſt ipſa moueri ab alio. motor enim eorum apparet eſſe aliud, vt motus lapidis à baculo, & baculi à manu. Deiñ.d. ſi autẽ principium motus,&c.i. mota vero, quæ videnť moueri ex ſe, non ex extrinſeco, ſunt illa, de quibus intendimus declarare ipſa moueri à motore alio. ponatur igitur tale motum moueri per ſe, non per partem eius, ideſt moueri ſm totum, non quia pars eius moueret totum. illud enim, quod mouetur ſm totum, quia pars eius mouet totũ, eſt motũ per accidens, vt motus corporis totius animalis per motum caloris naturalis, aut muſculorũ. ² motum enim primũ per ſe in animalibus eſt cor, quod nõ mouetur ſm totũ, quia pars eius mouet

Appet ſẽſui aliqđ moueri ex ſe, abſq; eo, ꝙ diſtiguať motor a moto. Idē 2.phy.c.1.

Qui ſint iſti expoſitores. vide īfra.c.7 & in.8.phy. 11. & 27. & 45. cõm. & 4. cæ.c.25.


2 Motũ primum per ſe in aialibus eſt cor. Idẽ īfra.c.4. & 6 phyſi.49. & 3. de aia. 45. & 2. cæ. 12. oppoſitũ primo de aia. 57. vbi d.ꝙ ſunt pedes. vide cont. Zim.

uet ſe, & mouet totũ. & hoc eſt intelligendũ ex hoc, qđ dixit & moueatur A B, nõ quia aliquid ex eo mouetur. Et dixit hoc, quia illud motum, de quo vult perſcrutari, ſ. ꝙ mouetur per ſe, debet eſſe motum ſm totum, non ſm partem, vt dictum eſt in principio Quinti, ꝙ rei motæ quiddam attribuitur motui, quia pars eius mouetur tantũ, reliquum autem mouetur ab iſta parte. quoniã hoc intellectum fecit Gal. & multos homines errare in intentione huius demonſtrationis: & exiſtimauerunt quòd ex iſtis propoſitionibus propoſitis hic nõ ſequitur illud, quod intendebat concludere. Et, cum induxit genus moti, in quo eſt dubitatio, & determinationem, quæ debet eſſe in moto, de quo vult declarare ipſum habere motorem, & eſt ipſm nõ moueri ſm totum, quia pars eius mouet ſe, & mouet totum cum tale compoſitum eſt ex pluribus vno moto, perſcrutatio aũt eſt hæc de vno moto ſimplici, dixit Dicam? igitur primo, &c. i. dicamus ergo ꝙ exiſtimare hic eſſe aliqua, quæ mouẽt ſe, propter hoc, ꝙ apparet ſenſui, non eſt ſufficiens. nam illa, quæ videntur moueri ſm totum, & ſunt continua, poſſunt diuidi in duas partes, motorem, ſ. & motum. & exiſtimatur ꝙ motor in eis non eſt diſtinctus à moto. v. g. vt ſit motor in illa re D H, & motum H Z, & D Z totũ motum mouetur ex ſe, per quod exiſtimaƭ ꝙ totum mouet ſe, & eſt D Z, cum non ſentitur vtrum vnum eorum moueat reliquum. Et, cum induxit cauſam, qua accidit homini dubitare in qbuſdam motis, & exiſtimare ipſam moueri ex ſe ſine motore, incœpit declarare ꝙ omne motum habet primum motorem.

Amplius id, quod à ſeipſo mouetur, nunquã ceſſabit moueri, ꝓpterea ꝙ aliquid aliud ſtetit, quod mouebatur. Neceſſe eſt ergo, ſi quid deſinat moueri eò, ꝙ aliud aliqd ſtetit, hoc ab altero moueri. hoc autẽ, cum manifeſtum factum ſit, neceſſe eſt omne, quod mouetur, moueri ab aliquo. Quoniam enim acceptum eſt A B moueri, diuiſibile erit. omne enim, quod mouetur, diuiſibile eſt. diuidatur igitur in C. neceſſe eſt igitur, B C qeſcente, quieſcere & A B. ſi enim non, accipiatur moueri. B C igitur quieſcente, mouebitur vtiq; A C. non ergo mouetur per ſe A B. ſed ſupponebatur, per ſeipſum moueri primum. manifeſtum eſt igitur ꝙ C B quieſcente, quieſcet & B A, & tunc deſinet moueri. ſed, ſi quid ex eo, qa aliud quieſcit, ſtat, et ceſſat moueri, hoc ab altero mouetur. manifeſtum eſt igitur quòd omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur. diuiſibile enim eſt omne, quod mouetur: & parte quieſcente, quieſcet totum.

Et dico etiam ꝙ omne, quod non mouetur ab aliquo, nõ ceſſat à motu, ſi aliqd aliud ceſſet. Ergo neceſſe eſt ꝙ omne, quod ceſſat à motu per ceſſationem alterius, moueatur ab alio. quoniam, hoc ſi fuerit manifeſtum, neceſſe erit ꝙ oẽ motum, cum ſit diuiſibile, moueatur ab aliquo. Quoniã, cum videmus A B moueri, neceſſe eſt vt ſit diuiſibile. qm̃ iam declarauimus ꝙ omne motum eſt diuiſibile. diuidatur igitur in C. ergo neceſſe eſt ſi C B quieuit, vt A C quieſcat. ſi igitur nõ quieuerit, moueatur. ergo C B quieſcit, & C A mouetur. ergo A B non mouetur per ſe. ſed poſitum eſt ipſum moueri per ſe. ergo declaratũ eſt quòd, cum C B qeuerit, quieſcet B A etiam à motu. ſed, cum fuerit aliqd, quod quieſcet à motu per quietem alterius, illud mouetur ab illo neceſſario. ergo manifeſtum eſt ꝙ omne motum mouetur ab aliquo. nam omne motum eſt diuiſibile: &, cũ pars quieuerit, totum quieſcet.

Demonſtratio, probans quod omne, quod ceſſat à motu, per ceſſationem alterius, ab alio mouetur.



Quia manifeſtum eſt ꝙ omne, quod non mouetur ab aliquo, non ceſſat per ceſſationem alicuius, quoniã non quieſcit niſi à ſe: &, cum poſuit hãc propoſitionẽ, ſ. dicẽtem ꝙ omne, quod non mouetur ab aliquo, omnino non ceſſat à ſuo motu per ceſſationem alterius: et hoc per ſe, non per accidẽs. & ſiue ceſſatio alterius fuerit per quietem, aut per corruptionem, ſeqtur per conuerſionem per contrapoſitionem quòd omne, quod ceſſat per ceſſationem alterius à motu, moueƭ ab alio. 2 Et hoc intendebat, cum dixit Ergo neceſſe eſt, ſi aliquid ceſſat à ſuo motu, &c. ideſt & ſiue illud, per cuius ceſſationem, aut ꝑ cuius corruptionem ceſſat motum, fuerit ipſe motor, aut aliquid, ex quo ſeqtur qes, aut corruptio motoris. Et, cum poſuit quòd omne, quod quieſcit per quietem alterius eſſentialiter mouetur ab illo: & ſi illud, per cuius quietem quieſcit, non ſit motor, ſed aliquid, ex cuius quiete ſequitur quies motoris, aut eius corruptio: quoniam omne, quòd ceſſat eſſentialiter per ceſſationem alterius, neceſſe eſt vt illud alterum ſit, aut ipſe motor, aut aliqd ex cuius qete ſequitur quies motoris, aut corruptio motoris: ſi autem hoc non fuerit, erit quieſcẽs ab alio per accidens. Deinde d. qm̃, ſi hoc fuerit manifeſtũ, &c. i. &, cum poſitum ſit ꝙ quicquid quieſcit per quietẽ alterius, mouetur ab alio: & eſt declaratum ꝙ omne motum eſt diuiſibile: apparet ex hoc ꝙ omne motum mouetur ab alio. Deinde incœpit narrare modum conſecutionis, & dixit Quoniam, cum videmus A B moueri, &c. i. quoniã, cum poſuerimus primum, & per ſe, i. non per aliquam partem in ipſo, neceſſe eſt vt iſtud primũ ſit diuiſibile. nam declaratum eſt ꝙ omne motum eſt diuiſibile. Deinde, d. diuidatur in C, ideſt &, cum oẽ motum eſt diuiſibile, diuidatur igitur primum motum, quod ponimus in puncto C. neceſſe eſt igiƭ, cũ imaginati fuerimus ex hoc moto ꝙ eſt aliqua pars qeſcens, ver. gra. C B, neceſſe eſt vt totum quieſcat, ſ. A B. i. qm̃, cum pars C B quieuerit, quieſcet pars A C. &, cũ pars quieſcit, neceſſe eſt vt totũ quieſcat. Et, cum poſuit ꝙ neceſſe eſt vt iſtud motũ qeſcat, cum qeuerit

aliqua ps eius, ſcœpit declarare hoc, ducẽdo ad incõue niens, & dixit ſi igiť nõ geuerit, &c. i. ſi igiť tota magni tudo A B nõ geuerit, cũ geuerit pars C B, tunc pars A C mouebiť poſt qetem C B. & ſic illud motũ non erit motũ, primo, et per ſe, ſed erit motũ per illã partẽ, quæ remanſit mota poſt quietem partis quieſcẽtis: ſed poſitum eſt primum motum, & inconueniens eſt. Et, hoc, quod dixit, ꝙ motũ, ex quo quieſcit aliqua pars, & corrumpitur, & reliqua remanet mota, non eſt primum motum, eſt manifeſtum per ſe, cum concedatur hic eſſe primum motum: & eſt manifeſtum per ſe hic eſſe primum motum huiuſmodi. Et iſtam propoſitionem ignorauit Gal. & alij, qui non intellexerunt hanc demõſtrationem, exiſtimauerunt enim ꝙ illud, quod mouetur per ſe, non ſequitur cum aliqua pars eius geuerit, vt totum quieſcat, ſed ſequitur vt remaneat motum per partem; non per totum: quia intellexerunt hic per motum per ſe, illud, quod opponitur moto per accidens, non moto per partẽ eius. Et, quia hoc intellexerunt per motum per ſe, ideo non fuit neceſſe apud eos, cum in hoc moto quieuerit aliqua pars eius, ut reſiduũ quieſcat. & ideo non apparuit eis modus declarationis, quem Ariſt. intendebat in hoc loco. Et neceſſe eſt hic eſſe prima mota, quòd corpora naturalia non diuidũtur in infinitum in eo, quòd ſunt corpora naturalia. ver. g. qm̃ primum motũ in igne eſt minima pars, quæ poteſt eſſe ignis in actu: & ſimiliter primũ motum caloris naturalis animalium eſt etiam minima pars, quæ poteſt mouere illud animal. & manifeſtum eſt in hoc modo motus, quòd, cum fuerit imaginatum ꝙ, cum pars eius quieſcit, totum quieſcit. cum igitur fuerit declaratum quòd, cum pars primi moti quieuerit, ſtatim totum quieſcet: & omne, quod quieſcit à motu per qetem alterius, neceſſario mouetur ab alio: concludiť in prima figura quòd primum motum eſt motum per aliud. &, quia omne motum ex ſe neceſſe eſt, ſi ipſum non fuerit primum motum, vt in eo ſit primum motũ, ſequitur vt omne motum ex ſe habeat motorem, & in hoc erat dubium de elementis. in animalibus vero manifeſtum eſt ꝙ motor differt à moto. Declaratum eſt igitur ex hoc ſermone ꝙ iſta demonſtratio eſt vera, & quod eſt de genere ſignorum certorum: licet non ſit de genere demonſtrationum ſimplicium. Et poteſt quis dicere ꝙ propoſitiones, quæ vſitatæ ſunt in ea, nõ ſunt vſes omni moto ex ſe. cum in corpore cœleſti impoſſibile eſt dicere ꝙ, cum quieuerit pars, qeſcit totum, cũ imaginari hoc ſit impoſſibile. iſta autem demõſtratio fundata eſt ſuper hoc, ꝙ partem qeſcere in omni moto eſt poſſibile, quod eſt impoſſibile in corpore cœleſti: et ſiſr in aĩa, quam Pla. ponit mouere ſe. Ad hoc autẽ dicendũ eſt ꝙ partem quieſcere corporũ, & de qbus demonſtratum eſt, qm̃ impoſſibile eſt ut corrumpantur, aut quieſcant, quodãmodo eſt poſſibile, quodãmodo impoſſibile. eſt enim poſſibile, ſm ꝙ eſt corpus. impoſſibile eſt aũt, ſm quòd eſt aliquod corpus, v. g. neq; leue, neq; graue. &, quia conſyderatio hæc eſt de corpore, ſm ꝙ eſt corpus, cũ motum, ſm quòd eſt motum, eſt corpus, ideo illud, quod poſitũ eſt hic eſt poſſibile. ergo poſſibilitas hæc non dať corpori cœleſti, niſi modo poſſibili. Et ſciendũ eſt ꝙ multa neceſſaria ſequunť per ſe multa poſſibilia: & quòd propter hoc eſt poſſibile in ſignis, vt propoſitiones eorum ſint compoſitæ ex poſſibilibus, & neceſſarijs: ſed tñ neceſſe eſt vt maiores ſint neceſſariæ: quoniã hoc modo cõtingit quòd concluſio ſit neceſſaria, ſicut in hac demonſtratione. et plures demõſtrationes Sexti iſtius libri ſunt huiuſmodi. Sed diſſolutio, ſuper quam ſuſtentãdum eſt in hoc loco eſt, qm̃ propoſitionum ſyllogiſmi inducentis ad inconueniens aliæ ſunt categoricæ, aliæ hypotheticæ,

Digreſſio, in qua oñdiť error Gal. & aliorũ nõ intelligẽtiũ demõſtrationẽ Ariſt.

Corpa nãlia nõ diuiduntur ĩ ĩfinitũ ĩ eo, ꝙ ſũt corpa nãlia. 1dẽ. 6. phyſi. 32. & ibi diffuſe.

Dubium.

Solutiõ.

Corp⁹ cœleſte põt qeſcere, inqñ corp⁹, nõ ſit inquantũ aliqđ corp⁹. vide in ſiñ de velocitate motus. 6. phy. c. 15. & đ regularitate, & diuerſitate motus. 5. phyſi. 45. & đ generatione terræ & non generatiõe. 2. cœli. cõ. 104.

Propõnum ſyllõ ducẽtis

Hypotheticæ autem ſunt duobus modis. eſt enim modus, in quo præcedens eſt poſſibile, aut neceſſarium, ſi conſecutio neceſſaria. verbi gratia, ſi ſol aſcendit, dies eſt. & in hoc ponitur præcedens, & concluditur conſequens, aut deſtruitur oppoſitum conſequentis.[a] Eſt alius modus, in quo præcedẽs eſt impoſſibile. et in hoc ſemper deſtruitur cõſequens, & nunquam ponitur antecedens. ſed talibus propoſitionibus vtuntur in ſyllogiſmo ducente ad incõueniens. Cum igitur dixerimus quòd, ſi corpus cœleſte, ꝙ ſi pars eius quieuerit, totũ quieſcet, neceſſario mouetur ab alio, eſt conſecutio vera: ac ſi diceremus quòd, ſi lapis volat, habet alas: licet lapidem volare ſit impoſſibile: quemadmodum corpus cœleſte impoſſibile eſt vt pars eius quieſcat. ſed, cum poſuerimus cœlum moueri ex ſe, ſequitur neceſſario oppoſitum præcedentis illius continuationis, quod eſt partem quieſcere, ita, quòd totum non quieſcat: ac ſi poneremus aliud, ex quo ſequeretur quòd id, quod volat, nõ habet alas. ver. gra. ſi poneremus ꝙ volatile eſſet retentibile in aere per ſe.

ad ĩcõueniens aliæ ſũt categoricæ aliæ hypotheticæ. Viđ prior. priorũ diffuſe ĩ digreſſione ꝑpria de ſyllis hypotheticis.

a Vide cõſimile. 4. phy. c. 91. & . 8. phy. c. 78.

Summa Secunda. Omnia mota in loco reduci ad primum, quod mouetur, quod à motore, qui eſt in eo, mouetur, nec eſſe proceſſum in infinitum, in mouentibus, & motis.

QVoniam aũt omne, quod mouetur, ab aliquo moueť, neceſſe eſt & oẽ, quod moueť in loco, moueri ab alio. & id igiť, quod mouet, ab altero, quoniam & ipm mouetur, & rurſus hoc ab altero: non aũt in infinitum abibit, ſed ſtabit alicubi, & erit aliquid; quod primo cauſa erit motus.

Et quia motum mouetur ab aliquo, neceſſe eſt vt omne motum in loco moueatur ab alio, & motor mouetur ab aliquo alio. ſed hoc non eſt in infinitum, ſed neceſſe eſt quieſcere apud aliquid. erit igitur aliqđ primum, quod eſt cauſa motus.

Cum declarauit quòd omne motum mouetur ex aliquo, qm̃ de motis, quæ mouentur ex extrinſeco, manifeſtum eſt, & ſunt omnia, quæ mouentur ſm generationem, & corruptionem, & augmẽtum, & alterationem, & quædam, quæ mouentur in trãslatione, & declaratum eſt per hunc ſermonem, ꝙ illa, quæ mouẽtur in translatione nõ ab aliquo extrinſeco, neceſſario mouentur ab alio, ideo vniuerſalitas iſtius propoſitionis vera eſt, & eſt quòd omne tranſmutabile tranſmutatur ab alio, deinde accepit hanc propoſitionem, in declarando quòd omne motum in loco mouetur ab alio: licet hoc ſit declaratum, cum declarauit vniuerſalitatẽ minoris propoſitionis, quam incœpit in hoc ſermone: & dixit Et quia motum, &c. &, quia translatum in loco tranſmutatur: & omne tranſmutatum tranſmutatur ab alio: neceſſe eſt vt omne translatum transferatur ab alio. Sd iſta declaratio, ſicut diximus, eſt Logica: & vtitur ea ad confirmandum. nam propoſitio, dicens quòd omne tranſmutatum tranſmutatur ab aliquo, verificata eſt nobis, quia quædam eſt manifeſta per ſe, & quædam eſt demonſtrata, ſcilicet in tranſlatis. ergo nihil eſt concludere translata, mediante illa propoſitione: ſed, ſicut diximus, vtitur illa ad confirmandum. Et poteſt intelligi ſic. &, quia primum motum in loco ex ſe declaratum eſt quòd non moue-

3

De motis, q mouenť ab extrinſeco. mãifeſtũ ẽ ꝙ mouenť ab altero, & talia ſũt quæ mouenť ſm generationem, et corruptionẽ, & augmẽtũ, & alterationẽ. ſed qđ đ augmẽto, & alteratione cõpoſitorũ, quæ ab ĩtrinſeco mouenť. 2. phy. c. 1. & . 2. de aĩa. c. 50. cõ ſydera.

Pria expõ. Q ꝫ ſit rõ Logica. viđ 1. cœli. c. 70. & . 4. phyſi. 87. & . 8. ph. c. 70.

tur

tur, niſi ab alio, neceſſe eſt vt omne motũ in loco moueaẽ ab alio. at hoc eſt euidẽtius. Et, cum declarauit hanc propoſitionẽ, ſ. ꝙ oẽ translatum in loco mouetur ab alio, ſiue fuerit ĩ illo moto, ſiue extra, dixit & motor mouetur ab alio, &c. i. &, cum oẽ motum in loco mouetur ab alio, ſi illud aliud fuerit extra nec io nõ mouet, niſi moueatur. hoc. n. notũ eſt de corporibus mouentibus alia corpora ſm translationem: & ipſe verificabit hanc propoſitionem poſt. cum igitur motor extrinſecus in loco non mouet, niſi moueatur: & oẽ motum mouetur à motore: neceſſe eſt, ſi motor extrinſecus mouetur etiam à motore extrinſeco, vt hoc non procedat in iſinitum, ſed perueniat motus ad motum, quod mouetur nõ à motore extrinſeco, ſed à motore intrinſeco. Et hoc intẽdebat, cum dixit ſed neceſſe eſt vt ceſſet apud aliquid, &c. i. neceſſe eſt vt perueniat in corporibus, quæ mouent ſe adinuicem in loco, aut mouentur à motore, qui non mouetur per ſe: et iſte neceſſe eſt vt ſit in primo moto, non extra illud. aut intendit ꝙ neceſſe eſt vt hoc perueniat ad aliquod motum ex ſe. i. per ꝓncipium in eo, non ex extrinſeco: q̃m vtrũq; iſtorum ſequitur ex demonſtratione dicenda.

Si, n. non, ſed in infinitum procedat, ſit A quidem id, quod ab ipſo B mouetur, B vero ab ipſo C, C autem ab ipſo D, atq; hoc igitur modo in infinitum procedat. q̃m ergo ſimul & ipſum mouens moueẽ, manifeſtum eſt, ꝙ ſimul mouebitur et A, et B. cum. n. mouetur ipſum B, mouebitur & A, & cum moueẽ B, & ipſum C, & cum C, ipſum D. erit igitur ſimul & motus ipſius A, & ipſius B, & ipſius C, & reliquorum cuiuſq;. & accipere igitur vnumquodq; ipſorum poterimus. etenim, ſi vnũquodq; ab vnoquoq; mouetur, non minus vnus numero eſt cuiuſq; motus, & non infinitus extremis. quoniam quod mouetur omne ex quodam in quiddam mouetur.

Si igiẽ non ſit ita, ſed hoc, quod poſuimus, procedit in infinitum, moueatur A ex B, & B ex C, & C ex D, & ſic in infinitum. &, quia inſimul moueẽ motum cum motore, manifeſtum eſt ꝙ inſimul mouebunẽ A, & B. qñ. n. B moueẽ, A moueẽ, &, qñ B moueẽ, C mouetur, &, qñ moueẽ C, D mouetur, et ſic motus A, & B, & cæterorum erunt inſimul. poſſumus. n. accipere vnumquemq; iſtorum motuum: ſi vnũquodq; eorum moueẽ ab vnoquoq;, hoc non nocet in hoc, ꝙ motus vniuſcuiuſque eorum ſit vnus in numero, & non ſit infinitus apud vltima. nam omne motum ab aliquo, & ad aliquid mouetur.

4 Ideſt, ponamus igitur mota mouentia ſe adinuicem ex extrinſeco, & procedat hoc in infinitum. v. g. A moueri ex B, et B moueri ex C, cum ſit impoſſibile mouere A, niſi moueatur & C etiã ex D, cum impoſſe eſt C, mouere D, niſi moueaẽ, ſm ꝙ eſt motor extrinſecus, ſ. corpus, & ponamus hoc procedere in infinitum. Et, cum poſuit illud, quod nititur deſtruere, incœpit ponere veras propoſitiones, quæ cum coniungantur huic poſito, ſequitur impoſſe. & dixit &, quia inſimul, &c. i. &, qa notum eſt per ſe, ꝙ oẽ corpus, quod mouet aliud corpus, non mouet ipſum, niſi moueaẽ cum eo in tempore, in quo mouet ipſum, manifeſtũ eſt ꝙ inſimul mouebuntur A, & B, & B, & C, & C, & D. & ſic motus A, & B, & C, & D olum erunt inſiuml. Et notandũ eſt, ꝙ hoc ſequiẽ ĩ motu, nõ in qete, ſ. q̃m neceſſe eſt vt oĩa moueantur inſimul in eodẽ tempore, ſi vnũ eorum moueẽ, & non ſequiẽ, ſi vnum eoꝝ quieſcat, ꝙ oĩa qeſcant ſimul. primũ. n. motum põt quieſcere, & vltimũ remanebit in motu. Et qa Gal. opinatus eſt ꝙ in talibus motoribus, & motis ſequitur vt quieſcãt inſimul, & cor, vt dixit, cum extrahitur ab aĩali, fortaſſe moueẽ per duos paſſus, dixit ꝙ cor non eſt primum principiũ mouens aĩal in loco: & quia aĩal non mouetur, poſtq̃ caput abſcinditur, dixit ꝙ principiũ motus eſt caput. Ego aũt vidi arietem, poſtq̃ caput fuit abſciſſum, ambulare huc, & illuc multotiens. D. d. poſſumus. n. accipere, &c. i. & iſta mota, quæ poſuimus infinita ſunt mota inſimul, & mouentia ſe adinuicem. q̃m, & ſi poſita ſint infinita, tñ poſſibile eſt accipere vnumquodq; eoꝝ: q̃m in vnoquoq; eoꝝ inueniũtur ea, quæ ſunt neceſſaria in hoc, ꝙ motus ſit vnus numero, & hoc, per quod poſuimus ea moueri à ſeinuicem in infinitum, nõ prohibet vt motus vniuſcuiuſq; eorũ ſit vnus numero, & finitus in ſe: & ſi ponanẽ infinita in numero, nam vnumquodq; eoꝝ incipit moueri ab aliquo, & ꝑuenit ad aliquid. Et dixit hoc, quia, cum declaratum ſit q̃m motus rectus infinitus non eſt, ideo aliquis põt dicere ei, ꝙ te ponere talia mota eſt ponere motum rectum in infinitũ. & quaſi d. rñdendo ꝙ hoc non eſt verum. q̃m oĩs motus iſtoꝝ eſt vnus numero, & finitus. & non indiget in hac demonſtratione accipere vnum iſtoꝝ motuum, ſ. ponere ipſum eſſe, & tunc concludere. Et, cũ narrauit ꝙ vnuſquiſq; iſtorum eſt vnus numero, fecit mentionẽ de illo, quod declaratũ eſt in Quinto de vno motu, & ſm quot modos dicitur ꝙ motus eſt vnus.

Notũ eſt per ſe, ꝙ oẽ corpꝰ, quod mouet aliud corpꝰ, ñ mouet ipſm, niſi moueatur cũ eo ĩ tpe, in quo mouet ipſm. & hoc ẽ verũ ĩ motu, ñ in quiete.

Cor ẽ primũ motũ in aĩalibus, lʒ Galenus neget illud. Vide ſupra. cõ. 1.

Aut. n. numero accidit eũdem eſſe motũ, aut gñe, aut ſpẽ. Numero igitur dico eũdem motum, q ex eodem in idẽ numero ĩ eodem tpe numero ſit. vt ex hoc albo, quod eſt vnũ numero, in hoc nigrum ſm hoc tẽpus, quod eſt vnũ numero. ſi. n. ſm aliud, non amplius vnus erit numero, ſed ſpẽ. Genere aũt idem eſt motus, q in eodẽ ꝑdicamento ſubſtantiæ, vel alterius gñis eſt. Spẽ aũt, q eſt ex eodem ſpẽ in idẽ ſpẽ. vt ex albo in nigrũ, aut ex bono in malũ. hæc aũt dicta ſunt & ĩ priorbus.

Motus. n. eſt idẽ aut in numero, aut in genere, aut in ſpẽ. in Numero aũt dico eundem motum illum, qui eſt de eodem in idẽ vnum in numero, & in tpe eodem. v. g. de hoc albo, quod eſt vnũ in numero ad hoc nigrum, quod eſt in vno tpe idẽ numero. nã, ſi fuerit in tpe poſt tẽpus, tũc non erit vnus in numero, ſed in ſpẽ. in Gñe vero motus eſt idẽ, cum fuerit in vno ꝑdicamento, aut ſubſtantię, aut alicuius gñis. in Specie vero eſt ille, q eſt de aliquo in aliquod idem. v. g. de vna albedine in eandem nigredinẽ, & de malo in bonum. & iam determinauimus hoc ſuperius.

5 Hoc totum declaratũ eſt in Qũto: ſed iterauit illud hic ad rememorandum. & abbreuiatio eius eſt, ꝙ motus, aut eſt vnus numero, aut ſpẽ, aut gñe. In hoc autẽ, ꝙ motus ſit vnus numero, tria exigũtur, ſ. vt ſit vnius

Vide ꝓ hoc 5. Phy. t. cõ. 34. & 41.

moti


moti numero,& in vno tpe numero,& de vno numero in vnũ numero. Et motus vnus in ſpẽ eſt ille, q eſt de vno in ſpẽ in vnum ſpẽ. vt motus, qui ſunt in coloribus,& tranſlatione. Et qui eſt vnus genere eſt ille, q eſt de vno genere in vnum genere. vt motus, qui ſunt in prædicamento ſubſtantiæ, aut quantitatis,& vbi.

Accipiatur igitur motus ipſius A,& ſit in quo E,et ipſius B,in quo F,& ipſius C,et D, in quo G,& H.& tempus, in quo moueatur A,ſit K. determinato aũt motu ipſius A,determinatũ erit & tempus,& non infinitum, quod eſt K:ſed in eodem tẽpore mouebatur A,& B,& reliquorum vnũquodq;: accidit ergo motum E F G H,infinitum exñtem,in tẽpore finito moueri,quod eſt K. in quo. n. A mouebatur,& quæ poſt A conſequenter ſunt,omnia mouebant infinita exñtia.quare in eodẽ mouenẽ. etenim,aut ęqualis erit motus ipſius A motui ipſius B,aut maior.refert aũt nihil.prorſus.n.infinito motui in tpe finito accidit moueri.hoc aũt impoſſibile eſt.

Accipiaẽ igiẽ motus A,& ſit H,& motus B,& ſit Z,& motus C,et motus D ſit Q,& T,& tempus,in quo mouetur A,ſit G. ſi igitur motus A fuerit terminatus,et tempus etiam erit terminatum,nõ ęternum,ſ. G:ſed declaratum eſt ꝙ in eodem tẽpore mouetur A,& B,& vnumquodq; cęterorum: ex quo ſequitur vt motus H Z Q T,& eſt infinitus, ſit in tpe terminato,ſ. in G.nam in tempore, in quo mouetur A, in eo mouentur omnia, quæ ſequuntur A,& ſunt infinita. & ſic omnia mouebunẽ in hoc eodem tempore. nam motus eorũ omnium,aut erit æqualis motui A,aut maior.& non eſt dr̃ia in hoc.nã,quõcunq; fuerit,ſequitur vt motus infinitus ſit tempore finito.quod eſt impoſſibile.

Demonſtratio,oſtendens per deductionem ad impoſſibile ꝙ non proceditur in infinitum in mouentibus,& motis,ſ. quia infinitum moueretur in finito tempore.

Figura hæc deſeruit etiam textui octano.



6 Cum poſuit ꝙ primum notum eſt ꝙ duo mota,& mouentia,quę ſunt hmõi inſimul,mouenẽ,et ꝙ motus cuiuslibet eoꝝ eſt vnus in numero,& finitus,licet cõgregatum ſit infinitũ,vult declarare ꝙ ex hoc ſequitur vt motus infinitus ſit in tpe finito,& incœpit ponere exemplar mobilium,q̃ ſunt hmõi,& motuum,et dixit Accipiatur igiẽ,&c.i.&,quia iam poſuimus ꝙ primũ motum iſtoꝝ eſt A,& ſecundum eſt B,& tertium C,& quartum D,& ſic in infinitum, ponatur igiẽ ꝙ motus A ſit H,& motus B ſit Z,& motus C ſit Q,& motus D ſit T,& ſic in infinitum: cum poſſe ſit nobis accipere vnum quęq; iſtorum motuum. D.d. & tempus, in quo mouetur A,ſit G.i.& ponatur ꝙ tẽpus, in quo mouetur A,quod eſt primum motum ſit tempus terminatum,cum motus A,ſit motus terminatus. v. grã G.&,cum poſuit hoc,dixit ſed declaratũ eſt ꝙ in eodẽ tẽpore,&c.i.ex quo ſequitur vt motus infinitus, ſ. motus H Z Q T,& cæterorum in infinitum ſint in tẽpore finito,ſ.in tempore G,in quo motum eſt primũ motum,ſ. A. Deinde expreſſit modum conſecutionis,et dixit ſed declaratum eſt quòd in eodem tempore,&c. ideſt & neceſſe eſt, cum iſta mota ſint ĩfinita, cũ vnum eorum moueatur,v.g.poſtremum in tempore terminato,vt motus infinitus ſit in tempore finito.quia iam poſuimus ꝙ in eodem tempore,ĩ quo poſuimus vnum eorum moueri,in eo mouebunẽ omnia cum eo. ex quo ſequitur vt motus infiniti ſint in tempore finito. Et dixit nã motus eoꝝ omnium,aut erit æqualis motui A, aut maior,&c.i.& hoc ſequiẽ ponẽdo ꝙ motus vniuſcuiuslibet eorum eſt maior motu A primũ,aut æqualis ei,aut minor,ſed,quia impoſſe eſt vt motus moti ſit minor motu motoris,quo mouetur,& poteſt eſſe maior,dixit nam motus eorum motuum,&c. Nos autem diximus ꝙ non eſt dr̃ia in hoc ſiue ponatur maior, aut minor:licet non poſſit minor poni.& hoc neceſſe eſt,ſi conceſſerimus ꝙ omnis motus eſt diuiſibilis. Et, quia illud,quod ſequiẽ ex hoc ſermone,eſt ꝙ motus infiniti ſunt in tpe finito,non motus infinitus in tempore finito,quod declaratum eſt eẽ impoſſibile in Sexto,dixit.

Sic igiẽ videbitur demõſtrari id, quod ab initio diximus:non tamen demonſtraẽ,propterea ꝙ nullum inconueniens accidit. contingit enim in tempore finito infinitum motum eſſe,non autem eundem,ſed alterum,& alterum,multis motis,& infinitis.quod quidem accidit & in iſs,quæ nunc diximus.

Secundum igitur hunc modum exiſtimaẽ ꝙ illud, quod intendebatur ex principio, declaratum eſt.ſed non eſt declaratum, q̃m ex dictis non ſequiẽ improbabile.poſſe.n.eſt vt in tpe finito ſint motus infiniti, ita, ꝙ non ſit vnus motus,ſed motus præter alium,cũ fuerint multa,quę mouentur,& infinita. & hoc accidit in iſtis motis,in quibus loquemur.

Quia ex hoc ſermone ſequitur vt motus infiniti ſint inſimul in tempore finito,non vt motus infinitus ſit in tempore finito,& eſt illud,quod declaratum eſt eẽ impoſſibile in Sexto,dixit Secũdum igitur hunc modum exiſtimatur,&c.i.ſm igitur hunc ſermonem prædictũ exiſtimatur ꝙ illud,quod intendebatur declarari, q̃m impoſſibile eſt vt iſta mota procedant in ĩfinitum, declaratum eſt.ſed,cum hoc fuerit bene conſyderatũ,apparebit ꝙ non declaratum eſt.nam ex hoc ſyllogiſmo, quem induxit,non ſequitur impoſſibile in rei veritate, ſed impoſſe,vt vr̃. Et hoc intendebat,cum dixit q̃m ex hoc non ſequitur improbabile,i.impoſſibile. Deinde 7

demonſtrauit

demonſtrauit ꝙ illud, quod concluditur ex hoc ſyllogiſmo inducente ad inconueniens eſt poſſibile, non impoſſibile, et dixit poſſe.n.eſt vt in tempore finito, &c.i. poſſibile.n.eſt vt in tempore finito ſint motus infiniti inſimul, ita, ꝙ congregatum ex eis non ſit vnus motus, ſed vnuſquiſq; eorum differat à reliquo, ita, ꝙ ſint multa infinita, quorum vnum, quod moueatur ꝑ ſe ſingulariter, & omnia moueantur in tempore ęquali. hoc enim poſſibile eſt, & eſt illud, quod cōcluſit iſte ſermo prædictus, non impoſſibile, vt videbatur. D.d. & hoc accidit, &c.i. vt vnūquodq; eorum, ſ. infinitorum poſitorum moueatur motu proprio, & omnia īſimul. quod eſt poſſibile, non īpoſſibile, vt videt̃ in primo aſpectu.

Sed, ſi id, quod mouetur primo ſecundum locum, & corporali motu, neceſſe eſt tangere, aut continuum eſſe mouenti, vt videmus in omnibus hoc contingere, erit ex omnibus vnum ipſum totum, aut continuū. Hoc igitur poſſibile accipiatur, & ſit magnitudo quidē, aut cōtinuū, in quo A B C D. huius autem motus E F G H. refert aūt nihil finita ſit, an infinita. ſimiliter enim in tempore finito K mouebitur, aut finita, aut infinita. horum autem vtrūq; impoſſibile eſt.

Sed, ſi motor primo motu corporali eſt, neceſſe eſt vt contiguetur cū moto, aut continuetur cum eo, quemadmodum hoc videt̃ contingere in omnibus, ergo neceſſe eſt vt congregatum ex oībus iſtis ſit vnum, & cōtinuum. Accipiatur igitur quodcūq; ſit poſſibile, & ſit vna magnitudo continua A B C D, & motus eius H Z Q T. & nō eſt dr̃ia inter hoc, ꝙ ſit finitus, aut infinitus. eſt.n. in tp̃e finito, ſ. G, eodem mō, ſiue fuerit finitus, aut infinitus. quod eſt impoſſe vtroq; modo.

8 Nititur addere in ſermone illud, ex quo ſequitur impoſſibile in illo ſyllogiſmo inducente ad inconueniēs: & eſt quia iſtę magnitudines ſunt vna magnitudo, aut ſm vnam cōtinuationem, aut ſm contiguationē, oam, cum fuerit vna magnitudo, habebunt vnum motum. qm̄, cum fuerit poſitum ꝙ iſta magnitudo congregata ex eis eſt infinita, tunc motus erit infinitus. &, cum fuerit poſitum ꝙ vnum eorū mouet̃ in tempore terminato, & oīa mouent̃ inſimul, poſſe eſt vt moueantur in illo tempore terminato, ſ. finito per magnitudinem infinitam. &, quia magnitudo infinita debet moueri motu infinito, neceſſe eſt ex hoc vt motus infinitus ſit in tempore finito. quod eſt cōtra illud, quod declaratum eſt in Sexto. D.d. Sed, ſi motor primo, &c.i. ſed, ſi illud, quod primo mouet poſtremum motum, ſ. A, fuerit corpus, neceſſe eſt vt iſte motor, cū mouet, aut contingat poſtremum motum, ſ. B, ſicut videmus hoc in corporibus diſcretis, q̄ mouent ſe adinuicem in loco, ſ. qm̄ non mouent ſe adinuicem, niſi cum continguntur, aut iſte motor ſit cōtinuum cum moto, ſicut videmus hoc in membris animalium. v.g. vt chordæ, quæ mouent manum, & muſculi, qui mouent chordas. D.d. ſicut videmus contingere in omnibus.i. & hoc, quod diximus de motore propinquo primo cum poſtremo moto eſt conſequens, & contingens eis, ſicut eſt cōtingens omnibus, ſcilicet ſm ꝙ poſuimus ea eſſe corpora infinita, quæ mouent ſe adinuicem. D.d. ergo neceſſe eſt vt congregatum ex iſtis, &c. ideſt &, cum ſequitur in iſtis omnibus corporibus, quę mouēt ſe adinuicem, vt ſint in tempore motus, aut contigua, aut continua, neceſſe eſt vt illud, quod congregatur ex iſtis in tempore motus, ſit vna magnitudo, aut ſecundum contiguationem, aut ſecundum continuationem. D.d. Accipiatur igitur.i. ponatur igitur vtrumlibet iſtorum ſit poſſibile, cum illud, quod ſequit̃ ex vtrolibet ſit illud, ſ. ꝙ iſta corpora mota, & mouentia ſint vnum ſecundū contiguationem, aut continuationem, & ꝙ motus eorum eſt vnus eodem modo. D.d. & ſit vna magnitudo, etc. ideſt ponatur igitur magnitudo congregata ex iſtis, aut vna ſecundum contiguationem, aut ſecūdum continuationem, vt ſit magnitudo, quæ congregat̃ ex magnitudībus A B C D, quorū motus eſt H Z Q T. Deinde d. & non eſt differentia, &c.i. &, cum poſuerimus ꝙ iſtæ magnitudines ſunt tales, et mouetur vnū eorum, v.g. poſtremum in tempore G, neceſſe eſt vt omnia moueātur inſimul, quaſi vna magnitudo in hoc poſito tempore finito. Et, ſiue poſuerimus ꝙ iſtæ magnitudines ſint finitæ aut infinitæ, conſecutio eadem erit.i. ſed, cum poſuerimus ipſas eſſe infinitas, cōtinget impoſſibile. & eſt vt vnus motus infinitus ſit in tempore finito. Deinde dicit quod eſt impoſſibile vtroq; modo, ſcilicet ſiue fuerit vnum ſecūdum continuationem, aut ſecundum contiguationem.

Manifeſtum eſt igitur ꝙ ſtabit aliquādo, & non in infinitum abibit quod ſemper ab altero, ſed erit aliquid, quod primum mouebitur. Nihil autem referat, ſuppoſito quodā, hoc demonſtrari. eo.n. quod eſſe poteſt, poſito, nullum inconueniens oportebat accidere. Primum autem mouens, non vt id, cuius cauſa, ſed vnde principium motus eſt, ſimul cum eo eſt, quod mouetur. Simul autem dico, quia nihil inter ipſa eſt. hoc.n. commune eſt in omni, quod mouetur, & quod mouet.

Eo, quod eſt pōt, poſito, nullū inconueniēs oportebat accidere.

Manifeſtum eſt igitur ꝙ generatio ceſſabit in aliqua hora, & non durabit in infinitū, ſed erit hic aliquod primum, quod mouetur. Et non accidit huic demōſtrationi diminutio, quia non ſequitur, niſi à poſitione eius, quod ponitur, poſitum.n. ſi ſit poſſibile, nō debet ſequi ex eo aliquod improbabile. Et primum motum non eſt tale, quia eſt illud, propter quod, ſed illud, quod eſt primus motor, ſm quod ex eo eſt principiū motus, eſt ei locus ex loco eius, quod mouet̃ ab eo. Et dico ex loco.i. quod eſt inter ea non eſt medium. hoc.n. cōe eſt omni moto, & motori.

9 Cum declarauit ꝙ impoſſe eſt vt mota, & mouentia ſint hmōi, & ꝙ neceſſe eſt ea peruenire ad primū motū, quod non mouet̃ ab aliquo extrinſeco, ſed ex ſe, declarauit hoc, & dixit Manifeſtum eſt igit̃ ꝙ motus ab alio quieſcet in aliqua hora, &c.i. manifeſtū eſt igit̃ ex hoc ꝙ motus, q ſentitur hic in iſtis corpibus, q̄ mouentur à ſeinuicē, & non ſentit̃ primum motū ex eis, neceſſe quieſcet apud primū motum ex ſe, quod nō indiget motore alio ex ſe. D.d. Et nō accidit huic demrātioni diminutio, &c.i. et nō accidit iſti demrātioni diminutio. qm̄ impoſſe non ſequit̃ in ea, niſi ex oppoſito quæſiti. licet poſitiones veræ cōiunctæ oppoſito q̄ſiti non ſint neceſſarię, ſed poſſes. nam, ſi oppoſitum q̄ſiti eēt poſſe, & ppōnes coniunctę eſſent poſſes, tunc nullū accideret

ret impoſſe.impoſſe.n.non accidit ex poſſibili.& intendit hic ꝑ improbabile impoſſe. D.d. Et ꝙ primũ motum,&c.& ita inueniť in exemplari. & intendit ſic. & ſi ſit non accidet huic declarationi diminutio, qm̃ motor,ad quẽ induxit eſt primus,ſm illud, ex quo eſt motus,non primũ,ad quod eſt motus, & eſt fere manifeſtum ꝑ ſe.& non cõtingit vt ſit in loco ex primo moto ex eo,ſicut contingit in eo,ſm ꝙ mouet motum ex eo, q̃ſi agens.& ſignũ eius ẽ hoc,quod dixit poſt,ſed illud, quod eſt primus motor,ſm ꝙ ex eo,&c. Et forte hic eſt error ſcriptoris,q debebat ponere, loco huius nois motũ,hoc nomen motor.& tũc intẽtio erit talis. & ꝙ primus motor,ad quẽ induxit ſermonẽ ipſum eſſe non motũ,non eſt motor ſm finẽ. Et tunc intentio iſtius ſermonis eſt notificare ꝙ ex hoc ſermone nõ declaratur, vtrũ iſte primus motor ſit motor,quaſi agens, & finis inſimul,aut motor ſm finẽ ſit aliud à motore in eo ſm agens. Et dixit hoc, quia iſta nondũ ſunt declarata de hoc primo motore,& ipſe declarabit ea in Octauo.hic aũt intẽdit declarare hoc eſſe primũ motũ, & primum motorẽ.vñ in pricipio Octaui ponit ꝙ hic eſt primus motus,et primũ motũ:et ꝑſcrutabiť de hoc motu, vtrũ ſit æternus,aut gñatus. Et ideo q dicit ꝙ iſta declaratio eſt ſupflua,nã illa,quę eſt in Octauo ſufficit, vt fecit Themiſtius,peccat.intẽtiones.n.diuerſæ ſunt. Hoc.n. quod declaratũ eſt hic ꝓponiť ei, quod declaratũ eſt illic,ſ.motũ æternũ eſſe:& illud,quod dictũ eſt in Octauo,eſt q̃ũo eſt diſpõ in ꝓmo motore. Et ideo ꝓceſſit in æternitate motus ꝑ duas vias:quarũ Prima eſt ex ꝓmo moto:& Secunda ex conſyderatione de natura corũ, q mouenť ex ſe,& eſt magis ꝓpria. D.d.ſed illud,quod eſt primus motor.i.& nõ intelligo hic ꝑ primũ motorem,niſi illud,quod dr̃ primo:q̃a locus eius, ex quo eſt prim^m ſui motus,eſt locus eius,quod mouetur ex eo.& hoc manifeſtũ eſt ĩ moto ex ſe,ſ.qñ locus eius, ex quo incipit motus,eſt locus moti.& accidit hoc,q̃a iſte motor nõ eſt corpus,ſed forma in corpore. Cũ igitur attribuať loco,non attribuiť,niſi loco eius, quod moueť ex eo.& ideo dixit Et dico locũ,&c.i.& dico ꝙ locus eorum eſt idẽ.i.quia inter illa non eſt mediũ,qm̃, cũ inter motorẽ,et motũ non fuerit aliud motũ,tunc locus eorũ erit vnus nečio. D. d. hoc.n. cõe eſt. i. vt mihi vr̃, ꝙ ois motor,& motũ,inter q̃ non eſt mediũ, ſunt cõia,ſ. in hoc,ꝙ locus eorũ eſt vnus.et,ſi primus motor nõ eſt corpus,non eſt in loco: ſed,cũ attribuiť loco,non attribuiť,niſi loco moti.non.n.eſt in loco, niſi q̃a motũ ex eo eſt in loco,cũ ſit forma in moto.et hoc erit,ſi intellexerimus hic ꝑ primum motũ,potentiã, q̃ eſt in poſtremo moto. ſed, ſi intellexerimus ipſum primum motũ, tunc primus motor,& motum ex eo ſine medio erunt in loco:quia ſunt inſimul in eodem loco,illa enim, quæ ſunt inſimul in loco,attribuuntur eidem loco.

Pria expõ.

Sc̃da expõ.

Inuehit contra Themiſtium.

Quõ demõſtratio Septimi differat a demõſtratione Octaui. vide & in.4.Cœ. c.24.

Summa Tertia. Primum Mouens ſimul eſſe cum eo, quod ab eo mouetur. Incipit autem propriè in textu ſuperiori, ibi. Primũ autẽ.

Motus triplex.

QVoniam autẽ tres ſunt motus, & is,qui ſecũdum locum, & qui ſm quale,& qui ſm quantũ,neceſſe eſt & ea,quæ moueni, tria eſſe. qui quidẽ eſt ſm locũ, Latio,qui vero ſm quale, Alteratio, q vero ſm quantum, Augmentatio,& Diminutio. Primũ igitur de latiõe dicamus: hæc.n.primus motuũ eſt. Oẽ itaq;,quod fertur, aut ipſum à ſeipſo moueť, aut ab altero. Si igiť à ſeipſo, manifeſtum eſt ꝙ,cum in ipſo mouens ſit,ſimul erit mouens, & quod mouetur, atq; nihil inter ipſa erit. Quod autem ab alio mouetur,quadrifariam mouetur. motus.n. ab altero quatuor ſunt, Pulſio, Tractio, Vectio, Vertigo. etenim alios oẽs ad hos reduci congruum eſt. Pulſionis igitur alia quidẽ eſt impulſio,alia vero expulſio. Impulſio igiť eſt, cũ mouens,id,quod mouetur, nõ relinquit. Expulſio vero, qñ expellens relinquit. Vectio autem ĩ tribus erit motibus. nam quod vehitur nõ ſm ſe mouetur,ſed ſm accidens. ex eo.n.mouetur,quia ĩ eo, quod mouetur, eſt,aut ſupra id,quod mouetur. id aũt,quod vehit,mouetur aut pulſum,aut tractum, aut vertigine actũ.manifeſtum eſt igiť ꝙ vectio in tribus erit motibus. Tractio aũt, aut cum ad ſeipſum, aut ad alterum velocior eſt motus trahẽtis, nõ ſeparatus à motu eius, quod trahitur.etenim ad ſeipſum eſt tractio, & ad alterum. Et reliquæ etiam tractiones eędem ſpecie ad has reducẽtur, vt Inſpiratio, & Expiratio, & Sputatio, & quæcunq; corporum excretiuę,aut receptiuæ ſunt,et †{Spathatio etiam,et Radiatio.} horũ.n.aliud quidẽ cõgregatio eſt, aliud vero diſgregatio: & omnis itaq; motus ſm locum cõgregatio, & diſgregatio eſt. Vertigo autem cõponitur ex tractione,& pulſione.id.n.quod mouet,pellit hoc,trahit aũt illud. Manifeſtum igitur eſt ꝙ,ſi ſimul pellens,& trahens eſt cũ eo, quod pellitur,& eo,quod trahitur, nihil eſt mediũ inter id,quod mouet, & id, quod mouetur. Hoc autem manifeſtum eſt †{ex dictis.} nã pulſio aut à ſeipſo, aut ab alio ad aliud motus eſt: Tractio autem ab alio ad ſeipſum, aut ad aliud. Ad hæc aũt Compulſio, & Depulſio. Proiectio autem, qñ velocior motus ſit eo, q eſt ſm naturam eius,quod ferť,vehementiore facta pulſione,& eouſq; facta accidit ferri,quouſq; vehemẽtior ſit motus eius, quod ferť. Manifeſtũ eſt igiť ꝙ id,quod moueť, & mouens ſil' ſunt, & nihil inter ipſa mediũ eſt.

Latio prim9 eſt motuum.

Motus ab alio quadruplex.

† Lr̃a Bizã tij nõ habet (ſpathatio & & radiatio.)

† a. l. & ex definitionibus.

Quoniam ab hoc textu.10.uſq; ad.21 lectio Simplicij diuerſa ab ea eſt,quæ communiter legitur,ideo, ne quid huic operi deeſſe uideretur, ẽt Simplicij lectionem hic annotare congruum eſſe cenſuimus.

Omne itaq;,quod fertur, aut à ſeipſo mouetur,aut ab alio. Quæcunq; igitur à ſeipſis mouentur,manifeſtũ in his quod ſimul ſunt, id,quod moueť,et mouens.ineſt.n.ipſis primum mouens:quare nihil eſt intermedium. Quæcunq; vero ab alio mouentur, quadrifariam neceſſe eſt fieri,quatuor.n.ſpecies la-

Tex. Simplicij.

tionis

tionis ab alio, Tractio, Pulſio, Vectio, Vertigo. oẽs. n. ſm locum motus in hos reducuntur. Impulſio. n. pulſio quædam eſt, cum mouens ab ipſo inſequens pellat. Expulſio vero, cum id, quod mouerit, non inſequat̃. Proiectio vero, qñ vehementiorem fecerit, qui ab ipſo, motum ſecundũ naturam latione, & vſq; ad tantum ferat, quoad motus vicerit. rurſus Depulſio, & Compulſio expulſio, & tractio ſunt. Depulſio. n. expulſio eſt. vel. n. ab ipſo, vel ab alio eſt expulſio. Compulſio vero tractio, etenim ad ipſum, & ad aliũ tractio. quare & quęcunq; harum ſpẽs, vt Spathatio, & Radiatio: illa. n. compulſio, hæc vero depulſio. Siſr aũt & aliæ congregationes, & diſgregationes. omnes. n. erunt depulſiones, aut compulſiones: præterq̃ quæcunque ſunt in generatione, ac corruptione. Simul autem manifeſtum φ neq; eſt aliud quid genus motus q̃ cõgregatio, & diſgregatio. omnes. n. diſtribuuntur in harum aliquas. Amplius autem Inſpiratio quidem tractio, Expiratio vero pulſio ſunt. Siſr autem et Sputatio, & quicũq; alij per corpus vel excretiui, vel receptiui motus. hi. n. tractiones, illi vero expulſiones. Oportet autem & alios, qui ſecundum locum, reducere. omnes. n. cadũt in hos quatuor. Horum autẽ rurſus vectio, atq; vertigo in tractionem, pulſioneq;. Vectio. n. ſm aliquem trium eſt modorũ. quod enim vehitur per accidens moueẽ, qm̃ in eo eſt, quod mouetur, aut in eius, quod moueẽ aliquo. pellẽs vero vehit aut quod trahitur, aut quod pellitur, aut quod vertigine ducit̃. quare cõis eſt omnium vectio. Vertigo vero ex tractione, pulſioneq; componitur. neceſſe. n. quod in vertiginem mouet, illud q̃dem trahere, hoc autem pellere: hoc. n. ab ipſo, illud autẽ ad ipſum ducit. quare, ſi pellens, & trahens ſimul ſunt cum eo, quod pellitur, & eo, quod trahitur, manifeſtum quod eius, quod ſm locum mouetur, et eius, quod mouet, nihil eſt medium. Sed hoc quidem & ex definitionibus manifeſtum. Pulſio. n. eſt aut ab ipſo, aut ab alio ad aliud motus. Tractio vero aut ab alio ad ipſum, aut ad alium, cum velocior trahentis motus fuerit, cõtinua abinuicem ſeparans. ſic. n. ſimul attrahitur alterum. Fortaſſis autem videbitur vtiq; aliqua eſſe et alio modo tractio. lignum. n. ignẽ trahit nõ hoc modo. hoc autem nihil differt eo, quod moueẽ, trahente, vel manẽte trahere. aliquãdo. n. trahit vbi eſt, aliquãdo vero vbi erat. impoſſibile autem vel ab ipſo ad aliud, vel ab alio ad ipſum mouere, non tangens. quare manifeſtum eſt quod eius, quod mouetur, & mouentis nullum eſt medium.

Et, cum motus ſunt tres, ſ. in loco, in qualitate, in quantitate, neceſſe eſt etiam vt mota ſint tria. motus igitur in loco eſt Trãslatio, & in qualitate eſt Alteratio, & in quantitate eſt Augmentũ, & Diminutio. Et primo loquemur de trãslatione: eſt. n. primus motuũ. Dicamus ergo φ oẽ translatũ aut ipſum moueẽ ex ſe, aut ex alio. Si igiẽ ex ſe moueẽ, manifeſtũ eſt, cũ motor eius ſit in eo, φ motor, et motũ erunt in eo ſiſr, & inter illa nõ erit medium omnino. Motus autẽ eorum, quæ mouentur ex alio, eſt quatuor modis, Attractio, & Expulſio, et Latio, et Volutio. alij. n. motus reducuntur ad iſtos. De expulſione vero eſt ductio, & ex eo eſt eiectio. Ductio vero eſt, qñ motor non ſeparat̃ à moto. Eiectio vero qñ eijciens ſeparatur. Latio uero eſt in tribus motibus. & latum nõ eſt per ſe, ſed mouetur, quia eſt in moto, aut ſuper motum. deferens uero mouetur aut expulſiue, aut attractiue, aut circulariter. manifeſtũ eſt igiẽ φ latio eſt in tribus motibus. Attractio vero eſt, aut qñ attrahẽs attrahit ad ſe, aut ad aliud, cum motus attrahentis, cum ſingulariter eſt, ſit velocior q̃ motus attracti. attractio enim de attrahente qñq; eſt ad ſe, & qñq; ad aliud. Et alij modi attractionis ſunt eiuſdem modi: et ad hæc duo reducunẽ Anhelatio, & Expiratio, & Expuitio, et Percuſſio, Perſcurile, & Perſcurale. illud eſt ſegregare, hic autem eſt congregare. Circulatio aũt eſt compoſita ex expulſione, & attractione. motor enim expellit quiddam, et attrahit quiddam. Manifeſtum eſt igitur φ, ſi expellens, & attrahens fuerint cũ expulſo, & attracto, φ inter motorem, & motum nõ erit medium. & hoc declarabiẽ ex hoc, ex quo declarauimus has intentiones. Eiectio. n. ſiue motus, q eſt aut dicas ab aliquo, aut dicas ab aliquo ad aliud. Et Attractio eſt vna intentio, & eſt Tiratio. Et Proiectio eſt, qñ motus trãslati fuerit velocior motu naturæ. qm̃ per expulſionem fit fortior. Et neceſſe eſt vt translatum non ceſſet moueri illo motu, donec motus eius fiat fortior. Manifeſtum eſt igitur φ inter motorem, & motum non eſt medium.

Tex. Auer.

aliás & ſubtelari.

Intendit in hoc capitulo declarare φ nullum mediũ eſt inter motorem propinquũ, & illud, quod mouetur ab eo, neq; plenum, neq; vacuum, & φ eius motor eſt cum moto. & hoc nećium eſt in demonſtratione prædicta, & eſt maximum fundamẽtum in pluribus rebus naturalium: eſt. n. nećium in prædicta demõſtratione. nam impoſſibile eſt imaginari ex illis magnitudinibus fieri vnam magnitudinem infinitã ſm contactum, niſi concedatur φ inter motorem, & motum ab eo non eſt medium. Et, quia intẽdit declarare hoc vſr in oĩ moto, incœpit

Eſt maximũ fundamẽtum i phi^s rebus naturalibus, φ inter motorem et motũ nullum eſt medium.

incœpit narrare genera mobilium, & dixit ꝙ mobilia ſunt trium generum, nam genera motuum ſunt tria, vt declaratum eſt in Quinto. & forte tacuit generationẽ, qm̄ hoc manifeſtum eſt in ea magis q̃ in alijs, ſ. ꝙ generans eſt cum generato. ſed in pluribus tranſmutationibus eſt dubium, vtrum motor tãgat motum, aut non: & ſilr in multis motoribus * ſm alteratione, vt in magnete. Et, cum narrauit modos mobilium, incœpit de tranſlatione, & dixit Et primo loquemur, &c. i. declarãdo ꝙ inter motorem in loco, & illud, quod mouetur ab eo, non eſt medium, immo ſunt inſimul. & incœpit in hoc diuidẽdo motum in loco in illud, quod mouetur ex ſe, & illud, quod mouetur ex aliquo extrinſeco, & poſuit ꝙ illud, quod mouetur ex ſe, manifeſtum eſt in eo ꝙ motor eſt inſimul cum moto: cum declaratum ſit ipſum habere motorem exiſtentẽ in eo: & ꝙ nihil mouet ſe, & dixit Si igitur motum ex ſe mouetur, &c. & hoc neceſſe eſt, cum poſuerimus ꝙ i eo eſt motor alius à moto, vt declaratũ eſt in initio iſtius tractatus. Deinde reuerſus eſt ad illud, quod mouetur ex extriſeco, & nititur declarare hoc, diuidẽdo ſpecies motionis ex extrinſeco, & dixit Motus aũt eorum, quæ mouenť ex alio, &c. Deinde induxit rationem, ex qua apparet ꝙ oẽ, quod mouetur in loco, reducič ad hæc genera quatuor. nam oẽs motiones reducuntur ad iſta. ſ. & poſſet quis ſcire ꝙ ſpecies mutationum oẽs reducunť ad hæc quatuor. qn̄, cum inducentur, videbuntur reduci ad aliquod iſtorum generum. v. g. qm̄ eductio, et eiectio reducitur ad expulſionem. ſed differunt in hoc: qm̄ in eductione motor non ſeparatur à moto ab initio motus vſq; ad finem: in eiectione aũt ſeparatur. Et, qa accepit lationem vno modo illorum quatuor: & eſt per accidens, dixit Latio vero, &c. i. & ideo latum dr̃ motum per accidens, quia inuenitur in vnoquoq; trium, quæ ſunt mota in loco per ſe: & oẽ, quod moueť, quia eſt in moto, dicitur moueri per accidens. & ideo dixit non. n. mouetur, niſi quia eſt in moto, aut ſuper motũ. D. d. deferens vero, &c. i. & diximus ꝙ delatum mouetur in vnoquoq; iſtorum trium motuum, & eſt ſup deferens. nam deferẽs aut mouetur expulſione, aut attractione, aut circulatione: cum non ſit vnus alius modus motionis. Et in rei veritate circulatio eſt compoſita, vt ipſe dicit, ex expulſione, & attractione. & ſic motiones ſimplices ſunt duę expulſio, & attractio. ſed tamen non ſequiť ex hoc ꝙ motus ſimplices ſunt duo. immo motus circularis eſt magis ſimplex q̃ cæteri. Et non intelligit per deferens attrahens, aut expellens, aut gyrãs, ſed expulſum, & attractum, & circulatum. D. d. ꝙ Attractio eſt duobus modis, &c. & hoc manifeſtum eſt. ſed attractio, quæ eſt in rebus naturalibus, eſt attrahere aliquid ad ſe, in voluntarijs autem inuenitur vtrunq;. D. d. & ad hæc duo reducitur Anhelatio, & Expiratio, &c. i. qm̄ anhelatio eſt attractio, et expiratio eſt expulſio. & ſilr expiratio eſt compoſita ex duobus motibus expulſione, & attractione. D. d. & Percuſſio, &c. i. qm̄ percuſſio per alterum iſtorum duorum inſtrumentorum eſt ſegregatio: & ſegregatio eſt expulſio: & congregatio eſt attractio. & videť mihi ꝙ intendit opus textoris cum ſua manu, & ſuo pede. D. d. Circulatio vero eſt compoſita, &c. i. circulatio vero, quæ fit ex circulante. D. d. motor. n. expellit quiddam, &c. &, cum poſuit ꝙ oẽ mouere, aut eſt expellere, aut attrahere, aut cõpoſitum ex iſtis, oſtendit ꝙ, ſi fuerit declaratum cum hoc, ꝙ nõ eſt medium inter expellens, & attrahens, & inter expulſum, & attractum, ſequitur ex hoc ꝙ non eſt medium inter aliquem motorem, & illud, quod mouetur ab eo. Et ſyllogiſmus talis eſt. Oĩs motor in loco eſt, aut expellens, aut attrahens; & nullum medium eſt inter expellens, & attrahens, expulſum, & attractum: ergo nullũ medium eſt inter aliquem motorem, & illud, quod mouetur ab eo. Et hoc intendebat, cum dixit Manifeſtum eſt igitur ꝙ, ſi expellens, & attrahens fuerit, &c. Et, cum dixit ꝙ, cum fuerit declaratum, ſtatim declarabitur ꝙ inter motorem, & motum non eſt medium, incœpit declarare hoc in ſpeciebus expellentis, & attrahentis, & dixit & hoc declarabitur, &c. i. et declarabiť ꝙ in oĩbus ſpeciebus motionum, quæ ſunt ſub expulſione, & attractione, motor tangit motum ex hoc, ꝙ declarauimus de illis intentionibus. Et dixit hoc, vt mihi vr̃, qn̄ hoc apparentius eſt in expellente, & attrahente, q̃ in alijs ſpeciebus, quæ collocãtur ſub iſtis, & eſt in expellente manifeſtius q̃ in attrahẽte. & ideo incœpit exponere intentiones eius, & dixit Eiectio enim, &c. i. & ſignum eius, quod inter eijciens, & eiectum non eſt medium, eſt, qm̄ eiectio, ſiue dicas ꝙ eſt motus ab aliquo, i. ab eijciente, aut dicas ꝙ eſt motus ab aliquo in aliquid, i. ab eijciente in aliquid, in quod eſt eiectio, aut quõcunq; dixeris in deſcriptione eiectionis, manifeſtum eſt ꝙ eijciens in eo eſt à principio cum eiecto. Sed quæritur quõ eijciens ſeparatur ab eiecto, & eiectum remanet motũ, ex quo vr̃ ꝙ eijciens non eſt tunc motor, ſed aer, qui naturaliter moueť ex ſe, cum mouetur ex alio, vt dicetur in Cœlo, & Mun. D. d. Et Attractio eſt vna intẽtio, et eſt Tiratio.[a] forte intendit declarare per hoc, ꝙ attrahens eſt cum attracto. qm̄, cum attractio ſit tiratio, & tirans ſit cum tirato, neceſſe eſt vt attrahẽs ſit cum attracto. Et forte intendit declarare ꝙ tiratio eſt attractio, & declaratum eſt ꝙ attrahens, & attractum inſimul ſunt, ergo & tirans cum tirato. Et prima intentio eſt manifeſtior. nã tirans eſſe cum tirato, manifeſtius eſt q̃ attrahens eſſe cum attracto: cum multa vĩr attrahere abſq; eo, ꝙ tãgant, vt magnetes. & exiſtimatur ꝙ virtus attractiua in plantis, & aĩalibus eſt talis. Et diximus ꝙ Secunda intentio poteſt eſſe, qm̄ in hoc ꝙ attractio reducať ad tirationem eſt latentia, & quaſi ſm hãc expoſitionem voluit notificare ꝙ tiratio eſt de attractione. Ad hoc autem, quod quæritur, qm̄ plura attrahẽtia vĩr attrahere ſine tactu, & ſine motu, dicendum eſt ꝙ hæc diciť attractio æquiuoce. attractio. n. in rei veritate eſt illa, in qua attrahens mouetur cum attracto. & hoc, qn̄ attractum ad ipſum non fuerit quieſcẽs. neceſſe eſt. n. vt motus attrahẽtis ſit velocior q̃ motus attracti. & hoc inuenitur in virtutibus voluntarijs, & in non. & inuenitur in pluribus virtutibus naturalibus, & vitalibus. & ideo poſua ſunt fila in membris animalium. Attractio autem, in qua attrahens eſt quieſcẽs, & attractum motum, non eſt attractio in rei veritate. ſed attractum mouetur ex ſe ad attrahens, vt perficiat ſe. vt lapis moueť ad inferius, & ignis ad ſuperius. Et ſilr oportet hoc intelligere de motu ferri ad magnetem, & nutrimenti ad membra. v. g. de motu ſanguinis ad ſuperiora corporis, et vĩr nutrimenti arborum ad ſuperiora eorum. Sed eſt differentia inter iſta, & illa, quæ mouentur ad locum proprium. qm̄ illa mouentur ad locum ſiue fuerit propinquus, aut remotus: nutrimenta vero nõ mouentur ad nutriẽdum, niſi cum fuerint in aliqua diſpoſitione de nutrito. & ſilr ferrum non mouetur ad magnetem, niſi cum fuerit in aliqua qualitate de magnete. & ideo, qn̄ magnes fricatur cum alleo, amittit virtutem. nam ferrum tunc non acquirit de lapide in illa diſpoſitione qualitatem, per quam innatum eſt moueri per ſe ad lapidem. & hoc manifeſtum eſt in ambra, ꝙ attrahit paleam, qn̄ calefit. Ergo iſte modus motionis, ſi dicatur attractio, non intendebatur ab Ariſt. in hoc noĩe attractio, cum collocetur in his, quæ mouẽtur ex ſe. D. d. [b] Et proiectio eſt, &c. i. qn̄ transferẽs mouet trans'atum

** 2. ſ. ſm attractionem.*

Oẽ, qd̄ moueť, qa eſt in moto, dr̃ moueri p accidens.

Mot⁹ circularis ẽ magis ſimplex, q̃ cæteri.

Hic vr̃ dicere commẽtator ꝙ pıectũ mouẽtur ab aere. vide p hoc. 8. Phy. 82. et. 4. Ph. 68.

a Pria expõ

Scḋa expõ.

Cõpatio expõnũ adinuicem.

Digreſſio. q quęriť vtrũ i oĩ attractione attrahens attrahat cũ motu, & tractu. Solutio.

Attractio duplex.

Nota de motu ferri ad magnetẽ, & nutrimẽti ad membra.

b In pıectione, i qua mot⁹ pıcientis ẽ contra motũ naturale pıecti, non erit motus trãſlati velocior ſuo motu naturali, &c.

tráſlatum ad partem, ad quã mouetur naturaliter, mouet motu velociori ſuo motu naturali. v.g. proiectio lapidis ad inferius. D.d. Et neceſſe eſt vt tráſlatum non ceſſet, &c. i. donec motus eius naturalis fiat velocior. & ſm hanc expoſitionem non erit iſta proiectio cõis oibus modis proiectionis. in proiectione. n. in qua motus proĳcientis eſt contra motum naturalem proiecti, non erit motus tráſlati velocior ſuo motu naturali, ſed contrarius ei. Vnde põt quis intelligere ex hoc ſermone aliquod cõe vtriq;, ita, ꝙ ex hoc, quod dixit, & proiectio erit, qñ motus tranſlati fuerit velocior motu naturali, intelligatur fortior. Si igiẽ fuerit contrarius, vincet. &, ſi conueniens, addet ei. & ideo dixit qm̃ per expulſionẽ ſit fortior. motus. n. expellentis in vtroq; modo eſt fortior motu expulſi: & ſiue motus expulſi conueniat motui expellentis, aut ſit ei contrarius. & ſic intelligetur reſiduum.

At vero neq; inter id, quod alteraẽ, & alterans quippiam medium eſt. hoc autem manifeſtum eſt ex inductione. In omnibus. n. ſilr eſſe accidit alterãs vltimũ, & primũ, quod alteraẽ. quale. n. alteraẽ, ex eo, qa ſenſibile ẽ. Senſibilia aũt ſunt, quibus differunt corpa à ſeinuicem, vt grauitas, leuitas, durities, mollities, ſonus, ſilentium, albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, humiditas, ſiccitas, dẽſitas, raritas, & horum media. ſilr autẽ & alia, quæ ſub ſenſibus ſunt, quorum eſt & calor, & frigus, & lænitas, & aſperitas. hæc. n. ſunt paſſiones ſubiectę qualitatis. his. n. differũt ſenſibilia corpora, aut ſm horum aliquid magis & minus, & quia patiuntur aliquid horum. nam, quia calefiunt, aut frigefiũt, aut dulceſcũt, aut amaricanẽ, aut ſm aliquid aliud prædictorũ. * ſilr & animata corpa, & inaĩata, & aĩatorum partes, q̃cunq; ſunt inanimatæ,

* a. l. addit alterari dicimus.

Tex. Simp. At vero neq; eius, quod alteratur, & alterantis. hoc autem manifeſtũ eſt ex inductione. In omnibus. n. cõtingit ſimul eſſe vltimũ alterans, & quod alteratur ſub dictis. hæc. n. paſſiones ſunt ſubiectę qualitatis. aut. n. calefactum, aut dulceſcens, aut cõdenſatum, aut exiccatum, aut albefactum alterari dicimus, ſimiliterq; inanimatum, & animatum dicentes. & rurſus animatorum, & quæ non ſenſitiuæ partes, & ipſos ſenſus.

Tex. Auer. Neq; etiam inter alterans, & alteratum eſt medium. & hoc declarabitur per inductionẽ. In omnibus. n. alterationibus neceſſe eſt vt poſtremum alteratum, & primum alterãs ſint inſimul. denſum. n. alteratũ non alteraẽ, niſi quia eſt ſenſibile. Et ſenſibilia ſunt, qbus differũt corpora à ſeinuicẽ. v.g. grauitate, et leuitate, duritie, & mollitie, albedine, & nigredine, dulcedine, & amaritudine, humiditate, & ſiccitate, denſitate, & raritate, & eis, quæ ſunt inter iſta. qm̃ per iſta differunt corpora ſenſibilia, aut ſm magis, & minus in aliquo iſtorũ, aut ſm ꝙ patiuntur aliquod iſtorum. corpora. n. animata, & ſilr inanimata, et illud, quod eſt ex partibus animatorũ, non animatum, qñ calefacta ſunt, aut infrigidata, aut amarificata, aut dulcefacta, aut paſſa aliqua prædictorum, alterata ſunt.

11 Cũ declarauit ꝙ oĩs motor motu localẽ, ita, ꝙ ſit cauſa agens, non eſt medium inter illud, quod mouet, et illud, quod mouẽ ab eo, vult declarare etiam hoc ĩ alteratione.[a] Et, quia qualitatum attributarũ alterationi aliæ ſunt primæ, vt caliditas, frigiditas, humiditas, & ſiccitas, & aliæ ſecundæ, & ſunt illæ, quæ fiunt ex iſtis, v.g. denſum, & rarum, & color, & ſapor. Et, quia hoc non apparet inductione, niſi concedatur ꝙ iſtæ ſecundæ fiunt ex primis, deinde ponatur per ĩductionem ꝙ primæ non fiant, niſi motor tangat motum,[b] v.g. calefaciẽs calefactũ, incoepit dicere qũo ſequitur ex hoc, ſi aliquod corpus condenſetur, vt condenſans tangat ipſum, ſm ꝙ infrigidans tangit infrigidatum: & ſilr illud, quod rareſit, vt tangatur à rarefaciente, ſm ꝙ eſt calefaciens. et ideo dixit. denſum. n. etc. i. denſum enim affert qõnem in hoc, qm̃ poteſt aliquis dicere ꝙ nõ eſt neceſſe vt illud, quod denſatur, oõ denſetur, donec tangatur ab alio denſo.[c] et adhuc denſum non alteraẽ, niſi ſm ꝙ eſt ſenſibile, & ſm ꝙ eſt in capĩo qualitatis, non in capĩo poſitionis. et, cũ ſit in capitulo qualitatis, tunc principium motus eius erit, aut à caliditate, aut à frigiditate: & caliditas, & frigiditas ſunt pricipia alterationis: & alterans neceſſario eſt cũ alterato. D.d. Et ſenſibilia ſunt, &c. & intendit corpora conſimilium partium.[d] differentiæ. n. iſtorum ſunt in ſenſibilibus p qnque ſenſus: & prima ſenſibilia ſunt pmę qualitates actiuæ earum: & ſunt caliditas, & frigiditas, & humiditas, & ſiccitas. Et, quia intendit ſyllogizare ꝙ denſum, et rarum ſunt qualitates, non poſitiones, ſic denſum, & rarum ſunt vltimę differentię corporum conſimilium: & drĩæ corporum conſimiliũ ſunt ſenſibiles: ergo denſum, et rarum ſunt de qualitate.[e] & grauitas, et leuitas ſunt numeratæ in tactu, & ſilr durities & mollities, & ſonus, & ſilentium in auditu, & albedo, & nigredo in viſu, & dulcedo, & amaritudo ĩ guſtu. & voluit numerare eas, vt appareat per ĩductionem ꝙ vnaquæq; earum non completur, niſi per alterationem: & in alteratione alterans ſemper eſt cum alterato. D.d. aut ſm ꝙ patiuntur aliquod iſtorum. i. & ꝙ oĩa corpora mota non diuerſantur, niſi patiendo ſm aliquã iſtarum qualitatum: ſiue corpora fuerint aĩata, aut inaĩata. & dixit hoc, ꝙ corpus non agit aliquam iſtarum qualitatũ, niſi quia diſponitur per illam. Et, cum poſuit ꝙ iſtæ ſunt drĩæ ſenſibilium, et fuit manifeſtum in oĩbus, qm̃ indigent in hoc, ꝙ patiantur ſm vnamquãq; iſtarum qualitatum, vt calefiant, aut infrigidentur. ſed, quia calefaciens, & infrigidans tangit calefactum, & infrigidatũ, verificauit illud, quod intẽdebat declarare, & eſt, ꝙ oẽ alterans tangit alteratum. & hoc intẽdebat, cum dixit corpora enim animata, &c. ideſt & neceſſe eſt vt iſti ſint modi alterationis. quia omne corpus animatum, aut inanimatum non dicitur alterari, niſi cum calefit, aut infrigidatur, aut patitur ſm aliquam iſtarum qualitatum, quas numeramus, ſ. priorum ſenſibilium.

a Qualitatũ attributarũ alterationi aliæ primæ, aliæ ſecũdæ.

b Hic vĩ dicere ꝙ raritas, & denſitas nõ fiant, niſi a calido, & a frigido.

c Denſum ñ alteraẽ, niſi ſm ꝙ ẽ ſenſibile, & ſ; ꝙ ẽ ĩ cap. qualitatis, non ĩ capĩo poſitionis.

d Drĩæ corporum conſiſſum ptium ſunt in ſenſibilib⁹ p qnque ſẽſus. ex quo vĩ velle drĩas elementorũ eẽ qualitates, & p conſequens ꝙ ſint ſubſtantię. Sed vide oppoſitũ. 5. Ph. c. 10. & 8. Met. c. 4. Vide contr. Zim.

e Grauitas, & leuitas ſũ numeratæ in tactu. ex q̃ patet ꝙ ſunt qualitates. Sed vide oppoſitũ. 2. de Aĩa. c. 108. vbi. d. ꝙ ſũ ſubæ, &. 4. Meta. 18. d. ꝙ ſunt quantitates. Vide contr. Zim.

Atq; etiam ipſi ſenſus alterantur: patiunẽ enim. actus. n. ipſorum motus eſt p corpus, patiente aliquid ſenſu. Secũdum quæ igitur inanimata alterantur, & animata, ſm hęc omnia alterantur: ſm autem, quæ animata alteranẽ, ſm ea non alterantur inanimata. ſm. n.

ſenſus

ſenſus,non alterãtur:& latet inanimata,cum alterantur. nihil autem prohibet & latere animata,cum alterantur,qñ non ſm ſenſus accidit ipſis alteratio. Si igitur ſenſibiles quidem paſſiones ſunt,per has autẽ alteratio eſt, hoc iam manifeſtum eſt,ꝙ patiens,& paſſio ſunt ſimul,& inter hæc medium nihil eſt. huic.n. aer eſt continuus,aeri autem coniungit̃ corpus.& ſuperficies quidem ad lumen, lumen autem ad viſum.ſiſr aũt & auditus,et odoratus ad mouens ipſos primum. eodem autem modo ſimul & guſtus,& ſapor eſt.

Tex. Simp.

Alterantur.n.quodãmodo & ſenſus:ſenſus.n.ſm actũ motus eſt per corpus, patiente aliquid ipſo ſenſu. ſm quæcunq; igit̃ inanimatum alteratur,et animatum:ſm quęcunq; vero animatum,non ſm eadem omnia inanimatum. non.n.alterantur ſm ſenſus. & hoc quidem latet,illud vero non latet patiẽs. nihil aũt prohibet & animatum latere, qñ non ſm ſenſus alteratio fiat. Si igitur alteratur id, quod alteratur à ſenſibilibus,in omnibus his manifeſtum,quòd ſimul eſt vltimũ alterans, & primum,quod alteratur.huic.n.cõtinuus eſt aer,aeri vero corpus. rurſus autem color quidem lumini,lumen vero viſui.eodem autem modo & auditus, & odoratus. primum enim mouens ad id, quod mouet̃, aer. & in guſtu ſimiliter.ſimul.n.cum guſtu ſapor.

Tex. Auer.

Et ipſi etiam ſenſus alterãtur, quia patiuntur:actio.n.eorum eſt motus.Et oẽ,ſm ꝙ alterantur inanimata,per illud etiam alterãtur animata. ſed non per omne illud, per quod animata alterantur, alterãtur inanimata.non enim alterantur per ſenſus. &,cum accidet etiam vt alteratio illorũ ſit ſine ſenſibilibus, nõ percipiemus alterationem. Et, cum paſſiones p̃cedunt,tunc formę erunt ſenſibiles, et mediãtibus formis erit alteratio.ergo manifeſtũ eſt ꝙ faciens paſſionẽ, & patiens in ſimul ſunt,& inter illa non eſt mediũ. aer.n. eſt continuũ,& corpus eſt coniunctũ aeri.et ſup̃ficies ſequit̃ lumen,& lumẽ viſum.& ſm hunc modũ etiã auditus,& olfactus ſequuntur primũ motorem.& ſiſr guſtãs,et guſtus.

12 Cum declarauit ꝙ in oĩbus alterationibus apparet, ꝙ inter alterans,& alteratum non eſt medium, & exiſtimatur ꝙ ſenſus patiunt̃ quodammodo modorũ ſenſibiliũ,quæ alterant eos,vult declarare in iſtis ẽt ꝙ neceſſe eſt vt alterãs,& alteratũ primũ ſint ſimul,et dixit Et ipſi etiam ſenſus alterãtur.i.& in ſenſibilibus etiam inuenit̃ aliqua alteratio quodãmodo.D.d. qa patiunt̃, ſcilicet,qm̃ actio eorum eſt motus.i. moueri, non mouere,& pati,non agere.ſunt.n. de virtutibus paſſiuis, non actiuis.Et,cum narrauit ꝙ in ſenſibus inuenit̃ modus alterationis alius à modo alterationis,quę eſt in ipſis ſenſibilibus,cum iſta alteratio ſit corporalis, & illa ſpiritualis,vt declaratum eſt in libro de Anima,narrauit ꝙ res animatæ alterantur per duas alterationes inſimul,ſ.ſpiritualem,exiſtentem in ſenſibus, & corporalem exiſtẽtem in ſenſibilibus. inanimata autem non alterant̃,niſi altero gñe tm̃. Et dixit Et oẽ, ſm quod alterantur,&c.i.& cauſa in hoc eſt.qm̃ animata alterant̃ per ſenſus,& per non ſenſus:inanimata autem alterantur per non ſenſus tm̃,cum non habeant ſenſus. D.d. &,cum accidet etiam.i.&,cum accidet animatis alterari ſine ſenſibus,tunc alteratio non comprehendetur, neq; percipietur, quẽadmodum inanimata non comprehẽdunt hoc.ꝙ non eſt ita,qñ alterantur ſm ſenſus: qm̃ tunc comprehendemus alterationem. D.d. Et,cũ paſſiones pręcedunt,&c.i.et,cum paſſiones præcedũt ſenſus,& media,q̃ ſunt inter ſenſus,& qualitates ſenſibiles,tunc qualitates erunt ſenſibiles,i. comprehenſibiles à ſenſu. Et intendebat per hoc, ꝙ paſſio cõis eſt neceſſaria in hoc,ꝙ ſenſus comprehẽdat ſenſibilia: ſed in oĩ paſſione declaratum eſt ꝙ alterans eſt cum alterato:ergo neceſſe eſt vt paſſio ſenſuum ſit huiuſmodi, ſ. ꝙ inter eos,& inter poſtremum agens non ſit mediũ, & ꝙ alterans in eis ſit cum alterato, D.d. & mediantibus formis,&c.i.& mediantibus qualitatibus ſenſibilibus,& exiſtentibus in corpore,quod ſequitur ſenſus,alterabuntur ſenſus. Et,cum declarauit hunc ſermonem,dixit ergo manifeſtum,&c.i.& intẽdit per faciens paſſionem, qualitatem,quæ eſt in corpore tãgente inſtrumentum ſenſus:& per paſſionem,paſſionẽ exiſtentem in inſtrumento. D.d. aer.n.eſt continuũ,&c. ideſt,& non debet aliquis dubitare de ſenſibus, q̃ mouẽtur à ſenſibilibus de remoto,vt in viſu.color.n. mouet aerem, & aer mouet ſenſum: aer enim continuus eſt cum ſenſu,& corpus ſenſibile coniunctum eſt cum aere. D.d. & ſuperficies,&c.i.& ſuperficies,in qua eſt color,tangit corpus illuminatum,ſ.aerem luminatum, & aer illuminatus tangit viſum. & accepit hic lumen loco illuminati. et intẽdit per luminatum, diaphanum in actu,non illuminatum ex ſe. D.d. & ſm hunc modum etiam,&c,ideſt,& intendit per primum motorẽ in auditu,motum,qui eſt in aere,qui percutit concauũ auris. ĩ olfactu vero eſt odor perueniẽs ad nares. D.d. & ſiſr,&c.i.& ita eſt de ſenſibus,quorũ ſenſibilia ſunt ſeparata,ſicut de ſenſibus,quorum ſenſibilia ſunt tangentia.v.g.in guſtu,& tactu. in ſenſibus.n. quorũ inſtrumenta tangunt ſenſibilia, non eſt dubium in hoc, ſicut eſt in eis,q̃ ſunt ſepatati à ſenſibilibus. Et,cũ declarauit ꝙ ĩter motorẽ,& motum primum in alteratiõne non eſt mediũ,neq; in ipſis ſenſibus,ſi vocatur alteratio,incœpit declarare hoc in augmento, & dixit.

Senſus ſũ de virtutib' paſſiuis, nõ actiuis. Idem. 2. de Aia.c.51. 52. 59. & 60. Idẽ.3.de Aia. cõ. 18. Auic.Ale. &c.

Priõ, hoc vide.2.de Aiate.cõ.57.& 58.

Siſr aũt & in inanimatis,et inſenſibilibus. & id,quod augetur etiam, & augens. appoſitio.n.quædam eſt Augmentatio. quare ſimul ſunt & quod augetur,& augens. & Diminutio quoq;.diminutionis autẽ cauſa eſt ablatio quędã. † { Manifeſtum eſt igit̃ ꝙ inter mouens vltimum, & quod mouetur primũ nihil eſt } in medio cõſiſtens eius, quod mouet,& eius, quod mouetur.

T2.1 Manifeſtũ ẽ igt̃. q̃d iter id. quod mouetur, & mouens primum,& vltimũ ad id, q̃d mouet̃, nihil eſt

Tex. Simp.

Siſr autem & in inanimatis, & in inſenſibilibus. Quare nihil erit inter id, quod alteratur,& alterans,neq; id, quod auget̃, & augens.auget.n. primum augens,cum adijcit̃, vt vnum fiat totum: & rurſum decreſcit decreſcẽs,abeunte aliquo eius,quòd decreſcit,

necesse

neceſſe igitur continuum eſſe & augens, & decreſcens:cõtinuorum autem nihil eſt medium. Manifeſtum igitur quòd ĩter id, quod mouetur, & mouẽs primum, & vltimum ad id, quod mouetur, nullum eſt medium.

Tex. Auer. Et ſimiliter eſt de augẽte, & augibili. Augmentum enim eſt additio. & ſic augmentãs, & augmentatum erunt ſimul. & ſimiliter Diminutio eſt ſubtractio. Manifeſtum eſt igitur, ꝙ inter poſtremum motum, & primum motorem non eſt aliud medium.

13 Et ſimiliter declarabit̃ ꝙ inter augmentans, & augmentatum non eſt medium. Augmentum.n. eſt additio augmentati, ſed inter illud, cui additur, & illud, quod addit, nõ eſt medium. & hoc manifeſtum eſt, vñ neceſſe eſt ꝙ augmẽtans, & augmẽtatũ ſint inſimul, et ſilr de diminutione. Diminutio.n. eſt ſubtractio diminuti: & ſubtractum necio eſt cum in illo, à quo ſubtrahitur. D.d. Manifeſtum eſt igitur, ꝙ inter, &c. & vocat ipſum primum motorẽ, i. quia mouet ſine medio, non quia eſt primus naturaliter. et in quibuſdam libris dicit Manifeſtum eſt igitur ꝙ inter poſtremum motorem, & primum motum non aliquid eſt oĩno. & intendit ꝙ inter primum motũ à motore, et illud non eſt aliquid: ſiue motor fuerit primus, aut poſtremus, ſ. ꝙ primum motum ab aliquo motore mouetur ſm tactum.

Caput Secundum, probans quòd ea, quæ patiuntur, à ſenſibilibus patiuntur, cum prius ſine probatione acceptum fuerit: quòdq; in parte animæ ſenſitiua eſt alteratio, in alijs autem minime.

QVod autem ea, quæ alterantur, & omnia à ſenſibilibus alterãtur, & ſolum horum alteratio eſt, quæ ſm ſe dñr pati ab his, ex his conſyderabimus.

Quoniam autem oẽ, quod alterat̃, alterat̃ à ſenſibilibus, & ꝙ alteratio eſt iſtorum ſolorum, & illorum, quę recipiunt paſſionem ab iſtis, ſcietur ex hoc, quod narrabimus.

14 Incœpit hic perſcrutari de hoc, ꝙ motus alterationis eſt de prædicamẽto qualitatis, in gñe qualitatis paſſiuę, & dixit Quoniam autem omne, quod alterat̃, etc. ideſt, qm̃ autem omne, quod mouet̃ motu alteratiuo, mouetur in genere ſenſibilium, ſ. in tangibilibus, aut in ſapore, aut in colore. Et conſyderandum eſt vtrũ iſte motus inueniatur in omnibus ſenſibilibus, aut in quibuſdã. Et eſt manifeſtũ ꝙ iſta alteratio inuenitur in prima cõtrarietate, q̃ eſt in tactu, ſ. calidi, & frigidi, & ſicci, & humidi. & ſilr vr̃ eſſe in cõtrarijs ſequẽtibus iſta, v.g. duritie, mollitie, ſed tñ primo eſt in primis qualitatibus, in iſtis autem ſecũdo, & mediantibus primis. Et ſilr in guſtu. In ſonis autem videtur ꝙ alteratio de graui in leue eſt modo æquiuoco cum iſtis: cum ſonus ſit paſſio facta in aere à percuſſione corporum. In olfactibus vero qualitates manifeſtæ ſunt: ſed contraria latẽt in eis, vt dictum eſt in libro de Aĩa. Et, cum ita ſit, cum dixit alterãtur à ſenſibilibus, intelligendũ eſt ab oĩbus ſenſibilibus, ſi intellexerimus vr̃itatem. ſin autem, excipiemus ſonos. D.d. & ꝙ alteratio eſt iſtorum ſolorum,

Documentũ

In primis qũ tatib9 eſt primo, & principaliter alteratio, in ſecundis aũt ē mediantib9 primis.

2. de Aĩa te. cõ. 92.

ideſt, & manifeſtum eſt ꝙ motus alterationis eſt iſtius generis tantum de prædicamento qualitatis. D.d. & eorum, quæ recipiunt iſtas qualitates ab alijs per ſe, non per accidens, quaſi dicat ꝙ iſte motus attribuitur qualitatibus, quæ ſunt in hoc genere, & rebus, quæ recipiunt per ſe iſtas qualitates.

Aliorum.n. maxime vtiq; quis exiſtimabit in figuris, & formis, & habitibus, & in horum remotionibus, & acceptionibus alterationem eſſe. vr̃.n. eſſe alteratio. Non eſt autẽ neq; in his, ſed fiũt, cũ quædam alterant̃, hęc. nam denſata, aut rarefacta, aut calefacta, aut frigefacta materia: alteratio aũt non eſt. id.n. ex quo forma ſtatuæ eſt, nõ dicimus formã, neq; id, ex quo figura pyramidis ẽ, aut lecti, ſed denominãtes hoc qdem ęneum, illud vero * cęreũ, aliud aũt ligneũ, hoccine, quod alteratur dicimus. ęs.n. humidum eẽ dicimus, aut calidum, aut durum. & non ſolum ſic, ſed & ipſum humidum, & calidum ęs, ęquiuoce dicentes cum paſſione materiam. Qm̃ igitur ex quo quidem forma, & figura, & quod factum eſt æquiuoce non dicitur cum figuris, quæ ex illo ſunt: quod autem alteratur cum paſſionibus æquiuoce dicitur: manifeſtũ eſt quòd in ſolis ſenſibilibus alteratio eſt.

* a.l. terreũ.

Dicamus igitur de alteratione, ꝙ proprie videtur eſſe inter alias qualitates in figuris, & formis, & veſtit eas, & denudat. Et non etiam ſunt in iſtis, ſed iſta fiunt, quãdo aliqua alterantur, qñ materia denſatur, & rarefit, & calefit, aut infrigidatur: alteratio vero non. qm̃ id, ex quo fit forma idoli, non dicimus ipſum eẽ formam, neq; illud, ex quo fit figura idoli, aut figura lecti, dicit̃ eſſe figura, ſed denominãtur nominia, vt dicimus in illo, quod eſt cupreum, in hoc autem cęreum, & in alio ligneum. in alterato vero dicimus illud. dicimus enim in cupro, quod eſt humidum, aut calidum, aut durum. et hoc non hoc tantum, ſed dicimus ꝙ humidum, & ꝙ calidum eſt cuprum. et ſunt communia in nomine propter hoc, ꝙ materia recipit paſſionem. Cũ igitur illud, ex quo fit forma, aut figura facta, non habet communicationem in nomine cum figuris, ex quibus factę ſunt: alteratum autem conuenit in nomine cũ paſſionibus, ex quibus alteratur: manifeſtum eſt ꝙ in ſolis ſenſibilibus eſt alteratio.

Cum voluit declarare ꝙ tranſmutatio, quæ dicitur alteratio, non inuenitur de generibus qualitatum quatuor, niſi in genere ſenſibilium: &, ſi quis videbit eam eſſe in alio genere, dignius eſt vt ſit in genere qualitatis exiſtentis in quantitate, & in formis, quæ ſunt in animato, ſm ꝙ eſt aĩatum: icœpit declarare hoc hic, ꝙ nõ inuenitur in iſtis generibus. ex quo apparebit ꝙ, cum in iſtis non inueniatur, quanto magis in cæteris gene- 15

ribus qualitatis, & dixit Dicamus igitur de alteratione, &c. i. qm̄, ſi tranſmutatio, quæ dicitur alteratio fuerit i alio genere, preter genus qualitatum paſſiuarum, exiſtimatum eſt ipſam eſſe in figuris, quę ſunt in genere qualitatis, quę eſt in quantitate, ſm ꝙ eſt quantitas, & in formis, quæ ſunt in aoima, & animato, quod eſt aliud genus. D. d. & veſtit, & denudat. i. & dicitur aliquid alterari, quando recipit aliquam iſtarum figurarum, & quando deoudatur ab ea. Et intendebat declarare ꝙ motus alterationis, ſi exiſtimatur eſſe in iſtis rebus, exiſtimatur apud generationem, & corruptionem earum, non quando ſunt fixæ. Et, cum declarauit ꝙ nullus exiſtimat alteratiooem eſſe in aliquo geoere qualitatis, niſi ſit in iſtis duobus, incœpit declarare ꝙ non inueoitur in iſtis duobus, & dixit ſed iſta fiunt, quando alterantur aliqua. ideſt, & in iſtis dunbus geoeribus non inuenitur alteratio. ſed generatio rerum exiſtentium in iſtis duobus generibus ſequitur veram alterationem: non qȝa alteratio exiſtit in eis, ſicut in rebus, quę alterantur in rei veritate. Et hoc intendebat, cum dixit ſed iſta fiunt, &c. ideſt, ſed iſtæ qualitates fiunt, quando alterãtur illæ, quæ ſunt qualitates alterabiles in rei veritate. Deinde narrauit quomodo accidit hoc, & dixit quando materia denſatur, &c. i. & generatio formarum, & figurarum ſequitur alterationem materię, aut quando cõdenſatur, & rareſit ſm videntes ꝙ raritas, & denſitas ſunt cauſæ generationis: & corruptionis, aut quaodo caleſit, aut īfrigidatur, ſm ꝙ eſt verum in ſe. ita, vt mihi videtur, eſt intelligẽdus iſte locus. denſitas enim, & raritas ſunt apud rerũ qualitates ſequentes calidum, & frigidum. Denſitas enim nil aliud eſt, niſi tranſmutatio alterius ad minorẽ magnitudinem, et Raritas ad maiorem. Antiqui vero dicebant ꝙ denſitas eſt conſtrictio pororum corporum, & raritas expanſio, & ꝙ hæ duę ſunt cauſæ generationis, & corruptionis: cum geoeratio apud eos ſit cõgregatio, & ſegregatio. & hoc bene conceſſum eſt in corporibus habentibus poros: ſed non ſunt cauſa generatioois, & corruptionis, vt fingebant, ſed ſequuntur generationem, & corruptiooem. D. d. alteratio vero non. ideſt, quòd autem generatio figurarum, & formarum ſit alteratio impoſſibile eſt. materiæ enim, quę recipiunt formas, noo dicuntur formæ. v. g. quoniam cuprum non dicitur idolum, ſ. quia cupro non datur hoc nomen, neq; ligno hoc nomen lectus. D. d. neq; illud, ex quo fit figura, &c. ideſt neque illud, ex quo fit figura, & eſt cęra, dicitur figura. ſimiliter lignum non dicitur lectus, neq; etiã econuerſo, ſcilicet ꝙ forma nominetur à nomine materiæ. ver. gra. vt lectus dicatur lignum. D. d. ſed denominantur, &c. i. formę, licet non noīentur à ooīe materię, tñ denoīanẽ. vt, cũ dicitẽ ꝙ idolum eſt cupreum, non cuprũ. Et, cum poſuit ꝙ figurę, & formæ, quæ ſunt in aīa, & aīato, non noīanẽ à nomine materiæ, ſed denoīantur, incœpit narrare ꝙ non eſt ita ī alteraitooe, & dixit alteratum vero, &c. i. illud autem, quod recipit alteraitooem, noīatur à noīe eius, ſ quod alteratur. vt, cum dr̄ ꝙ cuprum, quod alteraẽ ad caliditatem, aut ad frigiditatem, eſt calidum, aut frigidum: ſed cuprum, quod alteratur ad aliquam figuram, non dicitur illa figura. v. g. vt cuprum ſit triãgulus. D. d. alteratum vero dicitur illud. i. qm̄ ſubiectum alterationis denominatur à qualitate, quæ eſt in alteratione. dicimus. n. frigidum, & humidum intendendo ſubiectum frigiditatis, et humiditatis. Et, cũ dixit hoc, deinde dedit cauſam, & dixit & ſunt communia in nomine, &c. ideſt & ſubiectum, & accidẽs communicant in eodem nomine, quia ſubiectum oon exit à ſua ſubſtantia exiſtente accidẽte, ſicut ſubiectum recipiens formã exit à ſua ſubſtantia exiſtẽte forma, & hęc eſt differentia inter formam, & accidens. Deinde induxit ſyllogiſmum ſuper hoc, & dixit Cum igitur illud, ex quo fit forma, &c. et compoſitio iſtius ſermonis eſt in ſecunda figura ſic. Illa, quæ recipiunt formas, non communicãt in nomine in rebus alteratis: ſed alterabilia communicant in nomine cum paſſionibus: ergo illa, quæ recipiunt formas, noo ſunt alterabilia.

Figura eſt qualitas ī q̄titate, ſm ꝙ eſt q̄titas.

Denſitas, & raritas ſunt qualitates īſequẽtes frigidũ, & calidũ. Sed vide oppoſitũ. 1. Meta. c. 15. et ī p̄ntis ca. de Qualitate, vbi d. ꝙ ſunt in pręd camẽto ſit°. et in cõ. 84. quarti Phy. d. ꝙ ſunt q̄litates. & l. 8. Ph. 77. d. ꝙ dẽſari, & rarificari ſunt motus locales. Vide cõtra. Zim.

Mſę. quę recipiunt formas, nõ dr̄r formę. conſimile. v. Me. 29. & 14.

a Subiectum nõ exit a ſua ſubſtã, exñte accidente, ſicut ſubm recipiens formam exit a ſua ſubſtantia, exiſtente forã. Idē 1. Phyſi. 63. & 1. cap. de ſubſtãtia orbis. & 2. de Aīa cõ. 8.

Amplius, & aliter inconueniens eſt. dicere. n. hominem alteratum eẽ, aut domũ, quæ accepit finem, ridiculum eſt, ſi p̄fectionẽ aut domus parietẽ, aut tegulam dixerimus alterationem eſſe, et, cum parietibus claudiẽ domus, aut tegula tegitur, alterari domum.

Et contingit etiam inopinabile hoc modo. dicere enim hominem alterari, & domũ alterari, cum completur, & perficitur, eſt deriſibile. qm̄, ſi dixerimus ꝙ p̄fectio domus, quæ eſt cooperire cũ tegulis, & facere tegulas, eſt alteratio, dicemus ꝙ, cum domus eſt cooperta, & fuerint tegulæ, ꝙ alteratur.

16 Iſte eſt alius ſermo, in quo declarat ꝙ figurarum generatio non eſt alteratio, & ꝙ, ſi aliquis poſuerit ꝙ generatio figurarum eſt alteratio, continget ei ponere ꝙ generatio in ſubſtantia eſt alteratio. quod eſt valde improbabile. & ſimilitudo ītet illa eſt: quoniam ſubiectũ in eis non eſt idem de principio generationis ad finem: & ideo generatum nõ noīatur à nomine ſubiecti. Quia igitur tam apparuit ex prædicto ſermone ꝙ figuræ in hoc ſunt ſimiles formis ſubſtantialibus, et ꝙ idem contingit in eis, incœpit declarare quod accidit de inopinabili, ſi dixerimus ꝙ figuræ, dum generãtur, alterantur, & dixit Et contingit etiam inopinabile, &c. i. & dicẽs ꝙ generatio figurarum eſt alteratio, cootingit ei magnum inopinabile. & eſt dicere in homine, cum generatur, ꝙ alteratur, & ſimiliter in domo. conueniunt. n. in hoc, ꝙ ſubiectum eorum non eſt idem de principio motus vſque ad finem. Induxit autem illud inopinabile, & dixit qm̄, ſi dixerimus ꝙ perfectio domus, &c. i. quoniam impoſſibile eſt dicere domum alterari cum geoeratur: niſi dicam⁹ ꝙ domus, quę iam perfecta eſt, quod declaratum eſt ipſam eſſe ſubſtantiam, vt tectũ, & tegulæ, eſt ex genere qualitatis, quod dicitur alteratio. i. quoniam, ſi dixerimus ꝙ perfectio domus, quæ eſt ligna, & tegulæ, tunc poſſumus dicere ꝙ generatio domus eſt alteratio. Et exiſtimatur ꝙ in boc ſermone deſtruxit antecedens, quod apparet ex hoc, quoniã intendebat, ſed hoc non dicitur in domo, quoniã ſuã generatio perficitur. ergo neq; hoc dicitur in eo, dum generatur. Sed tamen hoc verum eſt in conſecutione conuertibili, ſicut in iſta. Nam, cum poſuerimus ꝙ illud, quod generatur, alteratur, ſequitur vt generatum ſit in capitulo alterationis. Et, ſimiliter cum poſuerimus quod generatum eſt ī capitulo alterationis, ſequitur vt generatio ſit alteratio.

Dubium.

Solutio.

In cõuertibilib⁹, licet arguere a deſtructione antecedẽtis ad deſtructionẽ cõſequẽtis.

Manifeſtum autem eſt ꝙ alteratio non eſt in ijs, quę fiunt. neq; n. in habitibus. habitus enim virtutes, et vitia ſunt. virtus aũt omnis, & vitium eorum, quæ ad aliquid, ſicut ſanitas quidem calidorum, & frigidorum commenſuratio quędam eſt, aut eorum, quę ſunt intra, aut ad continens. ſimil'r autem & pulchritudo, & robur eorum ſunt, quæ ad aliqd ſunt.

Vir⁹ oīs, & uitiũ, eorũ, quæ ad aliquid.

ſunt. diſpōnes.n.quędā eius,quod p̄ſtantiſſimum eſt,ad optimū ſunt.dico aūt p̄ſtantiſſimū,quod cōſeruat,& diſponit circa naturā. Qm̄ ergo virtutes q̄dem,& vitia ſunt ad aliqd:hæc aūt neq; gn̄ationes ſunt, neq; ipſorū eſt gn̄atio,neq; oīno alteratio: manifeſtū eſt ꝙ non eſt oīno ipſa alteratio circa habitus.

Declaratum eſt igit̄ ꝙ alteratio non eſt in eo,quod generatur.qm̄ neq; in formis. formæ.n.ſunt virtutes,aut vitia.et virtus,& vitium ſunt de capl'o relationis.quemadmodū ſanitas eſt de aliqua temperantia ex rebus calidis,& frigidis,aut itrinſeco, aut in reſpectu aeris continentis. & ſilr̄ pulchritudo etiam, & fortitudo ſunt de capitulo relationis. ſunt enim diſpoſitiones animaliū in reſpectu nobiliſſimi animalium.& dico laudabiliſſimam diſpōnem,illā,quæ eſt naturalis pura. Et, cū virtutes,& vitia ſunt de capl'o ad aliqd: & illa,q̄ ſunt de capl'o ad aliqd, non hn̄t gn̄ationem,neq; vl'r alterationem: manifeſtum eſt, quod alteratio non eſt in formis.

17 Cum declarauit ꝙ in gn̄e qualitatis,quæ eſt in quātitate,non eſt alteratio,incœpit etiam declarare hoc in alio gn̄e prædicamenti qualitatis,ſ.in formis, quę ſunt in anima,& in animato.& icœpit à formis quę ſunt in corpore,& dixit Declaratū eſt igitur ꝙ alteratio, &c. ideſt &,cum declaratum ſit ꝙ alteratio non eſt in eo, quod generatur,neq; in eo,quod eſt de genere generati,i.de genere formarum,manifeſtum eſt ꝙ nō eſt etiā in formis,quæ ſunt ī animato.& narrauit hoc, & dixit formæ.n.ſunt virtutes,aut vitia,ſ.qm̄ omne,quod attribuitur corpori aīalium, eſt aut virtus, aut vitium,ſ. aut virtus corporalis, vt pulchritudo, et fortitudo,aut vitium,vt turpitudo.Deinde poſuit aliam propoſitionem,& eſt ꝙ virtutes,& vitia ſunt relatiua.Et,qa hoc in quibuſdam manifeſtius eſt,q̄; in quibuſdam, incœpit exēplificare de apparentibus, vt declararet illa quæ latent,& d. quemadmodum ſanitas,&c.i.et quemadmodum manifeſtum eſt ꝙ ſanitas eſt aliqua temperantia,i.mediocritas īter res calidas,& frigidas, aut in cōplexiones corporis & membrorum,aut in rebus continētibus corpus in reſpectu corporis: medium autem relatiuum dicitur in reſpectu extremorum.ſimiliter apparet hoc in fortitudine,& pulchritudine, quoniā ſunt relatiua. Et,cum declarauit ꝙ fortitudo, & pulchritudo ſunt ſicut ſanitas,incœpit dicere illud,in quo conueniunt,ex quo certificat̄ ea eſſe relatiua, & dixit ſunt enim diſpoſitiones,&c.ideſt, & pulchritudo, & fortitudo ſunt in capitulo ad aliquid, ſicut in ſanitate: quia pulchritudo,& fortitudo,& aliæ formæ corporales ſimiles his ſunt diſpoſitiones laudabiles in animalibus, quæ non intelliguntur, niſi in reſpectu laudabiliſſimæ diſpoſitionis,ſ.in reſpectu animalis nobiliſſimæ compoſitionis: & omne,quod intelligitur in reſpectu alterius,eſt ad aliqd neceſſario.[a] Diſpoſitio.n.laudabiliſſima aīalis eſt,vt ī oībus diſpoſitionibus ſuis ſit ſm̄ curſum naturæ: & pulchritudo in aliquo animali eſt diſpoſitio in forma creaturę, cōſyderata ſm̄ diſpoſitionem, quam habet in creatione reſpectu nobiliſſimi aīalium in illa ſpē: & eſt illud, quod in oībus ſuis diſpōnibus eſt ſm̄ curſum naturæ. et ſilr̄ fortitudo eſt diſpō ſm̄ curſum naturæ eius in potētia.Et ꝙ fortitudo eſt ad aliqd manifeſtum eſt,non.n.dr̄,niſi ī reſpectu debilitatis. & ſilr̄ eſt de pulchritudine,cum dicatur in reſpectu turpitudinis. eſt.n.vl'r proportio inter membra media, & extrema. Et,cum declarauit ꝙ iſtæ formæ ſunt ad aliquid,dixit Et,cum virtutes,&c.ideſt &,cum ſit declaratum ꝙ formæ,& virtutes corporales ſunt ad aliqd: & ſit declaratū in Quinto iſtius libri ꝙ in prædicamento ad aliquid non eſt gn̄atio,neq; tranſmutatio, neque alteratio: manifeſtū eſt,quod ſequitur in prima figura, ꝙ in formis corporalibus,& inaīatis non eſt alteratio.

Medium relatiuū dr̄ ī reſpectu extremorum.

Oē,qd intelligit̄ ī reſpcū alterius,eſt ad aliqd neceſſario.

a Quæ ſit diſpō laudabiliſſima ī aīali, & qd ſit pulchritudo.

Pulchritudo ē ꝓportio inter membra media,& extrema.

T.c.10.

Neq; igitur circa animæ virtutes,& vitia. Virtus.n. perfectio quędā eſt. vnūquodq; enim tunc maxime perfectum eſt, cum adeptum eſt propriam virtutem,& maxime ſm̄ naturam. vt circulus tunc maxime ſm̄ naturam eſt,cum maxime circulus eſt. Vitiū autem corruptio horum,& remotio eſt.

Virtus pfectio quædam eſt.

Neq; etiam in virtutibus,& vitijs animæ. Virtus.n.eſt aliqua perfectio. vnaquæq;.n. rerum tunc eſt perfecta in illa hora proprie, in qua peruenit ad virtutē propriam, & erit in fine diſpoſitionis naturalis. quemadmodum circulus tunc erit in diſpoſitione naturali,cum erit circulus in fine. Vitium autem diſtat,& ſeparatur ab illa.

Cum declarauit ꝙ alteratio non eſt in genere qualitatis,quę eſt in quantitate,in eo ꝙ eſt quantitas, incœpit declarare hoc in formis animatis, & incœpit in hoc à virtutibus moralibus anteq; à comprehēſiuis,& dixit Neq; etiam in virtutibus,& vitijs animæ. Deinde induxit ſignum ſuper hoc,& dixit Virtus.n.eſt aliqua perfectio.i.& in perfectione nō eſt motus alterationis: ergo in virtute non eſt alteratio:cū generatio eius non ſit alteratio. Et,cum poſuit ꝙ virtutes ſunt perfectio, & intendit declarare ꝙ perfectio non eſt alteratio, incœpit declarare propoſitionem, per quam declaratur hoc,& eſt ꝙ perfectio non eſt diuiſibilis: alteratio autem eſt in re diuiſibili ſecundum magis et minus, vt dictum eſt in Quinto de motu, ſcilicet ꝙ non inuenitur, niſi in rebus diuiſibilibus.Et dixit quoniam vnaquęq; rerum eſt perfecta in illo tempore, in quo ꝑuenit,&c.i. & perfectio eſt indiuiſibilis. qm̄ aliquid non ſit perfectum,niſi in tempore, in quo peruenit ad perfectionē, & cauſa in hoc,ꝙ iſtud tempus eſt indiuiſibile,eſt, qm̄ illud,ad quod peruenit in illa hora eſt indiuiſibile:et eſt perfectio,quia eſt finis rei naturalis: & finis eſt indiuiſibilis. D.d. & erit in fine rei naturalis.i.& ens erit in eo in fine rei naturalis.&,cum hora,in qua inuenitur perfectio, eſt indiuiſibilis,& eſt declaratū ꝙ omnis motus eſt in diuiſibili,manifeſtū eſt ꝙ alteratio non eſt in perfectione. Et,cum poſuit ꝙ perfectio eſt in fine rei naturalis,& ꝙ finis rei naturalis eſt indiuiſibilis, incœpit demonſtrare hoc in circulo,cum hoc manifeſtum ſit in eo,ſcilicet quoniam eſt perfectio indiuiſibilis. nō enim eſt circulus magis q̄ circulus.& dixit quemadmodum circulus,&c.i.& perfectio rerum naturalium eſt īdiuiſibilis,quia ſunt in fine,non ante: ſicut eſt diſpoſitio in circulo.qm̄ perfectio eius eſt,qn̄ fuerit in fine. nō.n.eſt circulus ante finē.& quaſi d.& ꝑfectiones ſunt indiuiſibiles,qa ꝑfectiones ſunt ſi̅les perfectioni circuli, quēadmodum circulus non eſt circulus ante finē. ſilr̄ eſt in alijs ꝑfectionibus. Et,cū declarauit ꝙ virtus eſt indiuiſibilis,declarauit hoc ēt ī vitio,& d. Vitiū aūt,&c.i. et vitiū eſt ſeparatio,& remotio ab illo fine īdiuiſibili.et, cum iſte finis eſt indiuiſibilis:ergo & illud,quod diſtat ab 18

5.Ph.t.c.10

Perfcō ē indiuiſibil', qa ē fine rei naturalis: & finis ē indiuiſibilis. Idē. 6. Ph.t.c.46.

Motum eſſe ĩ eis, quę hñt mediũ, patet hic, & 5. ph. t. c. 22.

ab eo maxime eſt indiuiſibile: & ſic nõ eſt medium inter virtutem, & vitium. motus autem eſt in eis, inter quæ eſt medium, vt declaratũ eſt in Quinto. & totum hoc intellectum eſt ex ſuis verbis potentialiter.

Fit igitur cum alteratur quippiam, & acceptio virtutis, & vitij abiectio: alteratio tamẽ horum neutrum eſt. Quod autem alteretur aliquid manifeſtum eſt. virtus enim aut impaſſibilitas quædam eſt, aut paſſiuum ſic. vitium autem paſſiuum, aut contraria paſſio virtuti. Et in totum, moralem uirtutẽ in voluptatibus, & triſtitijs eſſe accidit. aut enim ſecũdum actum uoluptas eſt, aut per memoriam, aut per ſpem. Si igitur ſecundum actũ, ſenſus cauſa eſt: ſi autem per memoriam, aut per ſpem, ab ipſo eſt. aut enim ſimilia paſſi ſumus ijs, qui reminiſcuntur uoluptatis, aut ſimilia patiemur ſperantibus.

Virtus. Vitium.

Et diminutio à uirtute, & denudatio à uitio fiunt, qñ aliquid alteratur. ſed neutrũ eſt alteratio. Et ſignum eius ꝙ aliqua alterantur manifeſtum eſt. uirtus. n. eſt aut inreceptibilitas paſſionum, aut receptio earum tali modo. uitium autem eſt receptio paſſionũ contrario modo illi, quo uirtus recepit eas. Et vniuerſaliter accidit ꝙ uirtus moralis ſit in modis uoluptatis, & triſtitiæ. voluptas enim aut eſt actu, aut per rememorationẽ, aut ſpe. Eius autem, quod eſt actu, cauſa eſt ſenſus: illud autẽ, quod eſt ꝑ rememorationẽ, aut per ſpem, erit ſ̃m hoc. voluptas. n. accidit nobis, aut ꝑ rememorationẽ eius, quod habuimus ex ea, aut per ſpem ad illud, quod hñdum eſt.

19 Cum declarauit ꝙ in qualitate, quæ eſt in quantitate, non eſt alteratio, & ꝙ generatio eius ſequitur alterationem, & declarauit ꝙ in virtutibus animę non eſt alteratio, vult declarare ꝙ ſequitur alterationem, quod non fecit in formis corporalibus: quia manifeſtum eſt eas ſequi alterationem. Et dixit Et diminutio, &c. i. & vitium, & virtus fiunt à rebus alteratiuis: ſed factio earum in ſe non eſt alteratio, cum ſint indiuiſibiles, vt declaratum eſt. Deinde induxit ſignum ſuper hoc, & dixit Et ſignum, quòd aliqua alterantur, manifeſtũ eſt, quorum alterationem ſequitur factio virtutum, & vitiorum. Virtus enim aut eſt prohibitio vitioſi à receptione paſſionum corporalium, aut eſt receptio paſſionum modo terminato: & quomodocunq; fuerit neceſſe eſt vt ſequantur paſſionem. Si autem fuerint mediæ in paſſione, ſicut eſt verum, manifeſtum eſt, quoniam ſequuntur medium in paſſione. ipſa enim paſſio corporalis erit per alterationem, immo eſt ipſa alteratio. & ſimiliter ſi ſequitur impaſſibilitatem, prohibitio enim à paſſione praua erit per paſſionem contrariam illi paſſioni prauæ. Et, cum dixit ꝙ virtus ſequitur alterationem, cum ſequitur paſſionem, & paſſio eſt alteratio, dixit hoc etiam in vitio, & dixit vitium autem eſt, &c. id eſt vitium autem ſequitur receptionem paſſionum, quæ ſunt contrarię paſſionibus, quas ſequuntur virtutes. Sed quęritur quomodo dicitur ꝙ virtus ſequitur paſſionem laudabilem, et vitium paſſionem illaudabilẽ, & paſſio laudabilis, & illaudabilis ſequuntur virtutem, & vitium, Virtus enim eſt habitus, per quem patitur paſſionem laudabilem, & Vitium eſt habitus, per quem patiatur paſſionem illaudabilẽ. Ad hoc autem dicendum eſt ꝙ iſti duo habitus acquiruntur conſuetudine paſſionum laudabilium, aut illaudabilium, ergo exiſtentia eorum perfecte neceſſario ſequitur paſſionem. Et, cum ſit declaratum ꝙ virtus, & vitium ſequunt̃ paſſionem, et eſt declaratum ꝙ paſſio eſt alteratio: ſequitur ex hoc, ꝙ virtus, & vitium ſequuntur alterationem. D. d. Et vniuerſaliter accidit, &c. i. & virtus moralis eſt in voluptabili, & contriſtabili, ſ. in quærendo voluptabile, & fugiendo cõtriſtabile, ſecundum ꝙ oportet, & quando oportet, & intendebat per hoc dicere ꝙ virtus ſequitur paſſionem. nam quęrere voluptabile, & fugere contriſtabile ſequuntur paſſionem. Et ſyllogiſmus componitur ſic. Virtus inuenitur in contriſtabili, & voluptabili: & cõtriſtabile, & voluptabile ſequũtur paſſionem: ergò virtus ſequitur paſſionem. Et ſimiliter declarabitur per hunc ſyllogiſmum in vitio. Et, quia voluptabile aliud eſt in præterito, & aliud in futuro, declarauit hoc, & d. voluptas enim aut eſt in actu, &c. & intendit per actum tempus præſens, & per rememorationem præteritum, & per ſpem futurum. Et, quia vnuſquiſq; iſtorum trium modorum voluptatis proprius eſt alicui virtuti virtutum animæ, dixit Eius vero, quæ eſt in actu, cauſa eſt ſenſus. id eſt, voluptatis enim, quæ eſt in actu, cauſa eſt, qa comprehenditur ſenſu, qui eſt in actu. et eius, quæ eſt per ſpem, cauſa eſt ſenſus. ſed de ſenſu, qui eſt in potentia, ille, qui iam exiuit in actum proprium, eſt virtuti rememoratiuę, & ille, qui futurus eſt, imaginatiuę. delectamur enim per rememorationem, quando imaginati ſumus illud rememoratũ, quaſi iã exiſſet in actũ. & ſimiliter eſt de ſperato. omnia igitur pendent à ſenſu. & ideo dixit voluptas enim accidit nobis, &c. Et quaſi intendebat per hoc confirmare ꝙ voluptas ſit à paſſione, quæ ſit à ſenſibili. &, quia voluptatio eſt per ſpatium, et illud quod fiendũ eſt, poteſt hic fieri * cõcluſio, ſ. ꝙ voluptas ſequitur paſſionem à ſenſibili. quoniam neceſſe eſt, ſi voluptas ſit paſſio, aut ſequatur paſſionem, vt facta ſit à paſſione ſenſibili: cum ſit poſitum quòd paſſiones fiant à ſenſibilibus, & inſenſibilibus. Et ideo diſſoluit qõnem, narrãdo ꝙ voluptas in ꝑterito, & futuro eſt ſenſibile in potentia. et ꝙ cõprehenſio ſenſibilis in potẽtia, et in actu, ſequit̃ eam neceſſario paſſio.

Dubium.

Solutio.

Delectamur ꝑ rememorationẽ, qñ imaginati ſumus illud rememoratum, q. iam exiſſet ĩ actum.

* a. l. quęſtio

At vero neq; in intellectiua parte animæ eſt alteratio. ſciens enim maxime eorũ, quæ ad aliquid dicitur. Hoc autem manifeſtũ eſt. Secundũ enim nullam potentiam motis, fit in nobis ſcientia, ſed, cum extiterit aliquid. ex ea enim, quæ eſt ſecundum partem experiẽtia, vniuerſalem accipimus ſcientiã. Neq; itaq; actus generatio eſt: niſi quis & reſpectionem, & tactum generationes dicat. tale enim eſt actus. quæ autem à principio acceptio ſcientiæ nec eſt generatio, nec alteratio. nam, quia quieta eſt, reſidetq; anima, ſciens fit, et prudens. Vt igitur, neq; cum dormiẽs excitatus eſt aliquis, aut ebrius eſſe deſijt, aut ægrotans reualuit, factus eſt ſciens, quamuis prius non poterat vti, & ſecũdum ſcientiam agere, ſed abeunte perturbatione, & ad tranquillitatem veniente mente inerat potentia ad ſcientiæ vſum, ſic vtiq; huiuſmodi aliquid fit id, quod eſt à principio, in ſcientiæ exñtia.

In quieſcendo ſciẽs, & prudens fit anima.

perturbationis

perturbationis enim quies quædam eſt, & tranquillitas. Neque igitur pueri poſſunt qd diſcere, neque iudicare ſenſibus, ſimiliter atque ſeniores. multa enim perturbatio circa ipſos fit, & motus. Sedantur autem, & deſinunt perturbari, aliquãdo quidem à natura, aliquando vero ab alijs. in vtriſque autem his alterari aliquid accidit, ſicuti cum excitatur, & fit vigilãs ad actum. Manifeſtum eſt igitur quòd alteratio in ſenſibilibus eſt, & in ſenſibili parte animæ, in alia autem nulla, niſi ſecundum accidens.

Neque in parte diſtinguente de anima eſt alteratio. cognoſcens enim dignius dicetur de capitulo ad aliquid. Et hoc manifeſtũ eſt. Quoniam cognitio non eſt in cognoſcente ita, quòd aliqua potẽtia omnino moueatur, ſed cum aliquid fuerit. quoniam ex experientia rerum particularium comparamus cognitionem vniuerſalem. Neq; intellectus eſt etiam generatio: niſi quis dicat quòd videre etiam, & ſentire eſt generatio: & ꝙ tale eſt, intelligere: & acquirere cognitionem in principio non eſt generatio, neq; alteratio. homo enim fit ſciens, & intelligens, quando anima eius quieſcit, & firmatur. Quẽadmodum igitur homo, quando expergeſit à ſomno, aut quando deinebriatur, aut quãdo fuit infirmus, non dr̃ ipſe fieri ſciens, licet prius non habebat potentiam vtendi ſcientia, neque operãdi ea, deinde poſtq̃ receſſit illa cõturbatio, & quieſcit intellectus, inuenitur in eo iſta potentia, quę fit, ita eſt in eo, quod inuenitur in principio in diſpoſitione cognitionis. cognitio enim eſt quies, & rectitudo. Neq; pueri etiam poſſunt addiſcere, aut communicare in ſenſibus, ſicut plurium annorũ. nam conturbatio, & motus in pueris eſt multa. Et iſta conturbatio rectificatur, & ceſſat, quædam à natura, & quædam in alijs rebus, vt à diſciplina, & à ſimilibus. & in iſtis duobus neceſſe eſt vt aliquid alteretur, ſicut eſt diſpoſitio eius, qui expergeſit à ſomno, et eſt ſomnus apud actum. Manifeſtum eſt igiť ꝙ alteratio eſt in ſenſibilibus, et in parte ſenſibili animæ, in alijs autem non, niſi per accidẽs.

20 Cum declarauit quòd in parte rationabili operatiuã non eſt tranſmutatio, vult declarare quòd neque ĩ parte comprehenſiua animæ fit tranſmutatio, neque alteratio, & dixit Neque in parte diſtinguente. & intendit per partem diſtinguentem, comprehendentem. & eſt virtus ſenſibilis, & imaginatiua, et rationabilis. Deinde d. cognoſcens enim dignius eſt, etc. ideſt, et ſignum eius eſt, quòd generatio iſtorum videtur eſſe de genere relationis, & maxime partis rationabilis. [a] eſt enim dignius vt exiſtimetur eẽ de capitulo ad aliquid quàm de qualitate. & intendit quòd eſſe comprehenſionem in nobis non eſt aliquid factum in ſe, ſed in reſpectu ad nos, ſcilicet quando anima fuerit pręparata ad recipiendum illas comprehenſiones, vt ferrum pręparatur per terſitudinem ad recipiendum lucem, & alios colores, & formas: non ꝙ comprehenſiones gñentur in ſe, ita, quòd ante nõ erant. Et hoc, quod dixit, manifeſtius eſt in intellectu, quàm in alijs virtutibus comprehenſiuis, & ideo dixit cognoſcens enim, &c. Sed intẽdebat per cognoſcens intellectum. Et forte intendit per cognoſcens, omnes virtutes comprehenſiuas. et erit iſta comparatio inter illas ad alias partes animę non rationabiles, ſcilicet morales. Deinde dixit Et hoc manifeſtum eſt, &c. ideſt, quoniã cognitio non fit in cognoſcente, ita, quòd pars cognoſcens ſit tranſmutata, ſed fit quando aliud aliquid tranſmutatur, ſicut eſt diſpoſitio ĩ omnibus relatiuis, verbi gratia ĩ columna. columna enim non tranſmutatur in ſe, quando de ſiniſtra poſita eſt in dextra, ſed aliud, verbi gratia Soc. et ſimiliter eſt diſpoſitio in factione cognitionis. quoniam hoc non fit ita, quòd pars cognoſcens tranſmutetur, ſed quòd aliud tranſmutatur, & eſt illud, in reſpectu cuius dicitur illa cognitio. Et, cum narrauit quòd cognitio fit in nobis, non ita, quòd pars cognoſcens tranſmutetur, ſed aliud, dixit quid eſt illud aliud, & dixit Quoniã ex experientia, &c. ideſt quoniã cognitio fit in nobis, quando tranſmutatur per receptionem particularium, & conſyderationem eorum. quoniam, cum conſyderamus particularia, fit ex hoc cognitio vniuerſalis in nobis ſecundum relationem ad illa, ſcilicet quòd, cũ apud nos fit ex aliqua ſpecie plus quàm vnum particulare, ſtatim fit in nobis ſpecies vniuerſalis, abſque eo, quòd in ipſa fiat tranſmutatio. Deinde dixit Neque intellectus etiam, &c. ideſt, & dicens quòd intelligere eſt generatio non habet viam ad dicendum hoc: niſi dicat ꝙ videre, & vniuerſaliter ſentire eſt generatio. Et dixit hoc, quia proportio intellectus ad intellectum eſt ſicut proportio ſenſus ad ſenſatum. Si igitur aliquis dixerit quòd factio iſtorum eſt paſſio, & tranſmutatio, ſcilicet quòd ſequitur alterationem, ſecundum quòd eſt vera generatio, poteſt dicere hoc in intellectu. qui autẽ non dicit hoc in ſenſibus, minus dicit in intellectu. Deinde incœpit probare quòd cognitio fit in nobis ſine generatione per rationes probabiles, & dixit & acquiſitio cognitionis, &c. & intendit à principio, non ſecundum rememorationem. D. d. homo enim, &c. ideſt, & neceſſe eſt vt cognitio fiat in nobis ſine generatione, quia viſum eſt quòd homo non fit cognoſcens, niſi quando quieuerit, & rectificata fuerint accidentia animæ apud ſeparationem à pueritia. Et intẽdit ꝙ ſcientia non eſt in pueritia in actu, ſed accidentia appetibilia, et vniuerſaliter humores, vt dixit Plato, impediunt puerum, & ideo aſſimilauit ipſum dormienti, et ebrio, & infirmo. Et dixit Quemadmodum igitur hõ, &c. ideſt, & quemadmodum, quando homo fuerit dormiẽs, & expergeſit, & reuerſa eſt ad illũ cognitio eius, aut quando eſt liberatus ab ebrietate, aut ab infirmitate, non dicitur acquirere ſcientiam, quam non habebat prius, ſcilicet ſcientiam generatam in ſe, poſtquam non fuit, ita etiam non dicimus in ſcientia, quę acquiritur à principio, quòd eſt ſcientia generata in ſe, ſed generatio eius in ſciente eſt ſecundum relationem: ſicut lux generať in ſpeculo ferri terſo. Deinde d. licet prius non habebat potentiam, &c. ideſt quoniam quemadmodum dicimus in dormiente, quando expergeſit, ipſum habere ſcientiam, quam prius habebat, non potentiam vtendi, ideſt quoniam non erat exiſtens in actu in anima eius, ita dicimus in ſcientia acquiſita à principio. Et non intendebat per hoc, quod dixit in dormiente, quòd ſcientia reuertitur ad illam, quam prius non habebat in potentia vtendi, & hoc, ꝙ aſſimilauit

[a] Oppoſitum. Met. 10. cõ. 22. & in pręd camentis. Vide con. Zimaræ. a Scia, & cognitio digni⁹ eſt vt ſint in ca. ad aliqd. q̃ ĩ qualitate ꝓ hoc vide. 5. Me. c. 20.

Cũ conſyderamus ꝑticularia, fit ex hoc cognitio vñis ĩ nobis. Idẽ. 12. Me. c. 4. et ĩ fine. 2. poſteriorum.

Proportio ĩtellis ad ĩtellectũ eſt ſicut ꝓportio ſenſus ad ſenſatum. Idem. 3. de An̄a. tex. cõ. 5.

ſcientiam acquiſitã à principio ſcientiæ acquiſitæ poſt ſomnum, ita, ꝙ ſcientia acquiſita à principio acquiratur illo modo, quo acquiritur poſt ſomnum. oam hoc eſt impoſſibile. ſed intendebat per potentiam vtendi ipſam eſſe in anima eius in actu, non à generatione. Deinde induxit aliud ſignum, & dixit cognitio enim eſt quies, & rectitudo. ideſt, & ideo cognitio exiſtit in nobis in principio per quietem animę, & rectitudinem accidentium. &, ſi generetur, tũc exiſtentia eius eſſet apud tranſmutationem. D. induxit ſignum de pueris, & dixit Neq; pueri etiam, &c. ideſt, & hæc eſt cauſa in hoc, ꝙ pueri nõ addiſcũt, anteꝗ̃ pertranſeant pueritiam, oeq; cõicant cum eis, qui ſunt plurium annorum in quantitate eius, ꝙ cõprehenduot de differentijs ſenſibilium, ſ. quia humor, & motus abundat in eis. D. dixit Et iſta conturbatio, &c. & intendit per naturam ætatem, & per alias res cõſuetudinem, & exercitium. exercitium. n. largitur naturæ hoīs præparationem, quæ in ea noo erat ante, & non eſt remotum vt virtus, ſ. moralis operetur in hoc, & maxime caſtitas. D. d. et in iſtis duobus, &c. i. & in iſta tranſlatione, quam habent pueri de ignorantia ad cognitionẽ propter ætatem, aut per diſciplinam, neceſſe eſt vt alteretur, v. g. ſubiectum animæ, quod eſt calor naturalis, ſicut accidit ei, qui expergeſit à ſomno, vt alteretur per alterationem alterius partis in eo, à parte, quæ ĩtelligit, ver. g. caloris naturalis. Et intendebat per omnia iſta ponere ꝙ anima ooo alteratur per ſe, ſed per accidens. Si autem facta eſt, tunc eſſe eius ſequitur eſſentialiter alterationem. Si autem oon eſt facta, tunc eſſe eius in nobis ſequitur alteratiooem, nõ eſſe eius in ſe, ſicut eſt diſpoſitio in ſomno. Et hoc maoifeſtius eſt ĩ intellectu, ꝗ̃ in cæteris partibus animæ cognoſcentibus. Et iam declarauit ipſe in libro de Anima ꝙ eſſe comprehenſibilium ſenſus ſequitur in ſe alterationem eſſentialiter, poſtquam induxit iſta ſigna ſufficientia quibus vſus eſt hic. in intellectu autem multum latet. & iam coofyderauimus de hoc in libro de Anima. Hic autem non intendebat declarare quòd anima intelligibilis, aut intellectus noo ſequitur in ſuo eſſe tranſmutationem eſſentialiter, ſed intendebat declarare quòd in ea non eſt tranſmutatio. Sunt enim tria: quorum Vnum eſt, verũ in ſubſtantia intellectus, aut animæ ſit tranſmutatio, et alteratio: Secundum vero eſt, vtrum ſuum eſſe in ſe ſequatur tranſmutatiooem, & alteratiooem eſſentialiter ita, quòd ſit facta ĩ rei veritate: Tertium autem eſt, vtrum ſuum eſſe ſequatur alterationem per accidens, ſcilicet ſecundum quòd eſt in oobis, non ſecundũ quòd eſt in ſe. Et quia, ſi fuerit declaratum ipſam eſſe alteratam per accidens, tunc dignior erit, vt noo ſit alterata in ſua ſubſtantia, quàm vt ſequatur alterationem eſſentialiter, & quòd, ſi ex vtraq; opinione ſequitur vt noo ſit alterata in ſua ſubſtantia, & eſt illud, quod intendebat, vidit quòd melior doctrina in hoc eſt inducere ſermones, ex quibus videtur ipſam eſſe alteratam per accidens. quoniam, cum hoc fuerit exiſtimatum, ſcilicet ipſam eſſe alteratam per accidens, tunc mens non cogitabit in hoc, quòd noo ſit alterata in ſua ſubſtãtia: ſed illud, de quo cogitabit tunc, eſt, vtrum ſit poſſibile, vt in ſuo eſſe ſequatur alteratio oem eſſentialiter, aut non. Et, cum non accidit ei in hoc, niſi altera duarum cogitationum, propter illa ſigna ſufficientia, quæ ſunt in prima cognitione, ſcilicet quoniam ooo accidit ei, vt ſit alterata in ſua ſubſtantia, manifeſtum eſt quod qui audiuerit iſta ſigna, non dubitabit in hoc, quòd eſt oon tranſmutata in ſua ſubſtantia, ſed remanebit ei ſecunda poſſibilitas. [a] Hoc igitur eſt quod Ariſto. intendebat in hoc loco, quòd anima eſt tranſmutata per accidens, ſcilicet in nobis, non quòd hæc ſit opinio eius: ſed intendebat demonſtrare vim iſtius opinionis: vt, cum homo ſciuerit illa ſigna, habebit pro impoſſibili, vt ſit alterata in ſua ſubſtantia, & noo remanebit ei cognitio, niſi inter duas alias intentiones. Deinde dicit Manifeſtum eſt igitur de alteratione, &c. & intendit per ſenſibilia tangibilia, & colores, & ſapores, & odores, et per partem ſenſibilem corporalem, animę paſſiões, factas in virtute concupiſcibili, quas ſequuntur paſſioes corporales, vt rubor verecundiam, & pallor timorem. & vocauit hanc partem corporalem, quia indiget corpore. & ideo oullus exiſtimat quòd illa pars animæ poteſt ſeparari. Sed quæritur hic, quare tacuit hic ſpeciem qualitatis, quæ dicitur potentia, & impotẽtia naturalis. Et Alexã. dicit ꝙ iam declaratum eſt vniuerſaliter quòd oon eſt qualitas. & intendit, vt mihi videtur, quòd res agunt per ſuas formas, & patiuntur per ſuas materias: & formæ, & materiæ ſunt ſubſtãtiæ neceſſario. Et forte iotendit ꝙ declaratum eſt vniuerſaliter ꝙ non eſt qualitas alterabilis, quoniam eſt forma: & declaratum eſt quòd formæ non ſunt alteratio, ſed ſequuntur alterationem.

Exercitium largiſ naturę hoīs ꝑpationẽ, quę in ea non erat añ. & nõ eſt remotum vt in hoc operetur virtus moralis, & maxīe caſtitas.

a Iſta nõ ẽ op. Ari. ſed intẽdebat demõſtrare vim iſtius opinionis.

Dubium.

Solu. Alex.

Vide de hac re Auer. 5. Met. cõ. 19.

Quoniam lectio Simplicij à textu. 14. uſque ad. 21. incongruam patitur diuiſionem, iuxta Auerrois commentaria, ideo eam totam ſimul in fine capitis appoſuimus.

Quod autẽ id, quod alteratur, omne à ſen 14
ſibilibus alteratur, & in his ſolis alteratio di-
citur, quæcunq; per ſe patiuntur, ex his con-
ſyderandum. Aliorũ. n. optime quis vtiq; 15
exiſtimabit in figuris, & in formis, & in habi
tibus, & horum aſſumptionibus, atq; depoſi
tionibus alterationem exiſtere. In neutris au
tem eſt. nã quod figuratur, cum perfectum
factum fuerit, non dicimus illud, ex quo eſt,
vt ſtatuam, aut pyramidem cęram, aut lectũ
lignũ, ſed denominãtes illã quidem æneam,
hanc vero cęream, hunc autem ligneũ. quod
autem paſſum eſt, & alteratum appellamus.
ſiccum enim, & humidum, & durum, & cali
dum æs dicimus, æquiuoce cum paſſione
materiam appellantes. Quare, ſi ſecundum
figuram, & formam nõ dicitur quod factum
eſt, in quo eſt figura, ſecũdum paſſiones au-
tem, & alterationes dicitur, manifeſtũ quod
non erũt gñationes hę alterationes. Am- 16
plius autem & ſic dicere inconueniens vtiq;
videbitur, alteratum eſſe hominem, aut do-
mum, aut aliud quodcũq; eorum, quæ facta
ſunt: ſed fieri quidem fortaſſe vnumquodq;
neceſſariũ, ſi alteretur aliquid, vt, ſi materia
condenſetur, aut rarefiat, aut calefiat, aut re-
frigeretũ. Nõ tamen ea, quæ fiunt, alterantũ, 17. uſq; ad
neq; horum generatio alteratio eſt. At ve- 20.
ro neq; habitus, neque corporis virtutes. hi
enim virtutes, illi vero vitia, habituũ. nõ eſt
autem neq; virtus, neq; vitium alteratio. ſed
Virtus quidem perfectio quædam eſt. Cum
enim aſſumpſerit ſuiipſius virtutem, tunc di-
citur perfectum vnumquodq;. tunc. n. maxi

me

me eſt quod ſecundũ naturam. quemadmodum perfectus circulus, cum maxime fiat circulus optimus. Vitium vero corruptio huius, atq; remotio. Quemadmodum igitꝰ neq; domus perfectionẽ alterationem dicimus. ἐμ'γγον absurdum. n. ſi * corona, & tegula alteratio: vel ſi, cũm corona circumſepitur, & tegula tegitur, alteratur, ſed non perficitur domus. eodem modo & in virtutibus, & vitijs, & habentibus, vel aſſumentibus. illæ. n. perfectiones, hæc vero remotiones ſunt: quare nõ alterationes. Amplius autẽ & omnes eſſe virtutes dicimus in ad aliquid quodammodo ſe habere. eas. n. quæ ſunt corporis, vt ſanitatẽ, & bonam habitudinẽ, in temperatura, commenſurationeq; calidorum, & frigidorũ ponimus, vel ipſa ad ea, quæ ſunt intus, vel ad ipſum continens. ſimiliter autem et pulchritudinem, & robur, & alias virtutes, & vitia: vnumquodq; enim eſt in aliquid quodãmodo ſe habere: et circa proprias paſſiones bene, vel male diſponunt ipſum habẽs. domus autem ſub quo fieri, atq; corrumpi nata eſt. Quoniam igitur ea, quæ ad aliquid, neq; ipſa ſunt alterationes, neq; ipſorum eſt alteratio, neq; generatio, nec omnino mutatio nulla, manifeſtum quod neq; habitus, neq; habituum abiectiões, & aſſumptiones alterationes ſunt: ſed fieri quidem fortaſſe & hos, & corrumpi, cum alterantur quædam, neceſſe eſt: quemadmodum & ſpeciem, & formã, vt calidorum, & frigidorum, ſiccorumuẽ, et humidorum, vel, ĩ quibus inſunt, primis. circa hęc enim vnumquodq; dicitur vitium, et virtus, à quibus natum eſt alterari ipſum habẽs. virtus. n. impaſſibile facit, vel vt oportet paſſiuum: vitium vero paſſiuum econtrario, & impaſſibile. Siſr autẽ & in animæ habitibus. oẽs. n. & hi in aliquid quodãmodo ſe hñe. & virtutes qdem pfectiones, vitia vero remotiones. Amplius virtus qdem, ſi diſponit, ad ꝓprias paſſiões, vitiũ vero male. quare neq; hęc erũt alterationes, neq; vtiq;, et horũ abiectiões, atq; aſſumptiones. fieri aũt has neceſſarium, cũ alteraꝰ ſenſitiua pars. alterabiꝰ aũt à ſenſibilibus. oĩs. n. moralis uirtus circa voluptates, doloreſq; corporeos: hi vero aut in agendo, aut in rememorãdo, aut in ſperãdo. quę igiꝰ in actione, ſm ſenſum ſunt, vtã ſenſibili aliquo moueanꝰ: q̃ vero in memoria, & ſpe, ab hac ſunt. vel. n. qualia paſſi ſunt rememorãtes delectanꝰ, vel ſperãtes q̃ expectãt. quare neceſſe eſt oẽm huiuſcemodi voluptatẽ à ſenſibilibus fieri. Qm̃ aũt voluptate, doloreq; ĩnato, et virtus, et vitiũ innaſciꝰ: in his enim ſunt: voluptates vero, et dolores alterationes ſunt ſenſitiuiꝰ: manifeſtũ q, cũ alteraꝰ aliqd, neceſſe & has abijcere, atq; aſſumere. Pręterea gñatio qdem ipſorũ cum alteratione, ipſa aũt non eſt alteratio. At vero neq; in intellectiua parte aĩæ eſt alteratio. ſciẽs. n. maxime eorũ, quę ad aliqd dñr. hoc aũt manifeſtũ eſt. ſm. n. nullã potentiã motis ſcientia innaſciꝰ: ſed cũ extiterit aliqd. ex ea. n. quę ſm parte, experientia, vl'em accipimus ſcientiam. Neq; itaq; actus gñatio eſt: niſi quis & reſpectionẽ, & tactũ gñationes dicat. tale. n. eſt actus. rurſus aũt ipſius vſus, et ipſius actus nõ eſt gñatio: niſi qs reſpectiõis, et tactus putat gñationem eſſe, & ipſum opari his ſiſr. q̃ vero à principio ſcientiæ acceptio, nec eſt generatio, nec alteratio. nã, quia qetus eſt, reſidetq; diſcurſus, ſcire, ſapereq; dicimus. ad ipſum aũt qeſcere nõ eſt gñatio. omnino. n. nullius mutationis, quẽadmodũ dictũ eſt prius. Præterea veluti, cũ ex ipſo ebriũ eſſe, dormireuẽ, vel ęgrotare in cõtraria mutatus fuerit aliqs, nõ dicimus ſcientẽ factum eſſe rurſus: q̃uis impotens erat vti ſcientia prius: cũ neq; qñ à principio habitũ aſſumat. nã, qa reſidet anima, ex morali virtute prudens fit quid, & ſciens. quocirca & pueri neq; addiſcere poſſunt, neq; ſm ſenſus ſiſr, atq; ſeniores iudicare. multa. n. perturbatio, & motus. ſedantur autem, & quieſcunt, aliqñ quidem à natura, aliqñ vero ab alijs: in vtriſq; aũt, cum quędã eorũ, quę in corpe alteraꝰur: quẽadmodum in excitatione, & actione, quãdo fit vigilans, & excitatur. Manifeſtum igiꝰ ex dictis quod alterari, & alteratio in ſenſibilibus fit, & in ſenſitiua animæ parte, in alia vero nulla, niſi ſecundum accidens.

Summa Quarta. Vtrum omnis motus habeat cum omni motu comparationem.

Caput Primum. Quis motus cui motui ſit comparabilis.

DVbitabit aũt aliquis, vtrum omnis motus omni comparabilis eſt, an non. Si igitur omnis comparabilis eſt, et ęque velox eſt, quod in ęquali tempore per ęquale mouetur, erit circularis quædã æqualis rectę, & maior etiã, et minor. Amplius alteratio, & latio quędã ęqualis erit, cũ in æquali tempore aliud alteratum ſit, aliud vero latum. erit ergo paſſio æqualis longitudini. ſed impoſſibile eſt. At, cum in æquali tempore per ęquale mota fuerit, tunc ęque velox eſt: æqualis autem non eſt paſſio omnis longitudini: quare non eſt alteratio lationi æqualis, aut minor: quare non omnis comparabilis eſt.

Et quæritur, vtrum motus coniungetur cum motu, aut non. Quoniam, ſi omnes motus coniunguntur ſibi, & conuenientia in velocitate ſunt illa, quæ in tempore ęquali mouentur per ęquale, tunc aliquis motus circularis erit æqualis recto. ergo aliquis motus circularis erit maior, aut minor illo. Et alteratio, & tranſlatio erunt æquales, cũ in tempore æquali hoc alteratur, & hoc mutat locum. ergo paſſio erit ęqualis longitudini. ſed hoc eſt impoſſibile. Quoniam tunc velocitas eſt æqualis, quando duo pertranſeunt in æquali tempore aliquod æquale: ſed paſſio, & longitudo non ſunt æquales: ergo neque alteratio, & tranſlatio ſunt æquales, neque vna minor eſt alia: ergo neceſſe eſt vt non omnis motus cõiungatur cum omni motu.

21 Hæc eſt Quarta quæſtio iſtius tractatus. In prima enim declarauit quod omne motum habet motorem. In ſecunda vero, quòd omnia mota in loco reducũtur ad primum motum, quod mouetur à motore in ipſo. Tertia autem eſt, quòd omnis motor eſt inſimul cum eo, quod ab eo mouetur in loco. Quarta vero eſt iſta, vtrum omnis motus habet proportionem cum omni motu. Et dixit Et quæritur, &c. & intendit per coniunctionem ſuperpoſitionem, & menſurationem, ita, quòd omnes motus poſſunt diuerſari ſecundum magis, & minus. Deinde dixit Quoniam, ſi omnes motus, &c. ideſt, quoniam, ſi omnes motus menſurent ſe adinuicem, aut ſuperponuntur ſibi adinuicem, ſequitur vt motus circularis ſit æqualis recto. Quoniam, ſi duo motus fuerint ſuperpoſiti, aut menſurantes ſe adinuicem, tunc duo ſpatia, per quæ eſt motus, erunt talia. Et hoc intendebat, cum dixit & conuenientia in velocitate, &c. Et, cum induxit hoc improbabile, induxit aliud maius, & dixit Et alteratio, & tranſlatio erunt æquales, &c. ideſt &, ſi quilibet motus mẽſuret quemlibet motum, ſequitur aliud inopinabilius prędicto, & eſt vt alteratio ſit æqualis tranſlationi, cum fuerint poſitæ in tempore æquali. Deinde induxit impoſſibile, quod ſequitùr ex hoc, & dixit ergo paſſio erit æqualis longitudini, i. et, ſi alteratio eſt ęq̃lis lõgitudini, neceſſe eſt vt q̃litas ſit æqualis loco, aut minor, aut maior. D. īduxit cãm in hoc, quod eſt impoſſe, & dixit ſed hoc eſt impoſſe, &c. i. ſed hoc eſt impoſſe. q̃a æqualia ı velocitate dicuntur æqualia, quia in eodem tempore pertranſeunt idem ſpatium in quantitate, & qualitate. &, ſi in translatione, & alteratione inuenitur æqualitas, neceſſe eſt vt qualitas ſit ęqualis loco. quod eſt valde inopinabile. Et, cum hoc multum apparet in alteratione, & translatione, ſcilicet quoniam non dicuntur vniuoce, induxit concluſionem intentam, ita, ꝙ iam compleuit ſuã declarationem, & dixit ergo nec alteratio eſt ęqualis trãslationi. Et cũ declarauit ꝙ alteratio nõ eſt ęqualis tranſlationi, dixit ergo neceſſe eſt vt non omnis motus, &c. ideſt vt non omnis motus menſuret omnem motum: cum alteratio, & tranſlatio ſint motus, tamen non æquales: & menſurantia ſe adinuicem ſunt illa, in quibus inuenitur æqualitas. &, quia aliquantulum eſt dubiũ de coniunctione motus tranſlationis rectæ cum circulari, reuerſus eſt ad illum.

Mot° circularis non eſt ęqualis recto. Idem. 4. Ph. c. 129.

Menſurãtia ſe adinuicē ſunt illa, in q̃bus inuenit̃ ęqualitas.

In circulo autem, et recta, quomodo accidet? Inconueniens enim eſt, niſi ſit circulariter ſimiliter hoc moueri, & hoc ſuper rectã. ſed confeſtim neceſſe eſt aut velocius, aut tardius: vt, ſi hoc decliue ſit, hoc aũt accliue.


Sed conſyderandum quomodo eſt de circulo, & linea recta. Malum enim eſt dicere quòd hoc impoſſibile eſt, vt moueatur circulariter, & mouetur idem recte, & eodem modo. ſed neceſſe eſt, vt cum mouetur taliter vt motus eius ſit velocior, & tardior: ſicut eſt neceſſe in eo, quod mouetur quandoq; ſuperius, & quandoque inferius. & hoc non nocet.

Cum induxit inopinabile, quod contingit, ſi motus rectus ſit proportionalis motui circulari, incœpit inducere modum, quo poteſt quis exiſtimare quòd iſti poſitioni non ſequitur improbabile, & dixit Sed conſyderandum eſt, &c. ideſt quoniam manifeſtum eſt ꝙ motus alterationis non eſt proportionalis motui tranſlationis, ſed illud, de quo perſcrutandum eſt, eſt vtrum motus rectus ſit proportionalis motui circulari, & ipſe circulus lineæ rectæ. &, cum inter motum circularẽ, & rectum ſit proportio, neceſſe eſt vt cauſa in hoc ſit, quoniam inter lineam circularem, & rectam eſt proportio. & ideo perſcrutatus eſt hic de circulo, & linea recta, & dixit Sed conſyderandum eſt, &c. Deinde induxit modum, quomodo exiſtimatur quòd non ſequatur hãc poſitionem improbabile, et dixit. Malum enim eſt dicere, &c. ideſt inconueniens eſt enim dicere quòd impoſſibile eſt vt aliquid moueatur circulariter motu æquali in velocitate ſui motui recto, ſed neceſſe eſt in eo, quod mouetur circulariter, & mouetur recte, vt alter motus ſit alio velocior, aut tardior, aut æqualis. Et hoc intendebat, cum dixit ſed neceſſe eſt, cum mouetur, &c. ideſt, quoniam quemadmodum motus rectus eſt velocior, & tardior alio motu recto, & ſimiliter circularis cum circulari, ita eſt de recto cum circulari. D. d. & hoc non nocet. i. & exiſtimatur ꝙ nullum inopinabile ſequitur ex hac poſitione. 22

Amplius nihil differt in ratione, ſi quis dicat neceſſarium eſſe confeſtim velocius, aut tardius moueri. erit enim maior, & minor circularis recta. quare & æqualis. Si. n. in A tempore, hoc quidem lineam B trãſijt, illud vero lineam C, maior erit linea B linea C. ſic enim quod velocius eſt dicebatur. ergo, ſi & in minori ęquale, velocius eſt. quare erit aliqua pars ipſius A, in qua B circuli partem * ęqualẽ tranſibit, & illud in toto A lineã C. * a.l. aliquid

Si igitur aliquis dixerit quòd hoc neceſſe eſt, vt motus in loco ſit velocior, & tardior, quoniam motus circularis debet eſſe maior, aut minor motu recto, ex quo ſequitur vt ſit æqualis ei. Quoniam, ſi aliquod motum mouetur in tempore A motu B, velocius quàm motu C. quoniam hoc modo vocabimus velocius. ergo neceſſe eſt, ſi mouetur in minori tempore ęqualiter, vt ſit velocius. ex quo ſequitur, vt tempus in quo B, pertranſit circulum, ſit pars temporis A, et in quo pertranſit A, lineam C, ſit totum tempus.

Demõſtratio ꝙ, ſi motũs circularis ſit maior, uel minor in uelocitate q̃ rectus, ꝙ poſſit etiam æqualis eſſe.



23 Cum dixit ꝙ viſum eſt ꝙ inter motum circularem, & rectum eſt cõparatio, ſm velocitatem, & tarditatẽ, ſicut accidit hoc in motibus rectis, cũ oẽs ſint in loco, incœpit declare quõ ſequitur, ſi dicãtur velociores, & tardiores, vt dicantur æquales. & iterauit ſermonem à capite, & dixit Si igitur aliqs dixerit, &c. i. ſi igitur aliquis dixerit ꝙ neceſſe eſt vt in qbuslibet duobus motib⁹ poſitis in loco, ut alter ſit velocior, & alter tardior. qm̃ omnes duo mot⁹ diuerſi in loco, alter eſt maior, alter minor: & cum magnitudo, & paruitas inueniãtur in eis: ergo velocitas, & tarditas: ergo & ęqualitas. omne enim, in quo põt eſſe velocius, & tardius, põt eſſe æquale. Et, cũ poſuit ꝙ omnes duo motus in loco poſſibile eſt vt alter ſit maior, & reliquus minor, et omne, in quo inuenitur velocitas, & tarditas, inuenitur ęquale, & poſuit ꝙ motus rectus, & circularis, ſm ꝙ ambo ſunt in loco, inuenitur in eis velocitas, & tarditas, ſecundum magis, et minus, conclusit ꝙ in motu recto, et circulari inuenitur velocius, & tardius, ergo & æquale. Et, quia ad certificandum propoſitionem dicentẽ ꝙ omne, in quo inuenitur velocius, & tardius inueniť in eo æquale, melius eſt vti exẽplificatione, dixit Qm̃, ſi aliquod motum moueť in tpe A, &c. i. ponať igitur ꝙ aliquod motum circulare, ver. gra. B mouetur in tẽpore A motu velociori, q̃ motus alterius moti, quod mouetur in eo, ver. gra. C. ergo neceſſe eſt, vt veloci⁹ pertranſeat ſpatium æquale ei, quod pertranſit tardius in tpe minori. talis enim eſt definitio velocioris. Deñ. dixit ergo neceſſe eſt, &c. i. et, cum ſit poſitum ꝙ velocius eſt illud, quod in minori tpe pertranſit æquale ſpatium, erit ẽt uerum cõuerſum, ſ. ꝙ illud, quod mouetur in minori tpe per ęquale ſpatium eſt velocius. & intendebat per hoc verificare definitionẽ. &, cum fuerit cõiunctum huic ꝙ motum circulare põt eẽ velocius, aut tardius recto, concluditur ex hoc ꝙ motum circulare, & rectum mouentur per ſpatium æquale in minori tẽpore. Et hoc intẽdebat, cum dixit ex quo ſequitur, vt tpe, i. & ſequitur, cum poſuerimus ꝙ motum circulare, ſ. B eſt velocius q̃ motum C, & mota ſunt in eodẽ tpe, ſ. in A, & B circulare perficiat circulum in parte tẽporis A, in quo toto cõpleuit C lineam rectam. & ſic poſſibile eſt vt aliud motum per lineã rectam ſit velocius, q̃ motum C, ita, ꝙ velocitas ſui motus ad motũ C erit ſicut velocitas motus B, ad motum C. ex quo ſequitur vt motus rectus ſit æqualis circulari. Et hoc intẽdebat cõcludere, ut vr̃. et dimiſit cõcluſionẽ, qa bene apparet ex ꝑpoſitionibus, quas induxit: deinde induxit inopinabile, quod opponiť huic concluſioni.

At vero, ſi ſunt comparabilia, accidit id, quod nuper eſt dictum, eſſe æqualem rectã circulo. ſed comparabilia non ſunt: neq; igitur ipſi motus. Sed quæcunq; nõ ſunt ęquiuoca, omnia cõparabilia ſunt. veluti, cur cõparabile non eſt, vtrum acutius ſit ſtilus, an vinum, aut vltima. qa enim æquiuoca ſunt, non comparãtur. ſed vltima ipſi, quæ eſt iuxta vltimam comparabilis eſt: quoniam idem ſignificat acutum in vtriſq;. ergo non idem velox, hic, & ibi. multo autem adhuc minus in alteratione, & latione. Comparabilium conditiones.

Sed, ſi cõiungantur, cõtinget illud, quod prius diximus, ſcilicet ꝙ linea recta ſit æqualis circulo. ſed non coniunguntur: neq; coniunguntur etiam motus. Sed omnia, quę nõ ſunt vniuoca, non coniunguntur. verbi gratia dicere, quare iſta non cõiunguntur, ſ. eſt acutius perforans, aut vinum, aut neuma, qđ dicitur vita. Dicamus quia iſta ſunt æquiuoca, & ideo non coniungũtur. ſed neuma, qđ dr̃ vita, non coniunguniť cũ neumate, quod dicitur amara vita: quia acumen in eis habet eandem rationem. et forte velocitas hic non eſt velocitas illic. & hoc dignius eſt in alteratione, & traslatione.

Cum induxit ſermonem, ex quo exiſtimatur ꝙ motus rectus eſt, ꝑportionalis motui circulari, reuerſus eſt ad improbabile, quod contingit huic poſitioni, & dixit Sed, ſi coniungantur, &c. i. & ſequetur quia motus rectus non habet rectitudinem, niſi ꝑpter magnitudinem rectã, & ſimiliter motus circularis ꝑpter magnitudinem circularem. Si igitur motus rectus ſit æqualis motui circulari, cõtingit neceſſario vt magnitudo recta ſit æqualis circulari: ergo ſuperponũtur. ſed notum eſt ꝙ linea recta non ſuperponitur circulari: & neceſſe eſt, vt illa, quæ menſurant ſe adinuicem, vt ſuperponãtur ſibi adinuicem. Et dixit illud, quod diximus prius, & per ſe non dixit prius, quod ſequitur ex hac poſitione, vt linea recta ſit æqualis circulari, qm̃ hoc ſequitur ex illo, quod ſeqtur ex prima poſitione, ſ. ꝙ vt motus circularis coniungať cum motu recto, & eſt vt motus circularis ſit æqualis recto, Qm̃ ſi, ex hoc, quod poniť, 24

Mot⁹ rectus nõ hẽt rectitudinem, niſi pp magnitudinẽ rectã, & circularis, ꝑpter magnitudinẽ circularem.

ꝙ duo

ꝙ duo iſti motus coniunguntur, ſequitur vt ſint æquales, & ex hoc, ꝙ ſunt æquales, ſequitur vt magnitudo recta ſit æqualis circulari. Deinde dixit ſed non coniunguntur, i. non habebũt proportionem inter ſe, quia nõ ſuperponũtur ſibi. Deinde d. neq; etiam motus cõiunguntur, i. &, cum inter magnitudines non eſt proportio, ergo neq; inter motus. Deinde dedit cauſam, quare non coniunguntur, & dixit Sed omnia, quæ nõ ſunt vniuoca, non coniunguntur. Deinde induxit exemplũ de æquiuocis, & dixit ver. g. &c. ideſt, qm̃, ſi aliquis quæſiuerit quare nõ eſt cõpararatio inter acumen ſtili perforantis, & vini, & neumatis acuti, quod dicĩ acutius acuto, dicitur, qa hoc nomen acumen dr̃ in eis æquiuoce, in inſtrumẽto .n. ratio eius eſt abſcindere ligna, ĩ vino aũt pungere linguam, in neumate vero percutere auditum fortiter. Deinde d. et forte velocitas hic, &c. ideſt, & forte hoc verbũ velocitas dictum de motu circulari, & de motu recto eſt ẽt æquiuocũ. & dixit forte, quia nõ ita apparet æquiuocatio in eo, ſicut in hoc nomine acumen. Et, quia hoc apparentius eſt in velocitate, quæ dr̃ de alteratione, dixit & dignius eſt, &c. ideſt, &, cum dicimus ꝙ hoc nomẽ [a] velocitas ęquoce dr̃ de motu circulari, & recto, quanto magis dicitur æquiuoce de alteratione, & tranſlatione.

[a] Velocitas ęquoce dr̃ de motu circulari, et recto, & multo magis de alteratione, & trãſlatione.

An primum quidem hoc non verum eſt, ꝙ, ſi non ſint æquiuoca, comparabilia ſunt. Multum enim idẽ ſignificat in aqua, & aere, & comparabilia non ſunt. Si autem non, duplum quidem idem (duo enim ad vnum) & non comparabilia ſunt.

Et poteſt quis dicere, primo ɋdem quòd iſte ſermo non eſt verus, ſcilicet ꝙ illa, quæ non ſunt æquiuoca, coniungunĩ. Hoc enim nomen Magnum debet habere eandem rationem in aqua, & aere, & non coniungunĩ. Deinde, ſi non fuerit hoc, neceſſario duplũ erit in eadem rõne. eſt enim proportio binarij ad vnum, & non coniunguntur.

25 Cum poſuit ꝙ illa, quæ non ſunt vniuoca, non coniunguntur, incœpit dubitare ſuper hoc, & dixit Et põt aliquis obijcere nobis in declaratiõe eius, ꝙ motus circularis nõ cõiungiĩ cum recto. Primo quidẽ vero in ꝓpoſitione, dicente ꝙ illa, quæ non ſunt æquoca ſunt ꝓportionalia, nõ enim omnia vniuoca ſunt ꝓportionalia. v. g. qm̃ hoc nomen magnum eandẽ habet rõnem in aqua, & aere, ſed aqua non cõiungitur cũ aere, cum ſint diuerſa duabus differentijs contrarijs. & etiam duplum eãdem habet rõnem, nihil enim aliud eſt, ꝗ proportio binarij ad vnũ. & non nĩa, quæ ſunt dupla, coniunguntur. cum enim iſtud mel ſit duplum iſtius aceti, tñ inter mel, & acetum nñ eſt cõparatio. Et hoc intendebat, cũ dixit eſt enim ꝓportio, &c. i. definitio enim dupli eſt proportio binarij ad vnum. vniuoca autem ſunt illa, quorum definitio eſt eadem, & non coniunguntur, ſicut illa, quæ ſunt dupla adinuicem.

Æquocorũ quorũdã, & rões æquiuocæ.

An & in his eadem ratio. etenim & multum æquiuocum eſt. ſed quorundã & rationes æquiuocæ ſunt. vt, ſi dicat aliqs ꝙ multũ eſt tantum, & adhuc aliud tantum, & ęquale ęquocum. & vnum quoq;, ſi contingit, cõfeſtim æquiuocum. ſi autem hoc, & duo.

Ad hoc ãt dicamus, ꝙ ſermo de iſtis duobus idem eſt. magnum enim etiam eſt de ęquocis. ſed quorundam nominũ definitiones etiam ſunt æquiuoce. v. g. qm̃, ſi aliquis dixerit ꝙ magnum eſt illud, quod eſt talis quãtitatis, & talis exceſſus, & ꝙ duplum eſt æquale bis, tunc dicere eſt talis quantitatis, & æquale erit ęquiuocum. & vnum etiam eſt æquiuocum neceſſario. &, ſi vnum eſt tale, & binarius etiam erit tale.

Cum dubitauit in propoſitione, dicente ꝙ vniuoca ſunt cõiungibilia, qm̃ multum, & paucum ſunt vniuoca, cum habeant eaſdem definitiones, tñ non coniunguntur in omnibus, quæ dicuntur multa, & pauca, & ſimiliter de duplo & dimidio, dicit diſſoluendo ꝙ iſta, & ſimilia non ſunt vniuoca vera. Vniuoca enim ſunt illa, quorũ definitiones ſunt eędem voce, & rõne. definitiones aũt iſtorũ ſunt eædem ſm̃ vocem, & diuerſæ ſm̃ rõnem. Et dixit Ad hoc aũt dicamus, &c. ideſt ad hoc aũt dicamus, ꝙ diſſolutio in iſtis duobus, de quibus induximus exemplum, eſt prima diſſolutio, quam diximus in cauſa eorum, quæ nõ coniunguntur, & eſt, quia ſunt æquiuoca. Æquiuocorũ enim alia ſunt, quorum definitiones ſunt diuerſæ voce, & rõne, alia vero ſunt, quorum definitiones ſunt æquiuocæ, ſicut nomina eorum. & hoc intendebat, cum dixit ſed quorũdam etiam definitiones ſunt æquiuocæ, i. & iſta, de quibus dubitamus, ſunt hmõi. & hoc, ꝙ definitiones eorum ſunt æquiuocæ, facit exiſtimari ea eſſe eadem in rõne, ſicut eſt diſpoſitio in multo, & pauco, & duplo, & dimidio. Et, cum dixit ꝙ definitiones iſtorũ ſunt ęquiuocæ, declarauit hoc, & dixit ver. g. &c. i. & hoc, ꝙ definitiones iſtorum ſunt æquiuocæ, apparet, qm̃, ſi aliqs dixerit in definitione magni, quod eſt talis quãtitatis, tunc hoc nomen quantitas erit æquiuocum. & ſimiliter, cum dixerit in definitione dupli, ꝙ eſt æquale bis, tunc hoc nomen æquale erit æquiuocum. Et, cum narrauit ꝙ iſta nomina ſunt æquiuoca in hac definitione, narrauit etiam ꝙ in definitione etiam dicente, ꝙ eſt illud, cuius ꝓportio ad illud, cuius eſt duplum, eſt ſicut proportio binarij ad vnitatem, eſt etiã æquiuocatio, & dixit et vnum etiam eſt æquiuocum, i. ꝙ accipitur in definitione dupli, &, ſi hoc nomen vnum eſt ęquiuocum, ergo & binarius erit etiam æquiuocum. Sed notandum eſt ꝙ non ſunt æquiuoca pura, ſed de modo æquiuocorum, quæ dicuntur ambigua. 26

Idẽ in ꝑdicamẽtis cap. 1.

Æquiuocũ duplex.

Verum propter quid alia comparabilia ſunt, alia vero nõ, ſi vna quidem eſt natura? An, qa ſunt in alio primo ſuſceptiuo. equus igitur, & canis comparabilia ſunt, vtrum albius. in quo enim primo idem eſt, ſuperficies: & ſecundum magnitudinem ſimiliter. aqua autem, & vox non: in alio nanq;.

Et ſi hoc non fuerit ita, quare quędã coniunguntur & quædam non, & natura eorũ eſt eadem? Et põt aliquis dicere ꝙ hoc eſt, quoniam inuenire hoc in primo recipiente eſt diuerſum. equus igiĩ, & canis cõiungũtur in ratione, ſm̃ quam dicitur vtrum ſit albius. illud enim, in quo primo inuenitur, eſt idem, ſ. ſuperficies: & ſimiliter coniungũtur in magnitudine. aqua autẽ, & ſonus non coniunguntur, quia ſunt in diuerſo.

Et ſi

27 Et ſi diſſolutio in magno, & duplo non ſit, ſicut diximus, & fuerit vniuoca, accidet ambiguitas, ſ. q̃re quædam vniuoca coniunguntur ſm magis, & minus, & quædam non cõiunguntur, & naturam rõnis, quam ſignificat vniuoca, habent eandem. & dixit hoc, qa notum eſt per ſe ꝙ omnia uniuoca debẽt cõiungi ſm oĩa, ex quibus continuanť. Deinde incœpit contradicere huic qõni, & dixit Et põt aliqs dicere, &c. ideſt & põt aliquis diſſoluere hãc qõnem, qm̃ magnum, & paruũ, & duplum, & dimidium, etſi ſint vniuoca, ſunt nõ cõiungibilia, & econtra alijs vniuocis per accidens, ſ. propter recipiens. qm̃ illud, quod ſignificat hoc nomẽ magnum, & duplum, non diuerſatur in ſe, ſed ſm diuerſitatem recipiẽtis, Si igitur acciderit iſtis diuerſitas, erit propter recipiens. Iſta igitur non cõiunguntur, qm̃ ſubiectum eorum eſt diuerſum: & cõiunguntur, quia candẽ habent rationem. Deinde induxit exemplũ ſup hoc, & dixit equus igitur, & canis, &c. i. illa, in quibus accidit, vt ſint cõiungibilia, ſm ꝙ ſunt vniuoca, & coniungibilia, ſm ꝙ ſunt ęquiuoca, ſ. ſm ſubiectum eorũ, ſunt ſicut equus albus, & canis albus, qui cõiunguntur ſm albedinem, dicitur enim ꝙ alter eſt albior reliquo. albedo enim in eis eandem habet rõnem, nam illud, in quo inuenitur albedo, eſt idem, ſ. ſuperficies. Et intendebat quòd iſta cõiungũtur ſm illud, quod eſt vniuocum in eis, & eſt color albus, & nõ cõiunguntur ſm ſubiectũ remotũ coloris, & eſt equus, & canis. & ſimiliter eſt diſpoſitio de magno, & paruo in eis. & hoc intendebat, cum dixit & ſimiliter cõiunguntur in magnitudine, i. quia magnitudo in eis eſt eadẽ. Deinde dicit aqua autem, &c. ideſt, vt mihi videtur, aqua aũt, & ſonus non coniungunť, cũ ratio magnitudinis in eis eſt diuerſum in ſe, ſ. cum dicimus aqua magna, & ſonus magnus. Et hoc nomen coniunctio, quo vtitur, in rei veritate eſt continuatio, ita, ꝙ ex iſtis fit vnum.

An manifeſtum eſt ꝙ erit ſic quidem omnia vnũ facere. in alio autem dicere vnumquodq; eſſe, & erit idem æquale, & dulce, & album, ſed in alio.

Dicamus aũt in hoc, qm̃ manifeſtum eſt, ſi hoc fuerit tale, poſſibile erit vt oĩa ponantur idem, & dicanť, ſi vnũquodq; eorũ eſt in aliquo alio ab eo, in quo eſt aliud, & ſeqtur, ęq̃le erit idẽ, & dulce, & album. ſed illud, in quo eſt hoc, eſt aliud ab eo, in quo eſt hoc.

28 Vult dubitare in ſecũda ſolutione, quã dixit de magno, & paruo, vbi dixit qm̃ ſunt vniuoca, ſed accidit eis vt non cõiungantur propter diuerſitatem recipientis, ſed ſm ſe cõiunguntur. Et dixit Dicamus igitur in hoc, &c. i. ſed dicamus, qm̃ manifeſtum eſt, ſi poſuerimus talia ex rebus vniuocis, ꝙ cõtingit ex hoc, vt oĩa fiunt idem pter hoc, quod dicamus ꝙ unumquodq; eorum eſt in aliquo alio ab eo, in quo eſt reliquum. Et intendebat ꝙ quædam vniuoca diuerſanť ſm ſubiectũ, ver. g. color. Si igitur poſuerimus ꝙ magnũ, & paruũ, & talia æquiuoca non diuerſantur, niſi ſm ſubiectum, contingit vt oĩa ſint vniuoca. & ſic æquale habebit eandem rõnem in numeris, & magnitudine, & tempore. Et intendebat ꝙ, cum fuerit conceſſum ꝙ eorum, quæ ſunt alia, diuerſanť ſm ſubiectum tantũ, & conueniunt in ſe, & alia cõueniunt ſm vtrũq;, & ꝙ non eſt hic alia diuerſitas, et in vniuocis inueniuntur iſti duo modi, neceſſe eſt vt oĩa ſint vniuoca: niſi ponanť hic eſſe aliqua quæ diuerſantur in vtroq;, ſ. in rõne, & in ſubiecto rõnis, ita, ꝙ nõ cõueniant in aliquo, & tale non eſt.

Amplius ſuſceptiuum nõ quoduis eſt, ſed vnum vnius primum. Sed non ſolum oportet comparabilia non æquoca eſſe, ſed & nõ habere differẽtiam, neq; quod, neq; in quo. dico autem, vt color habet diuiſionem. Non ergo eſt comparabile ſm hoc, vt vtrum coloratum ſit magis album, q̃ nigrum. hæc enim cõparanť, non ſm aliquem colorẽ, ſed quatenus color eſt, ſed ſm albedinem. Sic & circa motũ, æque velox, quod in ęquali tpe mouetur p æquale, †{tantũ lõgitudinis in hoc.} († a.l. tantũ. ſ. igitur lõgitudinis i hoc, aliud.)

Et etiam primum recipiens nõ eſt quodcũq; vnum, ſed eſt vnum, quod recipit vnũ. Et non ſufficit vt cõiungibilia nõ ſint æquiuoca tantũ, ſed cum hoc indigent, vt inter illa nõ ſit diuerſitas, neq; in ratione, neq; in eo, in quo ſunt. verbi gr̃a, qm̃ in colore accidit diuiſio. Ergo in hoc non coniungũtur duo, ita, ꝙ dicatur, vtrum ſit magis coloratũ, non intelligendo vtrum ſit magis in eodem colore, ſed in in capitulo coloris, & coniunguntur ſm albedinem. Et ſic dicimus etiam in motu, quoniam eſt etiam cõueniens in velocitate, cum in tẽpore æquali pertranſiuerit ſpatium æquale talis quantitatis.

Cum perſcrutatus eſt de hoc, ſ. inter quos motus inuenitur cõparatio ſm magis, & minus, & declarauit ꝙ motus diuerſi in genere nõ coniunguntur, vt velocitas, & tarditas in translatione, & alteratione, & dubitauit in motibus cõuenientibus in genere, & diuerſis in ſpecie, vt motus rectus, & circularis, & declarauit ꝙ non coniunguntur ppter hoc, ꝙ illa, quæ cõiungũtur, oportet vt nõ habeant nomina ęquiuoca, neq; in recipiente, incœpit dicere hoc, & dixit Et etiam primũ recipiens, &c. i. & hoc, quod dictum eſt, ꝙ eadem res inuenitur in ſubiectis diuerſis, non eſt verũ. qm̃, ſi ita eẽt, tũc idẽ reciperet à quocunq;: & ſic non eſſent hic materiæ ppriæ formis naturalibus, neq; pparatio ppria. et ideo neceſſe eſt vt vnius tranſmutati trãſmutatum ſit vnum ſubiectũ neceſſario, ſ. propinquũ. ex quo videť ꝙ genus non eſt ſubiectum propinquum formarum. Et deinde dicit Et non ſufficit, &c. i. & nõ ſufficit in rebus, in quibus inuenit coniunctio, vt non ſint ęquiuoca, ſed vt etiã nõ diuerſentur in rõne, neq; in ſubiecto propinquo. & iſtæ ſunt vltimæ ſpecies. Illa autẽ, quæ cõueniunt in rõne generali, & diuerſantur in differentijs, & ſubiectis pprijs, vt color, qui eſt vnum quid genere: ſed diuerſatur ſm differentias, & ſm ſubiectum propriũ vniuſcuiuſq; differentiæ nõ coniunguntur. & hoc intẽdebat, cum dixit ver. g. qm̃ in colore, &c. i. qm̃ color non coniungitur cũ colore, ſm ꝙ eſt color tm̃. qm̃ color diuidit per differẽtias attributas colori diuiſiuas: & iſtæ differẽtię ſunt diuerſæ, ſm formas, & ſubiectũ: niſi cõparatio cadat inter illa duo in eadem ſpecie coloris: qm̃ in iſtis põt eſſe cõparatio, & coniunctio, ver. g. in duobus albis: qm̃ poſſibile eſt dicere alterum eſſe albius reliquo, aut ſimiľr. & hoc intendebat, cum dixit non intelligendo, &c. i. & illa, quæ cõueniũt in colore, qui eſt genus, & diuerſanť ſm differẽtias, ver. g. albũ, & nigrum, non cõparantur adinuicem, ita, ꝙ dicatur ꝙ hoc eſt magis coloratũ, q̃ hoc, ſine eo, ꝙ comparatio cadat inter illa in eodem colore. qm̃ tunc comparatio erit vera, nam idem color in ſpecie eſt idem in forma. (Neceſſe eſt vt vni⁹ trãſmutati, tranſmutatum ſit vnum ſubm neceſſario, ſ. propinquũ. cõſimile. 8. phy. cõ. 46. & 8. Meta. 1. cõ. xj. & 12. Idẽ 9. Meta. c. c. 12. & 12. meta. xj.)

ma, & ſubiecto. D. d. ſed in capitulo coloris, ideſt, & diximus q coparatio inter illa non eſt vera in genere coloris, non in ſpecie. & ideo dixit & coniunguntur ſm albedinē, i. & coniungunt, qn̄ accipiuntur, ſm q ſunt in eadē ſpecie, ver. g. in albedine. Et, cū verificauit quæ ſunt coniungibilia, & quæ ſunt ea, quæ conueniunt in ratione, & ſubiecto, declarauit q motus, qui coniungunt debent eſſe hmōi, & quod non dr̄ eos eſſe æquales, niſi conueniant in rōne motus, & in ſubiecto motus, quod eſt magnitudo, deinde d. Et ſic dicimus in motu, &c. Et intendebat per hoc, q īpoſſibile eſt de quātitatibus eſſe æq̄les, niſi rectas tm̄, aut circulares tm̄, ſ. quæ ſunt eiuſdem ſpecie, cum iſtæ ſibi ſuperponantur. & ideo dicimus q quantitates curuæ non æquabuntur, niſi ſint eiuſdem circuli. Quod aūt dicunt Geometræ, q linea recta eſt breuiſſima linea, ducta inter duo pūcta, dr̄ large. & æqualitas dr̄ de eis ferè æquoce. & ſimiliter hoc, quod dicunt, q circūferentia alicuius circuli eſt æqualis figuræ polygoniæ. dixit, & Geometer decipit̄ i hoc, quia poſſibile eſt exiſtimare lineam rectam, quæ incurnetur, & fiat circularis. et, quia hoc accidit in mente, attribuit hoc proprie Geometræ.

Documentū īpoſle ē de q̄titatibus eē æquales, niſi rectas tantū, aut circulares tm̄. & qd dicūt Geometræ, q linea recta ē breuiſſima linea ducta inter duo puncta, dr̄ large. & ſiſr hoc q dicunt q circūferētia alicuius circuli ē æqualis alicui figuræ polygoniæ.

Si autem aliud quidem alteratū eſt, aliud vero latum, æqualiſnè erit hæc alteratio, & æque velox lationi? ſed inconueniens eſt. cauſa autem, quia motus habet ſpecies. quare, ſi quæ in æquali tēpore lata ſunt per æqualem longitudinem, æque velocia erunt æqualis recta, & circularis. Vtrum ergo cauſa ſit, quia latio genus ſit, an quia linea genus? tempus enim ſemper idē, impartibile ſpecie. An ſimul illa ſpecie differūt. etenim latio ſpecies habet, ſi illud, ſuper quod moueť ſpecies habeat. Amplius aūt, ſi p quod. vt ſi pedes, ambulatio, ſi alæ, volatio. An non. ſed figuris latio eſt. Quare quæ in æquali tempore mouētur per eandem magnitudinem, æque velocia ſunt. eandem autem indifferentem ſpecie, & motu indifferentem ſpecie.

Si igitur aliquis dixerit q, qn̄ in iſta longitudine demonſtrata, hoc alteratur, hoc vero transfertur, ergo ipſa alteratio conuenit in velocitate cum translatione, dicemus q hoc eſt improbabile. & cauſa in hoc eſt, quia motus habet ſpecies. ergo neceſſe eſt, ſi illa, quæ mutant in tempore æquali longitudines æquales, ſint æqualis velocitatis, vt motus rectus ſit æqualis motui circulari. Vtrum igitur ſit cauſa, q translatio eſt genus, aut quod linea eſt genus? temporis enim ſemper duæ ſpecies ſunt indiuiſibiles. Dicamus igitur quòd hæc duo ſunt inſimul, ſcilicet diuerſitas in ſpecie. translatio enim habet ſpecies, quia illud, per quod fit iſte motus, habet ſpecies. Et forte erit hoc, cum fuerint eius, per quod fit motus. verbi gratia quoniā quod habet pedes, motus eius eſt ambulatio, & quod hēt alas, motus eius eſt volatio. Sed non eſt ita, ſcilicet quoniā motus translationis non diuerſatur in ſpecie propter diuerſitatem inſtrumēti, ſed translatio erit in hoc diuerſa ſm figuras. Ergo neceſſe eſt, vt illa, quæ in tempore æquali mouentur per idem ſpaciū, ſint æqualis velocitatis. & dico idem, in quo non eſt diuerſitas in ſpecie, neq; in motu.

Quia definitio motuū æqualium eſt pertranſire in tpe æquali ſpatiū æquale, ſ. idem in ſpecie, reuerſus eſt etiam ad dubitandum ſup hanc definitionem, ex qua ſequitur vt alteratio ſit æqualis trāslationi. qm̄ poſſet inueniri aliqua translatio in aliqua longitudine demōſtrata, & aliqua alteratio in illa eadem longitudine. ex quo ſequitur vt alteratio ſit æqualis translationi, quæ ſunt diuerſæ in ſpecie. Et hoc intendebat, cum dixit Si igitur aliquis dixerit, &c. Deinde induxit cauſam, ex qua accidit inæqualitas in motu: & eſt, quia ſunt diuerſæ in ſpecie, nedum in genere. & ideo dixit & cauſa in hoc, &c. D. d. ergo neceſſe eſt, ſi illa, quæ mutant, &c. i. ergo neceſſe eſt, ſi in duobus motibus conuenientibus in velocitate nō determineť, vt eiuſdem ſpēi ſint, quod nō erit, niſi motus ſint eiuſdem ſpēi, & illud, p quod eſt motus, eiuſdē ſpēi, ſed ſolummodo dicatur q æqualia in velocitate ſunt illa, quæ in tpe æquali pertranſeunt longitudines æquales ſine aliqua determinatione, neceſſe eſt vt motus non ſint æquales. &, ſi non, tunc motus circularis, & rectus eſſent æquales. Et ſimiliter, cū poſuerimus conuenientiam in eo, in quo ſunt motus in ſpecie, & non poſuerimus conuenientiam duorū ipſorum motuum. Et, ſi accidit, cū duo motus fuerint eiuſdem generis, vt conueniant in ſpē per conuenientiam eius, per quod ſunt in ſpecie, & vt diuerſentur p diuerſitatem eius, vt accidit motui circulari, & recto. D. d. Vtrum igitur ſit cā, &c. i. vtrum igitur eſt cā in hoc, q translatio circularis nō ſit æqualis translationi rectæ, vtrum hoc q translatio eſt genus, & circularis, & recta ſunt ſpēs eius? aut hoc, q linea eſt genus, & circularis, & recta ſint ſpēs eius? D. d. tpis enim, &c. i. tps enī eſt idē in ſpē. & impoſſe eſt exiſtimari ipm eſſe cām in diuerſitate translationis rectæ ad circularem. & intendebat, vt mihi vr̄, p duas ſpēs eius, pteritū, & futurū. D. d. Dicamus igiť, q hæc duo ſunt inſimul, &c. i. dicamus igitur q hæc diuerſitas motus recti, & circularis fit ex ambob⁹ inſimul, ſ. ex diuerſitate eius, p quod eſt motus in ſpecie, & diuerſitate ipſius motus. Et, quia cā in diuerſitate mot⁹ circularis à recto in ſpecie eſt diuerſitas magnitudinis rectæ à circulari ſpē, dixit trāslatio enim habet ſpēs, &c. i. ſed translatio eſt ſpēs: quia magnitudo, per quam eſt motus, eſt ſpecies. D. d. Et forte erit, &c. i. & forte exiſtimatur q diuerſitas translationis in ſpē eſt propter diuerſitatem inſtrumētorū, quibus fit translatio ēt ſpē. ver. g. qm̄ ambulatio differt à volatione, vt vr̄, quia inſtrā, quibus fit ambulatio, differunt ab inſtr̄is, qbus fit volatio, ſ. pedes, ab alis. D. d. Sed nō eſt ita, i. ſed hoc, quod exiſtimatur, nō eſt verum. qm̄, cum hoc fuerit bene conſyderatū, apparebit q translatio nō differt in ſpē propter diuerſitatem inſtrumenti, quo fit translatio. Diuerſitas enim inſtrumenti facit in translatione diuerſitatem figuræ. diuerſitas aūt, quæ eſt in figura, non eſt ſm differentias ſubſtantiales rei. Figura enim eſt qualitas. differentia autē translationis debet eē de natura generis, in quo fit trāſlatio, ſ. de natura vbi. Et, cum declarauit ex omnibus iſtis definitionem motuum æqualium, dixit Ergo neceſſe eſt, vt illa, quæ mouentur, &c. i. ergo neceſſe eſt, vt illa, quæ mouentur per idem ſpatium, aut numero, aut ſpecie, quorū motus eſt idem in ſpecie, ut ſint æqualia, & ideo dixit & dico idem, &c. 30

Diuerſitas, q eſt in figura, nō eſt ſm dr̄as ſubſtātiales rei. figura enim ē qualitas. Vi de ſup c. 16.

a Gen^9 nō ē vnū qd, ſed ob hoc latēt multa.

b Æquocationū pſtreſ modi.

Quare hoc conſyderandum, quæ ſit differentia motus. Et ſignificat ſermo iſte [a] ꝙ genus non vnum qd eſt, ſed ob hoc latent multa. Sunt autē [b] ęquiuocationum alię quidem multum diſtantes, aliæ autem habētes quandam ſimilitudinem, alię uero propinquę, aut genere aut ſimilitudine rōnis. q̄propter nō videntur æquocationes eſſe, cum ſint. Quādo igitur altera eſt ſpecies, ſi idem in alio, aut ſi aliud in alio? Et quęnam definitio, aut quo diſcernemus ꝙ idem eſt album, & dulce, aut aliud, ex eo ne, quia in alio videtur alterum, an qui omnino non idem?

Et ideo conſyderandum eſt diuerſitas in motu quid ſit. Et iſte ſermo ſignificat ꝙ genus non eſt idem. & deceptio inuenitur ex hoc loco in pluribus abſq; eo, ꝙ participat. Aequiuocorum autem alia diſtant multum, alia autem in eis eſt quędam ambiguitas, & alia ſunt propinqua, aut in genere, aut in cōparatione. & ideo non exiſtimat illud, quod eſt huiuſmodi de ęquiuocis, quę ſunt talia, et quę ſunt talia. Quando igitur erit ſpecies diuerſa, vtrum quando eadē fuerint in alio, ſed quando aliud fuerit in alio? Et qui eſt terminus illius? terminus eius eſt diſtinguere, & perſcrutari, vtrū album ſit idē, & vtrum dulce ſit idem, aut diuerſatur, quia inuenitur in alio, aut quia vniuerſaliter nō eſt idem?

31 Cum narrauit ꝙ æqualia ſunt cōuenientia in ſpeciē motus, & in eo, in quo eſt motus, & ſcire hoc eſt difficile, dixit Et ideo conſyderandum eſt, &c. i. & ideo conſyderādū eſt quid ſit diuerſitas ſpecifica in motu. D. d. Et iſte ſermo, &c. i. & iſte ſermo ꝗ definitiōe eſt ſermo, qui ſignificat p ſe ꝙ genus, in quo eſt motus, eſt diuerſum. Et hoc, quod dixit manifeſtū eſt. qm̄ definitio, ꝗ notificat ꝙ illa, de qbus dr̄, ſunt diuerſa, eſt definitio, ꝗ declarat ꝙ genus illarū rerū eſt diuerſum, & hoc cōe eſt omnibus ęquocis. v. g. quia definitiones eorum, de quibus dr̄ hoc nomen canis, ſunt diuerſæ, videtur ꝙ illa ſunt diuerſa in genere. Si igitur hoc fuerit manifeſtū per ſe, tunc erit manifeſtum per ſe, ꝙ hoc nomen canis dr̄ æquiuoce de illis, de qbus dicitur. ſed, quia hoc non apparet per ſe ex definitionibus in omni materia, accidit errare in hoc in pluribus. Et ideo dixit & deceptio accidit, &c. i. & definitiones quorūdam faciunt opinari ꝙ natura eorum eſt eadem: vnde exiſtimantur eſſe vniuoca, & non ſunt. Et, cum narrauit ꝙ in definitionibus non eſt ſufficiētia dare in omni loco ꝙ genus eſt diuerſum, aut nō diuerſum, incœpit declarare in qbus locis apparet hoc ex definitionibus manifeſte, & in qbus non, & dixit Æquiuocorum aūt, &c. i. æquiuocorū autē alia ſunt diuerſa in ſe, alia ſunt maxime diuerſa in ſe: & in iſtis non latet ex definitionibus quod nomē eſt æquiuocum. in alijs vero eſt quædam ambiguitas, & latent aliquātulum, ſed tn̄ ſunt propinqua illis. alia vero ſunt valde propinqua, aut in genere, aut in cōparatione. Et, quia iſte tertius modus latet valde, dixit & ideo nō exiſtimatur, &c. i. ꝓpter ambiguitatem iſtius modi æquiuocorum fuit iudicium, quod eorum eſt de modo vniuocorum ſm̄ exiſtimationem incertam. & hoc intendebat, cum dixit quæ ſunt talia, & quæ talia, ideſt quæ ſunt æquiuoca, & quę vniuoca. D. d. Quando igitur, &c. ideſt, cum iſta ambiguitas in diuerſitate ſpecierum ſit ꝓpter propinquitatem naturarū ipſarū, qn̄ igitur erit ſpēs diuerſa à ſpecie? ideſt, qn̄ igitur erūt duæ naturæ ambiguæ duæ ſpecies, vtrum qn̄ eadem fuerint in diuerſis, aut qn̄ diuerſa fuerint ſm̄ formam, & ſubiectum? & hoc intendebat cum dixit ſed, cū fuerit aliud in alio. D. d. Et quæ eſt definitio illi⁹, &c. i. & cum iſta ambiguitas eſt in eis, quæ igitur eſt definitio eorum, quę conueniunt in ſpecie, i. & definitio eorum, cum diſpoſitio in eis ambigua ſit, vtrum ſint idem, aut diuerſum. & cū hoc nō ſit manifeſtum p ſe, perſcrutādum eſt de illo, utrū ſit idē, aut nō. ver. g. de albo, vtrū ſit idem in omnibus, de qbus dr̄ albū. & ſimiliter dulce, vtrum ſit idem etiā in omnibus, de quibus dicitur dulce. Et intendebat quòd eſt ars inducens ad cognitionem conuenientiæ, & diuerſitatis in ſpeciebus, cum non fuerit manifeſtę per ſe, eſt ſecundum regulas datas in Septimo Topicorū: vbi ſunt dati loci de eodē, aut diuerſo. D. d. aut diuerſatur, quia inuenitur, &c. i. qm̄ perſcrutandum eſt vtrum ſit idem, aut diuerſum, quia eſt in ſubiectis diuerſis, aut quia eſt diuerſū in ſe. &, qa exiſtimatur ꝙ cauſæ diuerſitatis ſunt plures iſtis duabus cauſis, dixit aut quia vl'r non eſt idem?

Eſt ars inducēs cognitionē cōuenientię, & diuerſitatis in ſpeciebus, &c.

De alteratione autem quomodo eſt æque velox alteri altera? Si itaq; eſt ſanari alterari, eſt autem hunc quidem velociter, illum autē tarde ſanari, & ſimul quoſdam, quare eſt alteratio æque velox. in ęquali enim tempore alteratum eſt. Sed quid alteratum eſt? æquale enim hic non dr̄, ſed, vt in quantitate ęqualitas, ita hic ſimilitudo. Sed ſit idem, quod mutatur in ęquali tempore, ęque uelox. Vtrum ergo eo, in quo paſſio, an paſſione oportet comparare? hic igitur, ꝙ ſanitas eadem ſit, eſt accipere, aut ꝙ neq; magis, neq; minus, ſed ſimiliter exiſtit. Si autem altera paſſio ſit, vt alterat̄ id, quod dealbat̄, & id, quod ſanat̄, his nihil ineſt idem, neque æquale, neq; ſimile, vt iam hæc ſpecies faciunt alterationis. & nō eſt vna, ut neq; latio. quare conſyderandum eſt quot ſunt ſpecies alterationis, & quot lationis. Si igit̄ quę mouentur ſpecie differūt, quorum ſunt motus ſecūdū ſe, & non ſm̄ accidens, & motus ipſi ſpecie differunt: ſi autē genere, genere: ſi uero numero, numero.

Vt ęqualitas in q̄titate, ita ſimilitudo in qualitate.

Cōparandorū motuum regula.

Et conſyderandū eſt de alteratione quomodo vna erit æqualis alteri. Dicamus igitur ꝙ, ſi acquiſitio ſanitatis eſt alteratio, & ſit poſſibile iſtud ſanari velociter, & iſtud tarde, & duo ſanantur inſimul, ergo aliqua alteratio erit æqualis in velocitate, fiunt enim in ęquali tempore. Quid igitur alteratur? ęqualitas enim non dicitur hic, ſed illud, in quo dicitur de quantitate ęqualitas, dicitur in eo hic ſimilitudo. Sit igitur æqualitas in velocitate in eis, quę tranſmutantur eadem tranſmutatione in ęquali tēpore. In vtroq; igit̄ quęrenda eſt coniunctio in re, in qua eſt paſſio, aut in ipſa paſſione. hic autem poſſumus accipe

re

re eandem ſanitatē, quia nō eſt addens, neq; diminuta, ſed eſt eodem modo. Si autē fuerit diuerſum, vt, cū dicimus alterari in eo quòd acquirit albedinem, & in eo, ꝙ acquirit ſanitatem, & hoc non eſt idem, neq; ęquale, neq; ſimile, ſed ex iſtis nunc fiunt ſpecies alterationis. & nō eſt eadē alteratio, quēadmodū non eſt eadē trāſlatio. & ideo ſciēdum quot ſunt ſpēs alterationis, & ſpēs translationis. Si igitur mota fuerint diuerſa in ſpē, ſ. quæ habent motus eſſentialiter, non accidentaliter; tunc motus eorū etiam erunt ſeparati in ſpecie: &, ſi fuerint diuerſa in genere, in genere; &, ſi in numero, in numero.

32 Cum declarauit ꝙ translatio eſt æqualis alicui tranſlationi, vult quærere hoc etiā in motu alterationis, & dixit Et cōſyderandum eſt, &c. i. & conſyderandū eſt de alteratione, q̄uo æqualitas imaginatur in ea, cū coniunctio non imaginetur in motibus, niſi per æqualitatem, & dixit hoc, quia æqualitas eſt propria quantitati, non qualitati. D. d. Dicamus igitur ꝙ, ſi acquiſitio ſanitatis, &c. i. q̄m, cum fuerit poſitum ꝙ acq̄ſito ſanitatis eſt alteratio, & ꝙ poſſibile eſt aliquem hoīem ſanari velocius, q̄ aliū hoīem, & poſſibile eſt vt duo homines ſanentur inſimul ab vna ægritudine in tp̄e æq̄li, tunc alteratio erit æqualis alterationi. D. d. fiunt enim in tp̄e æquali, i. & iſtæ duæ ſanitates dicūtur æquales, quia fiunt in æquali tp̄e. Et, quia tp̄s eſt extrinſecum à re, & non ſeq̄tur ex æqualitate eius æqualitas motuū, ſi æqualitas non fuerit in ſubſtantia motuum, incœpit quęrere qualitatem, in qua inuenitur de alterabilibus, & dixit Quid igitur alteratur, i. ſed, ſi poſuerimus ꝙ alteratio eſt æqualis alterationi, quid igitur alteratur, ita ꝙ recipit æqualitatem? ſi eſt neceſſe vt æqualitas inueniatur in eis ſm ſubſtantiam. D. d. æq̄litas enim, &c. i. æqualitas enī impoſſibile eſt vt dicaī in qualitate. ſed illa, de quibus dr̄ ęqualitas in quantitate, dr̄ ſimilitudo ſuis rñdentibus in qualitate. Et intendebat ꝙ æqualitas, quę dr̄ de quantitatibus, quæ neq; addunt, neq; diminuunī adinuicem, eſt rñdens ſimilitudini, quæ diciī de qualitatibus, quæ non ſunt fortiores, aut debiliores ſe adinuicē. D. d. Si igiī æqualitas in velocitate, &c. i. &, cum ita ſit, ſi æqualitas dr̄ de alteratione, intelligendum eſt in eis, quæ transſmutanī, eadem transſmutatione, nec addente nec diminuente in æquali tp̄e: q̄m tunc nō erit drīa inter illud, qd̄ intelligiī de ęq̄litate, in q̄litate, & illud, quod intelligitur de ſimilitudine. Et, q̄a aliquis poteſt dicere, forte æqualitas attributa alterationi eſt vera per ſubiectum alterationis: ſubiectum enim eius eſt quātū neceſſario, dixit In vtroq; igitur, &c. i. & dicenti hoc dicendū eſt, in vtroq; igitur eſt quærenda coniunctio, vtrum in ſubiecto paſſionis, aut in ipſa paſſione. contingit enim dicenti ꝙ æqualitas eſt in ea ſm ſubiectum tm̄, vt coniunctio ſit ſubiecti, nō paſſionis. & hoc accidit paſſioni, ſ. eſt eius per accn̄s. Sed neceſſe eſt conſyderare vtrūq;, vt poſt declarabimus. & iſte ſermo eſſet poſſibilis, ſi eēt poſſibile inuenire duas paſſiones ſimiles. & ideo dixit poſt, hic aūt poſſumus accipere, &c. i. & coniunctio non inuenitur in ea, ſm ſubiectum: q̄m poſſumus inuenire duas ſanitates ſimiles omnibus modis, quarum altera non addit, neq; diminuiī à reliqua. D. d. ſi aūt paſſio fuerit diuerſa, &c. ideſt, ſi aūt duę paſſiones, i. qualitates fuerint diuerſæ in ſpecie. ver. g. vt aliquid ſanetur, & aliq̄d albificetur, tunc non dn̄r eſſe eædem in ſpecie, neq; æquales: & ſi æqualitas earum ſit in tp̄e æquali: neq; ſimiles. & hoc, quod dixit manifeſtum eſt per ſe. D. d. ſed ex iſtis, &c. ideſt, ſi à tali diuerſitate exiſtente inter ſanitatem, & albedinem fuerit ſpecies alterationis. Deīde dixit & nō eſt eadem alteratio, i. & iſta maxima diuerſitas in alteratione inuenitur, quia alteratio non eſt eadē in ſpecie, quemadmodū neq; trāſlatio eſt eadem in ſpecie. D. d. & ideo ſciēdum eſt, i. & iō, cū voluerimus ſcire motus cōiungibiles q ſunt, oportet nos ſcire ſpēs alterationis, & ſpēs trāſlationis, quot ſunt. Deinde dedit regulā in hoc, & dixit Si igiī motꝰ fuerint diuerſi, &c. i. & via ad numerandū ſpēs motuū eſt cōſyderare mota ꝑ ſe, nō ꝑ accn̄s, ſ. trāſlata ꝑ ſe, & alterata ꝑ ſe. Si igiī fuerint diuerſa, & motus eoꝝ erunt diuerſi in ſpecie, et, ſi in genere, in gn̄e, &, ſi in nūero, in nūerò. Et iſta via eſt via numerādi motū: q̄a motū apud nos eſt notius motu.

Æqualitas ē ꝓpria q̄ntati nō qualitati. Idē in p̄ntis cap. de quantitate.

Tp̄s ē extrīſecū a re, & non ſeqī ex ęq̄litate eius æq̄litas motuum.

Subiectū alterationis eſt quantum neceſſario.

Regl̄a ad cognoſcēdū q motꝰ ſīt ad inuicē cōparabiles.

Motū ē notiꝰ apud nos motu.

Sed vtrum oportet ad paſſionem reſpicere, ſi eadem ſit, aut ſimilis, ſi ęque ueloces ſint alterationes? an ad id, quod alteratur, ut ſi huius quidem * tale dealbatū ſit, huius aūt tantum? An ad vtrumq;. Et eadem quidem, aut alía paſſione, ſi paſſio eadem ſit: æqualis aūt, aut inęqualis, ſi illud ſit inæquale.

* a. l. tantū.

Sed oportet nos cōſyderare, vt cognoſcamus duas alterationes, quæ ſunt æquales in velocitate in paſſione, vtrum paſſio ſit eadē in eis, aut ſimilis, aut in alterato. ver. g. vt conſyderemus ꝙ iſtud eſt album talis quātitatis, & iſtud talis quantitatis. Dicamus igitur reſpondendo quoniā oportet conſyderare dé vtroq;, ita, ꝙ dicamus de alteratiōe ꝙ eſt eadē, aut non eadem ſm paſſionem, cū ſit eadē. Et dicamus in ea ꝙ eſt æqualis, aut nō ęqualis, ſm diuerſitatem illius.

Cum quæſiuit prius in vtroq;, an oportet quærere coniunctionem in illo, in quo eſt paſſio, aut in ipſa paſſione, reſpondit primo illic, q̄m poſſibile eſt accipe cōiunctionē in paſſione. & cū nō narrauit, vtrum cū hoc oportet conſyderare ſubiectum, aut non conſyderare, iterauit hic quæſtionem, et dixit Sed oportet, &c. i. ſed oportet nos perſcrutari, & ſcire illud, per quod alterationes ſunt æquales, vtrum, quia paſſio in eis eſt eadē in ſpecie, aut ſunt ſimiles ꝓpter alteratū, ſ. quia quantitas, quæ alteratur in eis, eſt vna. Et, cum dixit aut in alterato, expoſuit hoc, & dixit ver. gra. vt conſyderemus, &c. ideſt vt cōſyderemus de ſimilitudine duarū paſſionum ęqualitatem ſubiectorum. D. d. Dicamus igitur reſpondendo, &c. ideſt dicamus igitur ꝙ utrūq; eſt conſyderandum, ſcilicet ſimilitudinem paſſionis, et æqualitatem ſubiecti. D. expoſuit modum conſyderādi, et dixit ita, quòd dicamus in alteratione, &c. i. quoniam neceſſe eſt conſyderare vtrūq;, ita, ꝙ ſciamus de duabus alterationibus, vtrum ſint ęędem in ſpecie, aut non, i. ſimiles. et hoc erit, quando ſubiectum fuerit idē. Et dixit hoc, quoniam, cum quātitas ſubiecti fuerit diuerſa, diuerſabitur paſſio neceſſario. & hoc intēdebat, cum dixit Et dicamus in ea, ꝙ eſt æqualis, aut inęqualis, &c. i. & quaſi cum exigit cum æqualitate paſſionis vt ſubiectum ſit idem, i. æquale, induxit rationem ſuper hoc, & d. & neceſſe eſt cōſyderare ſubiectum: quia dicimus ꝙ paſſiones ſunt æquales, aut inæquales ſecundum ſubiectum. Et debes ſcire ꝙ conſyderatio cōiunctionis in alteratione, ſi fuerit ſm ſubiectum tantū, erit per accidens, &, ſi fuerit ſm ſolam paſſionem, non erit

33

Cum q̄titas ſubi fuerit diuerſa, diuerſabiī paſſio nec̄io.

Documētū.

illis

In cōſyderatione ęqualitatis pfectæ ĩ alteratione hæc duo exigunť, ſ. ſimilitudo paſſiõis, & ęqualitas ſubiecti.

illic æqualitas perfecta, ſed ſolummodo ſimilitudo, ergo in cōſyderatione æqualitatis perfectæ hæc duo exigunť, ſ. ſimilitudo paſſionis, & æqualitas ſubiecti.

Et in generatione quoq;, & corruptione idem cōſyderandum eſt, qũo ęque velox generatio eſt, ſi in ęquali tempore genereť idẽ, & indiuiſibile, vt homo, ſed nõ animal. velocior aũt, ſi in æquali aliud. nõ enim habemus aliquod duorũ, in quibus ipſa diuerſitas, vt diſſimilitudo. Et, ſi eſt numerus ſubſtantia, maior, & minor numerus eiuſdẽ ſpeciei eſt. ſed eſt innominatum quod cõmune eſt, & vtrũq;, vt maior paſſio, aut excedens magis, quantum autem maius.

Et conſyderãdũ eſt de generatione, & corruptione, & qũo generatio eſt æqualis velocitatis. & forte erit talis, cum ęquali tpe generať idem indiuiſibile, vt homo, nõ aĩal. et erit velocior, cũ nõ fuerit in æquali tpe. nõ enim habemus nomẽ, quod cõtinet duo hęc, neq; aliud, vt hoc nomen diſſimile. Et, ſi ſubſtantia eſt numerus, dicemus numerũ maiorem, aut minorem de numeris cõuenientibus, in ſpecie: ſed illud, quod cõe eſt eis, & illud, qđ eſt ꝓprium vtriq;, nõ habet nomẽ, ſicut paſſio maior dř fortior, & q̃tum diciť maius.

34 Cũ declarauit illa, quę exiguntí in cõiunctiõe alterationis, et modũ cõſyderãdi, vult declarare hoc ſiſr in motu gñationis, ſ. q cõiungunť de eis, & q nõ cõiunguntí, & dixit Et cõſyderandũ eſt de generatione, & corruptiõe, &c. i. qũo dř gñatio ęq̃lis gñationi. & dixit hoc, qa ſcito modo æq̃litatis, ſcietur cõiunctio, cum æq̃litas ſit ꝓpriũ cõiũctionis. D. d. & forte erit hoc, &c. i. et forte ſufficit in hoc, ꝙ gñatio ſit æq̃lis generationi vt ſint in tpe æquali, et vt ſit idẽ indiuiſibile in ſpecie nõ in genere, vt aĩal; cum aĩal ſit diuiſibile in ſpẽs. D. d. & erit velocior, &c. ideſt in talibus iſtis generationib⁹, quæ ſunt in eadẽ ſpecie, dř in eis ꝙ vna eſt velocior altera, cũ nõ fuerint ĩ æq̃li tpe. D. d. nõ. n. habem⁹ nomẽ, &c. i. cõtẽti ſumus in definitione velocioris, & æq̃lis in generatione ad hoc, qa duæ gñationes cõueniẽtes in ſpẽ, & in tpe nomẽ nõ hñt, ſicut hñt qualitates cõueniẽtes in tpe, et ſpẽ: & eſt ſĩſitudo, et diſſimilitudo in diuerſis: & æq̃litas in cõueniẽtibus in q̃titate, & inæq̃litas in diuerſis. D. d. Et, ſi ſubſtãtia eſt numerus, &c. i. & cõueniẽtia duarũ ſubſtãtiarũ generabiliũ nõ hñt nomẽ, niſi ſubſtantiæ diuerſení ſm numeros, ſm ꝙ ſunt compoſitæ ex numeris, vt quidam Antiqui dicebãt. qm̃, ſi hoc fuerit, poſſemus dicere in ſubſtantijs ꝙ quædam ſunt maioris in numeri, aut minoris de numeris cõuenientibus in ſpecie. Et intendebat ꝙ, ſi ſubſtantiæ ſunt numeri, tunc coniungibilia in ſubſtantia ſunt conuenientia in ſpecie numerali, & inconiungibilia ſunt diuerſa ſm magis, & minus. D. d. ſed illud, quod eſt cõe, &c. i. ſed illud, quod eſt cõe ſubſtãtijs, nõ habet nomẽ, neq; paſſio, quæ eſt ꝓpria eius, ſ. ꝙ non inuenitur nomẽ cõueniẽtibus ex eis, neq; diuerſis, ſicut hoc inuenitur in eis, in quibus diuerſantur in qualitate, et in quibus cõueniunt. Illa enim, quæ diuerſantur in qualitate, dicuntur fortiora, & debiliora, in quãtitate vero maiora, & minora. [a] Conueniẽtia aũt in qualitate dicunť conſimilia, in quantitate vero æqualia.

Æqualitas ẽ ꝓprium cõparationis.

[a] Cõuenientia ĩ qualitate dñr conſimilia, & ĩ q̃titate ęqualia. Idem ſupra t. c. 32.


Caput Secundũ. Quo pacto mouentia, & quæ mouẽtur proportionem inter ſe habeant in motu.

QVoniam aũt mouens, mouet ſemp aliquid, & in aliquo, & vſq; ad aliqd. dico aũt in aliquo, quia in tpe: vſq; ad aliquid aũt, quia per quantã aliquam lõgitudinẽ. ſemp enim ſimul mouet, & mouit. q̃re quantũ aliqd erit, per quod motum eſt, & in quãto. ſi igiť A eſt mouens, B aũt id, quod mouetur, per quã aũt motum eſt, lõgitudido C in quanto aũt tp̃s, in quo D. In ęquali igiť tpe æqualis potẽtia ipſi A dimidiũ ipſius B per duplã ipſius C mouebit: per C autem in dimidio ipſius D. ſic enim erit ꝓportio.

Et, qa motor ſemp mouet aliqd, quod eſt in aliquo, & mouet ad aliqd. & dico ĩ aliquo, ſ. in tpe: & dico ad aliqd, i. ad aliquam menſuram lõgitudinis. ſemp. n. mouet, & mouetur. ergo neceſſe eſt vt illud, à quo moueť, ſit aliquod quantum, et in quanto. Si ergo motor fuerit A, et motũ B, & longitudo C, & tp̃s, in quo mouet D, tunc potẽtia æqualis, ſcilicet A, mouebit in tpe æquali dimidium B p duplũ ſpatiũ C: & mouebit ip̃m p longitudinem C. qm̃ hoc modo erit finita.

Demonſtratio, oſtendens ꝙ, ſi aliqua potentia mouet aliquod mobile, per aliquod ſpatium, in aliquo tẽpore, medietatem illius mobilis mouebit eadem, uel æqualis potentia, per duplũ ſpatium, in eodem tẽpore, uel per idem ſpatium, in medietate temporis.

Hæ duæ figuræ ambas deſignant proportiones.



Cum compleuit ſermonem in diſtinguendo motus coniungibiles à motibus non coniungibilibus, vult declarare alia propria motori in moto, Primo vero, quòd 35

omnis

omnis motor, qui mouet aliquod motum per aliquod ſpatium in aliquo tempore, mouet dimidium illius moti in illo tẽpore per duplum illius ſpatij, & mouet ip̄m per illud ſpatium in dimidio illius tẽporis. Et, dixit Et, quia motor, &c. i. motor extrinſecus, qui eſt corpus, non ille, qui eſt virtus in corpore. & hoc manifeſtũ eſt ex hoc, quod dicit ſemper enim mouet, & mouet̃. motor enim qui, quando mouet, mouetur, eſt corpus neceſſario. & ideo dixit ergo neceſſe eſt vt illud, p̄ quod mouetur, ſit aliquod quantũ, i. ſpatium terminatum, et in quanto, i. in tẽpore terminato. & hoc accidit motori, ſm ꝙ eſt corpus, aut virtus in corpore. D. d. Si igit̃ motor fuerit A. i. ponatur igitur in loco motoris, A, & in loco moti B, & in loco ſpatij, C, & in loco temporis, in quo mouetur per iſtud ſpatium, D, dico ꝙ oĩs motor, cui potentia eſt æqualis iſti motori, ſ. A, mouet ũ in hoc tp̄e dimidium B, quod eſt motum per duplum iſtius ſpatij, quod eſt C, & mouet ip̄m per totum iſtud ſpatium in medietate temporis D. Deinde. d. q̃m hoc modo erit finita, ſ. potentia motoris. Et hoc eſt ita, ꝙ velocitas ꝑpria vnicuiq; motui ſequitur exceſſum potentiæ motoris ſuper poteotiã moti. & ideo, cum diuiſerimus motum, cootingit neceſſario vt proportio potẽtiæ motoris ad motum ſit dupla illius proportionis: & ſic velocitas erit dupla ad illam velocitatem: ergo mouebitur in illo tp̄e per duplum illius ſpatij, & in dimidio eius per totum ſpatium. & hoc cõmune eſt in omni motore, cuius potentia eſt finita. Vtrum vero hoc ſit cõe, & potentijs mouentibus nõ corporalibus, ſi aliquid ſit tale, habet q̃onem difficilem. Neceſſario enim debet eſſe reſiſtentia inter motorem, & rem motam, ſiue motio fuerit naturalis, aut innaturalis: & iſta reſiſtentia communis eſt, ſm quòd alterum eſt agens, & reliquum patiens. Vnde dicimus in virtutibus cœleſtibus mouentibus quòd noo mouet quæcunq; potentia quodcunq; corpus cœleſte, ſed quælibet potentia mouet corpus proprium in velocitate propria. ſed omnes conueniunt io hoc, quòd mouent in infinitum. Et ſm hunc modum nõ eſt proportio inter eas, & motum. ſm vero ꝙ vnaquæq; earum mouet corpus proprium velocitate propria, ſm hoc habent proportionem propriam ad motum, vel cũ moto. Sed iſta proportio videt̃ indiuiſibilis. Vnde igitur accidit iſtis potentijs iſtud? Et forte hoc accidit ex diuerſitate naturarũ mouentium, quæ non ſunt in materia in nobilitate ſm magis, & minus, & diuerſitate naturarum corporum, quæ mouẽtur ex eis. Hoc autem, ꝙ motus eorum, ſ. corporum cœleſtium eſt in tẽpore, licet ooo ſit proportio inter potentias motiuas, & mobiles, accidit ex natura motus. Motores autẽ, qui ſunt in materia, ſi aliquis eorum haberet potentiam infinitam, contingeret vt motus, eſſet in non tẽpore. & hæc declarabuntur in vltimo Octaui libri. & Ariſto. non loquitur hic, niſi de motoribus materialibus. quoniam iſta perſcrutario eſt vtilis io diſpoſitionibus motorum oon materialium, vt poſt declarabitur. & in alio libro dixit, hoc enim motor erit ꝑportionatus. & quod eſt in hac trãſlatione, ſcilicet noſtra, eſt melius.

Velocitas ꝓpria unicuiq; motui ſequit̃ exceſſũ potẽtiæ motoris ſup̃ potentiã moti.

Dubium.

Solutio.

Vide ꝓ illo 2. cœ.c. 61. In potentijs cœleſtib⁹, ſ. ꝙ vnaqueq; mouet ĩ infinitũ, nõ eſt ꝓportio, ſed ꝓut vnaq̃q; mouet corpus ꝓprium velocitate ꝓpria.

Quæſtio.

Solutio. Vide. 2. cœli. 38.

Tex. cõ. 78. & 79. Vide & ꝓ hoc 1 libro de ſubã orbis ca. 3. ad finem.


Et, ſi eadem potentia idem in hoc tp̄e per tantã mouet, & per dimidiã in dimidio mouebit: & dimidia virtus per dimidiũ mouebit in æquali tp̄e per æquale. vt ipſius A potẽtię ſit dimidia, quę ip̄m E, & ipſius B ip̄m F dimidium. Similiter igitur ſe habet, & ſm proportionem virtus ad grauitatẽ. quare p̄ æquale, & in ęquali tempore mouebunt.

Et, ſi eadem potentia mouet idem in tali tempore per tale ſpatium, mouebit ipſum p̄ dimidium illius ſpatij in dimidio illius temporis: & dimidium illius potentię mouebit dimidium illius rei in æquali tp̄e per æqualẽ longitudinem. ver. g. ſit medietas potentię A H. & medietas ipſius B quantitas Z. Ergo proportio iſtius potentię ad iſtud pondus eſt ſicut illa proportio. & ideo mouent per ęquale, in tempore ęquali.

Demonſtratio, oſtendens ꝙ, ſi aliqua potentia mouet aliquod mobile, per aliquod ſpatium, in aliquo tẽpore, dimidiata potentia medietatem mobilis mouebit, per idem ſpatium, in eodem tempore.

D Tempus.





Cum declarauit ꝙ eadem potentia mouet medietatem moti in tempore, in quo mouet totum per duplũ ſpatij, quod mouet in illo tẽpore, & mouet ipſum per totum ſpatium in medietate tẽporis, in quo mouet totum per illud ſpatium, vult declarare etiam ꝙ, cum fuerit vnus motor aliquis, qui mouet aliquod motum per aliquod ſpatium in aliquo tempore, mouebit medietatem illius ſpatij io medietate illius temporis: & quòd medietas eius mouebit medietatem illius moti per illud ſpatium in medietate temporis illius. Et eſt neceſſe, ſicut dixit, vt moueatur medietas moti per illud ſpatium io illo tp̄e, quoniam velocitas motus, quam habebat totum motum ad totum motorem eſt ſm proportionẽ exceſſus potentiæ motoris ſuper potentiam moti. Et, cum diuiſerimus motum in duas medietates, & ſimiliter motorem, tunc proportio motoris, quæ eſt medietas, & ad motum, quod eſt medietas, erit ſicut proportio totius motoris ad totum motũ, vt vniuerſaliter declarauerunt Geometræ. & ſic duæ velocitates erunt ęquales neceſſario, ſ. velocitas totius moti, & velocitas medietatis. ex quo ſequitur neceſſario vt pertrãſeant idem ſpatium in eodem tp̄e, & ſermo eius in hoc manifeſtus eſt per ſe. 36

Et ſi, ipſum E ipſum F mouet in ipſo D per ipſam C, non neceſſarium eſt inequali tempore id, in quo E, duplum ipſius F mouere per dimidiam ipſius C. Si igitur ipſum A ipſam B mouebit in ipſo D per tantam, quanta eſt ipſa C, dimidium ipſius A, in quo E, ipſum B non mouebit in tẽpore, in quo D, neque in aliquo ipſius D per aliquid ipſius C, ſecundum quòd analogum eſt ad totam C, vt A eſt ad E. omnino enim, ſi cõtigerit,

tigerit, non mouebit aliquid. ſi enim tota virtus per totam mouit, dimidia non mouebit, neq; per quantũuis, neq; in quantouis. vnus enim mouebit nauem, ſi nauem quidem trahentium diuidatur virtus in numerum, & in lõgitudinem, per quam oẽs mouerũt. Propter
Zenonis rõ confutatur. hoc Zenonis ratio nõ eſt vera, ꝙ ſonet milij quæuis pars. nihil enim prohibet nõ mouere eum aerem in vllo tempore, quem mouit, dũ caderet totus modius. neq; itaq; pars tm̃,
* a.l. hoc nõ mouet. quãtũ mouebit cũ toto, ſi ſit per ſe, * hoc mouet. neq; enim vlla eſt, niſi potẽtia in toto.


Textus iſte c. 37. ẽ diminut*, deficit enĩ ab ea parte oĩno enim vſq; in finẽ. Cõmẽtũ ẽt ẽ diminutum, q2 nõ exponit primam partem textus.

Et, ſi H mouet Z, in tempore D, ꝑ ſpatium C, neceſſe eſt vt H illo tẽpore nõ moueat duplum Z, in dimidio ſpatij C. Si igitur A mouet pondus, quod eſt B, in tẽpore D, per ſpatium C, tunc, quando à medietate A diminuitur pars, cuius quantitas ex toto eſt quantitas, quæ mouet, tunc illa pars ſingularis non per ſe mouebit. Nihil enim aliud eſt, niſi quod eſt in potentia in tanto.

Demonſtratio, probans ꝙ, ſi aliqua potentia mouet aliquod mobile, per aliquod ſpatium, in aliquo tẽpore, dimidium illius potentiæ non mouebit duplum illius mobilis, ꝑ medietatem illius ſpatij, in eodem tempore, neq; in aliqua parte illius temporis, per aliquam partem illius ſpatij.

Figura hæc, ambas deſignat diſproportiones.





Dicebat Zeno ꝙ mina milij, quia, cum cadit, facit
37 Abbreuiatio ſonum, neceſſe eſt ꝙ quodlibet granum per ſe faciat ſonum. & ſimiliter guttæ aquæ ſuccedẽtes ſuper lapidẽ, ita, ꝙ faciant in ipſo foueam, neceſſe eſt vt vnaquæq; earum operetur in lapide. quoniã, ſi nulla operatur, ergo nec omnes operãtur. Et iſte ſermo eſt ſophiſticus;
Vide ꝑ hoc 8. phyſi. t. c. 23. qm̃ vna pars non operatur in actu, ſed in potentia. qm̃ vnus vir de triginta non mouet nauem ſolus. &, cum motio eius coniungitur cum præparatione, & potentia proueniente à viginti & nouem hominibus mouebit nauem neceſſario. ergo vnuſquiſq; de triginta largitur naui de præparatione ad moueri, quod nauis nõ habebat prius. Illud igitur, ꝙ viginti & nouem largiunt de preparatione, eſt illud, ꝙ vltimus motor extrahet in actu. Et ſimiliter eſt de mina milij. Et dixit Et ideo ſermo Zenonis non eſt verus. & eſt ꝙ vnum granum milij, quodcunq; ſit, qñ cadit, facit ſonũ, i. ſed non quodlibet motum: quoniam potentia motoris eſt termina-
Expoſitio. ta. Et, cum potentia motoris eſt terminata, ſ. prima potentia, quæ põt mouere vnãquãq; partium, non mouet in tpe omnino, qñ cadit, ergo ſermo Zenonis non eſt verus in hoc, ꝙ fingit, ꝙ quodlibet granũ milij debet facere ſonum. D. d. oĩam impoſſibile eſt vt nõ moueat in tpe oĩno illum aerem, quem mouet tota mina, qñ cadit. i. qm̃ impoſſe eſt dicere ꝙ vnaquæq; partium nõ mouet in tpe oĩno, qñ cadit, aerem, per quẽ trãſit, motione, ex qua auditur ſonus, ſicut audit̃ à mina, ſ. ꝙ non mouet ipſam in actu motione faciente ſonum. &, ſi vnaquæq; partiũ largitur aeri ad recipiendũ ſonum ꝑparationẽ, quã prius nõ habebat. D. d. neq; ps, &c. i. qm̃ vnaquæq; partiũ motoris nõ debet per ſe ſingulariter mouere, neq; pars, quæ, cũ additur alijs partibus, mouet totũ, v. g. trigeſimus vir. Et dixit, quia iſta pars nõ videt̃ inter alias partes eſſe fortior in motu, niſi ꝑ ꝑparationẽ ꝑcedentẽ in motu. D. d. Nihil enim aliud eſt, &c. Aut intendit ꝙ, cum pars eſt in continuo, nihil eſt in actu, ſed eſt in potentia in toto. Aut intẽdit ꝙ ps non mouet in actu, ſed mouet in potentia in toto.

Si vero duo, & vtrunq; horum vtrunq; mouet per tantum in tanto, & compoſitę potentiæ compoſitũ ex ponderibus per æqualem mouebunt longitudinem, & in æquali tempore: analogum enim eſt.

Et, ſi fuerint duo, quorum vtrũq; mouet vnum, & vtrumq; mouet ꝑ tale ſpatium in tali tempore, duæ potentiæ congregatæ mouebunt congregatum ex duobus ponderibus per æqualem longituditudinem in ęquali tẽpore. ſunt enim proportionalia. Et iſte ſermo diſtinguendus eſt ita, ꝙ cõſyderandũ eſt in eo, & ſint duæ intentiones.

Hæc eſt alia intẽtio à ꝑdictis. & eſt ꝙ, cum duo mo- 38
uentia diuerſa, vtrũq; mouet aliquod põdus ꝑ æquale ſpatium in æquali tpe, tunc duæ potentiæ motiuæ congregatæ mouebunt cõgregatũ ex duobus ponderibus per illud ſpatiũ in illo tpe. & hoc erit, qñ æqualr̃ mouẽt duo pondera diuerſa in ſpatio, et tpe. cum aũt diuerſantur ſpatio, ver. gra. ꝙ alterum mouet vnã arronam in vna hora per medietatem vnius leucæ, & aliud mouet duas arronas in vna hora per vnam leucam, non ſequitur, cum duo motores fuerint cõgregati, & arronæ fuerint congregatæ, vt moueantur ab eis in illa hora, neq; per vnam leucam, neq; per dimidiam. qm̃ proportio eius, quod cõgregatur ex duabus potentijs ad duo põdera non eſt ſicut ꝓportio ſolius potentiæ ad vnũ pondus. Cũ aũt ſpatium fuerit vnum, & tps vnũ, tunc proportio eius, quod cõgregatur ex duabus potentijs motiuis ad duo pondera mota, erit eadem ꝓportio: & ſiue potentia ponderũ, & potentia motorum conueniant, aut diuerſent̃. v. g. qm̃, ſi aliquis motor habet aliquam proportionem ad aliquod motũ, & alius motor, cuius potentia habet iſtam eandẽ ꝓportionem ad potẽtiam põderis, quo mouet̃ ab eo. Declaratũ eſt enim in libro Elementorũ ꝙ, cum fuerint ꝗlibet quãtitates, & totidem earum cõpares, tunc proportio oĩum ad oẽs eſt, ſicut proportio vnius ad vnam. *D. d. Et iſte ſermo diſtinguẽdus eſt, &c. & ſic inuenitur in ꝗbuſdam libris. & intendit ꝙ, cum duo motores mouent aliquod pondus ꝑ aliquod ſpatium, ꝙ poſſibile eſt, cũ diuiſerimus motores, et diuiſerimus põdus, ita, ꝙ ꝓportio vtriuſq; partis ad vtrũq; motorem ſit, ſicut ꝓportio totius ad totũ, ꝙ proportio motus remanebit eadem. & hoc ſm̃ proportionem eſt verũ: ſed ſm̃ ꝙ exiſtimat̃ ꝙ in quolibet illorũ duorũ, ideo dixit, vt mihi videt̃, ita, ꝙ cõſy-

ſiderandũ eſt. videmus.n.ꝙ duo, & tres hoĩes mouent cõgregatim, quod nõ pñt mouere ſm ſegregationẽ.

Num igitur ſic eſt & in alteratione, & in augmentatione? Aliqd enim eſt augens, aliquid aũt & id, quod augetur. in quanto autẽ tempore, & quantũ, aliud quidẽ auget, aliud autẽ augetur. Et alterans, & id, quod alterat̃ ſimiliter. & aliquid, & quantum ſecundum ipm magis, & minus alterata ſunt, & in quanto tpe, in duplo duplũ, aut duplũ in duplo: dimidium aũt in dimidio tempore, aut in dimidio dimidium, aut in æquali duplum. Si vero alterans, aut augens tantum, in tanto, aut auget, aut alterat, non neceſſe eſt & dimidiũ in dimidio, & in dimidio dimidium. ſed, ſi cõtigerit, nihil alterabit, aut augmentabit, ſicuti & in pondere.

Et ſilr̃ eſt de alteratione, & in augmento. Eſt.n. aliqd, quod auget. Et alterãs ẽt ſilr̃ eſt alteratũ. & ſm aliq̃ quantitatẽ in additione, & diminutione erit alteratio. & in aliqua q̃titate tpis in duplo erit duplũ, & duplũ erit in duplo. & quod eſt in tpe æquali eſt duplũ. Si igit̃ alterãs, & augmẽtas augmẽtat, & alterat tm̃ in tali tpe, nõ eſt neceſſe vt medietas ẽt faciat hoc ĩ medietate, aut ĩ medietate agat medietas. & forte accidit vt nõ alteret oĩno, aut vt non auget, ſicut diximus in pondere.

Vult declarare ꝙ oĩa, quæ dixit de moto, & motore in loco, ſunt vera in augmento, & alteratione, & dicit Et ſimiliter eſt de alteratiõe, i. & oĩa, quæ dicta ſunt de moto, & motore in loco, ſ. ꝙ duplum motoris mouet illud motũ per illud ſpatiũ in dimidio illius tpis, aut per duplũ illius ſpatij in illo tpe, & ꝙ motor mouet dimidium moti p illud ſpatiũ in dimidio illius tpis, &, cũ motor diuidit̃ in duo æqualia, & motum in duo æqualia, motus erit idem in velocitate, omnia accidunt ſimiliter in augmento, & alterato. Et, cum narrauit hoc, dedit cãm, et. d. Eſt.n. aliqd, quod auget, et aliqd quod augetur, & in aliquo tpe hoc auget, & hoc auget, i. & ita eſt de augmento, ſicut de translatione. qm̃ eſt aliqd quod auget, & eſt reſpondens motori in loco, & aliqd quod augei, & eſt rñdens moto, et tẽpus, in quo fit iſte motus, & q̃titas, in quo eſt. D. d. Et alterãs ſilr̃, &c. i. &, quemadmodũ augens, et augmentatũ eſt aliqd terminatæ potentiæ, ſilr̃ alterãs ẽt, & alteratũ ſunt terminata: & ſm exceſſum potentiæ alterantis ſupra potentiam alterati erit velocitas alterationis, & quãtitas tẽporis, in quo eſt alteratio, ſ. ꝙ hæc duo ſequunt̃ proportionem inter alterans, & alteratũ. Si igitur ꝓportio fuerit magna, velocitas erit magna, & tp̃s breue, & econuerſo. D. d. & in duplo duplum, ideſt & in tempore, in quo aliqua paſſio in aliquo alterato ab aliquo alterante, in duplo eius erit in duplum illius paſſionis. D. d. & duplum in duplo, i. & alteratio, quæ eſt dupla ad alterationem poſitam ab aliquo alterãte, duplum eius erit in duplo illius temporis: & eſt conuerſum primę. & intendebat declarare quæ ſunt proportionabilia. D. d. Si igitur alterans, &c. ideſt &, ſi omne alterans, & augmentans alterat, & augmentat aliquod terminatum, & in tpe terminato, & nõ augmentat quidlibet quodlibet, neq; alterat q̃dlibet quodlibet, nõ ſeq̃tur, cũ diuiſerimus alterans in duas medietates, vt medietas moueat illud alteratũ in duplo illꝰ tpis: cũ accidit forte vt nõ alteret illud oĩno. et hoc cõtingit, qñ potẽtia medietatis motoris nõ excedit potentiã moti. D. d. ſicut diximus in pondere, i. in grauitate ad leuitatem.

In huius Septimi Libri fine, in impreſſis hactenus codicibus omnibus legebatur ad uerbũ ea pars proœmij ipſius Auerrois, Primi, Phyſicorum, incipiens, Vtilitas autem, uſq; ad illud, Ordo uero, quã, ueluti illegitime, ſuperflue, ac uitioſe hoc in loco poſitã, abſcidimus, præcipue autẽ ad id Pauli Iſraelitæ, Hebræi, uiri doctiſſimi ſententia coadiuuante, nonnulliſq; Antiquis codicibus, eam non legentibus.

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV LIBER OCTAVVS,

cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

Summa Prima demonſtrat motum ante, retroq;, ſempiternum fore.

Summa Secunda quòd Primus motor ſit penitus immobilis, perpetuus, & unus.

Summa Tertia quærit an detur motus continuus, & quis motuum ſit primus.

Summa Quarta oſtendit primum motorem indiuiſibilem eſſe, & impartibilem, nullamq; prorſus habere magnitudinem.

Summæ Primæ Caput Primum. Propriam de ſempiternitate motus ſententiam comprobat: ubi multa de Antiquorum interſerit opinionibus.

VTrum aũt factus eſt aliquando motus, cũ nõ eẽt prius, & corrũpit̃ rurſus, adeo, vt moueat̃ nihil, an neq; factus eſt, neq; corrũpit̃, ſed ſemp erat, & ſemp erit, & hoc immortale, & ſine q̃ete ijs ineſt, q̃ ſũt, veluti vita quędã, quæ ineſt natura ſubſiſtẽtibus omnibus? Eſſe igit̃ motũ oẽs affirmãt, de natura aliquid dicentes, ꝓpterea ꝙ mũdũ faciũt, & de generatione, & corruptione eſt contẽplatio omnibus ipſis, quã impoſſibile eſt eſſe, niſi ſit motus. Sed quotquot q̃dẽ infinitos mundos et eſſe dicũt, & quoſdã q̃dem fieri, quoſdam aũt corrumpi mundos, ſemp dicunt eſſe motũ. neceſſariũ.n. eſt gñationes, & corruptiones ipſorũ eſſe cũ motu. Quicunq; aũt vnũ, aut non eſſe ſemper, etiam de motu ſupponunt ſecundum rationem.

Vtrum aũt motus aliquando fuit, & non fuit, & corrumpet̃ in corruptione, in qua nihil mouebitur omnino. aut motus nec fuit

generatus,

generatus,neq; corrumpetur,ſed ſemp fuit, & ſemper erit, & hoc non habet corruptionẽ,nec fugit ab entibus,ſed eſt quaſi vita omnibus,quæ conſtituuntur per naturã. Omnis enim,qui aliqd dixit de natura,dixit motum eſſe. non enim poſſunt loqui de factura mundi,& conſyderare in eo,ſm ꝙ currit generatio,& corruptio,ſi motus nõ ſit. Sed dicentes plures mũdos infinitos eſſe,quorum quidam generatur,& quidam corrũpitur,dicunt motũ ęternũ eſſe. modos enim generationis,& corruptionis cũ motibus eſſe neceſſe eſt. Dicẽtes vero vnũ mundũ eſſe, & non ęternum, ſm hoc etiam litigant de motu.

1 Pria intẽtio ei⁹ ẽ pſcrutari de prio motore.

a Liber Septimus, aut eſt pp neceſſitatẽ, aut eſt pp melius.

QVia prima intẽtio eius eſt pſcrutari de primo motore, incœpit perſcrutari de motu, vtrũ ſit nouus, aut antiquus,ſ. ſm genus, & a ꝙ eſt ante iſtum tractatum, aut eſt neceſſarium huic tractaui,aut eſt pp melius. Et,cũ dixit Vtrũ aũt motus. non intendit motũ aliquẽ propriũ,ſed intẽdit utrum iſti motus exñtes in partib⁹ mundi fuerint,poſtq̃ nulla pars partiũ mundi mouebatur oĩno,& vtrũ deſtruent oẽs,ita,ꝙ nulla pars mundi moueaẽ. Aut iſti motus exñtes in partibus mundi fuerunt ſemp,& erũt in futuro in hac diſpõne, in qua ſunt modo. Iſta aũt pſcrutatio eſt neceſſaria. qa apparet ꝙ in mũdo nõ eſt niſi alterũ horũ duo℞, aut plures mot⁹ ſuccedentes,aut vnus motus cõtinuus,ſ. motus corporis cœleſtis. Quęriẽ igiẽ vtrũ eſt poſſibile in his duob⁹ modis ſenſibilib⁹ incipi tali modo, ꝙ ante nihil fuit de eis: & ſiue incœpit vnus eo℞ ante alterum, aut incœperunt ſimul,ſ. motus,qui ſentiunẽ continui, & ſuccedentes: & vtrũ corrumpenẽ hæc duo genera tali corruptione,cũ qua nihil mouebiẽ oĩno: aut hæc duo genera non ceſſauerunt,neq; ceſſabunt eſſe. D.d. ſed eſt quaſi vita. & innuit per hoc, ꝙ neceſſe eſt in motu nõ ceſſare in pterito,& in futuro, ſi eſt neceſſe hoc in entibus naturalibus. Apparet enĩ ꝙ cõſtitutio entiũ naturaliũ, & illud,quod eſt in eis quaſi vita,eſt motũ eẽ. principiũ.ſ. motus de oĩbus mobilibus eſt ſicut aĩa de rebus viuis. & hæc pſcrutatio non eſt tm̃ neceſſaria in cognitione primi motoris, ſed ẽt in cognitione eſſe mundi,ſ. vtrũ ſit æternus,aut nouus. neceſſe eſt enim pſcrutationem de hmõi intentione in motu pcedere pſcrutationẽ de illa in mundo. Et,quia iſta perſcrutatio magis videtur procedere in perſcrutatione de diſpoſitione mundi in generatione,& corruptione, notificauit iſtam perſcrutationem cõtinere in ſe pſcrutationem de mũdo. et induxit ſignum,dicendo ꝙ qui aliqd dixit de mundo,debet dicere tale de motu,& dixit Oĩs enim,&c.i. & poſuimus perſcrutationẽ primo de motu vniuerſali in loco perſcrutationis de diſpoſitione mũdi in generatione,& corruptione: quia hoc eſt naturale in perſcrutatione. oĩs enim,qui locutus fuerit de entibus naturalibus,cõcedit motũ eſſe. D.dedit.cãm in hoc, & dixit non enim pñt loqui,&c.i.& oẽs cõcedunt motum eẽ, quia impoſſe eſt aliquem loq de factura mundi,i. de natura illius,& cõſyderare qũo eſt in generatione,& corruptione ſm totũ,aut ſm partem, ſi nõ cõceſſerit motũ eſſe,ſ.ſi poſſibile eſt in eo generationẽ,& corruptionem,aut impoſſe:&,ſi eſt poſſibile,qũo. D.d. Sed dicẽtes,&c.i.ſed conſyderantes de mundo,licet oẽs concedant motũ,tñ ita opinantur de generatione, & corruptione in motu,ſicut in mundo toto. qui igitur dixit illorũ plures mundos eſſe,quo℞ corruptio vnius eſt generatio alterius,& ꝙ hoc pcedet in infinitũ, conceſſit motũ eſſe,qui ſemp fuit,& erit. D.dedit cãm in hoc,et dixit modos enĩ gñationis,& corruptionis,&c. et hoc quod dixit manifeſtum eſt. qm̃,cũ opinati ſunt ꝙ corruptio vniuſcuiuſq; mundo℞ exiſtentium eſt generatio alterius,ſicut eſt diſpõ in partibus iſtius mundi,ſ. ꝙ corruptio alicuius indiuidui eſt generatio alterius, & quilibet mundus eorũ nõ eſt extra motum, manifeſtũ eſt eos dicere motum æternum ſuccedentẽ. D.d. Dicentes vero vnũ mũdum eſſe,& non ęternum, &c. & hoc intellectum eſt per ſe,ſ. ꝙ qui opinaẽ mundum eſſe nõ ęternum,& generatũ,poſtq̃ nihil mouebaẽ, & corruptibilem in res,quę non mouebunẽ, neceſſe eſt ipm opinari hanc opinionem in motu. Et,quia hoc opinari in mundo põt intelligi duobus modis, incœpit diſtinguere hoc,& dixit Si igiẽ. Dico ꝙ hæc expõ,quã modo dixi,eſt,quę intelligitur primo aſpectu,& hoc intellexit Alfarabius,ſm ꝙ dixit in libro ſuo de entib⁹ trãſmutabilibus. & hoc idem intellexit Aui. & Auẽpace Hiſpanus,ſ. ꝙ intentio Ariſt. in primo iſtius tractatus eſt declarare ꝙ ante omnem motum eſt motus, & ante omnem tranſmutationem eſt tranſmutatio,et quòd motus nõ deficiet ſm genus: vt procedat ex hoc ad declarandum motum eſſe primum, & æternum, qui continet omnia,aut vnũ,aut plures. & in hac declaratione eſt difficultas. Et ideo intendit Alfarabius in ſuo libro de entibus tranſmutabilibus complere ſermonem de hoc,in quo pſcrutatus eſt ſm quot modos poteſt imaginari ante omnem tranſmutationem eſſe tranſmutationem,& quid poteſt eſſe verum de hoc,et quid non. quapropter inuoluta eſt ſua perſcrutatio in hoc. Ego autem,cum hoc ꝙ credebam expoſitionẽ iſtius loci eẽ iſtã * tm̃, eram aliquantulum in errore,ſ. in hoc ꝙ declaratio Ariſto. eſt declaratio diminuta. & ſemper fui perſcrutatus de hac declaratiõe,quouſq; apparuit mihi intentio,quam intendit Ariſto. perſcrutari. Et inueni ſermones ſuos conuenientes ſibi adinuicem, ſm illã intentionem, non ſecundum primam expoſitionem, quæ videtur in primo aſpectu. Ariſto. enim intendit hic declarare verum primus motus continens mundũ, aut primi motus, ſi ſint plures vno, ſint facti de nouo, ita, ꝙ ante eos nõ fuit motus omnino, ita, quòd motus propter hoc ſit nouus ſecundum genus, & omnia incœperunt moueri,poſtq̃ nihil mouebaẽ. Aut primus motus,qui cõtinet omnia,exiſtens in primo moto, aut in primis motis,ſi fuerint plures vno motu, ſit æternus, qui nunquam ceſſauit, nec ceſſabit, ſed eſt, ſicut dixit quaſi vita eorum,quæ conſtituuntur per naturam. Et induxit ipſe declarationem de definitione motus prædicta ad oſtendendum talem motum eſſe: non quia induxit definitionem motus ad declarandũ, ꝙ ante omnem motum eſt motus: ſicut credidit Alfarabius, & alij. Perſcrutatio enim,quam hic intendit, eſt vl'is toti mundo. & non eſt verum ſm opinionem Ariſt. vt ante motum cõtinentẽ totum ſit motus,aut ante trãſmutationem,quæ eſt prima tranſmutatio, ſit tranſmutatio. Falſa igiẽ fuit hæc exiſtimatio illorũ. hæc enim eſt particularis. & eſt verum de motibus particularibus, quos cõtinet mot⁹ vl'is,ſm ꝙ hoc ſeqtur motũ vl'em. non quia hoc exiſtit in eis primo,& eſſentialr: qm̃ hoc apud ipm impoſſe eſt, vt apparebit poſt. Non igiẽ poneret æternã continuationem exiſtentem in iſtis motibus per accidens ſignũ ad æternã continuationẽ exiſtẽtem in ipſo primo motu,aut primis,cũ hoc, ꝙ nõdum declaratum eſt hic de eis,ſ. eos eẽ tales per accñs, et hoc manifeſtum eſt,& poſt declarabitur magis.

Apparet ꝙ cõſtitutio entiũ naturaliũ, & illud, qđ eſt ĩ eis quaſi vita eſt motum eẽ. principiũ .ſ. motus de oĩbus mobilib⁹ eſt, ſicut aĩa de rebus viuis. Vide ꝓ hoc. 2. cœ li. t.c. 68.

In tex. ſeq. Digreſſio, q̃rit vtrum Ari. qõ pcedat de motu ſm gen⁹, vel de motu cœli.

Scda expõ textꝰ ſm Auerrois opinionem.

* a.l. tm̃ eſſ.

Si igitur contingit aliquando nihil moueri, dupliciter neceſſe eſt hoc accidere. Aut

Anaxago. enim vt Anaxagoras dicit. inquit enim ille, ſimul omnibus exiſtentibus, aut quieſcentibus infinito tempore, mentem feciſſe motum, & diſgregaſſe. *Empedocl.* Aut vt Empedocles, in parte moueri, & rurſus quieſcere. moueri quidem, cum amicitia ex multis facit vnum, aut lis multa ex vno: quieſcere vero in intermedijs tẽporibus, ſic dicens. Quatenus vnũ quidem ex pluribus conſueuit naſci, Et rurſus vno generato plura perficiuntur, Eatenus quidem & fiunt, & non eſt ipſis firmum æuum. Quatenus vero permutantur omnino, neque ſimul deſinunt, Eatenus ſemper ſunt immobilem ſecundum circulum. Hoc enim, quatenus permutantur, hinc illuc dicere ipſum opinandum eſt.

Si igitur poſſibile eſt in aliqua hora nihil moueri, neceſſe eſt hoc accidere duobus modis. Aut ſicut dixit Anaxagoras, qui dixit ꝙ omnia fuerint inſimul, & quieſcentia tempore infinito, & ꝙ intelligẽtia fecit in eis motum, & diſtinxit ea. Aut ſicut dixit Empedocles, quòd quandoq; mouentur, & quãdoq; quieſcunt. mouentur enim, quãdo amicitia facit de pluribus unum, aut quãdo lis facit de vno plura, & quieſcunt in temporibus, quæ ſunt interim, cũ dixit. Secũdũ autem ꝙ vnũ innatum eſt oriri ex pluribus, Et ꝙ completum eſt vnũ, rarificant̃ ex eo plura, Secũdũ hunc modum generant̃, & ſic nõ erit ſm eos ęternũ. Scdm vero ꝙ hęc duo mutant̃, & nõ finiunt̃ cũ hoc, Secũdũ hunc modũ ſemp̃ mouentur circulariter. Intelligendum enim eſt ex hoc, quod dixit, ſm vero ꝙ hæc duo. i. ſm vero ꝙ hæc duo tranſmutantur.

2 Quia natura diuiſionis facit duos modos in hoc, qđ poſuit ꝙ motum ſm totũ deficit ab entibus, quos modos Antiqui dicebant, ſcilicet aut quòd mũdus fuit ex rebus quieſceotibus tempore infinito, ſcilicet non trãſmutabilibus, & quòd poſt corrumpetur tali modo, ꝙ omnia erunt quieſcentia tẽpore infinito, vt Anaxago. opinabatur, aut ꝙ entia quieſcant in aliqua hora, & in aliqua mouentur, vt videbat Empedocles, induxit ſermonem vtriuſq; iſtorum, & tacuit opinionem Platonis de mundo, qui dicit mundum eſſe generatum, ſed non corruptibilem: quia non dixit quòd omnia erant quieſcentia ante generationem mundi. ſed quòd mouebantur motu inordinato, & quòd Deus induxit ipſa ad ordinem, ſicut ipſe dixit. Et hoc, quod narrauit de Anaxag. qui dicebat ꝙ omnia erant inſimul, intendit per omnia corpora conſimilia, quæ opinabatur eſſe elementa mundi. & intendit per hoc, quod dixit erant inſimul, quòd erant latentia in mixto infinito, opinabatur enim contraria, exiſtere inſimul in illo mixto tempore infinito, & quòd poſt incœpit intellectus, qui eſt Deus apud ipſum, diſtinguere ea ex mixto, & extrahere ea de latitatione in actum. & iam cõtradixit ei in Primo iſtius libri. [a] Empedo. vero generat mũdũ ex quatuor elementis, quæ habet pro rebus materialibus. res autem agentes ſunt apud ipſum duæ, ad congregandũ hæc elementa & facere ea vnum amicitia, ad ſegregandum lis. Mundus igitur corrumpitur, quando elementa adunantur per amicitiam, & generatur quãdo multiplicatio fit per litem. partes vero mundi compoſitæ generantur apud ipſum etiam, vt mihi videtur, ex amicitia, & corrumpuntur ex lite. & ſimiliter partes exiſtentes in indiuiduo ſegregatæ, & diſtinctæ ſegregantur per litem. & ideo, vt mihi videtur, quia in ſphæra cœleſti non ſunt partes diuerſæ, non eſt in ea lis apud ipſum, ſed componitur apud ipſum ex amicitia, & elementis, & habet ipſam pro Deo. Et hoc, quod narrauit de Empedo. quòd quandoq; mouebantur, intendit quatuor elementa. & intẽdit per quietem tempus, in quo mundus eſt corruptus: & per motum, tempus in quo mundus generatus, eſt & ens. Deinde. d. mouẽtur enim, quando amicitia, &c. ideſt apud corruptionem, aut generationem mundi. D. d. & quieſcunt in temporibus, quæ ſunt interim. & intendit per vnam quietem hoc, quod eſt poſt corruptiooem mundi: per ſecundam aũt non põt intẽdere, niſi poſt generationẽ muodi. ſed, quia mundus apud ſuum eſſe mouetur, remanet ipſum oon intendere per quietem in hac diſpoſitione, niſi corruptionem motus v l'is, quo eſt generatio totius mundi. Et, cum induxit opinionem Empe. in generatione, & corruptione mundi, induxit verba illius, & dixit, narrãdo, Secũdũ autem, &c. i. ſm aũt ꝙ mundus generatur qñq;, & corrumpitur qñq;, motus nõ erit æternus, cum interim fiat quies: ſm vero quòd hæc duo ſemper ſuccedunt ſibi, motus erit æternus. & vocauit ipſum circularẽ, quia partes mundi quandoq; diſſoluuntur, & quandoq; ligantur: ex quo ſeqtur ipm habere duas quietes, quietem poſt congregationem, & quietem poſt ſegregationem.

Vide oppoſitũ de opinione Anax. in 1. phy. cõ. 12. Vide cõtradictiões Zimar. Plato dixit mũdũ eẽ generatũ, ſi nõ corruptibilẽ. Idẽ infra t. c. 10. Idem 4. phy. 88.

a Quatuor elementa ſecũdũ Empedoclẽ ſũt cãg mãles, & lis, et amicitia ſũt cãæ agẽtes. Idẽ. 1. phyſi. 50. & 51.

Mũdus corrũpit̃ p̃ amicitiã ſ; Empedoclẽ, generat̃ v° p̃ litẽ: p̃tes v° mũdi oppoſito modo ſe habent.

Conſyderãdum igitur de hoc quomodo ſe habet. operæprecium enim eſt non ſolum ad eam, quæ de natura eſt, conſyderationem aſpicere veritatem, ſed & ad methodũ, quæ de principio primo eſt.

Et oportet nos conſyderare de hoc, quouſq; ſciamus qũo eſt. hoc enim non tantũ eſt vtile in vere ſciendo aliquid in ſcientia naturali tm̃, ſed etiam ꝓdeſt in via inducente ad conſyderationem de primo principio.

Dicit Et oportet nos conſyderare de hac intẽtione 3 in motu. hæc enim ꝑſcrutatio nõ tm̃ eſt vtilis in ſciẽtia naturali tm̃, ſed in ſcientia diuina. & hoc intẽdebat, cũ dixit in via, i. in arte. Diuinus enim accipit prima principia mouentia à Naturali: & nullã habet viam ad demonſtrandum eſſe primum motorẽ, niſi accipiat ipm pro conſtanti à Naturali. [a] Et quod exiſtimauit Auicen. ꝙ Diuinus debet monſtrare primum principium eſſe eſt falſum. & via eius, quam finxit ipſum inueniſſe eam, qua vſus eſt io ſuo libro, & ſimiliter Algazel ſequens ipſum, eſt via tenuis, & non eſt demonſtratiua aliquo modo. Nos aũt de hoc fecimus tractatũ ſingularem ſup̃ hoc. & qui voluerit accipere qõnes accidẽtes in ea, videat hoc ex lib. Algazelis. plures enim, quas induxit contra alios, veræ ſunt.

Diuin° accipit p̃ria principia mouentia a Nãli: & nullã hẽt viã demõſtratiuam ad hoc. vide 1. phy. cõ. vltimo, & que ibi.

a Cõtra Auicennam, & Algazelem.

Incipiemus autem primum ex definitis à nobis prius in phyſicis. Dicimus itaq; motũ eſſe actum mobilis, ſecundum quod eſt mobile. Neceſſe eſt ergo exiſtere res, quæ poſſunt moueri ſm vnumquẽq; motũ. Et ſine etiam motus definitione omnis vtiq; confitebitur

bitur

bitur neceſſarium eſſe moueri id, quod poteſt moueri ſm vnumquemq; motum. vt alterari quidem alterabile, ferri autem ſecundum locum mutabile. quare prius oportet combuſtibile eſſe añq̃ comburatur, & combuſtiuum, prius q̃ comburat.

Incipiamus igitur ex prædictis, in quibus prædiximus diſtinctionẽ, & determinationẽ in artibus, & nos incipiemus in rebus determinatis prius in rebus naturalibus. Dicamus igitur ꝙ motus eſt actus eius, quod innatum eſt moueri, ſm ꝙ innatum eſt moueri. Neceſſe eſt igitur illa eſſe, in quorũ potẽtia eſt moueri vnoquoq; motuũ. Et ſine hac definitione omnes homines concedũt ꝙ nõ eſt neceſſe moueri niſi illud, quod poteſt moueri: & hoc neceſſe eſt: vnoquoq; motuum. ver. g. ꝙ non alteratur niſi illud, quod innatũ eſt alterari, nec trãsfertur niſi illud, quod innatum eſt trãsferri in loco. neceſſe eſt igitur vt res ſit innata comburi prius, anteq̃ cõburatur, & comburere, anteq̃ comburat.

4 Ideſt incipiamus igitur primo à rebus, quæ mos eſt vt determinentur in initijs artium, quę ſunt quaſi principia earum: & incipiamus ex iſtis in hac ſcientia à rebus, quarum definitiones determinauimus ex rebus naturalibus. Et incœpit ponere ad hoc propoſitionẽ notam. & eſt. Omne, quod eſt, poſtquam non fuit, neceſſe eſt ipſum fuiſſe ante in potẽtia: & quòd motus generatus talis eſt, ſcilicet quòd omne, quod mouetur, poſtquam nõ mouebatur, neceſſe eſt vt ante eſſet poſſibile vt moueretur. Et induxit ad hoc certificandum duos modos, quorum vnus eſt ex hoc, quod declaratum eſt de definitione motus, & ſecundus ex inductione, et dixit Dicamus igitur quòd motus, &c. ideſt dicamus igitur, quia, cum declaratum eſt in Tertio iſtius libri quòd altera definitionũ motus eſt entelechia moti, ſecũdum quòd eſt motum, ideſt & entelechia eius, quod innatũ eſt moueri, neceſſe eſt vt res mobiles ſint ante motum in vnoquoq; generum motuum. &, cum res mobiles fuerint ante motum, tunc potentia ad motum erit ante motum. Et intelligendum eſt ex hoc ꝙ motũ eſt prius tempore motu duobus modis. Quorũ vnus eſt vt motum, in quo eſt potentia ſit alterius ſpeciei à ſpecie moti, in quo eſt ipſe motus. Secundus eſt, vt illud mobile, in quo eſt potentia ad motum, ſit motum in actu, ſ. quòd motum in potentia eſt idem numero cum moto in actu. Primus autem modus inuenitur in duobus, ſ. in motu generationis, & corruptionis, & in motibus trãslationis, quę eſt corporum ſimpliciũ. motus enim, cuius generatio eſt finis, & complementum, ſuum ſubiectum eſt illud, ex quo eſt generatio: & ſimiliter eſt de corruptione. ſubiectũ vero motus trãſlationis elementorum, in quo eſt potentia præcedens hunc motum in tempore, eſt corpus, ex quo eſt generatio elemẽti, ver. g. quia, quando ignis generatur ſm totum, ſtatim habet vbi, quod eſt ſuperius ſm totum: &, dum generatur pars ſingula illius, ſtatim habet ſingulam partem illius vbi. Potentia igitur iſtius motus nõ ẽ in ſubiecto, quod eſt ignis in actu, ſed in ſubiecto, ex quo generatur ignis, ver. g. ligno cõbuſto, aut oleo inflammato. [a] Et hoc ignorauit Ioãnes Grãmaticus. & exiſtimauit quòd quædam potentiarum inuenitur cum illo, ad quod eſt potentia. [b] Et decepit alios in hãc potentiam eſſe coniunctam cum forma ignis, quæ eſt in actu, per potentiam, quæ eſt coniuncta cum ea, quãdo violentatur ab aliquo, qñ generatur, ne moueatur ſuperius. Et iſta potẽtia eſt alia à naturali, cum ſit violenta. naturalis autem impoſſibile eſt vt ſit coniuncta cum forma ignis, ſcilicet potentia, quæ eſt in igne ad motum ſuperius. Et ſi hoc eſſet, tunc duo contraria eſſent in eodem ſubiecto, & in eodem tẽpore, ſcilicet potentia motus, & motus inſimul. quod eſt impoſſibile. & hoc manifeſtum eſt. Et ex hac definitione motus apparet bene impoſſibile eſſe generationem eſſe ex nõ eſſe puro. generatio enim eſt motus: & eſt neceſſarium rem motam eſſe in actu ad eſſe motus. [c] & ideo impoſſibile eſt aliquod ens generari à moto, quod eſt in potẽtia ens tantũ, ver. g. à prima materia, ſm quòd poteſt intelligi nuda à forma, nedum vt generetur ex nõ eſſe. [d] Et etiam apparet hoc idem ex ſignificato huius ſermonis hoc generari ex hoc. ver. gra. album fieri ex nigro, [e] & vniuerſaliter contrarium ex cõtrario, non eſt dicere ꝙ ipſum contrarium mutatur in ſuum cõtrariũ. illam enim albedinem fieri nigredinẽ impoſſibile eſt, aut ipſum calorem frigus. Illud igitur, quod poſſibile eſt transmutari in ſubiectum generati, eſt illud, ex quo eſt generatio: & illud eſt ſubiectum contrarij. Et, cum ita ſit, & non eſſe eſt vnum contrariorum, impoſſibile eſt eius naturam mutari in eſſe: ergo impoſſibile eſt aliquid generari ex eo, niſi per accidẽs. ideo dicitur quòd dies ſit ex nocte, ideſt poſt receſſum noctis, & frigidũ ex calore, ideſt poſt calorem. Eſt igitur neceſſario aliquid, cum quo adiungitur non eſſe, ex quo ſit generatio eſſentialiter. & hoc notum eſt per ſe. [f] & Antiqui omnes conueniunt in hoc. Loquentes autem Saraceni habent pro poſſibili aliquid generari ex nihilo, & negant hoc principium. Et cauſa erroris eorum ſunt hęc, quòd ſentitur quòd multa comprehenſibilia viſu generantur ex rebus incomprehenſibilibus viſu, ver. g. ignis ex aere: & ſic imaginantur primo aſpectu poſſibile eſſe aliquid generari ex nihilo. vulgus enim non intelligit de non eſſe niſi illud, quod non comprehenditur viſu. & ſic accipiunt rem aſſimilatam rei loco verę rei, & exiſtimant impoſſibile eſſe poſſibile. [g] Et nituntur ad confirmandum hoc ex hoc, quòd mos eſt dicere quòd ſubiectum eſſe neceſſarium agenti, ſcilicet ſubiectum, ex quo ſit generatio, eſt diminutio agentis. [h] Et omnia iſta ſunt exiſtimationes vulgares, valde ſufficientes ſecundum curſum, ſecundum quem nutriuntur homines in eis, non ſecundum ſermones ſufficientes. [i] Agens enim non poſſe agere aliquod impoſſibile non dicitur eſſe diminutio: ſed dicere ipſum facere aliquod impoſſibile, & poſſe facere eſt deceptio. Et, cum declaratum eſt hoc fundamentum, dicamus, &, quia hoc nitebãtur declarare, ſcilicet quòd potentia motus eſt prior tempore motu, eſt manifeſtum ſine definitione motus. Et dixit Et ſine hac definitione, &c. ideſt et ſine definitione motus apparet etiam ex inductione ꝙ nõ mouetur niſi illud, quod, ãtequam moueretur, erat poſſibile moueri. quoniam, ſi nõ eſſet poſſibile moueri, non moueretur. verbi gra. quòd nõ alteratur, niſi illud, quod poſſibile erat alterari, & ſimiliter non mouetur, niſi illud, quod ante erat poſſibile moueri. Et intelligendum eſt de hac intentione duos modos potentiæ, ſ. quæ inuenitur in ipſo moto, & quę inuenit in materia moti. D. dicit Neceſſe eſt igiť, etc. i. neceſſe ẽ igiť, vt potentia ad illud, quod generatur, exiſtat in eo ante ipſum generatũ. v. g. ꝙ illud, quod comburitur, & ſit ignis inatũ erat cõburi, anteq̃ combureret. Et iſta potentia non tñ pcedit paſſionem exiſtentem in paſſiuo ſm tempus, ſed etiam pręcedit ſm tempus virtutem

Expõ Alfarabij.

Oẽ, quod ẽ, poſtq̃ ñ fuit, neceſſe ẽ ipſ fuiſſe pri⁹ in potẽtia. Idẽ 9. Meta. t. c. 11. & 3. de Aia. t. c. 20. 27. & 12. Meta. c. 32.

Digreſſio. Mobile pce d. re tpe moti duob⁹ modis põt contingere.

a Error Ioã. grãmatici. ꝑ q vide ẽt. 4. Cæli. cõ. 25.

b Error alioꝝ arguiť cõtra illos.

Digrediť cõtra leges ponentes creationẽ: & arguiť ex mot⁹ diminuõe.

c Impoſſ ẽ aliquod ens gñari à moto in põa. v. g. à pria mã, ſ. ꝙ pt itelligi nuda ab oi forã, nedum gñeť ex non eẽ. Oppoſitũ. 5. phy. c. 8. & 1. de generatiõe. t. c. 21. & 24. & 2. de. 2 cõ. 4 & 1. phy. 63 & 1. cap. de ſubã orbis. Vide cõtra. Zim.

d Ex ſigñato ſermonis.

e Contrariũ nõ mutaťin ſuũ cõtrariũ. Idẽ. 1. phyſi. 42. 51. 54. 57 Idẽ. 5. phy. & 8. cõ. & 1. de generatione. 47.

f Ab nocte.

g Argumẽtũ ſaracenorũ.

h Solutio.

i Agẽs non poſſe agere aliqđ ĩpoſſe nõ dř eſſe diminutio: ſed dicere ipſũ facere aliquod ĩpoſſe, & poſſe facere eſt deceptio.

agentem in agente. quod enim comburit innatũ erit ante comburere. & ideo omne agens, quod põt agere qñqȝ, & qñqȝ non, neceſſario inuenitur qñqȝ potẽtia, & qñqȝ non. & omnia iſta ſunt neceſſaria, & vera. Et hoc, quod dicunt Loquentes noſtræ legis, imo inuoluẽtes, ꝙ poſſibile eſt prouenire actionẽ nouam, ſ. poſtꝗ̃ non fuerit tempore infinito ab agente antiquo, abſque eo, ꝙ illic ſit cauſa, quæ fecit illud agẽs agere in aliqua hora magis ꝗ̃ in alia, eſt ſermo ſophiſtic9, & deceptiu9.

Quid per loquentes. Vide. 1. Meta. cõ. 15.

Dico ſm hanc expoſitionem intellexit Alphara. et alij hoc capitulum, ſ. ꝙ induxit definitionem motus ad declarandum potentiam eſſe ante actum. & hoc non eſt proprium motui, ſm ꝙ eſt motus, ſed eſt proprium nouo facto, ſm ꝙ eſt nouum factum, ſ. vt potentia, & poſſe noui p̃cedat ipſum ſm tempus. Secũdum aũt noſtrã expoſitionem induxit definitionem motus, ad declarãdum ꝙ motus eſt in moto. qm̃, cum dictum ſit in definitione eius ꝙ eſt entelechia moti, neceſſe eſt vt ſit in moto. omnis enim perfectio neceſſe eſt vt ſit in re, quæ perficitur. Et ſm hoc inuenimus Alexan. in ſuo libro de principijs inducere definitionem motus, ad declarãdum motum eſſe æternum. Et hoc, quod dixit Et ſine hac definitione, &c. hoc decepit homines in hoc: & exiſtimauerunt ipſum declarare potentiam eſſe ante actũ in tempore. & ipſe intendebat dicere ꝙ nõ dicitur moueri, niſi illud, in cuius natura eſt motus, ſcilicet corpus mobile: & quod non inuenitur in immobili.

Auer. expõ. Potentiã tpe p̃cedere actũ, hoc nõ eſt ꝓpriũ motui, ſm ꝙ ẽ motus, ſed motui facto de nouo.

Oĩs pfectio neceſſe eſt vt ſit in re, qua perficitur.

Ergo & hæc neceſſarium eſt aut facta aliquando eſſe, cũ non eſſent, aut ꝑpetua eſſe.

Iſta etiam neceſſe eſt, aut vt non ſint talia, niſi in aliqua hora abſqȝ eo, ꝙ talia erant, aut vt ſint talia æterne.

5 Dicit Iſta igitur ſenſibilia neceſſe eſt, aut vt nõ ſint, ſicut videtur, ſ. ꝙ quædam ſemper mouentur, & quædam ſemper quieſcunt, aut ſemper ſuccedunt ſibi hæc duo in aliqua hora, ſ. motus, & quies, abſqȝ eo, ꝙ ante illam eſſent huius diſpoſitionis, ſed omnia erant quieſcentia, deinde incœperũt ab aliquo moueri, ſm quòd modo ſentiuntur, aut ſemper fuerunt, ſecundum quòd modo ſentiunẽ. &, cum dixit quòd hoc eſt quærẽdum primo, incœpit declarare ipſum. Dico quòd hæc eſt expoſitio vera. dixit & quia apparuit iam prima mota eſſe, aut primum motum, quod eſt cauſa in motibus eorum, quæ mouentur quandoqȝ ex iſtis rebus, quæ ſunt hic, & quieſcunt quandoqȝ, & nunquam apparet ꝙ iſta mota quieſcunt, neque in aliqua hora, ſ. corpora cœleſtia, cõſyderandum eſt vtrum fuerint iſtius diſpoſitionis in aliqua hora, ſcilicet ipſa eſſe primo mota, aut ſemper fuerint illius diſpoſitionis, ſ. mota æterna. Et dixit hoc, quia declaratum eſt in principio Septimi impoſſibile eſſe corpus mouere corpus in infinitum, & ideo neceſſe eſt mundum habere primum motum, aut prima mota. &, ſi non, inueniretur magnitudo infinita in actu: & inueniretur motum infinitum pertranſire in tempore finito ſpatium infinitum, ut declaratum eſt in principio Septimi.

Alfar. expoſitio.

Auer. expõ.

Septio phy. a 1. tex. vſqȝ ad. 10.

Si igitur factum eſt mobilium, ac motiuorum vnumquodqȝ, neceſſarium eſt prius, ꝗ̃ accepta, aliam eſſe factam mutationẽ, & motum, ſecũdum quem factum eſt id, quod poteſt eſſe motum, aut mouiſſe.

Si igitur vnumquodqȝ mobilium non mouetur, niſi poſtquam in ſua potentia erit vt moueretur, neceſſe eſt vt ante tranſmutationẽ dictã fuiſſet alia tranſmutatio, & motus, in quo fuit poſſe moueri, aut mouere.

Si igitur hoc, quod narrauimus, quòd omne motũ, & omne mouens neceſſe eſt, vt antequam inueniatur mouere, & moueri in actu, vt inueniatur mouere, & moueri in potentia, & poſuerimus quòd iſta potentia, & poſſe eſt nouum, neceſſe eſt quòd ante primum motum, quem poſuimus primũ, ſit alius motus, per quẽ fuit poſſe præcedens primum motum, qui poſitus fuit primus. poſſe enim, quod præcedit motum fieri de nouo, neceſſario præcedit motum. ſed iam poſuimus ipſum primum. & hoc eſt inconueniens. Et ſimiliter accidit in tranſmutatione, per quam fuit poſſe, ſi poſuerimus ipſam eſſe primam. ſcilicet quoniam ſequitur, vt potentia ad ipſam præcedat ipſam ſecundum tempus, & ꝙ iſta potentia ſit facta ex tranſmutatione. Et quod apparet ex hoc ſermone eſt, quòd neceſſe vt ante illum motum, qui ponitur primus eſt alius motus. ſed non ſequitur ex hoc, vt ſecundus motus ſuccedat antecedenti ſtatim: ſed ſequitur vt ſequatur ipſum interpollatim, ſcilicet quòd inter illos ſit tempus quietis, in quo inueniebatur poſſe. Cum autem dixerimus quòd poſſibile non exit in actum, niſi per aliquid in actu, ſcilicet per motorem, neceſſe eſt illos motus eẽ, ſcilicet ſuccedẽtes, ſcilicet quòd nullum tempus ſit extra motum, & ſi eſſet in fine paruitatis. motor enim mouet ipſum in tempore, in quo mouet, & non ante, niſi quia ante non habebat diſpoſitionem, qua poſſibile erat ipſum mouere: &, cum perfecta erat in eo ipſa diſpoſitio, tunc incœpit mouere. Et iſta diſpoſitio aut eſt in ipſo motore, aut in moto, aut in vtroque: & eſt aut quia motor non fuit, & poſt fuit, aut quia fuit, ſed diminuebatur ab ipſo diſpoſitio, per quam mouet. & hoc eſt aut propter aliquam diſpoſitionem in eo, aut propter diſpoſitionem in moto, aut ſicut diſtantia, & impedimentum. Et iſtæ tres diſpõnes forte deficiunt plures earum, aut vna in moto. & hæc erit cauſa, quòd motor non moueat. ergo neceſſe eſt vt ipſum mouere ſuccedat motui præcedenti, ſcilicet quòd principium ſui mouere ſit finis motionis ãntis ipſum. Et mouere iſtud p̃cedẽs aut fuit in moto, aut in motore, aut in extrinſeco, ſcilicet aut generatio, aut alteratio eorum, aut in vtroqȝ, aut diſpoſitio in altero eorum, aut in vtroqȝ, aut appropinquatio in loco, aut receſſus impedimenti. ergo neceſſe eſt quòd ante tranſmutationem eſſet tranſmutatio: aut tranſmutatio non eſt continua, per quam tranſmutatum fuit poſſibile vt tranſmutaretur: aut tranſmutatio continua eſt cum ea, per quam tranſmutans fuit tranſmutans, poſtquam fuit in poſſe. Et forte tacuit hunc modũ, quia apparet ex ſecundo concludente, quod poſt inducet: & eſt quòd aliquis dicat quòd poſſe, quod p̃cedit primum motum eſt antiquũ, ſm ꝙ ponunt ipſum dicentes mundum fieri, poſtquã non fuit in aliqua hora. Et forte tacuit ipſum, quia nõ indiget eo in hac declaratione.

6

Obõ, ꝓ qua vr̃ ꝓbare ꝙ nõ loquatur de motu primi mobilis.

Solutio.

Excuſat Ariſtotelẽ ab inſufficiẽtia.

Si autem quæ ſunt, ante erant ſemper, motu non exiſtente, irrationabile quidem videtur etiam ijs, qui à ſeipſis ſciunt. At vero magis vltra progreſſis hoc neceſſarium eſt accidere. Si enim, alijs quidem mobilibus exiſtentibus, alijs autem motiuis, aliquãdo quidem eſt quid primum mouens, aliquid autẽ, quod mouetur, aliquandò autem nihil, ſed quieſcit, oportet hoc mutari prius. erat enim aliquid cauſa quietis. quies enim priuatio

motus eſt. quare ante primã mutationẽ erit mutatio prior.

Et, ſi in præterito ſemper fuerit talis diſpoſitionis, ſed nõ fuit motus, apparebit ex iſto ipſo ſermone, cum fuerit conſyderatus ipm non habere modum: & hoc apparet manifeſte. Et ſequitur in eo magna improbabilitas, quãdo inueſtigauerit quis bene. Quoniã, ſi illa, quæ innata ſunt mouere, & illa, quę innata ſunt moueri, ſint, & qñq; erit hic primus motor, & erit hoc motum, & quandoq; non erit vtrũq;, ſed quies, neceſſe eſt vt in hac diſpoſitione ante illud ſit tranſmutatio. quies enim aliquã habuit cauſam. nã qes eſt priuatio motus. quapropter neceſſe eſt ut ante primã trãſmutationẽ ſit trãſmutatio pcedẽs.

7 Quia hoc, quod poſuit in hoc quæſito, quaſi fundamentum, ſuper quod fundauit demõſtrationẽ eſt hoc, quòd hic eſt primus motus, & primum motum, & primum mouens. v.g. motus cœleſtis primus, & illud, qđ mouetur hoc motu; et quod mouet hoc motu, vt declaratũ eſt in Septimo, & Quinto, ſ. q ante motũ non eſt motus eſſentialiter, incœpit perſcrutari vtrum motus, qui eſt huius diſpoſitionis, poſſit eẽ primus ſm tẽpus, & ſm naturam, aut nõ poſſit eſſe prius, niſi ſm naturã tm̃, ſ. q ſemp fuit, & erit. Deinde poſuit perſcrutationem ſuam de hoc in rebus motis, et dixit q illud, quod mouetur primo motu temporali, ſi ſit hmõi motus tẽporalis huius diſpoſitionis, neceſſe eſt, aut vt ſit generatum, aut ęternum, ſ. quòd ſemper fuit, & erit. ſed motus eius primus fuit temporalis. Si igitur fuit generatũ, tunc ante primum motum temporalem fuit alius motus: & ſic ille motus, qui fuit poſitus primus, nõ eſt primus, nec tẽpore, nec natura. motus enim, ante quẽ eſt motus non eſt primus, neq; ſm tempus, neq; ſm naturam. Et, ſi motum fuerit æternum, & primus motus, quo mouetur, fuerit primus in tẽpore, ſ. q moueatur poſt quietem infinitam, neceſſe eſt q, cũ motor ſit ęternus, & motum ſit æternum, & nulla cauſa ſit agens q iſtud motum ſit quieſcens in aliqua hora, & motum in alia, neceſſe eſt vt non quieſcat, & vt non moueatur: cum eandem habeant proportionem ad motum, & ad priuationem motus. Quapropter neceſſe eſt illic eſſe cauſam agentem, & motorem, qui moueat, poſtq̃ non mouerit, & rem motam vt moueatur, poſtq̃ non mouebatur, aut cauſam facientem vtrũq;: & erit cauſa, aut per eius ablationem, aut per eius abſentiã. Et quomodocunq; fiat, neceſſe eſt vt ante illũ motum, poſitum primum motum ſit alius motus: & ſic nõ erit primus, ſicut fuit poſitus, neq; ſm tempus, neq; ſm naturã. Ergo neceſſe eſt vt ſit hic primus motus naturaliter, qui ſemper fuerit, & motum tale, & motor talis, ſi non fuit ſm tempus, & quòd non ſit hic motus primus alio modo, quod eſt impoſſibile. Et ſimiliter declarabit quòd ſemper erit. Et inducere hanc expoſitionem ſm verba Ariſt. non eſt difficile: immo iſta expoſitio eſt, qua non poteſt eſſe verior. Et non debet aliquis dicere q primus motus temporalis eſt motus generationis. motus enim generationis non eſt motus, ſed finis motus. & impoſſibile eſt vt ſit primus ſecundum tempus, aut ſecundum naturam, nec motus, cuius finis eſt generatio, eſt poſſibile, vt ſit primus. nam iſte motus eſt motus alteratiuus: & primus motus debet eſſe æternus. & ẽ eſt declaratũ in vltimo Sexti, q impoſſibile eſt vt motus æternus ſit, niſi motus circularis.

Motus generationis nõ ẽ mot⁹, ſ; ẽ finis motus. Idẽ. 6. phy. 92. & 5. ph. cõ. 8.

Alia enim mouent ſingulariter, alia autẽ & ſm contrarios motus, vt ignis quidem calefacit, frigefacit autem non: ſcientia autem videtur contrariorum eſſe vna. Videtur igitur & illic eẽ aliquid eiuſmodi. frigidũ enim calefacit, verſum quodãmodo, & abſcedens, ſicut & peccat voluntarius ſciens, quando econtrario vtitur ſcientia. At vero quæcũq; poſſunt facere, aut pati, aut mouere, aut moueri, ea moueri nõ penitus poſſunt, ſed ſi ſic ſe habeant, & appropinquent ſibi inuicem. quare, cũ propinqua fuerint, & ita fuerit, vt ſit hoc qdem motiuũ, illud aũt mobile, aliud quidem mouet, aliud autem mouetur.

Scĩa contrariorũ videt vna eſſe.

Et quædam mouent ſingulariter, & quædam mouent duos motus inſimul. verbi gratia quoniã ignis calefacit, & non infrigidat: cognitio vero exiſtimatur eſſe duorum contrariorũ eadem. Sed apparet etiam illic aliquod ſimile hoc modo. frigus enim quandoq; calefacit, quandoq; reuertitur quoquo modo, ſicut ſciens peccat quandoq;, quando vtitur ſua ſcientia peruerſe. Sed non omnia, quæ poſſunt agere, aut pati, aut mouere, aut moueri, neceſſario poſſunt hoc. ſed quando fuerint talis diſpoſitionis, aut quando fuerint vicinantia ſibi adinuicem, ita, quòd quãdo fuerint vicinantia ſibi, hoc mouebit, & hoc mouebitur, &, cum fuerint in illa diſpoſitione, in qua hoc innatum erit mouere, & hoc innatum eſt moueri.

Cum poſuit q cauſa quietis eſt alia à cauſa motus, 8
& q, cum fuerit poſitum aliquod motum, poſtq̃ non mouebatur, q neceſſe eſt vt auferatur cauſa quietis, & q ablatio illius eſt tranſmutatio, aut ſequens tranſmutationem, & eſt manifeſtum hic eſſe aliqua, quæ faciũt duo contraria inſimul, & apparet in eis mouere abſq; eo, quòd præcedat ea alius motus, & ſunt entia rationalia, incœpit declarare hoc, & nititur diſſoluere quæſtionem accidentem in eo, & dixit Et quædam mouẽt. idest & apparet quòd quædam mouent motu ſingulari tantũ, ſcilicet vno duorum motuum contrariorũ, & quædam mouent duobus motibus inſimul, ſcilicet in horis diuerſis. [a] Illa enim, quæ mouent motu vno tantũ, & non habent potentiam ad contrarium, ſunt illa, quę mouent per virtutes naturales in eis, v.g. ignis, qui calefacit tantũ, & non infrigidat, ſcilicet eſſentialiter: & nix, quæ infrigidat, & non calefacit. Illa aũt, quę habent potentiã ad vtrũq; cõtrarium, ſunt virtutes, ſ. comprehenſiuę. Et hoc intendebat, cum dixit cognitio vero, &c. i. virtutes autem rationales videntur habere poſſe ad vtrũq; contrarium. Et intendit hic per hanc dictionem, exiſtimatur, concedi ab omnibus, aut à pluribus. Et, quia virtutes naturales agunt alterum contrariorum, & quandoq; reliquum per accidens, dixit Sed apparet, &c. idest ſed in virtutib⁹ naturalibus eſt aliquod ſimile ei, quod inuenitur in virtutibus rationabilibus de hoc, ſcilicet q agunt vtrunq; contrarium: quia altera actio eſt virtutum naturalium p ſe, et reliqua p accidens: [a] in virtutibus autem rationalibus

Illa, quæ mouent motu vno tm̃, & n hñt potentiã ad cõtrariũ, ſũt illa, quæ mouẽt p vtutes nãles in eis: illa vo, quę hñt potẽtiã ad vtrũq; cõtrariũ, ſũt virtutes ſciẽtes. Idem. 9. Meta. t. c. 2.

a In virtutibus nãlibus vna actio eſt p ſe, reliqua vero p accidẽs: ſed virtutes rõnales e ẽtiaſ ſũt ad vtrũq; cõtrariũ. cõſimile infra cõ. 11.

duæ actiones cõtrariæ ſunt eſſentialr. Et, cum notificauit ꝙ virtutes naturales habẽt etiam hoc, dedit exẽplum, & dixit [a] frigus enim, &c. & intendit per hoc, quod dixit reuertitur, hoc, quod calor exiſtens in re reuertitur de extrinſeco in intrinſecum ꝑ frigus: ex quo accidit quòd illud ens calefacit modo accidẽtali. & hoc intẽdebat, cum dixit quoquo modo. Et, quia iſte modus tranſmutationis, ſ. q eſt per accidens, fit ex virtutibus rationalibus, ſicut fit ex virtutibus naturalibus, notificauit hoc, & dixit ſicut ſciens, &c. ideſt quòd frigidum calefacere per accidens eſt ſimile peccato artificis, quando errauerit circa contraria vero. & iſte eſt ille, qui vtitur ſua ſcientia peruerſe, ſ. qui vtitur ſua ſciẽtia ecõtrario ei, quo deberet vti. Et forte induxit hoc poſt illud, quod intendebat declarare de improbabilitate, contingente ponentibus omnia fuiſſe quieſcentia tempore infinito propter alterum duorum: aut ad declarandum ꝙ, ſi fuerit poſitum ꝙ omnia erant quieſcẽtia, deinde inceperunt moueri, ꝙ non ſequitur in omnibus hoc, ſcilicet vt cauſa motus ſit alia à cauſa quietis, & cauſa motus illius cauſæ ſit aliud à cauſa quietis eius, ſicut ſequebatur in initio ſermonis. exiſtimatur enim ꝙ hoc non contingit, niſi in motoribus, qui agũt alterum contrariorum duorum tantũ, in virtutibus autem, quæ agunt duo contraria inſimul, non contingit vt cauſa quietis non ſit cauſa motus: cum illud, quod agit quietem in iſtis virtutibus, eſt illud, quod agit motum. ſed contingit hoc in quibuſdam: cum ille, qui ponit hunc ſermonem, non poſſit ponere omnia de genere virtutum, quæ agunt contraria. Et ſm hoc dedit reſponſionem ad hanc qõnem, dicendo Sed non omnia, quæ poſſunt, &c. i. & ponens hunc ſermonem, & dans hanc tõnem, non põt dicere hoc in oĩbus rebus: cũ plures rerum non ſint tõnales, ſed plures rerum, quæ mouent, & mouentur, non recipiunt mouere, & moueri, niſi cum fuerint in aliqua diſpoſitione ex extrinſeco: & reperiuntur quieſcere, cum fuerint ex extrinſeco in cõtrario illius diſpõnis, in qua erant, in qua mouebanſ, et mouenſ. Et hoc intẽdebat, cum dixit ſed qñ fuerint talis diſpoſitionis, &c. i. ſed rerũ naturaliũ res naturales ea, quę ſunt innata mouere, & moueri, poſtq̃ erant, nõ mouent, aut mouẽtur, niſi aut quia diminuebaſ ex eis diſpoſitio, per quã hoc mouet, & hoc moueſ, aut qa diſtant abinuicem, aut quia illic eſt aliquod impedimentum. Cum igitur vtrũq; eorum fuerit in diſpoſitione, qua hoc mouet, & hoc mouetur, & fuerit propinquũ vnũ alij, & non fuerit illic impediens, tunc neceſſe erit vt hoc moueat, & hoc moueatur. Sed adhuc remanet eadem quæſtio. poteſt enim aliquis dicere ꝙ primus motor totius eſt ex habentibus virtutes rationales, cũ habentia virtutes rationales incipiunt mouere poſt quietem, & quieſcere poſt motum, abſq; eo, quòd deficiat diſpoſitio, per quam hoc mouet, & hoc mouetur, & abſq; eo, quòd deficiat appropinquatio in tempore quietis: & ſic totum erit quieſcens per quietem iſtius motoris. &, cum inceperit totum moueri, erũt omnia mouẽtia, et mota extrinſeca, reducta ad talem motorem. Secundum igitur hanc expoſitionem forte dimiſit diſſolutionem iſtius quæſtionis vſque poſt, cum aperte dicet hanc quæſtionem. & ſecundum hanc expoſitionem eſt intelligendum, ſed non omnia, hoc quod intelligitur de particulari negatiua, & per hoc, quod dixit ſed cum fuerint talis diſpoſitionis, quòd intelligitur de particulari affirmatiua. Secunda autem expoſitio eſt, vt intelligatur ex hoc, quod dixit, ſed non omnia, hoc, quod intelligitur de vniuerſali negatiua. & quaſi diceret ꝙ non omnia poſſunt mouere, poſtq̃ nõ mouerint, abſq; eo, ꝙ illic ſit cauſa facta, quæ ſit cauſa, ſi aliquid eorũ, quę innata ſunt mouere, fuerit mouens in actu: et eorum, quæ ſunt innata moueri, fuerit motum in actu, & ſm hoc ſermo eius erit vniuerſalis in omnibus virtutibus motiuis, ſcilicet rationalibus, & irrationalib⁹. & hoc manifeſtum eſt. Quoniam autem rationales non quieſcunt quandoq;, & mouentur quandoq;, niſi propter renouationem tranſmutationum factarum in eis ex extrinſeco, aut in anima, aut in corpore, manifeſtum eſt ꝙ prolixe loquemur de hoc [a] poſt. Quando enim animal mouetur, poſtquam non mouebatur, neceſſe eſt vt in eo ſit aut appetitus, q añ nõ erat, aut illa concupiſcentia, aut appetitus non fuerit, niſi per tranſmutationem præcedentem ab aliquo ente extra animam. & hoc erit, quando illud ens fecerit aliquam paſſionem in corpore eius, ex qua fiet concupiſcentia, quę non erat ante, aut appetitus. & ex comprehenſione illius entis, aut ex paſſione ſuæ cõprehenſionis ab eo accidet ei imaginatio, & ſcientia, & appetituſ, qui ante non erat, & concupiſcentia motus, quæ ante non erat. Si autem poſuerimus ipſum in omnibus ſuis diſpoſitionibus exiſtentibus in ipſo, & extrinſecis in diſpoſitione quietis idem cum ipſo in diſpoſitione motus, tũc neceſſe eſt quòd non ſit dignius mouere in aliqua hora, quàm quieſcere: & ſic aut non quieſcet, neque mouebitur, aut quieſcet, & mouebitur inſimul. quod eſt impoſſibile, quoniam, cum proportio illius, quod habet potentiam agendi duo contraria, fuerit eadem, nõ faciet alterum illorum. & ideo, cum fuit impoſſibile in talibus iſtis virtutibus eandem proportionem eſſe inter duas actiones contrarias, ideo impoſſibile fuit vt eſſent extra ambo. ver. g. vt animal eſſet extra motũ, & quietem. Et quod dicunt Loquentes noſtræ legis voluntatem dependere de actione entis noui in aliqua hora, ita, quòd illud ens fiat apud præſentiam illius horæ abſq; eo, vt fiat illic tranſmutatio, eſt ſermo non intelligibilis. Voluntas enim, cum fuerit ad inueniendum aliquod ens in aliqua hora, neceſſe eſt vt in volente fiat in illa hora concupiſcentia in agente, quæ nõ erat ante: & illa eſt cauſa propinqua ad agendum in illa hora, & non ante. Et cũ illius cõcupiſcentiæ eſt ꝓſentia tpis, & ꝓſentia tpis, quæ non erat ante, eſt tranſmutatio neceſſario, aut ſequens tranſmutationem. Cõcupiſcẽtia igitur, facta per præſentiam temporis, eſt trãſmutatio extra tranſmutationem. ante igitur tranſmutationem, quæ eſt poſita prima, eſt alia tranſmutatio. & non poteſt homo ſanus fugere hanc fidem exiſtimatione præſente.

a Quomodo frigus ꝑ accidens calefacit.

Prima expõ primæ partis textus.

Secũda eiuſdem expõ.

Digreditur, & oſtẽdit ꝙ virtutes rõnales, ſi queſcũt qñꝙ. & mouẽtur qñꝙ. niſi tranſmutatio ꝓceſſerit.

a Cõmen. 15.

Cũ ꝓportio illius, qđ hẽ potẽtiã agendi duo cõtraria, fuerit eadẽ ad cõtraria, nõ faciet aliqđ illorũ. Cõtra Saracenos, ponẽtes voluntatẽ depẽdere de actione entis noui ĩ aliqua hora, ita ꝙ illud ens fiat abſque hoc, vt ibi fiat tranſmutatio.

Si igitur non ſemper mouebatur, manifeſtum eſt ꝙ non ſic ſe habebant, vt poſſet hoc quidem mouere, illud aũt moueri, ſed oportebat mutari alterũ ipſorũ. neceſſe enim eſt in ijs, quæ ſunt ad aliquid, hoc accidere. vt, ſi non erat duplum, nunc duplum eſt, mutari, ſi non vtrunq;, alterum. erit ergo quædam mutatio prior prima.

Si igitur non fuerint ſemper mota, manifeſtum eſt ꝙ non erant illius diſpoſitionis, in qua hoc poterat mouere, & hoc moueri, ſed alterũ eorum tranſmutatur. neceſſe eſt enim hoc ſequi in eis, quæ ſunt in caplo ad aliqd. ver. gra. ꝙ, ſi hoc non fuerit duplum iſtius, et eſt modo, neceſſe eſt tranſmutationem eſſe, et ſi non in vtroq;, in altero. quapropter neceſſe eſt vt primam tranſmutationem præcedat tranſmutatio.

9 Si igitur non fuerint entia præterita, quæ ſemꝑ mouebantur, ſed in aliquo tempore fuerint quieſcētia, aut finito, aut infinito, manifeſtum eſt ꝙ in tempore illius quietis non erant in diſpōne, in qua poſſe erat vt motor moueret, & motum moueret. &, cum ita ſit, & poſtea venerunt ad diſpōnem, in qua motor mouet in actu, & motum mouetur in actu, manifeſtum eſt ꝙ illud impedimentum iam ablatum eſt. ex quo neceſſe eſt ꝙ alterꝫ eoꝝ, aut vtrunq; tranſmutetur. et hoc intendebat, cum dixit ſed trāſmutatur alterum. Et cum poſuit ꝙ neceſſe eſt in motore, & in moto, cum fuerunt mutata ex diſpoſitione, in qua non fuit motus, ad diſpōnem, in qua eſt motus, ꝙ neceſſe eſt vt illi motori, aut moto accidat tranſmutatio, aut vtriq;, aut per accidens, aut eſſentialiter, īcœpit declarare hoc, & dixit neceſſe eſt. n. &c. ideſt, & hoc neceſſe eſt, quia motor, & motum ſunt in capl'o ad aliquid. &, cum in aliquo tempore hoc nō moueret, & hoc non moueretur: & poſt hoc moueret, et illud moueretur: manifeſtum eſt ꝙ inter illa fuit facta relatio, quæ non fuit ante. & oīs relatio ſequit̃ trāſmutationē: ergo neceſſe eſt vt ante tranſmutationem poſitā ſit aliqua tranſmutatio in motore, aut in moto, aut in vtroq;, aut in extrinſeco. v. g. ꝙ ſit illic aliquod impedimentum, quod aufertur poſt. & hoc intendebat, cū dixit neceſſe eſt igitur vt ſit trāſmutatio, &c. D. d. quapropter neceſſe eſt vt primam trāſmutationem præcedat tranſmutatio. Et hæc demōſtratio, quam induxit, eſt vl'is in oī motore, ſiue in virtute rationali, ſiue in non rōnali, et hoc induxit nos ad exponenda verba eius, ſicut prius expoſuimus. Et oportet nos perſcrutari in hoc loco quid intendit per hunc ſermonem. vtrum intendit ꝙ motus ſm̃ genus ſemper fuit, aut intēdit hoc, eſſe motum æternum vnum in ſpecie. Eſt. n. in hoc aliqua difficultas. qm̃, ſi intendit declarare ꝙ motus non deficit ſm̃ genus in aliqua hora, exiſtimatur ꝙ impoſſe eſt ipſum continuari ſm̃ genus, ſm̃ quēcunq; modum fuerit poſitus. Sed ſunt poſitiones impoſſibiles, & poſſibiles quædā. & hoc, quod eſt poſſe, eſt illud, quod neceſſario ſeqtur ex iſtis propōnibus, quas poſuit hic, ſ. potētiam p̄cedere actum ſm̃ tēpus: & ſm̃ hoc eſt illud, quod intendit de hac intentione diminutum. et ideo vidcmus Alfarabium in ſuo libro de entibus tranſmutabilibus niti enumerare modos, in quibus poſſibile eſt motum præcedere motum alium: & hoc in motore, & in moto, deinde declaraſſe quis poſſis, & quis impoſſibilis, & ꝙ poſſibilis eſt neceſſarius ſm̃ definitionē motus. Et ſm̃ hoc erit opus Alfarabij quaſi complementum ad illud, quod declarauit Ari. hic: licet Ariſt. fecerit illud, quod fecit Alfarabius, in ſecundo libro de Generatione. in illo. n. libro declarauit qualiter eſt poſſibile oē motum præcedere motum, et qūo eſt impoſſe. & ſic ſermo eius in hoc libro eſt diminutus, & complebitur poſt. Aut dicamus ꝙ Ari. non intendit per hāc declarationem declarare ꝙ impoſſibile eſt mundū eſſe in aliqua hora extra vnum motum, ſed declarare quòd mundus impoſſibile eſt vt ſit extra motum ſm̃ genus. & qūo inuenitur oē motum præcedere motum eſt alia quæſtio. Et ſm̃ hoc vr̃ quaſi intendere cōtradicere ſermoni dicentium motū deficere in aliqua hora, nō probare motum eſſe æternum. Et forte etiam intēdit per hunc ſermonem probare mundum eſſe ſemper ſm̃ hāc diſpōnem, ī quo eſt modo. qm̃, cum poſuerimus ꝙ iſta ordinatio eſt naturalis, & ꝙ impoſſibile eſt mundū habere aliam ordinationem præter iſtam, ſ. ꝙ oēs motus reducuntur ad corpus cœleſte, & ꝙ propinquitas corporis ad quaſdam res, & ſua remotio à quibuſdam eſt cauſa, propter quam quædā mouent̃ qn̄q;, & quędam quieſcūt qn̄q;, & propter quam oēm motum ſequitur motus, et eſt declaratum ꝙ īpoſſibile eſt motum deficere in aliqua hora, ergo manifeſtū eſt ꝙ mundus ſemper fuit, & erit in hac diſpoſitione. qm̃, ſi deficeret, non deficeret niſi per quietem, non per mutationem ad aliā formam. Et, cū impoſſibile ſit ipſum mutari ad aliam formam, aut quieſcere, neceſſe eſt vt motus corporū, quæ ſunt æterni motus, quæ ſunt ſemper in motu, ſint in hac diſpoſitione ſemꝑ, in pręterito, & in futuro. qm̃, ſi quieſceret totum, nihil aliud eſſet cauſa quietis eius, niſi quies eorum. quemadmodum cauſa mot⁹ eorum, quæ mouentur qn̄q;, & quietis eorum, quæ quieſcunt qn̄q;, nihil aliud eſt, niſi motus eorum ſemper in ꝓpinquitate, & diſtantia. Si igit̃ poſſe eſſet corpora cœleſtia qeſcere, neceſſe eſt ut eſſent pars alterius mundi, vt eſſent hic alia corpora, quæ mouerētur circulariter, quæ eſſent cauſa quietis iſtorum qn̄q;, & motus iſtorum qn̄q;. ſm̃ hoc ergo poſſumus intelligere hunc locum. Et quod apparuit mihi poſt longam perſcrutationem eſt, ꝙ ex hoc, quod hic induxit, apparet motum vnum continuum primum æternum eſſe, cum adiunctū fuerit hoc, quod declaratum eſt hic, ſ. ꝙ non eſt hic motus primus nouus, illi, quod declaratū eſt ī Septimo, ſ. ꝙ, ſi eſt neceſſe vt in motis in loco ſit primum motum, & primus motor, ꝙ neceſſe eſt vt iſte primus motor, & iſtud primum motum ſemper fuerint in hac diſpōne, ſ. hoc mouere, & hoc moueri. qm̃, ſi fuerit poſitū ipſum incipere mouere in aliqua hora, contingeret vt ipſum præcederet motus prior motu illius, & motum prius moto illius, & motorem priorem eo. & ſic hoc, quod fuit poſitum, quod ipſe fuit primus motor, non fuit verum. Et, cum hic fuerit motor, qui ſemper mouet, tunc erit hic motum, quod ſemper mouetur, ſ. ꝙ etiam eſt æternum. Et, ſi non, contingeret vt ante primum motorem eēt motor prior illo, ſ. ſi poſuerimus illud, quod mouetur ab eo, generari, aut tranſmutari aliquo modo tranſmutationis, niſi ſm̃ motum in loco. &, cū hic fuerit motum æternum, hic eſt motus æternus. & maxime, cum adiūctum fuerit his duabus propoſitionibus hoc, quod apparet ſenſui, ſ. ꝙ oēs motus reducūtur ad motum localem, ꝙ iſte motus eſt prior eis naturaliter. Et bene poteſt hoc apparere generaliter, ſ. hic eſſe trāſmutationem cōtinuam neceſſario. qm̃, cum neceſſe eſt hic eſſe trāſmutationem primam naturaliter, & eſt impoſſibile tranſmutationem primam naturaliter eſſe in tempore nouam, neceſſe eſt hic eſſe vnam tranſmutationem cōtinuam: quæ eſt cauſa in hoc, quod ante omnem tranſmutationem eſt tranſmutatio.

Motor, & motū ſunt in capit. ad aliquid.

Oīs relo ſequit̃ tranſmutationem.

Digreſſio, ꝗ quęrit, vtrū Ari. intendit declarare ꝙ mot⁹ ſm̃ genus ſp fuerit.

Prima expō Alfarabij.

Sc̄da expō. & ī Themi.

Tertia expō aliorum.

Quarta expō Auer.

Ad hęc autem, prius, & poſterius quonā modo erunt, tēpore non exiſtente, aut tempus, non exiſtente motu? Si vero tempus eſt ipſius motus numerus, aut motus quidam, ſi quidem tempus ſemꝑ eſt, neceſſe eſt & motum perpetuum eſſe. At vero de ipſo quidē tempore, pręter vnum, cōcordes eſſe videntur oēs. ingenitum. n. eſſe dicunt. & propter hoc Democritus monſtrat ꝙ impoſſe eſt oīa eſſe facta. tēpus. n. * ingenitū eē. Plato vero ipſum gn̄at ſolus. ſimul. n. ipſum cum cœlo factum eſſe: cœlum autem factum eſſe ait.

Democritus Plato ſolus gn̄at tēpus.

* a. l. impoſſe ē genitū eē. Vide contra dictionē Zi.

Deinde cum hoc, quomodo pōt eē prius, & poſterius, ſi tempus non ſit? & quomodo erit tempus ſi motus non ſit? Si igitur tēpus eſt numerus motus, aut alicuius motus, tunc tempus, ſi fuerit ęternum, neceſſe eſt vt motus ſit æternus. Sed videmus omnes, præter vnum,

vnum conuenire in hoc de tempore. dicunt enim ipſum eſſe nõ generatum, i. non nouũ. & per hoc declarat Democritus impoſſibile omnia eſſe generata. dixit, quia tempus eſt non generatum. Plato vero generat ipſum. dicit enim ipſum generari cũ cœlo: & ꝙ cœlum eſt generatum, & nouum.

10 Cum declarauit ꝙ ex definitione motus apparet ꝙ motus eſt æternus, dicit ꝙ hoc idem etiam apparet in tempore. oẽ. n. generatum, neceſſe eſt vt ſuum non eſſe pręcedat ipſum. Et quõ põt aliquis intelligere prius, et poſterius, ſi tempus nõ ſit: tempus. n. facit prius, & poſterius in rebus, quæ non mouentur: in rebus aũt, quæ mouentur, prius, & poſterius exiſtit per ſe. Et, cum poſuit ꝙ prius, & poſterius non erit, ſi tempus non fuerit: & ꝙ nouum non erit, ſi prius, & poſterius non fuerit: ſequitur ex hoc ꝙ nouum non erit, ſi tempus nõ fuerit. Et, cum apparuit ei ꝙ nouum non erit, niſi tempus ſit, & tempus non poteſt eſſe, niſi motus ſit per hoc, quod declaratum eſt ꝙ tẽpus eſt numerus motus ſm prius, & poſterius, incœpit declarare ꝙ neceſſe eſt, ſi tempus ſit æternum, vt motus ſit æternus motus, ſ. cuius tempus eſt numerus, & dixit Si igitur tempus eſt numerus motus. Et iſta conſecutio eſt manifeſta ex definitione temporis declarata in Quarto iſtius libri. & poteſt declarari ex ipſa natura temporis. eſt. n. notum per ſe, ꝙ tempus aut eſt motus, aut ſequitur motũ. & dixit aut alicuius motus. quia nõ curat in hoc loco, ſiue tempus ſit motus, ſiue numerus alicuius motus. Et, cum verificauit conſecutionem in hoc ſyllogiſmo, incœpit inducere opiniones Antiquorũ, & dixit Sed videmus oẽs, præter vnum, &c. i. & ſermo eius in hoc eſt intellectus per ſe. & apparet, quia Antiqui percipiebant tempus eſſe æternum, ſed non percipiebant ipſum ſequi motũ. & ideo dixit Democritus, dando rationem, ꝙ impoſſibile eſt vt oia eẽnt generata, ex hoc, ꝙ tempus eſt vna rerum, & nõ eſt generatum. et, ſi Antiqui percepiſſent ꝙ tempus non eſſet extra motum, credidiſſent motum eſſe æternũ. Platoni autem accidit contrariũ, quod accidit Antiquis. conceſſit. n. tempus ſequi motum cœli: ſed non conceſſit ipſum eſſe æternum, ſed generatum.

Tẽpus facit prius, & poſterius in rebus, quæ nõ mouent: ĩ rebus aũt, quæ mouẽt, pri⁹, & poſterius exiſtit ꝑ ſe.

Per ſe notũ ẽ ꝙ tpš aut ẽ mot⁹, aut cõſequens motũ. Idem. 16. Me. c. 20. & 4. Ph. c. 98.

Idẽ. 1. Phy. cõmen. 91.

Si igitur impoſſibile eſt & eſſe, et intelligere tempus ſine ipſo nunc: nũc autem eſt medium quoddam, & principium, & finem habens ſimul, principium quidem futuri tẽporis, finẽ vero præteriti: neceſſe eſt ſemp eſſe tempus. vltimum. n. finiti accepti temporis in aliquo ipſorum nunc erit. nihil. n. eſt accipere in tempore, pręter nunc. Quare, qm̃ eſt & principiũ, & finis ipſum nunc, neceſſe eſt ipſius vtraq; ex parte ſemper eſſe tempus. at vero, ſi tempus, manifeſtum eſt quòd neceſſe eſt & motum eſſe. ſiquidem tempus paſſio quædam motus eſt.

Nihil eſt accipere ĩ tpe, ꝑter nunc.

Tẽp⁹ ẽ quędã paſſio motus.

Et etiam, ſi impoſſibile eſt vt ſit tẽpus, aut vt intelligatur extra inſtans: & inſtans eſt medium, & eſt principium, & finis, ſed principium temporis futuri, & finis temporis pręteriti: neceſſe eſt vt tempus ſit æternum. qm̃, ſi fuerit acceptũ vltimũ tempus, poſt quod non eſt tempus, neceſſe ęſt vt ſit in aliqua hora. impoſſibile eſt enim vt in tempore ſit aliquid omnino, niſi inſtans. Si igitur inſtãs eſt principium, & finis, neceſſe eſt vt etiam ex vtraque parte ſit tempus. ſi igitur fuerit ex vtraq; parte tempus, manifeſtũ eſt vt motus ſit ẽt. tẽpus. n. eſt aliquod accñtium motus.

Cum declarauit ꝙ neceſſe eſt, ſi tẽpus ſit, vt ſit motus, ſ. motus cuius numerus eſt tempus, incœpit declarare tempus eſſe ęternũ, & propoſuit ad hoc duas propoſitiones. Quarum vna eſt ꝙ inſtans nunꝗ̃ ĩuenitur, niſi in tempore: Et ꝙ impoſſibile eſt tempus eſſe extra inſtans. Et cauſa in hoc eſt, quia inſtans facit tempus. & ideo qui non percipit ad minus duo inſtantia, nõ ꝑcipit tempus. Et ideo, cum poſuit ꝙ impoſſe eſt tẽpus eſſe extra inſtans, & cum poſitum eſt inſtans, poſitum eſt tempus, coniunxit huic aliã propoſitionem, ſ. ꝙ inſtans eſt principium futuri, & finis præteriti. & iſta ꝓpoſitio eſt manifeſta per ſe. inſtãs. n. eſt illud, quod accipit ĩtellectus pro dr̃ia inter præteritum, et futurum, ſ. prius, & poſterius in motu. Et, cum natura inſtãtis eſt iſta, manifeſtum eſt ꝙ impoſſe eſt imaginari inſtans, quod non eſt finis præteriti, & principiũ futuri. Et cauſa in hoc eſt, quia nihil inuenitur de tempore ĩ actu, niſi inſtans. & cum hoc impoſſibile eſt demonſtrari, ſicut demonſtrat̃ punctus: quia, cum demonſtrat̃, trãſit ſtatim. Et nullus poteſt imaginari inſtans eſſe principium futuri abſq; eo, ꝙ ſit finis tpis ꝑteriti, aut finem præteriti abſq; eo, quòd ſit principium futuri: niſi extimetur tempus exiſtere quaſi lineam rectam. & immorari in hoc eſt ſuperfluum. Et, cum poſuit inſtans eſſe principium, & finem, ĩcœpit declarare quõ ſequit̃ ex hoc, vt tempus ſit æternum, & dixit finis. n. temporis vltimi, poſt quod nõ eſt tempus, cum fuerit acceptus, neceſſe eſt vt ſit in quibuſdam inſtãtibus. i. qm̃ principiũ temporis, ante quod aduerſarius dicit non eſſe tempus, neceſſe eſt vt ſit in inſtanti: et ſiłr finis, poſtꝗ̃ aduerſarius fingit non eſſe tempus, neceſſe eſt vt ſit etiam in inſtanti: & ſic neceſſario ante tempus erit tempus, & poſt tẽpus tempus. D. d. impoſſe eſt. n. &c. i. & neceſſe eſt vt extremitas temporis ſit in inſtanti: quia impoſſe eſt inuenire ex tempore aliquid in actu, niſi inſtans. Et verificatio quæſtionis eſt. qm̃ neceſſe eſt, ſi inſtans fuerit acceptum, aut demonſtrat̃ in actu, ſicut demonſtratur punctus, aut nõ demonſtratur. Si demonſtrat̃, deſtruit̃ natura temporis. motus. n. deſtruetur nec̃io: et, ſi fuerit impoſſe ipſum demonſtrari, niſi in motu, neceſſe eſt vt ante ipſum ſit motus, et poſt ipſum ſit motus. Et, ſi nõ, tunc erit acceptum quieſcens, & tũc erit quaſi pũctus, non inſtans. Et vłr oẽ, quod diuidit motum, neceſſe eſt vt ante ipſum, et poſt ipſum ſit motus. Et cum poſuit, ꝙ extremitas tẽporis, quod ponitur generari, aut corrũpi, neceſſe eſt vt ſit in inſtãti, dixit Si igit̃ inſtãs, &c. ideſt, ſi igitur extremitas temporis, quod ponitur generatum, & nouum, ſ. ꝙ ante ipſum nõ eſt tempus: & inſtans eſt principium temporis futuri, & finis præteriti: neceſſe eſt vt ex duobus terminatis ad ipſum cõponat̃ tpš, & ſic añ ipſum erit tpš, et poſt ipm̃ tẽpus. D. d. ſi igr̃ fuerit. i. ſi igit̃ ex iſtis duobus terminatis ad ipſum fuerit tẽpus, manifeſtũ eſt, &c. i. & cum declaratum ſit ꝙ in duobus terminatis cuiuslibet inſtãtis ſit tẽpus: & tempus eſt conſequens, & inſeparabile à motu: manifeſtum eſt ꝙ in duabus partibus cuiuslibet inſtantis eſt motus: ergo motus eſt æternus nec̃io. Et forte ſcitur de hac demonſtratione hoc, ꝙ motus æternus eſt motus diurnus. declaratum eſt enim in Quarto ꝙ tempus non ſequitur primo, & eſſentialiter, niſi hunc motum. 11

Inſtans ẽ principiũ futuri, & finis ꝑteriti. Idem. 4. Phy. 125.

Nihil inuenit̃ d tpe ĩ actu, niſi inſtans.

Q. ĩpoſſe ſit aliqđ in tpe ad inuenire ĩ actu, niſi inſtans.

Quarto Ph. 110. & 132.

Eadem autẽ eſt ratio et de eo, quod eſt incorruptibilem eẽ motum. Vt. n. in eo, quod

eſt

eſt factum eſſe motum, accidit quãdam eſſe priorem mutationem prima, ſic hic poſteriorem vltima. non.n.ſimul deſinet moueri, & eſſe mobile, vt comburi, & eſſe combuſtibile. contingit.n. combuſtibile eſſe, quod non comburitur, nec motiuum, & mouens.

Et iſte idem ſermo dicitur in hoc ꝙ motus non corrumpitur. Qm̄, ſicut contingit dicentibus motũ generari, vt tranſmutatio aliqua pręcedat primam tranſmutationem, ita contingit hic, vt aliqua tranſmutatio ſit poſt vltimam tranſmutationem. qm̄ aliquid ceſſare à motu, & ceſſare ab hoc, ꝙ innatum eſt moueri, nõ ſunt inſimul, v.g. vt comburatur, & vt ſit innatũ comburi. qm̄ poſſibile eſt vt ſit innatum cõburi abſq; eo, ꝙ cõburatur. neq; etiam aliquid ceſſare ab hoc, vt ſit innatũ mouere, & ceſſare à mouere erunt inſimul.

12 Ideſt, & per illud, ꝓ quod fuit declaratum ꝙ primus motus eſt æternus, & non generatus, declarabitur ipſum non corrumpi. Qm̄ ſicut contingit ex poſitione eius, ꝙ primus motus ſit nouus, vt non ſit primus, ſed ante ipſum ſit tranſmutatio prior, ſilr contingit, ſi poſuerimus ꝙ primus motus corrumpitur, vt poſt corruptionem primi motus ſit motus, manifeſtum eſt, ſi primus motus corrumpitur, ꝙ poſt ipſum nõ erit motus, quemadmodum non erat ante. ergo, ſi poſuerimus ipſum generari, erit ante motus, et, ſi corrumpi, erit poſt. D. incœpit declarare quõ contingit vt poſt corruptionẽ primi motus ſit alius motus, & dixit qm̄ ceſſare aliqd, &c. i. qm̄, ſi primus motus, quieuerit quiete, in qua īpoſſibile erit vt illud, quod mouebatur, moueať poſt, neceſſe eſt vt poſt quietem moti fiat ī eo aliqua diſpõ, quę faciat ipſum non moueri poſt. & iſta diſpoſitio neceſſario eſt motus, aut aliquid ſequens motum. & ſic poſt primum motum erit motus. quod eſt impoſſe. Et ſilr, ſi ceſſauerit primus motor à mouere, contingeret vt ante ipſum ſit alius motor, q dedit ei diſpõnem, ꝓ quã fuit impoſſibile vt moueret, poſtq̄ erat poſſibile.

Et ipſum autẽ corruptibile oportebit corruptum eſſe, cum corrumpitur. & huius corruptiuum rurſus poſterius. corruptio.n. mutatio quædam eſt. Si igitur hæc impoſſibilia ſunt, manifeſtum eſt ꝙ eſt perpetuus motus, et nõ aliqñ quidem eſt, aliqñ autem nõ. etenim ſic dicere figmento magis aſſimilať.

Et etiam neceſſe eſt vt corrumpẽs corrũpatur, qñ corrumpet, et ꝙ illud, quod corrũpit iſtud, corrumpatur etiam, poſtq̄ corrumpit illud. corruptio.n. eſt aliqua trãſmutatio. Et, cum hoc fuerit impoſſe, manifeſtum eſt ꝙ motus eſt æternus, & ꝙ non eſt quandoq;, & quandoq; non. & ꝙ ſermo dicentis hoc magis aſſimilatur ſtulto.

13 Cum declarauit ꝙ primus, aut primi motus neceſſe eſt vt ſemper fuerint propter hoc, ꝙ illud, quod moueť illo motu, aut illa, quæ mouẽtur illis motibus, ſi motus eorum fuerint noui abſq; eo, ꝙ præcederet eos motus, neceſſe eſt alterum duorum, aut illud, quod moueť illo motu ſit generatum, aut æternum. & manifeſtũ eſt ꝙ, ſi fuerit generatum, neceſſe eſt vt ante primum motũ ſit alius motus, & ante illum alius: & cum primus non erit, non erit vltimus. &, ſi illud, quod mouetur primo motu, fuerit ęternum, & poſtea generareť ſuus motus, poſtq̄ non fuit, neceſſe eſt vt ante primum motum ſit motus, & ante primum motorem ſit motor, quod eſt impoſſibile. Et, cum declarauit hoc, vult declarare ꝑ iſtam viam, ꝙ impoſſe eſt vt motus vltimus ſit, ita, ꝙ poſt illum nõ moueatur aliquid, per illam eandẽ viam, per quam declarauit vt prim⁹ motus ſit prior ſm tempus cæteris motibus. Illud.n. quod mouetur hoc motu vltimo, neceſſe eſt vt ſit aut æternum, aut corruptibile. Si corruptibile habebit corrumpens, & reuertetur quæſtio de iſto corrumpente, vtrum ſit æternum, aut habet corrumpens. ſi igitur eſt corruptibile, erit neceſſe vt ſic procedat in infinitum. quod eſt impoſſe. ergo neceſſe eſt vt illud, quod mouetur vltimo motu, ſit æternum. Si igitur fuerit æternum, & motor illius ſit æternus, reuertetur quæſtio in eo, qua de cauſa motor æternus, & motum æternum ſemper fuerint in hac diſpoſitione, ſ. hoc mouere, & hoc moueri, & poſtea ceſſauerunt à motu, poſtq̄ fuerunt in motu tempore infinito. Ergo illic eſt neceſſarium vt ante primum motũ, & primam rem motam, & primum motorem ſit motus prior, & motor prior, & motum prius. quod eſt impoſſibile. Sed tacuit hoc condiuidens vltimũ de duobus condiuidentibus, ſuper quę fundauit hanc demonſtrationem, cum iam induxerat ipſum in generatione motus. Et, cum compleuit hic in poſitione eius, ꝙ illud, quod mouetur hoc motu vltimo, eſt corruptibile, eſt illud, quod abbreuiabit in poſitione eius, ꝙ illud, quod mouetur primo motu eſt generatũ, ſ. ꝙ ante generans eſt generans, & proceditur ſic in infinitum. Et ideo compleuit hunc ſermonem dicendo Et, cum hoc fuerit impoſſibile, manifeſtum eſt, &c. D. d. Et etiam neceſſe eſt vt corrumpẽs, &c. i. & ſi aliquis poſuerit ꝙ illud, quod mouetur vltimo motu, eſt corruptibile, & illud, quod corrumpet ipſum, eſt corruptibile ab alio corrumpẽte, & illud ab alio, procedetur ſic in infinitũ. quod eſt īpoſſibile. ergo neceſſe eſt vt illud, quod mouetur vltimo motu, ſit ęternum. &, cum fuerit motum æternum, & motor ęternus, neceſſe eſt vt motus illius ſit incorruptibilis, ſicut fuit ingenerabilis. &, ſi non, qua de cauſa ceſſabit à motu illud, quod ſemper fuit in motu? & iſta expoſitio eſt vera.

Similiter autem & dicere ꝙ aptum natura ſic eſt, et hoc oportere putare principiũ eſſe. quod quidem videtur Empedocles dixiſſe, Empedocl. ꝙ vincere &, mouere in parte amicitiam, & litem ineſt rebus ipſis ex neceſſitate, quieſcere vero in medio tempore.

Et ſermo dicentium hoc, magis aſſimilať figmento. & ſimiliter eius, qui dixit ꝙ ſic debet currere natura rerum, & qui exiſtimauit ꝙ principiũ eſt illud, de quo diximus ipſum eſſe, ſecundum ꝙ fecit ſimilitudinem Empedocles de dñio amicitiæ, & litis, huius quandoq;, & huius quãdoq;, quæ mouent res neceſſario, & quies exiſtit interim in tempore.

Ideſt, & ſermo dicentium ꝙ motus non fuit ante, & 14
poſtea fuit, eſt ſimilis ſermonibus fictis. & ſilr ſermo dicentium ꝙ qes, et tranſmutatio ſuccedunt ſibi in oĩbus entibus: & ꝙ natura totius entis moti facit hoc, non quia eſt aliquid, quod ſit cauſa illius, eſt ſ. ſermo fingentium. Et ſilr ſermo dicentium ſermonem ſimile.n

ſermoni Empedocles, ꝙ principium, ſm ꝙ eſt oeceſſarium ad eſſe, aut principia contraria faciunt alterum contrariorum in aliqua hora, et oon facit alter℞ abſque eo, ꝙ illic non ſit cauſa cogens ipſum ad hoc, quia principium non habet cauſam, eſt ſermo ſil'is etiam figmento. Ex iſto ſermone etiã prouenit vt motus ſit ſine motore. Et cum dixit & q exiſtimauit ꝙ principiũ, &c. & intendit Naturales exiſtimãtes ꝙ primũ principiũ generans entia poſſibile eſt in eo, ſm ꝙ eſt principium ſimile, ſ. ſermoni Empe. qui poſuit principium entium amicitiam, & litem, ſm ſimilitudinem amicitię, & litis exiſtentium in hoĩbus. ſ. quemadmodum amicitia congregat hoĩes, lis autem ſegregat, ita io entibus ſunt etiã duo ſil'ia iſtis, ſ. amicitia naturalis, & odiũ naturale, ita, ꝙ qñq; mouet alterum, & qñq; reliquũ ad cõtrarium eius, ad q̃d primum mouebat. Et quies eſt in tempore, quod eſt inter has duas actiones cõtrarias, abſq; eo, ꝙ illic ſit cauſa cogens amicitiam agere in vna hora, & litem agere in alia: cum ſint prĩcipia neceſſariæ actionis, & eſſeotiæ oeceſſariæ. Et iſtę ſermo eſt etiam ſimilis figmeoto, ſequitur. n. ex eo vt motus ſit ſine motore.

Fortaſſis autem & vnum principium facientes, vt & Anaxagoras, ſic vtiq; dixerint. At vero nihil inordinatum eſt eorum, quæ natura, & ſm naturam fiũt. ᵃ natura. n. cauſa ordinis eſt omnibus: infinitum autem ad infinitum nullam rationem habet: ordo autem omnis ratio eſt. Infinito aũt tempore quieſcere, poſtea motum eſſe aliqñ, huius autem nullam eſſe dr̃iam quare nũc potius q̃ prius, neque rurſus aliquẽ ordinem hr̃e non amplius naturę eſt opus, aut enim ſimpl'r ſe hr̃e oportet id, quod natura eſt, & non aliqñ quidem ſic, aliqñ vero aliter: (vt ignis ſurſum natura fertur, & non aliqñ quidem, aliqñ vero nõ:) aut rationem habere quod nõ ſimpl'r. Quare melius eſt, vt Empedocles, & ſi quis alius dixit, ſic ſe habere, in parte vniuerſum quieſcere, ac rurſus moueri. ordinẽ. n. iam quendam habet quod tale eſt. Sed & hoc dicẽtem oportet non affirmare ſolum, ſed & cauſam ipſius dicere, & nõ ponere, neq; cenſere vllam ſententiam irrationabilem, ſed aut inductionem, aut demonſtrationem afferre. hæc enim, quę ſuppoſita ſunt, cauſę nõ ſunt. neq; hoc erat litis, vel amicitiæ eſſe, ſed huius quidẽ congregare, illius vero diſgregare. Si vero inſuper determinetur ipſum in parte, dicendũ eſt in quibus ſic: vt ꝙ eſt aliquid, quod congregat homines, ſ. amicitia, & fugiũt inimici abinuicem. hoc. n. ſupponitur et in toto eſſe. videtur. n. in quibuſdam ſic eſſe. hoc aũt & per ęqualia tempora indiget aliqua ratione. Omnino autem exiſtimare principium eſſe hoc ſufficiẽs, ꝙ ſemper aut eſt ſic, aut fit, non recte eſt opinari: ad quod Democritus reducit de natura cauſas, ꝙ ſic et prius fiebat: ipſius autem ſemper nõ vult principiũ quærere, dicens in quibuſdam recte, in omnibus autem nõ recte. etenim triangulus hẽt duobus rectis ſemper angulos ęquales. ſed tamẽ eſt quædam perpetuitatis huius altera cauſa. principiorum tamẽ, quæ perpetua ſunt, non eſt altera cauſa. Quod igitur nullum tẽpus aut erat, aut erit, quando motus non erat, aut non erit, tot dicta ſint.

Anaxago.

Nihil inordinatum eſt eorum, quę natura, & ſm naturã fiunt.

a Natura cauſa eſt ordinis omnibus.

Empedocl.

Democritus

Principiorũ, quæ ꝑpetua ſunt, non eſt altera cauſa.

Et forte etiam illi, qui ponunt principium vnum, ſicut Anaxagoras, ratiocinantur tali ratione. Sed nihil omnino naturale, aut currens curſu naturali eſt ſine ordine. natura. n. eſt cauſa ordinis in omni, in quo eſt. & non eſt de actione naturæ aliquo modo vt omnia ſint quieſcentia tempore infinito, & poſt moueantur qñq;. Et nulla dr̃ia eſt in hoc omnino, faciens ꝙ motus ſit magis nunc, q̃ ante. & nullus ordo erit in hoc aliquo modo. quod enim currit ſm naturã aut erit ſimplex ita, ꝙ nõ ſit qñq; tale, & qñq; tale. v. g. quod ignis aſcendit ſuperius naturaliter, abſq; eo, quod qñq; eſt aſcendens, & qñq; non: aut, ſi non fuerit ſemper vnius modi, conſeruabit aliquam proportionem. Et ideo ſermo Empedoclis eſt melior, ſ. ꝙ totum quieſcit qñq;, deinde mouetur. iſte. n. ſermo facit aliquem ordinem. Sed deberet dicens hunc ſermonem non eſſe contentus in dicendo illũ narratione tm̃, ſed deberet dicere cauſam eius, & non deberet aliquid ponere ſine aliqua ratione, ſed aut inductione, aut demonſtratione illud affirmare. iſta. n. poſita non ſunt cauſæ. nec iſtę etiam, ſed aliæ res ſunt per amicitiam, aut per litem, & illa congregat, & iſta ſegregat. Et, ſi hæc duo ſint determinata in aliquibus duobus diuerſis, oportet dicere illa duo, quæ ſunt: ſicut eſt determinatũ in hominibus, ꝙ illud, qd' congregat eos eſt amor, et ꝙ inimici ſunt illi, qui fugiũt ſe adinuicem. ponit. n. ꝙ in toto etiam eſt talis curſus. et dicunt qm̃ hoc exiſtit in quibuſdam rebus. ſed hoc exiſtere in temporibus ęqualibus etiam indiget ratione verificãte illud. Et vl'r exiſtimare ꝙ principiũ ſufficiens in hoc eſt, ꝙ ſemper talis eſt curſus, et ꝙ ſemper talis erit, non eſt rectũ. et hoc eſt illud, ad quod reddit Democritus cauſas, in natura, ſ. ꝙ primus fuit, et non finxit: & non oportet quærere qualiter ſemper fuit principium. & hoc iudicium in quibuſdam rebus non eſt verum. triãgulus enim ſemper habet angulos æquales duobus rectis, ſed principium eſt ad hanc rẽ ęternam. principia vero non habẽt alias cauſas, & ſunt ęterna. Hoc igiť ſit dictũ in hoc, ꝙ nõ erat, aut erit tp̃s, cũ mot⁹ nõ erat, aut nõ erit.

Cum deſtruxit ſermonem dicẽtium ꝙ motus incoepit, poſtq̃ noo fuit oĩno, & corrumpetur corruptione, poſtq̃ non erit motus omnino, & ſermonem dicentiũ 15

& ipſum

& ipſum quieſcere qñq;, & qñq; moueri, & dixit ꝙ ratiocinatio illius in hoc non eſt ratiocinatio, ſ. hoc, quod dixit, ꝙ non eſt quærendum de principio, quare facit hoc in aliqua hora, & non facit hoc in alia, quia quare eſt, eſt quærere cauſam, & principium non habet cãm, quia eſt neceſſarium, dicit Et forte etiam illi, qui ponũt principium vnum, &c. i. & forte illi, qui dicunt vnum principium eſſe, & ꝙ ſemper fuit quieſcens, & deinde incepit mouere, rõcinantur etiam ex hoc per rationẽ Empedo. & eſt, ꝙ in principio non eſt quærendũ quare, quia eſt necũum in eſſe. Et, cum d. ꝙ ratio Anaxa. eſt quoquo modo ſilis ſermoni Empedoclis, ſed debilior, incepit declarare debilitatem ſermonis Anaxag. & dixit Sed nihilo mino, &c. & intẽdit per ordinem, vt curſus eius ſit vnius modi, aut modorum diuerſorum in temporibus determinatis, et ꝙ illud, quod eſt vnius modi ſit per vnam cauſam, & illud, quod eſt modis diuerſis in tẽporibus diuerſis ſit per diuerſas cauſas, quæ reuertuntur etiam in ſe circulariter. D. d. & natura eſt cauſa ordinis, & iſta eſt rõcinatio, ꝙ res naturales non ſunt extra ordinem. illud. n. quod eſt cauſa ordinis, eſt dignius ordine, niſi raro ſit extra ordinem caſualiter. D. d. & non eſt de actione naturæ, &c. i. ꝙ in his duobus ſermonibus ſunt duo contraria coniuncta fundamẽtis naturalibus, quorum vnũ eſt vt aliquid ſit poſſe tempore infinito in præterito, & poſt extrahat in eſſe. Res. n. quieſcentes tempore infinito aut hñt naturam vt moueantur, aut non. Si igitur habent naturã vt moueantur, qñ quieſcunt, violente quieſcunt. ſi vero habent naturam vt quieſcant, qñ mouent, motus eſt violentus. & motus violentus, & tempus motus violenti impoſſe eſt vt ſit maius ꝙ̃ tẽpus naturale, nedum ꝙ ſit tempore infinito. potentia. n. illius, in quo eſt potẽtia; exit in tempore infinito vicibus infinitis neſcio. Aliud aũt, quod eſt etiam extra naturam, in hac opinione, eſt ponere motum, & motorem exiſtẽtia tempore infinito, & motorem nõ mouere, & motum non moueri, & poſt incipere in motu i aliqua hora abſq; eo, ꝙ illic fuit cauſa, per quam moueret in illa hora, & non prius. Et iſta poſitio eſt ſimilis poſitioni, quam ponunt Loquentes noſtræ legis. Sed quia ponunt motorẽ mouere voluntarie, ideo vĩr magis ſuſtentari ꝙ̃ qui ponit ipſum mouere naturaliter. Naturalia. n. vĩr habere ordinem terminatum, ſ. currere eodẽ modo, aut ſemper, aut frequentius. Illa aũt, quorũ principium eſt voluntas, vĩr diuerſificari, & nõ ſequi eundem modum actus. Sed, ſicut diximus ꝙ volens mouetur, poſtq̃ non mouebatur, aut mouet, poſtq̃ non mouebat: neceſſe eſt tũc aliquam proportionem fieri inter ipſum & motum, quæ ante non erat. &, ſi non, non magis moueret in hoc tẽpore poſito ꝙ̃ in alio. &, ſi non, non eſſet aliud, ſicut dicimus, niſi præſentia temporis. imaginari. n. tẽpus eſt tranſmutatio ſequens tranſmutationem, ſ. imaginari præſentiam illius. Et nos dicimus ꝙ voluntas, quia quæris actionem voluntariam, quærendum eſt quemadmodum impoſſe eſt vt voluntas noua dependeat de actione antiqua, et voluntas antiqua dependeat de actione noua. Et nos dicimus ꝙ apparet, & apparebit impoſſe eſſe, vt actio noua fiat per volũtatem antiquã, niſi ſit actio antiqua media. Voluntas. n. non poſtponit facere quod intendit, niſi propter exiſtentiam alicuius intentionis in re intenta, quæ non erat in tempore voluntatis. &, ſi non, eſſet neceſſe vt illud, quod eſt voluntatum, eſſet cum voluntate. Cum igitur poſuerimus voluntatem eſſe, in qua * poſſibile poſtponi voluntatum, hoc erit propter exiſtentiam alicuius, quod nondum erat, ſ. propter defectum alicuius cauſę, aut alicuius diſpoſitionis, neq; erit tempus, neq; aliud, cum iam poſuimus ꝙ iſta voluntas eſt primus motuũ, manifeſtum eſt ꝙ tunc voluntatum debet eſſe cum ea. Si igitur poſuerimus ipſam eſſe antiquam, voluntatũ erit antiquum. In quo igitur iſtorum duorũ fundamentorũ poſſunt aliquid negare Loquentes? Fundamentũ autem dicens ꝙ voluntatum non poſtponitur tẽpore voluntati, niſi propter hoc, ꝙ aliquid deficit in volũtato, & eſt ſaltem præſentia temporis, impoſſibile eſt vt negetur ab hoie per ſuam intrinſecam rõnem: ſed, ſi negetur, erit ꝑ extrinſecam. Secundum aũt fundamẽtum, quod eſt ꝙ ante iſtam volũtatẽ, ſm ꝙ eſt prima, nõ eſt tranſmutatio, conceditur ab aduerſarijs, ſ. à Loquentibus. Si igitur fuerit dictum, ꝙ iſtud eſt iudicium voluntatis nouæ in antiqua, aut poſtponi poteſt ſine cauſa, dicemus interrogando, non conceditis ꝙ præſentia temporis eſt cauſa in eſſendo voluntatum? ergo hic eſt cauſa? Si igitur dixerint ꝙ tempus etiam inueniẽ ex illa antiqua voluntate, reuertetur quęſtio ſuper illos in factura illius temporis. Tempus, quod fit, poſtq̃ non fuit, indiget tempore, in quo fiat, & per quod appropriettur ſua factio, & determineẽ. &, ſi non, eſſet ſemp. & hoc manifeſtum eſt per ſe. Et, ſi fuerit dictum quõ poſſet inueniri noua actio ſm hanc opinionem ab antiqua voluntate, dicemus mediante moto antiquo à voluntate antiqua. iſtud. n. motum appropinquabiẽ alicui, & diſtabit ab aliquo: et ſic erit cauſa quietis, & motus aliquorum, cum hoc, ꝙ eſt æternum. Et etiã, ſi fuerit hic voluntas antiqua, quæ antecedit voluntatũ nouum ſine mediatione motus, neceſſe eſt vt ſuum volũtatum non poſtponatur ab ea, donec deſinat in infinitum. & hoc eſſentialiter, & non accidentaliter. qm̃ qui ponit voluntatum nouum inueniri à volũtate antiqua mediante motu, non contingit ei vt volũtas præcedat voluntatum tempore infinito, niſi per accidens. & hoc manifeſtum eſt exercitãtibus in cognitione eius, quod eſt eſſentialiter, & eius, quod eſt accidentaliter. Et, ſi in hac propoſitione nõ diſtinguatur illud, quod eſt eſſentialiter ab eo, quod eſt accidẽtaliter, erit ſophiſtica. Et ex hoc habuerunt Loquentes noſtræ legis pro impoſſibili, ꝙ i eodem ſubiecto ſuccedant ſibi facta infinita. fingunt. n. ꝙ, ſi generatum fuerit in eo, cõtinget ipſum nõ eſſe, niſi præcedãt ipſum facta ĩfinita: & dicũt ꝙ eſt impoſſibile. Nos autem dicimus ꝙ eſt impoſſibile eſſentialiter, non accidentaliter, ſ. ꝙ cum aliquod agens fuerit, cuius eſſe non habet initium, contingit ꝙ actiones eius non habeant initiũ. vnde accidet vt ante quãlibet actionem eius ſit actio, & ante quãlibet actionem eius ſint actiones infinitæ, ſed ꝑ accidens, non qa quædam ſunt neceſſarię in eſſe quorundam. qm̃, ſi ita eſſet, contingeret vt non inueniretur ex eis aliquid, niſi poſt * deſitionem infinitorum, quod eſt impoſſibile. Cum igitur Loquentes acceperunt loco eius, quod eſt ꝑ accidens, illud, quod eſt eſſentialiter, dixerunt impoſſibile eſſe facta non habere primum: & eſt poſſibile per accidens: immo eſt neceſſarium ex hoc, ꝙ ponitur agens, cuius eſſe non habet primum: ſed eſt impoſſibile eſſentialiter, vt actiones infinitæ ſint neceſſariæ in eſſe nouã actionem. Et iam Ariſto. dixit hoc aperte in Quinto iſtius libri, cum fuit perſcrutatus vtrum motus habeat motum, & generatio generationem, & ſimiliter in ſecũdo libro de Generatione, cum perſcrutatus eſt de finitate elementorum. Et verificatio ſermonis in agente volente eſt, ꝙ agens, & mouens vĩr eſt illud, ex quo prouenit mouere, & actio proueniens ex eo dr̃ motus, & mouẽs, quod eſt huiuſmodi, eſt duobus modis, mouẽs, qui mouet abſq; eo, ꝙ præcedat ipſum appetitus, aut voluntas, aut deſyderium, aut quõcunq; volueris appellare: & hoc mouere dr̃ naturale: & mouens, i quo præcedit appetitus, & voluntas ad mouendum: & dr̃ actio voluntaria. Et eſt manifeſtum ꝙ iſtud mouens

mouetur

Illud, qđ ẽ cã ordi., eſt dignius ordie.

Impoſſibile eſt mot⁹ violẽti tp̃s mai⁹ eſſe, ꝙ̃ tẽpus mot⁹ naturalis, &c. Pro hoc vide. 1. Cœ. com. 15.

Digreſſio.

Contra Saracenos ponẽtes motorẽ, & motũ tpe infinito, & ñ mouere.

Rõnes Auerrois, qb⁹ probat contra Chriſtia. Iudęos, & Saracenos, ꝙ a volũtate antiqua nõ põt noua actio ꝑuenire.

* a. l. impoſſe

Nullus ꝑ rõnem ſuã intrinſecam negare põt ꝙ volitum poſtponatur volũtati, niſi pp defectum aliquem i volito.

Remouet tacitã rñſionẽ.

Dubium.

Solutio.

Voluntatem ꝑcedere volitũ tpe ĩfinito non cõtingit, niſi ꝑ accidens.

* a. l. deſitionem.

5. Ph. t. c. 13. et. 1. Cœ. cõ. 22. Idẽ infra hic cõm. 47.

Vide dr̃iam inter agẽs & mouẽs. 1. cõ. 45. 1. de Generatiõe.

mouetur primo à volũtato, aut ex imaginatione illius, aut ex præſentia illius. & iſte motus dr̃ appetitus. Omnis igitur motor, à quo præcedit appetitus ad mouere, eſt motor vno modo, & mouens alio modo. Et, cum hoc ſit poſitum, dicamus ꝙ oĩs voluntatis nouæ mouere, quod ſequitur ipſam à volente, eſt nouũ neceſſario. & oĩs volũtatis antiquę mouere, quod ſequitur ipſam à volẽte, eſt antiquum neceſſ̃o. Qm̃, ſi fuerit nouum, neceſſe eſt vt iſtud mouere præcedat appetitus ad ipſum Iſinitus, quare igitur iſte appetitus fuit cauſa motionis in aliqua hora, & nõ in alia, cum ſit eiuſdem diſpoſitionis? Neceſſe eſt igĩ vt ab hoc appetitu non proueniat mouere oĩno, aut vt proueniat ab eo ſemper, aut vt ſit illic appetitus nouus, qui eſt cauſa nouitatis motionis volentis ad voluntatum nouum. Et hoc contingit neceſſario ex hac poſitione, ꝙ motus voluntatis à volente ſequitur appetitum, & voluntatem volentis. Si igĩ neceſſe fuerit hoc eſſe motorem antiquum, vel voluntatem antiquam, neceſſe eſt vt appetitus eius ſit antiquus, & ſuũ mouere ſit antiquũ, & ſuum voluntatum ſit antiquũ, ſine principio, & ſine fine. qm̃, ſi voluntatũ deſierit, deſinet voluntas, &, ſi deſinet voluntas, deſinet appetitus. quod non poteſt eſſe in volẽte antiquo, & voluntate antiqua. Et vl̃r demonſtratio Ariſt. eſt vl̃is oĩ motori, qui ponitur primus, ſiue fuerit poſitus per appetitũ, ſiue non, ſ. ꝙ impoſſe eſt vt agat in aliqua hora, & nõ in alia, quia tunc erit illic motor prior ipſo.

Moueus du pliciter.

De appetitu vide. 1. Phy. c. 81.

Obiectio loquentium.

Et ꝙ dicunt Loquentes ꝙ voluntatum nouũ nõ poſtponitur à voluntate antiqua, niſi quia volũtas antiqua pendet cum eo I hora terminata.

Solutio.

Qm̃, ſi appetitus, qui facit mouere non pendet cum eo, niſi in hora terminata, neceſſe eſt vt apud præſentiã illius temporis ſequatur ꝙ mouere volentis ſequatur appetitum voluntati. Appetitus igitur, qui facit mouere, eſt nouus cum nouitate temporis: & ſilr̃ mouere, & non eſt appetitus antiquus. Aut dicamus ꝙ per appetitum non fuit factũ mouere oĩno, ſed ex voluntate, ſ. ex ſe: aut fuit factũ ex mouere antiquo, ſed non operabatur in motu propter defectum eius, quod neceſſarium eſt in motu. &, cum illud fuit præſens poſt, ſ. tempus, tunc aget mouens, & mouebitur motum. Hoc igitur mouere non ſequiĩ voluntatem in illo tempore. indiget igĩ motore priore ipſo, qui facit illud, quod eſt neceſſariũ in factura voluntati. Et quærendum eſt in nouitate illius rei neceſſariæ eandem quæſtionem, vtrum ſit. ſ. ab agente volente, aut non volente: & reuertetur conſecutio impoſſibilis à principio. Et totum hoc eſt manifeſtum exercitato in huiuſmodi demonſtrationibus, et ſano capite, & nõ impedito à ſermonibus ſophiſtice præcedentibus poſitis, vt ſunt opiniones mundanæ.

Expõ alterius partis textus.

D.d. & non eſt de actione naturę, &c. i. & nõ eſt natura innata facere quieſcere res naturales, in quibus eſt, tempore infinito, & poſt mouebuntur ſine aliqua cauſa noua, quæ facit eas moueri tunc magis, ꝗ̃ in alio tempore. Et hoc intendebat, cum dixit Et nulla dr̃ia eſt in hoc oĩno, &c. i. dicens hunc ſermonem nullam dr̃iam dat in entibus I diſpoſitione quietis, & motus, ſed in eadem diſpoſitione ſunt apud quietẽ, & apud motum. quod eſt valde inopinabile.

Documentũ

Et hoc, quod dixit manifeſtum eſt de definitione naturæ. Dictum eſt. n. naturam eſſe principium motus, & quietis. neceſſe eſt igitur aut ipſam agere in alterum contrariorum continue, ſ. in motu aut quiete, aut agat vtrunq; non continue, ſ. quietem qñq;, & motum qñq;, continuatio. n. in ſucceſſione iſtarum duarũ actionum eſt ordinatio, & curſus in eadem diſpoſitione. Et hoc intẽdebat, cum d. aut erit ſimplex, &c. i. ꝙ natura innata eſt I alterum duorum, ſ. aut vt actio eius erit ſimplex, & vna, ſ. ꝙ facit alterum contrariorũ tm̃: et hoc intendebat per ſimplex: aut faciet duo contraria ſucceſſiue.

Documentũ

Et intendebat declarare per hoc ꝙ ſermo dicentium ꝙ oĩa erant quieſcentia tempore infinito, deinde mouebantur, eſt ſermo nõ naturalis. hoc. n. nõ vr̃ eſſe de actione naturę. neceſſe eſt. n. I actionibus naturæ eſſe continuationem, & æternitatem, aut in agendo alterum cõtrariorum tm̃, v. g. vt motus ignis ad ſuperius ſemper, & terræ ad inferius, aut in agendo duo contraria ſucceſſiue, ſicut hoc, quod inuenitur de generatione, & corruptione conſequentibus motum ſolis, et alijs contrarijs ſequentibus iſtum motum. Et, quia Empedocles dicẽbat mundum generari qñq;, & corrumpi qñq; ſm̃ continuationem, d. ꝙ ſermo illius magis participat ſermonibus naturalibus. D. d. iſte enim ſermo, &c. i. qui enim d. iſtum ſermonem de mundo, ſ. ipſum moueri qñq;, & quieſcere qñq;, ſ. in tẽporibus determinatis, facit naturam habere aliquem ordinem; inquantum agit illud, quod agit continue, licet muteĩ de cõtrario in cõtrarium. Et dixit aliquem ordinem; quia ordo completus eſt agere alterum contrariorum continue.

Cõpletus ordo eſt agere alterum contrariorũ continue.

Et, cum dixit ꝙ iſte ſermo magis cõicat cũ ſermonibus naturalibus d. poſt hoc in quo ægrediĩ ab eis, & dixit Sed deberet dicens hunc ſermonem, &c. i. ſed dicens hunc ſermonem deberet dicere aliq̃ rõnem; per quam affirmaret ipſum, & aliq̃ꝫ cauſam, per quam eſſet. dicens. n. hoc deberet dare duo, ſ. demõſtrationẽ quia, aut ꝓ quid, aut vtrũq;. Et hoc intẽdebat, cum d. ſed deberet dicere cãm, &c. et oportet, ſicut dixit, dicentẽ aliquẽ ſermonẽ affirmare ipm̃, aut ꝑ demr̃ationẽ, aut ꝑ inductionẽ, non ponere ipſum ſine aliq̃ rõne. Et ꝑ hoc, quod d. nõ ponere aliqd. poſſumus itelligere, & nõ ponere ipſam opinionẽ, & põt intelligi & cã opinionis. Empedocles. n. cũ poſuit opinionẽ ſuã I hac intẽtione, ponere ẽt debuit cãm opinionis. D. d. iſta. n. poſita non ſunt cauſę. & intẽdit illud, quod poſuit Anaxago. cum dixit & intelligentia cœpit diſtinguere mixtum, poſtq̃ꝫ non diſtinxerat ipſum tempore infinito. et ꝙ poſuit etiam Empedocles de amicitia, & lite nõ ſunt primæ cauſæ: iſtę. n. indigent cauſis. Et, quia cauſa, quam Emped. dedit in hoc, non eſt vera, nec põt euadere ab obiectionibus, d. nec iſte, etc. i. nec Empe. etiã dedit cauſam veram in hoc, ꝙ mundus quieſcit qñq;, & mouetur qñq;, cum dixit & cauſa iſtoꝝ duorũ motuum contrarioꝝ in mundo, ſ. in congregatione, & ſegregatione partiũ eſt lis, & amicitia, ſ. ꝙ amicitia congregat multa, & facit ea vnum, et lis ſegregat vnum, et facit ipſum multa. Et, cum dixit ꝙ Empedo. nihil inducit in hanc cauſam, icœpit dare corruptionem iſtius cauſæ: & dixit Et, ſi hæc duo, &c. i. &, ſi hæc duo contraria ſunt determinata in ſe, neceſſe eſt vt illa duo, in quibus exiſtunt ex rebus naturalibus ſint determinata in ſe: cum impoſſibile eſt vt contraria ſint in eodem. Quapropter oportet dicentem hunc ſermonem determinare illa, in quibus exiſtit lis, & diſtinguere ea, in qbus exiſtit amicitia, ſicut diſtinguiĩ hoc in hoĩbus, & vocare deberet modum entium, I quibus eſt amicitia, amicos, & I quibus eſt lis, inimicos. Sed hoc nõ potuit facere Empedocles in entibus, ſ. diſtinguere in eis iſtos duos modos. deĩde, ſi diſtingueret, nõ poſſet dare cãm in hoc, ꝙ mundus totus congregatur qñq;, et ſegregaĩ qñq;, niſi ita ꝙ inimici reuertentur amici, & amici inimici. quod igitur fingit falſum eſt, & extra naturã. Et intendebat per hoc, ꝙ ſermo eius, cũ hoc, quod eſt ornatus, nõ bene ſequitur ſimilitudinem, quam deberet ſequi. lis. n. et amicitia non inuenitur, niſi in aĩalibus, et præcipue rõnalibus, non in eis, quę nõ ſunt aĩalia. Empedo. igitur aſſimilauit irrõnalia rationalibus, & iudicauit ea eodem modo, & fecit plus, quod non ſequitur ſimilitudinem in oĩbus accidentibus ſuis. ſermo igitur eius, cum hoc ꝙ eſt ornatus, non eſt perfecte ornatus.

Lis, & amicitia nõ inueniũ, niſi I aĩalib⁹, & proprie rõnalib⁹, non in inanimatis.

D.d.

D.d. ponit enim, &c. iſta eſt narratio rationis Emped. d. enim ꝙ lis, & amicitia i quibuſdam rebus ſegregat, & congregat, neceſſe eſt, vt talis ſit curſus in oibus rebus, natura. n. partis, & totius eſt eadem. & manifeſtũ eſt ꝙ iſte ſermo eſt rhetoricus. Et, cum dedit rationẽ eius, incœpit dicere ꝙ deberet dare ex cauſis concedendo hanc opinionẽ, & hanc rõnem, & dixit ſed hoc eſſe in temporibus ęqualibus, etc. i. ſed hoc, ꝙ poſuit, ꝙ iſti duo motus contrarij ſunt in tempore æquali, aut ꝙ tẽpus motus eſt æquale tempori quietis, īdiget etiam ratione alia ab iſta. Et dixit hoc, quia res, in quibus exiſtit amicitia, & lis, ſ. res aïatę, non inueniuntur agere in temporibus æqualibus, ita, ꝙ oẽs hoĩes ſint aliquo tẽpore amici, et in alio tempore inimici, ita, ꝙ tẽpora inimicitiæ ſint æqualia temporibus amicitiæ. hoc. n. totũ non inuenit in ſuo exemplo. et ideo deberet dare aliam rõnem, aut alias rationes ab illis, quas accepit ab hominibus. Et, cum dixit hoc, ꝙ diminuebat̃ et in ipſa poſitione, dixit Et vr̃r exiſtimare, &c. i. & vr̃r exiſtimare ꝙ principium ſufficiens in hoc eſt dicere, ꝙ natura eius eſt, quæ dat agere res contrarias, non eſt ſermo rectus: nec hoc, quod datur in hoc, ſufficit in cauſa iſtius poſitionis. D.d. & hoc eſt illud, ad quod fecit redire cauſas in natura, &c. i. & hoc, quod dixit Emped. in principio, cum quæſitum fuit ab eo, quõ agit res cõtrarias, illud idem dixit Democritus in cõtrarietate exiſtente in rebus naturalibus, ſ. ꝙ accidit quęrere cãm in actione primi principij. Et hoc intendebat, cum dixit, ſ. ꝙ añs etiam eſt tale. i. quia in cauſa præcedenti non dicit̃ plus in hoc, ſ. ꝙ agit contraria, niſi hoc, ꝙ talẽ habet naturam. D.d. & non oportet quærere, &c. i. & non oportet quærere cãm actiõis eius, cuius eẽ eſt neciũ. Cã. n. non debet quæri, niſi in eo cuius eſſe nõ eſt neceſſariũ. i. ꝙ nõ oportet q̃rere cãm actionis entis necij. Et induxit Antiquos ad hoc, ꝗa ponebãt principiũ mundi eſſe æternum, & mundum eſſe nouum. Vnde, cum quærebatur ab eis, quare inueniebatur mundus ab eo in tali tempore, & non in alio, cogebantur dicere illud prædictum, ſ. ꝙ non oportet quærere in ęterno, quare.

In q̃ ẽ reddẽda cã, & ĩ q̃ non.

Et non eſt, ſicut exiſtimauerũt, verũtamen oportet vt nõ detur cauſa in actione principij, qñ actio eius fuerit æterna, ſi aũt actio eius fuerit noua, oportet vt habeat principium in illa actione. Et, cum narrauit ſermonẽ Demo. in hoc, incœpit notificare ꝙ iſte ſermo non eſt verus, & dixit & iſtud iudiciũ in quibuſdam rebus nõ eſt verum, &c. i. & ſermo Demo. & ſequẽtium eius, ꝙ res neceſſariæ non debent habere cauſas, eſt verus in quibuſdam rebus, falſus in quibuſdam. triangulum. n. habere angulos æquales duobus rectis eſt neceſſariũ, tñ habet cauſam. res vero neceſſariæ, q̃ ſunt principia, non habent cauſam. et, ſi nõ, tunc principium haberet principium, & procederet hoc in infinitum.

Multa neceſſaria habent cauſas.

Et intendebat declarare ꝙ multa neceſſaria habẽt cauſas: & ꝙ principia æterna, quorum actiones ponuntur nouæ, ſicut actiones principiorum non æternorum, ſunt digniora vt habeant principia: & ſic primum principiũ reuertit̃ non primũ.

Dubium Antiquorum. An gñabiliũ ſint pricipia gñabilia, vel æterna.

Et ideo Antiqui dubitabant, vtrum pñ corruptibilium ſint corruptibilia, aut æterna. &, cum ponebant illa corruptibilia, ſequebatur ipſa non eſſe principia: &, cum ponebant ea eſſe ęterna, ſequebatur oïa eſſe æterna: & ideo cogebant̃ dicere illa vana.

Solutio.

Corpus cœleſte ẽ mediũ inter æternũ, & corruptibile.

Cũ autem perſcrutatus eſt ſm curſum naturalem de iſtis rebus, vidit hoc eſſe ens medium iter æternum, & generabile, & corruptibile: & ꝙ quodam modo eſt ęternum, & alio modo generabile, & nouũ: & eſt corpus, quod mouetur circulariter, quod eſt generabile, & corruptibile quantum ad vbi, & manens quantũ ad ſubſtantiam. & ſic diſſoluebatur ab eo hęc quęſtio, ponendo hunc motum, & fuit poſſibile vt generabile nouum mediante æterno ſit cauſa rerum generabilium. D.d. hoc igitur ſit dictum in hoc, &c. i. iſte igitur ſermo ſit ſufficiẽs in hoc, quod declaratum fuit hic, ſ. ꝙ ſiue non fuerit motor, qui moueat in actu, aut fuerit illic motor, ſed non eſt motus, ꝙ neceſſe eſt vt non ſit illic tempus oĩno. &, cum non fuerit tempus, non erit ens nouũ oĩno, motus. n. neceſſarius eſt ĩ eſſendo tẽpus. et ſiſt hoc, quod dixit in tp̃e, apparet in loco. & ideo nullũ põt generare tp̃s, & locũ. &, ſi eſſet, eſſet valde inuerecundũ.

Quõ ſequat̃ hoc. vide. 8. Ph. cõ. & 1. 10. vbi dr̃ ꝙ nouũ eſt cũ priori, & poſteriori.

Caput Secundum. Soluit rationum apparentiam, motum non eſſe conſtruentium.

Contraria autem his non difficile eſt ſoluere. Videbitur autem ex hiſce conſyderantibus contingere maxime motum eſſe aliqñ, cum non eſſet omnino. Primo quidẽ, quia nulla perpetua mutatio eſt. mutatio. n. omnis apta natura eſt eſſe ex quodã in quoddam. quare neceſſe eſt omnis mutationis terminum eſſe contraria, in quibus fit in infinitum autem moueri nihil.

Et non eſt difficile diſſoluere illud, ꝑ quod contradicitur huic. Illa autem, ex quibus exiſtimatur, cum cõſyderatum fuerit de motu, poſſibile eſſe ꝙ motus ſit qñq;, ita, ꝙ ante nõ fuit omnino, ſunt iſta prima. Quia non erit tranſmutatio æterna omnino. omnis. n. trãſmutatio eſt ex aliquo in aliquid. & ideo neceſſe eſt vt duo contraria, in quibus eſt trãſmutatio, ſint fines cuiuslibet tranſmutationis: & nihil mouetur ſine fine.

Cum compleuit declarare hic eſſe motum vnũ æternum, vult etiã inducere dubitationes, quæ poſſunt induci ſuper hũc ſermonem. Et quæſtio ſic componitur. 16

Oĩs tranſmutatio eſt ex aliquo contrario in aliud contrariũ. et, ſi non, tunc motus eſſet ocioſus, et ſuꝑfluus. ſ. ſi illud, ex quo eſt motus, eſt idem, cum eo, ad quod eſt motus: & contraria ſunt finita: & quod eſt inter ea eſt finitum: ergo & oẽ, quod eſt in finito, eſt finitum: ergo omnis motus eſt finitus. D.d. oĩs enim tranſmutatio eſt ex aliquo in aliquid. i. ex contrario in contrarium. D.d. & ideo eſt neceſſe, &c. i. qm̃, cum poſuerimus ꝙ motus eſt ex contrario in contrariũ, neceſſe erit vt cõtraria ſint fines tranſmutationis. D.d. & nihil mouetur ſine fine. i. &, cum poſuerimus ꝙ oẽ motum mouetur in contraria, continget ꝙ nihil mouet̃ ſine fine. qm̃, ſi mouetur ad infinitum, mouetur ad non cõtraria: ſed poſitum eſt ꝙ oẽ motum mouetur ad contrarium: eſt ergo hoc inconueniens.

Prĩa expõ.

Et forte intelligit ꝑ hoc, quod dixit, & nihil mouetur ſine fine, hoc, ꝙ, ſi aliquid eſſet tale, tunc motus eius eſſet ſuperfluus, & ocioſus. & erit hæc quaſi alia ratio ab ea, in qua fuit dictum, ꝙ oẽ motum mouetur inter cõtraria.

Scḋa expõ.

Et forte iſta ratio eſt ſufficientior prima in motu locali. [a] contrarietas. n. naturalis in loco non eſt nota per ſe. & ideo, cum voluit Ariſto. [b] declarare in vltimo Sexti, ꝙ oĩs motus rectus eſt finitus, vſus eſt loco à contrarijs, præterq̃ in declaratione motus localis. Et vſus eſt etiam ĩ declaratione motus localis alio modo, ſ. ꝙ illud, quod ĩpoſſibile eſt vt ſit, impoſſibile eſt vt incipiat fieri.

Tertia expõ. ſiue ſecũda manifeſtatio.

a Contrarietas naturalis in loco nõ ẽ nota per ſe. Idẽ 5. Ph. t. c. 9. Idẽ hic infra. c. 62. & 1. Cœ. c. 86.

b 6. Ph. t. c. 91. 92. & inde.

Amplius videmus ꝙ poſſibile eſt id moueri, quod neq; mouetur, neq; habet in ſeipſo vllum motũ: vt in inanimatis, quorũ neq;

para

pars vlla, neque totum mouetur, ſed quieſcens mouetur aliqñ. oportebat aũt aut ſemper moueri, aut nunq̃, ſi non fit, cũ non eſſet. Multo autẽ magis quod tale eſt in animatis manifeſtum eſt. cum. n. in nobis nullus inſit motus aliqñ, ſed qeſcamus, mouemur tñ aliquãdo, et fit aliqñ in nobis ex nobiſipſis principium motus, & ſi nihil extrĩſecus moueat. hoc. n. in inanimatis ſimiliter non videmus, ſed ſemper mouet ipſa aliquid aliud eorum, quæ ſunt extra: animal aũt ipſum dicimus ſeipſum mouere. quare, ſi quieſcit aliqñ penitus, in immobili motus vtiq; fiet à ſeipſo, & non ab externo. Si autem in animali hoc poſſibile eſt fieri, quid prohibet idem hoc accidere & in vniuerſo? ſi. n. in paruo mundo fit, et in magno, &, ſi in mundo, & in infinito: ſi cõtingit quidẽ moueri infinitũ totũ, & qeſcere.

Et etiam videmus q̀ poſſibile eſt, vt moueatur illud, quod nõ eſt motum, neq; in eo eſt motus omnino, v. g. in non animatis. videmus. n. iſtas res, q̀ nec pars rei mouetur, nec totum, ſed eſt quieſcẽs, deinde mouetur qñq;. & eſſet neceſſe aut vt nõ moueretur in aliqua hora, ſi motus non ſit, poſtq̃ non fuit, aut moueretur ſemper. Et hoc magis apparet in hñtibus animas. qñq;. n. ſumus quieſcentes, & nullus motus exiſtit in nobis omnino, deinde mouebimur, & fiet in nobis ex nobiſmetipſis principium motus, licet nullũ extrinſecum moueat nos. hoc. n. non videtur huiuſmodi in vita carẽtibus. ſed iſta ſemper mouentur ab aliquo extrinſeco alio. viuum autem dicitur mouere ſe. & ideo, cum qñq; ſit quieſcẽs complete, neceſſe eſt vt fiat in eo, quod moueť, motus ex ſe, non extrinſecus. Q̃m, ſi hoc poſſibile eſt vt fiat ĩ animalibus, quid igitur prohibet vt hoc fit in toto etiam? quoniam, ſi hoc eſt in mundo paruo, eſt etiam in magno. &, ſi eſt in mundo, erit etiam in infinito: ſi ſit poſſibile, vt infinitum moueatur, & quieſcat ſecundum totum.

17 Ideſt, & etiam videmus quædam, quæ mouentur, poſtq̃ non mouebantur neq; ſm totum, neq; ſm partem: ſed ſm totum, & partes quieſcunt, deinde mouentur. D. d. & eſſet neceſſarium, &c. i. & eſſet neceſſarium, ſi ſit hic motor æternus, & motus ęternus, vt nõ eſſet motus nouus, motus. n. nouus debet habere motorem nouum: immo, & eſt neceſſariũ vt omne, quod ſentitur quieſcere, quieſceret ſemper: & oẽ, quod ſentiť moueri, moueretur ſemper. Et, cũ induxit hanc quæſtionem, induxit etiam aliam manifeſtiorem prima: & eſt hoc, q̀ apparet in habentibus animas: quæſtio. n. in eis eſt difficilioris diſſolutionis. & dixit Et hoc magis apparet in habẽtibus animas. i. & hoc. ſ. eẽ poſſibile vt motus fiat, poſtq̃ erat ſine motu pręcedenti, eſt manifeſtius in habentibus aĩas, q̃ in carentibus. Videmus enim ſemina, & aĩalia qeſcere ſine aliquo motu, poſtq̃ mouebantur, nõ ex motore extrinſeco, ſed ex ſe p̄ principiũ exiſtens in eis, ita, q̀ exiſtimatur q̀ per hoc principium, quod eſt in eis, poſſunt moueri qñq;, & quieſcere ſine aliquo extrinſeco. Et, cũ dixit q̀ dubitatio de hoc in rebus aĩatis eſt manifeſtior, q̃ in rebus inanimatis, dedit cauſam in hoc, & dixit hoc. n. non vř, &c. ideſt, & habentia aĩas ſunt manifeſtiora in hoc, quia videmus ea incipere moueri ſine aliquo extrinſeco mouente, illa aũt non mouenť, niſi qñ mouerit ea aliquod extrinſecum. videmus. n. q̀ motus, qui fiunt in rebus carentibus aĩa, q̀ ſunt poſt motus: in motibus aũt, qui fiunt in habentibus aĩas, non videmus q̀ ante ipſos eſt motus extrinſecus. Et apparet ex hoc, q̀ quæſtio in carentibus aĩa non ordinatur ex hoc, q̀ motus eorũ ſit à motore ęterno, ſed quia in quibuſdam ſentiũtur motus noui, abſq; eo, q̀ in eis ſentiatur motus extrĩſecus. Et vř q̀, ſi hoc eſt vnum eorum, quod intendit p̄ hunc ſermonem, q̀ hoc nõ eſt, niſi de motibus per naturã, ſ. quæ mouentur per ſe, per inclinationem, quę eſt in eis. Sed apparet ex primo ſermone q̀ eſt quæſtio prędicta ex hoc, q̀ motus eorum fuerit à motore ęterno. neceſſe eſt. n. ponere motorem æternum eſſe. & in hoc conueniunt oẽs. ſed differunt conſyderãtes in hoc, vtrum primus motor poſſit mouere qñq;, et qñq; nõ, aut eſt impoſſibile, ſed eſt neceſſe vt ſemper moueat. Et forte Ariſto. intendit duos modos quęſtionis. & propalauit primum modum, & innuit ſecundum per hoc, q̀ dixit, Et hoc apparet magis, &c. apparet. n. ex hoc ſermone q̀ quæſtio cõtingens in hoc eſt eiuſdem generis in habentibus aĩas, & carentibus. ſed eſt manifeſtior in habẽtibus, ſ. q̀ incipiunt moueri ſine aliquo motu, q fiat in eis, neq; in toto, neq; in parte. Deinde d. hoc enim non vř, &c. i. & hoc magis apparet in hñtibus aĩas: q̀a non videmus motum in eis ex extrinſeco manifeſte, ſicut vř in carẽtibus aĩa. Et hoc apparet magis in carentibus aĩa, quia iſta aut mouentur violente, aut naturaliter: & manifeſtum eſt q̀ motor in eis, quæ mouentur violẽte, eſt extrinſecus: & nõ accidit in iſtis quæſtio, ſ. ex modo hoc, ſ. ex quo accidit in hñtibus aĩas. In eis autem, quæ mouentur naturaľr, accidit quæſtio, ſi indigẽtia iſtorum ad motorem extrinſecum eſt maior, q̃ indigentia habentium aĩas. de motis. n. naturaľr apparet q̀ non mouenť, niſi generentur in locis extraneis, aut patiantur violente quietem, & poſt recedet violentãs. & vř motor eſt generãs in eis, aut auferens violentiã, vt declarabiť poſt. Et ideo dixit ſed iſta ſemp̄ mouenť ab aliquo extrinſeco. viuũ autem dicere mouere ſe. & vtrũq; in rei veritate, vt poſt declarabitur, indiget motore extrinſeco: ſed eſt latentius in habẽtibus animas. Et iſta dñr mota ex ſe, illa aũt non: quia iſta exiſtimantur poſſe moueri, & quieſcere ex ſe. quod nõ inuenitur in eis, quę mouentur naturaliter. Et, cum poſuit hanc propoſitionem, dicentem q̀ in habentibus animas fit motus ſine motu præcedente, dixit poſſibile eſt hoc in toto. Deinde induxit ſimilitudinem inter ea, & dixit quoniam ſi hoc eſt in mundo, &c. i. quoniam animal, quod mouetur ex ſe, aſſimilatur toti in hoc, quòd totũ mouetur ex ſe, ſcilicet corpus cœleſte. Similitudo enim inter animalia, & corpus cœleſte eſt, quoniam vtrũq; mouetur ex ſe. & quemadmodum alij motus reducuntur in animali ad primum motorem, qui nõ mouetur, ita eſt in mundo magno, et ideo dicitur quòd homo eſt mundus paruus. Et iſte ſermo eſt rhetoricus, quãuis iudicium in radice non ſit verum, ſcilicet quòd motus nouus ſit in animali ſine motu præcedenti: & non dat q̀ neceſſe eſt vt motus nouus ſit, ſed dat hoc eſſe poſſibile. Eſt igitur quæſtio ſuper ſermonem prædictum. [a] D. d. &, ſi eſt in mundo, &c. & dixit hoc contradicẽdo Antiquis, dicẽtibus mundum generari ex re infinita, ſicut plures dicunt in cauſa materiali ſicut Anaxag. in mixto.

Hic dubitat an expõ data ĩ prĩa parte text⁹ ſit conueniens.

Solutio.

A qb⁹ ĩ motus naturaliũ eſt motor.

Cur aĩata dicuntur ex ſe mota, inaĩata non.

[a] Cur hõ dr paruus mundus. Vide & aliud, in q̃ aſſimilant. 8. Cœ. t. 3. 6.

in mixto. Deinde igitur, ſi eſt poſſibile vt finitum moueatur ſm totũ, poſtq̃ non mouebatur oĩno, poſſibile erit hoc in infinitum, ſi eſt poſſibile vt infinitum recipiat vnum motum in omnibus ſuis partibus.

Horum igitur id, quod primum dictũ eſt, non eundem ſemper, & vnum numero eſſe motum, qui ad oppoſita fit, recte dicitur. hoc enim fortaſſis neceſſarium eſt, ſi non ſemper vnum, & eundem eſſe poſſibile eſt vnius, & eiuſdem motum. dico autẽ, vt vtrum vnius chordæ vnus, & idẽ ſonus ſit, an ſemp alius, ipſa ſimiliter ſe habente, & mota. Attamen qualitercũq; tandem ſe habeat, nihil prohibet vnum, & eundem eſſe aliquem, quo continuus eſt, atq; perpetuus. manifeſtum autẽ erit magis ex iis, quæ poſterius.

Dicamus igitur ad hoc, ſermo autem, qui primo fuit dictus, ſ. ꝙ motus ad cõtraria non eſt ſemper idẽ in numero, rectus eſt. dignius eſt igitur, vt ſit neceſſariũ, ſi motus eiuſdẽ rei non ſemper eſt poſſibile vt ſit idem, ſ. ver. g. vtrum ſonus eiuſdem chordę ſit idẽ, aut eſt ſemper vnus poſt alium, licet chorda ſit eiuſdem diſpõnis. Et, licet moueaᷣ, ſed ſm vtrũlibet iſtorum fuerit, nihil prohibet vt ſit hic vnus motus, ex hoc, ꝙ eſt continuus, & æternus. et hoc declarabitur poſt magis.

18 Cum induxit has tres quæſtiones, incœpit diſſoluere eas. & primo de q̃one, dicens ꝙ impoſſe eſt vt inueniatur motus infinitus. qm̃ oĩs motus eſt ex contrario ad contrariũ. Et, quia põt aliquis reſpõdendo dicere ꝙ licet motus ſint finiti, quia ſunt ex contrario, & in contrariũ, tñ non eſt remotum vt cõtinuatio, & æternitas ſit in eis ex iteratione iter cõtraria, ſ. iteratione ĩfinita. Et, quia iſta rñſio non eſt vera, quia poſt declarabitur in hoc tractatu ꝙ talis motus non eſt vnus, nec continuus, dixit Dicamus igitur ad hoc, &c. i. & intẽdit ꝙ, cum fuerit iteratus, & quaſi d. & ideo non oportet nos rñdere hac rñſione in diſſolutione iſtius q̃ōnis. D. facit quaſi dubitationem ĩ hoc, ſ. vtrum motus eiuſdem rei iteratus inter duos fines ſit vnus motus continuus, aut non continuus, & dixit dignius eſt igitur, &c. i. & eſt dignius vt ſit neceſſarium vt motus iteratus nõ ſit vnus motus, & ſi non eſt neceſſarium vt idem motum moueatur eodem motu, ſed põt moueri pluribus motibus. D. dedit exemplum de hoc, et dixit v. g. vtrum ſonus, &c. i. ver. g. dicere vtrum ſonus eiuſdẽ chordæ, ſuper quam iteratur manus percutientis ſine pauſatione, ſit idem ſonus, aut plures. Et hoc intendebat, cum dixit aut eſt ſemp vnus poſt alium. i. ꝙ quilibet ſonus eorum eſt alius ab altero, dum percuſſio fuerit continua. qm̃ non eſt dubium ꝙ, ſi percuſſio non fuerit continua, ꝙ ſoni erũt plures. D. d. licet chorda, &c. ideſt & iſta quęſtio non intelligitur, niſi quando chorda fuerit in tempore percuſſionis in eadem diſpoſitione fortitudinis: & ſiſr percuſſio, & chorda in hoc tpe appareat moueri nõ quieſcere. in tali igr̃ diſpõne dubitaᷣ motu chordæ ad duas partes oppoſitas, vtrum ſit vnus motus, aut plures. D. d. ſed ſm vtrũlibet, &c. i. & ſm vtrumlibet iſtorum duorum modorum fuerit diſpoſitio de motu iterato, ſ. ſiue fuerit vnus, ſiue non, hoc nõ prohibet, quin hic inueniaᷣ vnus motus ſimplr, propter hoc, ꝙ eſt continuus, & æternus. D. d. & hoc declarabiᷣ poſt magis. et intẽdit cum locutus fuerit de motu continuo, & declarauit ipſum eſſe motũ diurnum.

Moueri aũt id, quod non mouet, nullũ eſt incõueniens, ſi aliqñ qdẽ ſit id, quod mouet, extrinſecus, aliqñ aũt non. Hoc tñ, q̃uo vtiq; erit, inquirẽdũ eſt. dico aũt, vt idem ab eodẽ motiuo exiſtente aliqñ quidẽ moueatur, aliqñ autem non. nihil. n. aliud dubitat hoc dicẽs, q̃ propter qd nõ ſemp eorum, quæ ſunt, alia quidem quieſcunt, alia vero mouentur.

Aliqd aũt moueri, poſtq̃ non mouebaᷣ, nõ eſt inopinabile, cũ poſitũ fuerit ꝙ motus illius eſt extrinſecus ab eo. Et nõ intendimus hic quęrere q̃uo ſit hoc, ſ. q̃uo erit illud, quod mouet, & illud, quod mouet, & eſt idẽ qñq; mouẽs, qñq; nõ. dicẽs. n. hoc nõ dubitat, niſi in hac intẽtione ſola, ſ. quare quædã entia nõ ſunt ſemp quieſcentia, & quędã ſemp mota.

Cum diſſoluit primam quæſtionem, incœpit diſſoluere ſecũdam, in qua dictum fuit quaſi contingit, ſi hic ſit motus cõtinuus, vt quædam rerum moueaᷣ qñq; & quieſcant quandoq;, & dixit Aliquid autem moueri, &c. i. quæſtio autem, in qua quæritur, quare plures rerum mouentur, poſtq̃ non mouebantur, non eſt difficilis ad diſſoluẽdum in rebus, quarum motor eſt extrinſecus. notum enim eſt per ſe ꝙ cauſa in hoc eſt aut abſentia motoris, aut diſtantia eius, aut præſentia impedimenti. Et quaſi innuit in hoc, ꝙ diſſolutio quæſtionis in hoc eſt, quòd corpora ſimplicia non mouentur ex ſe. Et, quia iſta quæſtio inducit quærentem ad dicendum quomodo prouenit motus nouus à motore æterno, quoniam, cum motor extrinſecus mouet ita, ꝙ moueatur, neceſſe eſt vt habeat motorem. Si igitur ille motor fuerit extrinſecus, ſicut dictum fuit in Septimo, cõtingit vt moueatur à moto, et illud motum etiã à moto, & procedetur in infinitum: aut inuenitur primum motum, quod mouebitur ex ſe: et quęretur de illo, ſi mouet ſemper, quomodo inueniuntur quædam habere motorem quandoq;, & quædam non. & quærere hoc eſt quaſi extrinſecum ab eo, quod declaratum eſt, ſ. ꝙ hic eſt motus æternus. hoc. n. quærere eſt quærere, quare omnia, quæ mouentur, non mouentur ſemper, & omnia, quæ quieſcunt, non quieſcunt ſemper. Et ideo dixit Et non intendimus hic quęrere, &c. ideſt quærere q̃uo inueniuntur motus noui eſt quęrere q̃uo eſt poſſibile vt in quibuſdam rebus ſit motor præſens, & motũ præſens, & tñ quandoq; moueᷣ, qñq; non. & non intendimus pſcrutari de hoc in hoc loco, quaſi debeamus rñdere ad illud. Iſta. n. quæſtio eſt cõis dicentibus ꝙ motus eſt nouus, & dicẽtibus ꝙ motus eſt antiquus. ſed dicẽtes ꝙ motus eſt nouus ſm genus, poſtq̃ non fuit, non poſſunt reſpondere ad hanc quęſtionem. D. d. dicens enim hoc, &c. ideſt quare non diuiduntur in hæc duo tantum, ſed inueniᷣ in eis aliquid, in quo ſuccedunt ſibi hæc duo, et aliquid, quod proprie habet alterum eorum, ſ. quietem ſemper, aut motum ſemper. & intendebat ꝙ iſta quæſtio ſit alia à prædicta, cum in rei veritate nõ eſt, niſi perſcrutatio de cauſa eius, quod comprehenditur in iſtis tribus modis. Videmus enim ꝙ quædam entia mouentur ſemper ſine ceſſatione, ſcilicet corpora cœleſtia, & quædam quieſcunt ſemper, ſ. terra, ſuper quam mouentur hæc corpora, & quædam moueᷣ quandoq;, & quieſcunt quandoq;, et ſunt illa, quæ ſunt ſub corporibus cœleſtibus, & ſupra terram. 19

Triplex eſt, cur quædam rerum mota rũ ex extrinſeco moueᷣ, poſtq̃ nõ mouebantur.

Ponens motũ eſſe nouũ ſm genus, ñ põt reddere rõnem, cur aliqđ de nouo icipit moueri.

Cœlum ſemper mouet, terra ſemp q̃eſcit, inter media aliqñ moueᷣ, & aliqñ quieſcunt.

Maxime aũt videbitur Tertium hr̃e dubitationem, ppterea ꝙ fit, cum non eſſet prius, motus: id videlicet, quod accidit in animatis. quieſcens. n. prius poſtea vadit, mouẽte exteriorũ nullo, vt vr̃. Hoc autẽ falſum eſt. conſpicimus. n. ſemper aliquid eorum, q̃ congenita ſunt, moueri in aĩali. huius aũt motus ipſum animal cauſa nõ eſt, ſed continens forſitan. Ipſum aũt dicimus ſeipſum mouere non ſm oẽm motum, ſed ſm motum ſm locum. Nihil igit̃ prohibet, magis aũt fortaſſis neceſſariũ eſt in corpore multos fieri motus à continente. horum aũt quibuſdam intellectum, aut appetitum mouere: illo autẽ totum iam animal mouere, quale accidit circa ſomnos. ſenſibili enim nullo inexiſtente motu, inexiſtente tamẽ aliquo rurſus excitant̃ animalia. ſed manifeſtum erit & de his ex ſequẽtibus.

Sermo autem Tertius proprie exiſtimatur eſſe locus dubitationis, ſ. vt fiat motus, q non fuit ante: & eſt illud, quod accidit in habentibus animas. animal. n. primo quieſcit, & poſt ambulat ſine aliquo extrinſeco mouente ipſum, ſecundum ꝙ exiſtimatur. Sed hoc eſt falſum. ſemper enim inuenimus aliqd moueri in animali, ꝙ eſt naturale in eo. & cauſa iſtius motus animalis non eſt anima eius, ſed aer, qui continet animal in eo, quod reputo. Et, cum dicimus ipſum moueri à ſe, non intẽdimus omni motu, ſed motu locali. Et nihil prohibet, immo dignum eſt vt ſit neceſſarium, vt in corpore fiant plures motus à continente, quorum quidam mouent voluntatem, & appetitũ, & tunc iſta mouebunt animal ſm totum. v. g. hoc, ꝙ accidit apud ſomnum. qm̃, licet dormiens non habet motum ſenſus omnino, tñ animal non expergeſit à ſomno, niſi quia aliquis motus eſt in eo. ſed hoc etiam apparet in ſequentibus.

Iſta eſt Tertia quæſtio, ſicut dixit. Et eſt locus dubitationis in hoc, ſ. in ponendo poſſibile eſſe vt motus fiat abſq; eo, ꝙ in moto præcedat motus oĩno. videmus enim animal, ſicut dixit, moueri poſt quietem, & ſine motu præcedenti ſentito in eo. Et, quia iſtud dictum eſt valde ſufficiens, ideo Loquentes noſtrę legis poſuerunt primum principium ęternum mouere per voluntatem poſtem. Et totum hoc eſt exiſtimatio falſa. ſicut dixit Ariſt. ſemper. n. inuenimus aliquid moueri in animali, quod eſt naturale in eo. & intendit per hoc alterationem, q̃ eſt in corporibus aĩalis ex aĩa nutrita p calorẽ naturalem, q eſt in eo. nunq̃. n. ceſſat actio iſtius caloris naturalis. cum. n. ceſſat, tunc eſt mors. Iſte igit̃ eſt vnus motuum, ex quibus non fugiunt corpora aĩalium. Secundus autem motus eſt motus alterationis, qui fit ex continenti extrinſeco. Et ideo dixit & cauſa iſtius motus animalis, etc. i. ꝙ, cum animal incipit moueri poſt quietem, non incipit ita, ꝙ primus motor in hoc ſit aĩa, ita, ꝙ non præcedat in corpore eius, aut in anima eius alius motor. Et dixit hoc, vt reputo, quia poteſt aliquis fingere plures motus fieri ſemper in corporibus animalium, qui non videtur eſſe cauſæ in hoc, quod animal mouetur poſt quietem. Et, quia hoc nomen motus eſt ęquiuocum, et iſta dubitatio non eſt de motu * locali, dixit Et, cum dicimus, &c. & iſta dubitatio eſt propria motui locali, quia non inuenitur aliquid moueri ex ſe, niſi in motu locali: in cæteris autem motibus motor eſt extrinſecus. Et, cum dixit in diſſolutione iſtius quæſtionis ꝙ hoc, quod exiſtimatur ꝙ animal mouetur ſine motu facto in eo, nõ eſt, ſicut exiſtimatur, ſed cauſa motus eius poſt quietem eſt hæc, ꝙ aer cõtinens ipſum extrinſecus mouet ipſum, Et incœpit declarare quomodo ſit hoc, et dixit Et nihil prohibet, &c. ideſt, & neceſſe eſt vt principium motuũ animalis ſit ex continente: quia nihil ꝓhibet vt plures motus fiant in animali à continẽte: imo hoc eſt neceſſariũ. Et, quia poſuit ꝙ in corpore animalis fiunt plures motus ex continẽte, narrauit quomodo accidit ex iſtis motibus vt animal moueatur in loco, & dixit quorũ quędã mouentur, &c. ideſt, & hoc eſt ita, ꝙ in animali fiet ab eo, quod accidit ſibi, opinio voluntas, & appetitus ad motum, aut ad expellendum nocumentum contingens ex continente, aut ad inducendum iuuamentum. Et intendit hic per opinionem aliquid cõe virtuti imaginatiuę, & rationali. animali. n. non accidit appetitus, niſi ex imaginatione. v. g. ꝙ, cum patitur ſitim imaginatur aquam, & appetit eam, & mouetur ad illam: & ſimiliter, cum patitur famem: &, cum timet, fugit: &, cum auferuntur appetitus, quieſcit: aut, cum accidit ei fatigatio, et appetit quietem. Et Ariſt. dedit exemplũ in ſomno. quies. n. animalis in ſomno eſt quies perfectiſſima, quæ fit poſt motum: & expergefactio ab eo eſt pfectiſſimus motus poſt quietem perfectam. exiſtimatur. n. ꝙ, cum animal dormit ꝙ nõ mouetur omnino: &, cum expergeſit ꝙ tunc inuenitur in eo motus, quem non præcedit motus alius. Et dixit ver. gr. &c. & intendit motum actionis virtutis nutritiuæ in cibo, quando enim iſta virtus fuerit operata in nutrimento per calorem naturalem, humefaciet ex eo mẽbra, quæ ſunt cauſa ſomni, ſ. cor, & cerebrum, & tunc dormiet animal neceſſario. Et, cum actio virtutis nutritiuæ completur in cibo, et ceſſauerint vapores, qui fiunt ex digeſtione cibi, tunc expergefiet animal. & poſt declarabit hanc intentionem bene, ſicut dixit.

Vñ acceperunt Loquẽtes ſuæ legis primũ principium æternũ poſſe mouere p voluntatẽ poſtem.

Ceſſatio actionis naturalis in aĩalibus eſt mors. confſſe. 2. de Aĩa. c. ſ. & i libro d̃ morte, & vita.

Nomen motus ẽ æquocũ, ꝓ hoc vide. 5. Phyſi. cõ. 4.

* a. l. totali.

Non inuenit̃ aliqd moueri ex ſe, niſi i motu locali.

Oppoſitũ vi de. 2. de Aĩa cõmen. ſo.

Vide comm. Zim.

Aĩali non accidit appetitus, niſi ex imaginatiõe.

Quies aĩalis in ſomno eſt pfectiſſima, quæ fit poſt motũ: & expgefactio ab eo ẽ pfectiſſimꝰ motꝰ poſt quietem perfectam.

De cãs ſomni, & expgefactionis.

In libr. de ſõno, & vigi.

Summa Secũda. Quòd primus motor ſit penitus immobilis, perpetuus, & unus.

Caput Primum. Diuiſionẽ examinat rerum omnium, quo ad motum, & quietem: probatq; nec omnia quieſcere, nec omnia moueri continue.

PRincipium autem cõſyderationis id erit, quod & dictę dubitationis, quare quędam eorũ, quę ſunt, aliquando quidem mouentur, aliquãdo autem rurſus qeſcunt. Neceſſe eſt autem, aut omnia quieſcere ſemper, aut omnia ſemp moueri, aut alia quidem moueri, alia autẽ quieſcere. Et rurſus horum aut ea, quæ mouẽtur, moueri ſemper, quæ vero quieſcunt quieſcere, aut omnia apta nata eſſe ſiſr moueri, & qeſcere, aut reliquum adhuc & tertium. contingit. n. eorum, quę ſunt, alia quidem ſemper immobilia eſſe, alia vero ſemper moueri, alia autem vtraq; participare. quod quidem à nobis di-

cendum

cendum eſt. hoc.n. habet ſolutionem oĩum dubitatorũ, & finis nobis eſt huius negocij.

Et principium iſtius perſcrutationis eſt, quod dictum fuit in quæſtione prædicta, ſ. quare quædam entia qñq; mouẽtur, & qñq; quieſcunt. Dicamus igitur φ neceſſe eſt aut vt omnia quieſcant ſemper, aut omnia moueantur ſemper, aut vt quędam moueantur, & quędam quieſcant. Et iſtorũ etiam aut, vt illa, quę mouentur, moueantur ſemper, et illa, quę quieſcunt, quieſcant ſemp, aut vt omnia ſint innata eodem modo moueri, aut qeſcere, aut tertium remanens. poſſibile.n. eſt vt entium quędam non moueantur ſemper, & quædam moueantur ſemper, & quædã in eis ſuccedit vtrunq;, quod oportet nos dicere. per illud.n. diſſoluet̃ quæſtio contingens in hoc, & cõplebitur iſta ſcĩa, in qua ſumus.

21 Cum declarauit neceſſe eſſe vt ſit motus æternus, et diſſoluit quæſtiones contingentes in hoc, incœpit perſcrutari de hoc per viam rerum motarum, quę mouentur ex ſe apud nos qñq;, & quieſcunt qñq;. qm̃ ex iſta via poterit demonſtrare motorem æternũ eſſe, & motum æternum. & hoc ſcito perficitur ſcientia de omnibus, quæ mouentur, & quieſcunt. ſcientia.n. de motu nõ perficitur, niſi cum fuerit declaratum quomodo eſt curſus de hoc in omnibus partibus mundi, ſ. in diſpoſitione motus. hoc enim ſcito perficitur cognitio de motu. Et dixit Et principium iſtius perſcrutationis, &c. ideſt & principium perſcrutationis, quæ cõtinet ſcientiam de diſpoſitione motus, & quietis in omnibus partibus mundi in nouitate, & antiquitate, eſt ponere cõſyderationem de hoc. ſ. de illo, quod dictũ fuit in quæſtione prædicta. & eſt quare quædam entia quandoq; mouentur, & qñq; quieſcunt. Et, cum dixit φ principium perſcrutationis debet eſſe de hac perſcrutatione, & hoc erit perſcrutando vĩr de omnibus entibus, quã habent diſpoſitionem in hac intẽtione, incœpit dicere, & dixit Dicamus igitur, &c. i. & diuiſio, quæ poteſt eſſe in entibus naturalibus in hac intentione eſt talis, q̃ diuiditur in tres partes primo, quarum vna diuiditur in tres: & ſic erunt quinq; condiuidentia. Prima igit̃ pars trium partium eſt, vt omnia ſint quieſcentia ſemper. Secũda autem, vt omnia ſint mota ſemper. Tertia eſt media inter hæc duo, ſ. vt quædã quieſcant, & quędam moueantur. & hoc tribus modis. Quorum vnus eſt, vt quieſcentia ſint ſemper quieſcentia, & mota ſint ſemper mota. Secundus, vt illa quieſcentia ſint mota, & illa mota quieſcẽtia, ita, φ omnia entia moueantur, & qeſcant qñq;. Tertius eſt, vt in entibus inueniant̃ iſti tres modi, ſ. vt quędã moueant̃ ſemp, et quędam quieſcãt ſemp, & quędã moueant̃ qñq;, & quieſcant qñq;, vt viſum eſt de rebus. Diuiſio aũt determinãs hoc eſt dicere φ res vna aut erit ſemp quieſcens, aut ſemp mota, aut qñq; quieſcens, & qñq; mota. Et iſtę tres diuiſiones imaginant̃ ſm ſeptẽ modos, ſ. aut vt oĩa qeſcant ſemp: aut vt oĩa moueant̃ ſemp: aut vt oĩa recipiãt motũ, & quietem, aut vt quędã qeſcant ſemp, aut vt quędã moueant̃ ſemper, & quędam moueant̃ qñq;, et qeſcant quandoq;: aut vt quædam quieſcant ſemper, & quædam moueantur quandoq;, & qeſcant quandoq;: aut vt inueniantur in eis tres modi, ſ. φ quædam moueantur ſemper: & quædam quieſcant ſemper: & quędam moueantur quandoq;, & quieſcant quandoque. Entia.n. aut erunt ſicut vna res accepta: & tunc diſponentur per vnum iſtorum trium, ſ. aut per motum ſemper, aut per quietem ſemper, aut per vtrũq;, ſ. per motum quandoq;, & quietem quandoq;: aut diuidentur entia in duas partes, aut ĩ tres. Si igitur diuiſerimus entia in duas partes, tunc diuiſio erit triplex, ſ. aut vt altera pars ſit ſemper in motu, & altera ſemper in quiete: aut vt altera pars ſit ſemper in motu, & reliqua quandoq; in motu, & quandoq; in quiete: aut vt altera pars ſit ſemp in quiete, & reliqua quandoq; in motu, quandoq; in quiete. Si igitur entia fuerint diuiſa in tres partes, tunc quælibet pars eorum diſponitur per vnumquodq; iſtorum trium, ſcilicet vt quædam quieſcant ſemper, & quædam moueantur, & quædam faciunt vtrũq;: & ſic condiuidentia erunt ſeptem. Sed Ariſt. contentus fuit in quinq;, & tacuit partem, dicentem φ entia diuiduntur in duo. Quorum vnum eſt vt altera pars quieſcat ſemper, & reliqua moueatur quandoq;, & quieſcat quandoq;. Secundum eſt vt altera pars moueatur ſemper, & reliqua faciat vtrũq;. Et non induxit de modis diuiſionis entium in duas partes, niſi vnum modum tantum, & eſt vt altera pars quieſcat ſemp, & altera moueatur ſemper. Et forte fecit hoc abbreuiando. Quoniam, cum declaratum fuerit entia eſſe ſm tres partes, ſ. quod quædam pars ſemper quieſcit, & quædam ſemper mouetur, & quædã facit vtrũq;, deſtruentur aliæ diuiſiones. Iſtarum.n. diuiſionum ſemper tres ſunt falſæ manifeſtæ per ſe, & quatuor ignotæ. Tres autem falſæ ſunt, vt omnia ſint ſemper quieſcentia: aut vt omnia ſint ſemper mota: aut vt quædam ſint ſemper quieſcentia, & quædam ſint ſemper mota. iſtæ.n. tres diuiſiones contradicuntur per ſenſum: quatuor autem ſunt ignotæ. Et hoc, quod quærit hic, declaratum eſt iam de potentia prędictorũ: ſed ipſe vult complere perſcrutationem de eo in hoc loco. Modus autem declarationis iſtius intentionis de prædictis talis eſt. Declaratum eſt quidem in Septimo ab Ariſt. hoc eſſe primũ motum in loco ex ſe, ad quem perueniunt cæteri motus locales. & eſt manifeſtum per ſe φ cęteri motus inueniũtur per ſenſum reduci ad motum in loco, ſ. ad corpus cœleſte. Et, cũ hoc fuerit coniunctũ ad illud, quod declaratum fuit primo ĩ hoc tractatu, ſ. φ primum motum eſt æternis motus, erit neceſſe hic eſſe aliquod quieſcens æternum, ſuper quod moueatur hoc primũ motum. & hoc motum æternum, quod declaratum eſt, eſt illud, quod videtur ſenſu moueri ſemper: & eſt corpus cœleſte. & quieſcens, quod videtur ſenſu ſemper quieſcere, eſt terra. et eſt illud, quod declaratum eſt ratione. nihil.n. eſt hic, quod poſſet conuenire ei, quod declaratum eſt ratione, niſi iſtud. Et forte illud, quod videtur ſemper quieſcere, eſt primus motor iſtius motus: et eſt illud, quod poſt declarabitur. ſed iſtud non dicitur eſſe quieſcens, niſi æquiuoce. *Primus motor nõ eſt qeſcẽs, niſi æquiuoce.* Et propinquitas iſtius moti ad quædam quandoq;, & remotio eius à quibuſdam qñq; eſt cauſa tertiæ diuiſionis, ſ. vt quędam moueantur qñq;, & quieſcant quandoq;. Sed in hoc tractatu vult perſcrutari à principio de iſtis propoſitionibus, & complere ſermonẽ de hoc cõi. Et quaſi illa, quæ generaliter prædixit, vult modo diſtinguere, & determinare. & poſuit principium perſcrutationis de hoc in hac diuiſione, in qua diuiſit entia in ſeptem.

Dicere igit̃ omnia quieſcere, & huius rõnem quærere, dimittẽtes ſenſum, infirmitas quędam eſt intellectus. & de toto aliquo, ſed non de parte ambiguitas eſt. neq; ſolum cõtra Phyſicum, ſed ad omnes ſcientias (vt ita dicam) & omnes opiniones, ꝓpterea φ motu vtuntur omnes. Amplius autem de prin- *Quærere rõnẽ, & dimittere ſenſum īfirmitas quędam eſt intellectus.*

cipijs inſtantiæ, vt in ijs, quę circa Mathemata ſunt, rationibus nihil ſunt ad Mathematicum, ſimiliter autem & in alijs, ſic neq; de eo quod nunc dictum eſt, ad Phyſicum. ſuppoſitio.n.eſt ꝙ natura principium motus eſt.

Dicere autem omnia eſſe quieſcentia, & quęrere rationem ſuper hoc, et dimittere teſtimonium ſenſus in hoc, eſt debilitatio diſcretionis. et dubitatio in hoc eſt in toto, non in parte. & hoc etiam non ſolummodo contradicit ſcientiæ Naturali, ſed & oībus ſcientijs, & omnibus opinionibus. omnia enim iſta vtuntur motu. Et etiam, quemadmodū negare principia in Mathematicis, non eſt contradicere Mathematico, & ſimiliter in alijs ſciētijs, & ſimiliter negare hoc, quod diximus modo, non eſt contradicere Naturali. fundamentum enim poſitum eſt ei, quòd natura principium motus eſt.

22 Cum numerauit illos modos, vult modo declarare quis eorum eſt manifeſtę deſtructionis, & quis non, et incœpit à modo, qui eſt valde improbabilis, & eſt dicens ꝙ oēs res ſunt quieſcentes. iſte.n. ſermo valde cōtradicit ſenſui, & iſte ſermo eſt ſermo Zenonis. Et dixit Dicere autem omnia eſſe quieſcentia, &c.i. & qui ponit hoc, facit opinionem vincere ſenſum. apparet.n. ſenſui plures res moueri, & motum eē. & q facit hoc, ſ. qui quærit rationes, quibus deſtruat illud, quod apparet ſenſui, eſt debilis diſcretionis. Verę.n. concluſiones non declarantur, niſi à propoſitionibus, & propoſitiones à ſenſu: et experimentum ſermonum verorum non eſt, niſi vt conueniat ſenſatis, non econuerſo, ſicut iſti faciunt. Et, cū poſuit quomodo iſta opinio eſt cōtra naturā, & ꝙ cauſa poſitionis illius eſt debilitas capitis, qa facit vincere res apparentes res ſenſibiles, aut ſermones ſophiſticos accidentales in res ſenſibiles veras, incœpit notificare locū, in quo eſt dubitatio in hac intentione, & dixit & dubitatio in hoc, &c.i. & dubitatio de motu eſt i omnibus entibus, quoniam omnia entia mouentur. & qui dubitat de motu dubitat de pncipio motus. &, ſi de principio dubitat, dubitat de omnibus entibus. Et, cum dixit ꝙ iſta propoſitio eſt extra naturam, incœpit declarare ꝙ iſta opinio cum hoc eſt extranea à fundamentis naturalibus, & nō naturalibus, & ꝙ eſt in fine improbabilitatis, et cum hoc non debet Naturalis cōtradicere ei. Naturalis.n. non debet contradicere ei, qui negat ſua principia. hoc.n. debet facere primus Philoſophus, aut Dialeticus. Et iam dixit hoc in primo tractatu huius. Et dixit & hæc non eſt ſolummodo contradictio ſcientiæ naturalis, &c. & intendit p oēs ſciētias, ſcientias voluntarias, & artes mechanicas. oēs.n. iſtæ vtuntur motu: &, cum motus deſtruitur, deſtruuntur omnia iſta. Et, cum dixit improbabilitatem, quæ eſt in hoc ſermone, incœpit declarare ꝙ non eſt de numero opinionū falſarum, quas Naturalē oportet deſtruere, qm̄ nō eſt cōtradictio eſſentialis, & dixit & etiā queadmodum negare pncipia, &c. qm̄, cum vnū principiorū, quæ ponit artifex huius ſciæ eſt motum eſſe: & nullus artifex alicuius ſciæ, ſm ꝙ eſt artifex illius, debet cōtradicere ei, q negat principia illius ſciæ, vt declaratū eſt in poſterioribus, v.g. ꝙ Mathematicus nō debet cōtradicere ei, qui negat aliquod pricipium mathematicum, vt magnitudines diuidi in infinitum, aut punctum eſſe, & ſic in alia ſcientia, manifeſtum ꝙ Naturalis nō debet cōtradicere ei, qui negat motum eſſe. D.d. fundamētum.n. poſitum, &c.i. & motum eſſe eſt principium in hac arte. quia qui negat motum, negat naturā. dictum.n. eſt in definitione naturæ ipſam eē principium motus, & quietis: & qui negat naturam, negat naturalia. & qui negat ſubiectum alicuius artis, nullum habet ſermonem cum eo artifex illius artis, cum non habeat principia, per quæ loquatur cum eo: quia negat principia, ex quibus fundantur contradictiones negationis ſubiecti.

Verę concl'ones ñ declarant, niſi a ppōibus, & ppōnes a ſē ſu: & experimentū ſermonum verorū non ē, niſi vt conueniant ſenſatis, & ñ econuerſo. Idem.1.Cœ. c.22. &.3. de Ala. c.7.

Primi Philoſophi, aut Dialetici eſt cōtradicere negantibus pricipia. Idē 1.Ph.t. c.8. &.3. Cœ. c. 4. Idē hic infra cō.25.

Qui negat ſubiectum alicuius artis, nullus habet ſermonē cū eo artifex illius artis.

Ferè autē & omnia dicere moueri falſum quidem eſt, minus autem hoc præter methodum. poſita.n. eſt natura in naturalibus principium ſicuti motus, et quietis: tamen phyſicum magis eſt motus. Et dicunt quidam moueri eorum, quæ ſunt, non aliqua quidē, alia vero nō, ſed omnia, & ſemper, ſed latere hoc noſtrum ſenſum. Ad quos, quāuis non determinent, quo motu dicant, an omnibus, non eſt difficile occurrere. neq;.n. augeri, neque minui poſſibile eſt continue, ſed eſt & mediū. Eſt autem ſiſis ratio illi, quæ eſt de eo, quod eſt guttam conterere, & enaſcentia lapides diſcindere. non.n. ſi tm̄ expulit, aut remouit gutta, & dimidium in dimidio tempore prius. ſed vt nauis tractio, ita & guttæ tot tantum mouent: pars autem illarum in nullo tempore tantum. diuiditur.n. quod remotū eſt in plura, ſed nihil eorum motum eſt ſeorſum, ſed ſimul. Manifeſtum eſt igitur ꝙ non eſt neceſſariū ſemper aliquid abire, quia diuiditur ipſa diminutio in infinita, ſed totum aliqn̄ abire. Siſr autem & in alteratione qualibet. non.n. ſi partibile eſt in infinitū id, quod alteratur, ob id et alteratio, ſed ſimul vniuerſa fit ſæpe, ſicut congelatio. Amplius, cum ægrotauerit aliquis, neceſſe eſt tempus fieri, in quo ſanabitur, & non in termino temporis mutari. neceſſe eſt autem in ſanitatē mutari, & in aliud nihil. Quare dicere continue alterari valde manifeſtis eſt aduerſari. in contrarium enim alteratio eſt. Atque lapis neq; durior fit, neque mollior.

Nec augeri, nec minui poſſ. eſt continue, ſed eſt & medium. Vide contr. Zin.

Et ferè ſermo, dicens etiam ꝙ omnia mouentur, eſt falſus, ſed minus extra naturā. natura.n. eſt in rebus naturalibus principium quietis, ſicut & motus. et ſecundū hunc modum non eſt res naturalis. Sed quidam dixerunt ꝙ entia mota nō ſunt quædam, & quædam non mota, ſed omnia mouentur, & motus eorum eſt ſemper, ſed hoc etiam abſconditum eſt à noſtro ſenſu. Et iſti homines, & ſi non determinant quem motum intendant, aut ſi intendunt omnes motus, tamen nō eſt difficile cōtradicere eis. impoſſibile eſt enim aliquid augeri, aut diminui ſemper: ſed inter ea eſt medium, ſ. illud, ad quod peruenit augmentum, et à quo incœpit diminutio. Et iſte

ſermo

ſermo eſt ſimilis ei, quod dicitur de diſtillatione ſuper lapides, & diuiſioni lapidis à planta poſita. eſt enim quæſtio ſimilis prædictæ. Si igitur nos diſſoluerimus iſtam quæſtionem, ſtatim diſſoluemus hanc quæſtionem, in qua ſumus. & bonus verificator dixit ꝙ diſtillatio continua perforat lapidem. Quærendum eſt igitͬ, ſi acciderit vt lapis perforetur hoc modo à centum guttis diſtillatis. non enim eſt neceſſe, ſi guttę cadentes faciunt aliquam quantitatem, vt medium fiat in medio illius. ſed ita eſt de guttis, ſicut de motu nauis, ſ. ꝙ aliquātulum guttarum mouet aliquā quantitatem. pars enim illarum non mouet tempore omnino illam quantitatem. illud.n. quod diuiditur per diſtillationem, diuiditur in multas partes. ſed nulla illarum partiū mouetur per ſe, ſed inſimul mouentur. Manifeſtum eſt igitur ꝙ nō eſt neceſſe ex hoc, ꝙ diminutio diuiditur in infinitum, ꝙ ex diminuto recedat ſemper aliquid, ſed forte recedet ipſum totum. Et ſm hunc modum eſt curſus de alteratione etiam, quæcunq; alteratio ſit. quoniam nō eſt neceſſe, ſi alteratum diuiditur in infinitū, vt propter hoc diuidatur etiā alteratio in infinitum, ſed multotiens erit ſubito, ſicut eſt congelatio. Et etiam proceſſus infirmi ad ſanitatem debet eſſe in tempore. & non erit tranſmutatio eius in extremo tēporis. & tranſmutatio eius erit ad ſanitatem, non ad aliud. Sermo igitur dicentis in habente hanc diſpoſitionem, ꝙ ſemp̱ alteratur, eſt dubitatio in eo, quod eſt valde manifeſtum. alteratio.n. nō eſt niſi ad cōtrariū. Et ēt lapis non fit magis durus, & magis mollis q̄ ſit.

23 Cum declarauit improbabilitatem, quæ eſt in ſermooe dicentis ꝙ omnia quieſcunt, & ꝙ dicens hoc negat principia Naturalium, incœpit etiam declarare errorem dicentis ꝙ omnia mouentur, et dixit Et ferè ſermo, &c. i. & dicere etiam ꝙ omnia mouentur, et oegare quietē in entibus naturalibus eſt falſum, ſicut eſt falſum dicere ꝙ omnia quieſcunt, ſed minus extraneum à via naturali: & ideo dixit Et ferè. i. ferè eſt æqualis ei in falſitate. D. incœpit declarare quomodo conueniunt iſta opinio, & prædicta in hoc, ꝙ oon debet contradici à Naturali, & dixit oatura enim, &c. i. et cauſa i hoc, ꝙ ſermo dicentis ꝙ omoia mouentur, eſt ſermo ooo naturalis, ſicut ſermo dicentis ꝙ omnia quieſcunt, eſt quia [a] Naturalis ponit naturā eſſe quaſi pro fundamēto: & dictum eſt in definitione naturæ ꝙ eſt principiū quietis, ſicut motus. quia igitur quies, & motus accipiunt in definitione naturæ, ideo pooere quietem, & motum eſſe eſt fundamentum naturale: & Naturalis nō habet propoſitiones, per quas poſſit cōtradicere negantibus alterum iſtorum. Dicere autem ꝙ oīa mouentur eſt ſufficientius q̄ dicere ꝙ omnia qeſcunt. [b] qa motus apud nos eſt manifeſtior quiete: quies.n. eſt priuatio, & motus eſt habitus. Et ſimiliter illi, qui fingunt ꝙ omnia mouētur, poſſuot habere aliquam rationem: & eſt, qm̄ quemadmodum ſunt hic res motæ, quæ oon apparent moueri, niſi in longo tēpore, ſed exiſtimantur quieſcere, ita oon eſt remotum in rebus, quæ exiſtimanͭ quieſcere vt apparet motus earum in temporibus, i quibus pertranſeunt multæ vitæ humanæ. Et hoc intendebat cum dixit Sed quidam dicunt, &c. Et, cum dixit hāc opinioOem, & rationem iſtorum hominū, dixit Et iſti homines, &c. i. & iſti homines, & ſi noo determinant qui motus abſcondunduntur à ſenſu, ita ꝙ non cōprehenduntur ab ipſo propter tarditatem eorum, vtrum ſint quædam genera motuū, aut omoia, tamen ooo eſt difficile cootradicere eis. Et dixit hoc, vt reputo, quia iſta dubitatio in motibus augmentationis, & alterationis eſt fortior. exiſtimatur enim quòd iſti motus ſunt continui: ſed cootinuatio eorum latet ſenſus. Et ideo poſuit cootradictionem eorum in his duobus generibus, & dixit impoſſibile eſt enim, &c. ideſt. & impoſſibile eſt vt aliquis fingat ꝙ motus cootrarij cōtinuantur adinuicem: immo inter quoslibet duos motus contrarios eſt medium quieſceos: & eſt illud, ad quod peruenit alter duorum motuum contrariorum, & ex quo incœpit reliquus motus. qm̄ inter augmentum, & diminutiooem eſt medium: et eſt illud, ad quod peruenit augmentum, & ex quo incœpit diminutio. Et, cum dixit iſtam contradictiooem, incœpit etiā dicere ꝙ iſta opinio eſt ſiſis opinioni ponentis ꝙ res, quę ſunt agentes, aut exiſtentes in potentia, ſunt agentes in actu, aut exiſtentes. quieſcens enim io actu eſt motum in potentia: & deceptio in hoc eſt de genere deceptionis in hoc alio. Qui igitur poſuerit quòd illud, quod eſt in potentia, eſt illud, quod eſt in actu, & nō diſtinxerit inter ea, ponit ꝙ omnes res ſemper mouentur. Et, quia intendit declarare hoc, dixit Et iſte ſermo eſt ſimilis ei, &c. i. et qui dicit ꝙ omoia apud quietem mouentur, ſed motus eorum latent ſenſum, eſt ſimilis dicēti in diſtillationibus aquæ ſuper lapidem, quòd quælibet gutta aquæ habet operationem exiſtentem in actu in illo lapide. & ſimiliter etiam qui dicit io planta, quæ oritur in lapide, dooec diuidit illum, ꝙ io qualibet parte tēporis, in qua oritur, diuidit partem lapidis, dooec compleatur diuiſio in illo tempore, in quo diuiditur in actu. Et ſecundum hoc, quando aliquid creuerit ſecundum quātitatem digiti in vno anno, augmentabitur etiam in qualibet parte exiſtente in actu partium illius temporis pars exiſtens partium illius digiti io actu, ita, ꝙ digitus diuiditur in partes in actu, quarum oumerus erit, ſicut numerus partium, in quas diuiditur annus. quod eſt impoſſibile. Et, cum narrauit quòd ſermo dicens ꝙ res, quæ apparent moueri poſt quietem in tēpore quietis, mouentur etiam, ſed latent ſenſum, eſt ſimilis ſermoni dicentis, quòd quælibet guttarum aquæ, quæ operantur io lapidem, habent in illa operatione aliquā partem, incœpit narrare corruptionem iſtius ſermonis, & dixit non enim eſt oeceſſe, &c. ideſt non enim eſt neceſſarium, quando voa collectio guttarum operatur in lapide primam operationem, quæ apparet in actu in alio tempore, vt illæ guttæ faciant medietatem illius operationis in medietate illius temporis. Et dixit hoc. quia, ſi operantur in medietate illius temporis, operabuntur in medietate iſtius temporis medietatem illius paſſionis, & in medietate illius medietatis medietatem medietatis, & ſic in infinitum. &, cum ita ſit, tunc non inuenitur illa, niſi poſt deſinētiam paſſionum infinitarum. et iam declaratum eſt hoc eē impoſſibile in Quinto huius. ſcilicet vt factio motus ſequatur eſſentialiter alium motum. & ideo oeceſſe eſt vt prima pars, quæ fit in actu ex motu, partes eius ſint ſimul, vt poſt dicet. Et, cū narrauit ꝙ noo ſequiͭ, ſi cōgregatio guttarū deſcendentiū in illo tp̄e, in quo apparuit paſſio illarum in lapide, facit aliquā paſſionē, quòd non ſequiͭ vt quælibet gutta eam opereͭ in illum lapidē, d. ſed ita eſt

Cōpō duarū opionū adinuicem.

a Nālis ponit naturam eē quaſi pro fundamēto. Idē.2.Ph.c.3.&.1.cō.6. Idem.1.Cœ.cō.5.

b Motus apud nos eſt māifeſtior qete: qes.n. eſt priuatio, & mot⁹ ē habitus. vide ꝑ hoc.4.Phy.c.118.et.120 &.3.de Aīa te.cō.25.

Que illarum opinionū ſit magis ꝟitati ꝓpinqua, & quæ magis erronea.

eſt de guttis, &c. i. ſed ita eſt de guttis, quarum coogregatio operatur in lapide, ſicut de multis hominibus, qui mouẽt nauem. qm̄, ſi quemadmodum vnuſquiſq; enrum ſolus non mouet nauem, & omnes mnuent, ita, ſi congregatio illarum guttarum operatur in lapide, non ſequitur vt quælibet gutta operetur per ſe in lapide. Et hoc intendebat, cum dixit ꝙ aliquantulum, &c. ideſt & quantitas terminata guttarum mouet quantitatem terminatam lapidis, quemadmodum numerus terminatus hominum mouet nauem terminatã. pars autem illarum guttarum nõ mouet in tempore omnino ex illa quantitate aliquid, cuius proportio ad totam paſſiooem ſit ſicut proportio illius partis ad congregationem guttarum operantium in lapide, quemadmodum nno mouet vnus hominum nauem, quam mouebant omnes in tempore omnino. Deinde dixit illud enim, quod diuiditur, &c. i. qm̄ illud, quod diuidiẽ per diſtillatiooem à lapide, ſ. illud, quod receſſit ab eo, diuiditur in multas partes. ſed oon quælibet illarum partiũ receſſit per ſe ab aliqua parte illarum guttarũ: ſed omnes partes recedunt inſimul à cõgregatione guttarum determinatarum. ſequeretur enim vt vnaquæq; partium guttarum perſorantium lapidẽ moueret, ſi quælibet pars partis recedentis recederet à lapide per aliquam partem partium guttarum, &, ſi ita eſſet, tũc recederet aliqua pars lapidis per primam guttam deſceodentem ſuper illum. Et quaſi intẽdit inuenire ꝑ hunc ſermonem ꝙ, licet illa paſſio ſit diuiſibilis, tamen non ſequitur vt quęlibet pars illius paſſionis fiat à quacunque parte guttarum deſcendentium, ſicut poſſet exiſtimari. immo illud, quod fit ex eo ĩ actu, fit ſubito. & hoc intẽdebat, cum dixit ſed inſimul mouenẽ. Et ratio ſuper hoc eſt illud, quod dixit, ſcilicet, quoniam impoſſibile eſt, vt paſſio manifeſta, quæ apparet in multis annis, diuidatur per tẽpus illotum annorum, ita, ꝙ quælibet pars ſenſibilis illius temporis habeat partem ſenſibilem illius paſſionis. & hoc intendebat, cum dixit Manifeſtum eſt igitur, &c. ideſt manifeſtum eſt igitur ꝙ nõ eſt neceſſe, ſi poſuerimus ꝙ diminutio diuiditur in infinitum, ſm ꝙ eſt tranſmutatio in tempore, vt apparuit in Sexto, vt recedat ex diminutn in tempore diminutionis aliquid in actu in infinitum. quoniam ſm hoc contingeret vt nunq̃ diminutum conſumeretur; ſed oos videmus ipſum conſumi ſm totum. Et iotendebat per hoc, ꝙ diuiſio ſm hunc modum eſt finita in tranſmutatione, quæ eſt in quanto, & quali, & in vbi. qm̄ illa diuiſio infinita motus, quę declarata eſt in Sexto, eſt diuiſio in potentia. iſta autem eſt diuiſio in actu. Et, ſi diuiſin infinita eſſet in actu, non inueniretur motus generatus, neq; corruptus. declaratum eſt enim ꝙ id, quod tranſmutatur, tranſmutabatur iam, & quod tranſmutatur, tranſmutatur ſemper. Et intendebat ꝑ totum hoc, ꝙ, ſi paſſio, quæ fit à guttis aquæ, diuideretur in actu, ſm diuiſionem partium guttarum, contingeret vt fieret in actu à quacunq; parte cadente ſuper illum ex guttis aquæ. Sed dicimus ꝙ in paſſione, quæ fit in lapide, eſt quædam pars, quę eſt prima pars facta in actu, & noo fit à quacunq; parte in actu cadente ſuper illum ex guttis, ſed partes in eis terminatæ. &, ſi nõ, tunc quælibet pars moueret quodlibet: & ſimiliter in omni tranſmutatione. Et ſm hunc modum eſt de alteratione, quæcunq; alteratio fit. noo enim eſt neceſſe, ſi alteratum diuiditur in infinitum, vt propter hoc diuidatur etiam alteratio in infinitum, ſ. inquantum fit ab alterante ita, ꝙ, ſi imaginati fuerimus alterans alterare, continget vt illic ſit alteratin, & ſi oñ apparet ſenſui: immo prima pars, quæ fit ex alteratione in actu eſt determinata, & alterans agens ipſum eſt determinatum. Et, ſi prima pars, quæ fit ex trãſmutatione, non eſſet determinata, & agens tranſmutans ipſum non eſſet determinatæ virtutis, tunc nmoia, ſicut illi fingunt, eſſent in continua tranſmutatione, & cõtingeret vt inter duas tranſmutationes ſenſibiles non eſſet quies omnino. D.d. ſed multotiens erit ſubito, ſicut eſt congelatio, ideſt ſed prima pars in actu motuum, qui fiũt, ſiue fuerit tranſmutatio in loco, aut in qualitate, aut in quantitate fit ſubito, ideſt in inſtanti, oon in tempore. &, ſi non, tunc ante tranſmutationem eſſet tranſmutatio, & non inueniretur trãſmutatin noua omnino. Et exiſtimatur, ꝙ totum hoc contradicit ei, qund dictum fuit in Sexto, ſcilicet quòd tranſmutatin non habet partem, quæ ſit prima, ſed nmne, quod tranſmutatur, iam tranſmutabatur. Inanoes autem dubitauit in hoc loco, & expoſitores dubitauerunt in Sexto in alteratione, & dixerunt quòd, ſi prima pars fit in eis ſubito, nnò ſequitur tunc vt alteratio ono habeat primum: & ipſe conceſſit hic quòd prima pars alterationis fit ſubito, Dicamus nos quòd prima pars, quæ fit ex motu, quodammodo eſt in actu, & quodammodo in potentia. Quoniam ſecundum ꝙ illud, quod erit in actu, eſt determinatum, ſecundum hunc modum eſt indiuiſibile. & ſecundum ꝙ motus eſt continuus, eſt diuiſibilis, & non eſt in eo primum naturaliter in actu, niſi quieſceret motum. Cum igitur conſyderauerit illic de motu, ſm ꝙ eſt continuus, dixit qund nõ habet primam partem. &, cum conſyderauerit hic ſecũdum quòd eſt generatus, poſtquam non fuit, & generatum eſt determinatę qoantitatis, dixit quòd habet primum. D.d. Et etiam proceſſus ægri ad ſanitatem, &c. i. & oportet ſecundum ſermonem, dicentem ꝙ omnia mouentur, vt ægritudo tranſmuretur in ſanitatem in tempore ægritudinis, ita, ꝙ in eo exiſtant cõtraria inſimul. omne. n. tranſmutatum tranſmutatur io tempore, non in extremo temporis, ſ. in inſtãti. ſi igitur tempus, in quo æger tranſmutatur ad ſanitatem, oõ fuerit aliud à tempore, in quo tranſmutatur de ſanitate in ægritudinem, continget vt tranſmuretur ad ſanitatem, & infirmitatẽ inſimul. Et ſic cootinget vt io tempore ſanitatis quieſcat in ſanitate, & in tempore ægritudinis quieſcat in ægritudine. &, ſi non, tunc in ſanitate mouebitur ad ſanitatem, & ad ægritudinem. quod eſt impoſſibile. & ſimiliter contingit ꝙ à diſpoſitione ægritudinis moueatur ad ſanitatem. & ideo dixit & tranſmutatio eius erit ad ſanitatem, & oõ ad aliud. ideſt & neceſſe eſt vt res geſcat in eo, ad qund eſt tranſmutatin. &, ſi non, nihil moueretur ad finem. & manifeſtum eſt quòd omnes ſunt à contrarijs ad contraria. D.d. Sermo igitur, &c. i. & intẽdit per valde manifeſtum, illud, cuius deſtructio eſt valde maoifeſta per ſe, et ex prędictis. per ſe autem; quia manifeſtum eſt apud nos hic eſſe res quieſcentes, & motus factos poſt quietem. ex ſermnne vero, quia motus eſt ex contrario in contrarium, & quòd res debent quieſcere in contrarijs, ad quæ mouentur, & ex quibus mouentur. & hoc intendebat, cum dixit alteratin enim, &c. D.d. Et etiam lapis, &c. ideſt ꝙ alteratio, per quam generatur lapis, eſt tranſmutatio proueniens ad rem quieſcentem, & eſt durities. ver. gr. lapis enim impoſſibile eſt vt fiat magis durus, aut magis mollis. Dicamus igitur ꝙ eſt in motu continuo. Et omne hoc negat intellecta prima, & contradicit huic opinioni ſecundum Dialecticam, vt declararet ex eo intentionem, quæ non erat nota: & eſt quòd non eſt hic motus continuus in rei veritate, niſi motus localis, * quia eſt velociſſimus motuum. Et hoc eſt ita. quia illud, quod augmentatur, verbi gratia digitaliter in vno annn, non poſſumus dicere, quòd in qualibet parte temporis demonſtrata inueniamus partem magnitudinis fieri, ſicut accidit hoc in mo-

tu in

Secundum Auer. patet hic dari primũ in motu locali, & in motu alterationis, & augmenti.

Obiectio.

Solo alterũ.

Solo Commẽtatoris.

Quõ in motu datur primum, & quõ non.

Digreſſio.

* Vel qui. Nullus motus pr eſt cõtinuus, niſi motus localis. Idẽ 6. Phy. 91. & 92. & infra.

tur in vbi. Et cauſa in hoc eſt, quia minima partium magnitudinis factarum eſt determinata in intellectu in actu, & quælibet earum fit in inſtanti, cum ſit indiuiſibilis in factione. vnde neceſſe eſt vt iſtę partes nõ continuentur in motu, niſi continuentur inſtantia adinuicem. Et etiam non poſſumus diuidere iſtas partes ſecundum numerum partium temporis ſenſibilium ita, q generatio iſtarum partiũ continuetur per continuationem generationis partium temporis, ĩ quo dicimus rem augeri digitaliter, ſ. vt ſint non diſtinctę abinuicẽ. Non. n. poteſt aliquis fingere hic eſſe partes, quæ fiunt in actu, non diſtinctæ abinuicem, quarum eſſe non cõprehenditur à ſenſu. Terminus. n. entis in actu eſt vt ſit tangibile, cum ſit impoſſibile inuenire corpus non tangibile: & omne tangibilẽ comprehenditur per ſenſum tactus: ergo omne ens in actu eſt * cõprehenſibile. Et, cũ ita ſit, ſicut narrauimus, bene apparet q illud, quod dixit Alfarabius in principio ſui libri de entibus tranſmutabilibus, ſ. q de definitione motus in vniuerſali apparet continuatio, eſt ſermo non verus. Sed non apparet hoc, niſi in motibus localibus, de quibus dicitur hoc nomen motus principaliter. in alijs autẽ motibus, in quibuſdam eſt poſſibile vt appareat continuatio, ſ. vt partes eorum inueniãtur indiſtinctæ abinuicem, & in quibuſdam non apparet hoc, quia partes eorum nõ inueniũtur ſm illum modum. Et ſimiliter illud, quod dicit Alfarabius in prędicamentis de definitione eius, quod eſt agere, & pati, non eſt verum. ex illa enim definitione apparet q omnis actio, & paſſio eſt cõtinua, in quo attribuitur illa res actioni, & paſſioni.

Deſcriptio entis ĩ actu ẽ vt ſit tangibile.

* a. l. tangibile.

De rõne motus non ẽ vt ſit continu⁹. vide. 3. Ph. c. 6.

Et de ipſo ferri mirabile eſt, ſi latuit lapis qui deorſum fertur, aut manẽs in terra. Amplius autem terra, & aliorum vnumquodq; ex neceſſitate manẽt quidẽ in proprijs locis, mouentur aũt violente ex his. Si igitur quædam ipſorũ ſunt in proprijs locis, neceſſe eſt neq; ſm locum omnia moueri. Quod igitur impoſſe ſit aut ſemp omnia moueri, aut ſemper omnia qeſcere, ex his, & alijs ſiſibus crediderit vtiq; aliquis. At vero neq; alia quidẽ cõtingit ſemper quieſcere, alia vero ſemper moueri: aliquando autem quieſcere, & aliqñ moueri nihil. Dicẽdum eſt autem q impoſſe ſit, quemadmodũ & in dictis prius, & in his. videmus. n. in eiſdẽ fieri dictas mutationes. Et ad hęc, quia aduerſatur manifeſtis q contendit. neq;. n. augmentatio, neq; violentus erit motus, ſi non mouebiť pter naturã quieſcens prius. Gñationem igiť aufert, & corruptionẽ hic ſermo. fere aũt & ipſum moueri, fieri qppiã, & corrũpi vř omnibus. in quod enim mutať, fit hoc, aut in hoc. ex quo autem mutatur corrumpitur hoc, aut hinc.

Et mirum eſt etiam vt lapis in ſuo motu tradatur ignorantiæ in ſuo deſcenſu ad inferius, aut in ſua quiete ſuper terram, ita q non percipiatur. Et etiã terra, & vnaquęq; aliarũ rerum ſunt qeſcẽtes in ſuis locis proprijs, & mobiles ab eis violente. Si ergo quædã res ſunt in ſuis locis proprijs, ſequitur vt nõ omnia moueanť. Ex iſtis igitur, et alijs ſimilibus creditur q impoſſe eſt vt omnia moueantur ſemper, aut vt omnia quieſcant ſemp. Neq; etiam eſt poſſe vt quędam ſint ſemp qeſcẽtia, & quędã ſemp mota, ita, q nulla res moueať qñq;, & quieſcat qñq;. Et dicendũ eſt, in deſtruẽdo hoc, illud, quod diximus in deſtruẽdo illud, quod fuit ante dictum. inuenimus enim modos tranſmutationis, quos prædiximus, fieri in eiſdem rebus. Et cum hoc, q dubitat in hoc non contradicit, niſi rebus manifeſtis. qm̃, ſi non mouetur extra ſuã naturã, & ante erat qeſcens, non erit hic augmentũ, nec motus violẽtus. Iſte igiť ſermo deſtruit gñationem, & corruptionẽ. & fere deſtruit motũ etiam. oẽs. n. homines opinabantur q gñatio, et corruptio cuiuſlibet rei eſt motus. illud. n. ad quod tranſmutať aliquid ipſum generatur, aut id in eo. & illud, ex quo tranſmutatur, ipſum corrumpitur, aut ex illo.

Cum deſtruxit ſermonem dicentem q omnia moueantur, qui eſt ſimilis ſermoni dicentium q quælibet guttarum facientium aliquam paſſionem in lapide habet aliquam paſſionem exiſtentem in actu, ſed nõ comprehenditur à ſenſu, & contradicit huic ſermoni ſm poſſe, & deſtruxit ipſum etiam ex hoc, q motus perueniunt ad contraria, in quibus debent quieſcere, & q, ſi hoc non eſſet, oporteret vt eadem res moueretur duobus motibus contrarijs inſimul, & cõtradixit etiam ei tertia contradictione: qm̃ plures qualitates tranſmutabiles videntur non recipere magis & minus: vnde neceſſe eſt quòd illud quieſcat, quando peruenerit ad eas: incœpit notificare impoſſibilitatem, & improbabilitatem, et dixit Et mirum eſt, &c. i. et qui dicit q quieſcens exiſtimatur moueri, & motum exiſtimať quieſcere, contingit ei vt nullam certitudinem habeamus in motu eius, quod mouetur, aut in quiete eius, quod qeſcit, ſed oẽ, quod ſentimus moueri, põt eſſe eorum, q̃ qeſcũt, & oẽ, quod ſentimus qeſcere, põt eẽ eorũ, quæ moueni: & ſic, qñ ſentimus lapidẽ moueri de ſuperiori ad inferius, nõ hẽmus certitudinẽ in hoc, q moueť, ſed forte non pcipimus quietem illius: & ẽt, qñ ſenſerimus ipſum qeſcere iferius, nõ habemus certitudinẽ in hoc, quòd quieſcit, qm̃ forte mouetur. D. induxit quintam rationem, & dixit Et etiam terra, &c. ideſt & etiã manifeſtum eſt per ſe q nos videmus terram, & alia elementa, ſ. aquam, & aerem moueri ad ſua loca propria, & moueri, & quieſcere in eis naturaliter. &, ſi mouentur ab eis, non mouentur niſi violente non naturaliter. Et, cum notum ſit q quædam rerum quieſcunt naturaliter in ſuis locis proprijs, & q mouentur ab eis violente, & q iſte motus eſt contrarius quieti, neceſſe eſt vt non omnia moueantur. D. d. Ex iſtis igiť, & alijs ſimilibus, &c. &, quia iſta, per quæ contradicit ſermoni dicenti omnia moueri, & ſermoni dicenti omnia qeſcere, ſunt eadem cum eis, per quæ cõtradicitur ſermoni dicenti omnia diuidi in duas partes, quarum altera ſemp quieſcit, & reliqua ſemper mouetur, dicit ex iſtis igitur, & alijs ſimilibus, &c. apparet enim hic eſſe plura, quæ mouentur quandoq;, & quieſcunt quandoq;. & iſte ſermo poteſt cõtradici etiam per illas contradictiones prædictas, ſ. ſermo dicẽtis q quædam pars entium ſemper mouetur, & reliqua pars ſemper quieſcit, quia dicens hoc negat quietem, quæ apparet in quibuſdam entibus qñq;, & motum quãdoq;. iſta enim, quæ 24

Pſes qualitates tranſmutabiles viď nõ recipere magis, et min⁹. Sed vide oppoſitã. 5. ph. cõm. 19. & 22. et. decimo me. c. 23 Vide contr. Zim.

nos ſentimus moueri qñq;, et quieſcere quãdoq;, neceſſe eſt vt ponat dicens hunc ſermonem in alteram duarum partium, in quas diuidit omnia entia, ſ. q neceſſe eſt ei opinari ipſa eſſe in eis, quæ quieſcunt ſemper, aut in eis, quæ mouentur ſemper, aut quædam in iſtis, & quędam in illis. et quocũq; modo ſit, ponit hic eſſe res, quæ videntur moueri, & in rei veritate quieſcunt: & videntur quieſcere, & in rei veritate mouentur. qm̃, ſi iſtam partem entium, q̃ mouentur quandoq;, & quieſcunt quandoq;, numerauit in eis, quæ mouentur ſemper, ponit q quieſcentium ſunt quædam, quæ apparẽt quieſcere, et mouentur in tempore quietis apparentis. &, ſi poſitum fuerit ipſum eſſe ex quieſcentibus, tunc ponitur q quieſcentium ſunt quædam, quæ apparent moueri, tamen quieſcunt: et ſimiliter, ſi fuerit poſitum, q quædam ſunt in quieſcentibus, & quædam in mobilibus, tunc ponitur vtrunq;. Et omnia iſta vniuerſaliter ſunt poſitiones ſophiſticæ. Nullam enim rationem poteſt dicere dicẽns hunc ſermonem, niſi aſſimilauerit ſenſibilia vera ſenſibilibus falſis. & eſt primum principiorum Sophiſtarum, qui negant ſcientiam, & q nullum verum comprehenditur, ſicut dixit Epicurus, & alij. Quomodo autem mutabuntur contradictiones dictæ in duobus modis vniuerſalibus contrarijs ad ſermonem, qui eſt inter illos duos modos, dicentem q quædam entia quieſcunt ſemper, & quędã mouentur ſemper, non eſt difficile ei, qui voluerit conſyderare in hoc aliquantulum. Quod enim eſt vniuerſale ex illis contradictionibus prædictis poteſt aliquis dicere ex eo huic opinioni particulari. & quod eſt ex eis particulare, non poteſt aliquis ex eo contradicere huic opinioni, ver. grã, quoniã contradictio, dicẽs q, ſi omnia mouentur, ſequitur vt terra moueatur ſemper in ſuo loco proprio, non contradicit huic opinioni, quia eſt particularis. & iſta opinio eſt particularis. Contradictio autem dicens q motus ſunt in cõtrarijs inſimul, ſi ſunt hic res, quæ mouentur ſemper, eſt ſermo cõmunis ad deſtruendum ſermonem dicentis q omnia mouentur, & ſermonem dicentis q illa, quæ exiſtimantur quieſcere quandoq;, & moueri quandoq;, ſunt ſemper mota. & hoc intendebat, cũ dixit Et dicendũ eſt in deſtruendo hoc, &c. D. d. inuenimus enim modos trãſmutationis. i. & ſenſus contradicit iſtis tribus opinionibus, ſcilicet dicentibus omnia quieſcere, aut oĩa moueri: aut quædam moueri ſemper, & quędam quieſcere ſemper. nos enim inuenimus ſenſu q modi trium motuum fuerint in eadem re, poſtquam non fuerint. inuenimus enim aliquid moueri in loco, poſtq̃ non mouebatur, & alterari, poſtq̃ non alterabatur, & augmentari, poſtq̃ non augmentabatur. D. d. Et cum hoc, qui dubitat in hoc, &c. i. qm̃, ſi hic non fuerint res, quæ mouentur quandoq;, & quieſcunt quandoq;, nihil erit hic, quod moueatur extra ſuam naturam, ſ. violente. quod enim mouetur violente, non mouetur, niſi quies ſit ei naturalis: & ſimiliter non erit hic etiam augmentum, poſtq̃ nõ erat. Deinde d. Iſte igitur ſermo deſtruit generationem, & corruptionem. i. ſermo dicentis q nihil mouetur quandoq;, & quieſcit quandoq;. Et dixit et ferè deſtruit motum. qm̃, cum generatio fuerit, erunt alij motus: & quaſi eſt finis eorum. & qui deſtruit finem, ferè deſtruit ea, quæ ſunt ante finem. aut; quia in alijs motibus inuenitur generatio, & corruptio. & ideo dixit omnes enim homines opinantur, &c. Et cum d. q omnis generatio, & omnis corruptio eſt motus, dedit cauſam in hoc, & dixit illud enim, ad quod tranſmutatur aliquid, etc. i. et generatio eſt cum motu, & corruptio eſt cũ motu. quia omnis tranſmutatio eſt de aliquo i aliquid: & trãſmutatio rei ad illud, ad quod tranſmutatur, eſt generatio illius rei: & tranſmutatio eius ex illo, in quo erat, eſt corruptio illius rei. ver. grã, q tranſmutatio rei ex albedine in nigredinem eſt corruptio albedinis, & generatio nigredinis. D. d. illud enim, ad quod tranſmutat̃, &c. et dixit hoc, quia tranſmutationum quædam eſt in vbi, & quædam in quale. Illud enim, ad quod eſt trãſmutatio in qualitate, ipſum erit tranſmutatum. verbi gratia q illud, quod tranſmutatur ex albedine in nigredinem erit nigrum. illud autem, quod tranſmutatur de vbi in vbi, nõ erit vbi, ſed in vbi. Et hoc eſt ita. quia tranſmutabilium quædã diſponuntur ſimpliciter, & quædam ſecundum ad aliqd. & ideo dixit & illud, ad quod eſt tranſmutatio, aut erit ipſum, aut in eo. Deinde d. & illud, ex quo eſt tranſmutatio, &c. ideſt et illud, ex quo eſt tranſmutatio, aut corrumpetur in ſe. ideſt in ſubſtãtia illius, aut in aliqua diſpoſitione ſuarum diſpoſitionum. verbi gratia quando tranſmutatio fuerit de quali in quale: aut corrumpetur in ſuo vbi, ex quo tranſmutatur, quando tranſmutatio fuerit in loco.

Primũ principiũ Sophiſtarũ ẽ aſſimilare ſenſibilia vera ſenſibilibus falſis.

Nihil mouetur violẽte, niſi qes ſit ei naturalis.

Gñatio eſt finis motus. Idem. 6. Ph. 12.

Qui deſtruit finẽ, deſtruit ea, quæ ſunt ante finem.

Illud, qđ trãſmutatur de vbi in vbi, nõ ẽ vbi, ſed in vbi.

Quare manifeſtum eſt q alia quidem mouentur, alia vero quieſcunt. cenſere autẽ omnia aliquando quidem quieſcere, aliquando vero moueri, hoc iam coniungendum eſt ad olim dictas rationes. Principium autem rurſus idem faciendum eſt à nunc determinatis, à quo quidem incœpimus prius.

Declaratum eſt igitur ex hoc q quædam res forte mouentur, & quædam forte quieſcunt. Dicere autem q omnia quandoq; mouentur, & quandoq; quieſcunt oportet modo habere ſolicitudinem de ipſo ſecundum ſermones prædictos: & ponere principium illius etiam de illis intentionibus, quos modò determinauimus, ſcilicet illud idem principium, à quo incœpimus prius.

Cum narrauit q principium perſcrutationis naturalis de motus depoſitione in hac intentione eſt conſyderare de ipſo in oĩbus entibus, numerando primo oẽs modos diuiſionis in entibus ſm̃ conſyderationem motus, & quietis in eis, & nouitatis, & antiquitatis, incœpit primo, & determinauit illas diuiſiones. Deinde cõtradixit ex eis opinionibus improbabilibus. Deinde reuertetur ad id, quod primo intendit de perſcrutatione: poſtq̃ fecit rememorationem de illo, quod declaratum eſt de contradictione Antiquorũ in illis opinionibus. Et dixit Declaratũ eſt igitur ex hoc, &c. et hoc, quod dixit, manifeſtum eſt. & non contradixit eis, ſicut diximus, niſi ad confirmãdum ſermonem ſm̃ Dialecticam: qm̃ hoc non eſt proprium huic arti. D. dixit Dicere aũt q oĩa qñq; mouẽtur, &c. i. qm̃ hoc eſt ignotum naturaliter: & eſt illud, ex quo oportet perſcrutari, & hr̃e ſolicitudinẽ circa ipſum: & eſt vtrum oĩa entia naturalia mouentur qñq;, et quieſcunt qñq;. aut inuenitur in eis aliquid, quod ſemper mouetur, aut ſemp quieſcit. Qm̃ hoc, q quædam quieſcunt qñq;, & mouentur qñq;, eſt manifeſtum per ſe. ſed eſt quærẽdum vtrum hoc, quod apparet i parte, eſt poſſibile in toto, aut impoſſe. Deinde dixit & habere ſolicitudinẽ, &c. ideſt, & perſcrutari de eo per illa principia, quæ declarata ſunt ſuperius. & innuit ea, quæ declarata ſunt in Quinto, Sexto, & Septimo de motu. Deĩde dixit & ponere prin^m^ illius, &c. i. ex illa diuiſione determinante diſpoſitiones entium in motu & quiete. &, cum dixit hoc, incœpit iterare illam diuiſionem. 25

Vide ſupra cõ. 22.

Aut

Aut enim omnia quieſcūt, aut omnia mouētur, aut eorū, quæ ſunt, hæc qdem qeſcūt, hæc aūt mouentur. Et ſi eorū, quæ ſunt, alia qdē qeſcunt, alia vero mouēr̄, neceſſe eſt aut oīa aliqn̄ qdē qeſcere, aliqn̄ vero moueri: aut ipſorū quædā qdem ſemp̄ quieſcere, alia vero ſemper moueri, alia autem aliqn̄ quidem quieſcere, aliqn̄ vero moueri. Quod igitur non poſſibile ſit omnia quieſcere dictum qdē eſt, et prius: dicamus autem & nunc. Et ſi enim ſm̄ ueritatem ſic ſe habet, ſicut quidam dicunt, eſſe id, quod eſt infinitum, & immobile, attamen nō videtur aliquid ſm̄ ſenſum, ſed mouētur multa eorum, quæ ſunt. Si igiť ſit opinio falſa, aut oīno opinio, & motus ē. & ſi imaginatio ſit, & ſi aliqn̄ quidem ſic videatur eſſe, aliqn̄ autem aliter. imaginatio.n. & opinio motus quidam eſſe videntur. Sed de hoc quidem cōſyderare, & quærere rationem eorum, quæ melius habemus, q̄ ſi ratiōe indigeremus, male iudicare eſt id, quod melius eſt & peius, & credibile & non credibile, & principium & non principium. Similiter autē impoſſibile eſt & oīa moueri, aut alia quidem ſemper moueri, alia vero ſemp̄ quieſcere. Ad omnia enim hæc ſufficiens eſt vna fides. videmus enim quædam aliquādo quidem moueri, aliquādo autem quieſcere. Quare manifeſtum eſt, ꝙ impoſſibile ſit ſimiliter omnia quieſcere, & omnia moueri continue, ✱ eò ꝙ alia quidem ſemper mouētur, alia vero quieſcunt ſemper.

Imaginatio, & opio motus, qdā videnť eſſe.

✱ a.l.&.

Dicamus igitur ꝙ omnia entia, aut erunt quieſcentia, aut omnia mota, aut quædā qeſcentia, & quædam mota. Si igitur quædam ſunt quieſcentia, & quædam mota, neceſſe eſt, aut vt omnia qn̄q; quieſcāt, & qn̄q; moueantur: aut vt quædam quieſcant ſemp̄, & quædam moueantur ſemp̄, & vt quædā qn̄q; qeſcant, & qn̄q; moueanť. Qm̄ autem impoſſibile eſt, vt omnia entia ſint quieſcentia, iam dictum eſt ſuperius: & nos dicemus etiā ipſum nunc. Qm̄, ſi in rei veritate eſſet, ſicut quidam dicunt, ꝙ totum ens eſt infinitum, & non motū, ſed tñ hoc nō apparet ſenſui. ſed videmus ſenſu ꝙ plures rerum entiū mouentur. Si igitur ſit hic exiſtimatio falſa, & vl'r exiſtimatio, erit hic motus. & ſimil'r, ſi fuerit hic imaginatio, &, ſi fuerit hic exiſtimatio qn̄q;, quod res eſt talis diſpoſitionis, & qn̄q; econtrario. exiſtimatio enim, & imaginatio exiſtimantur eſſe motus. Sed perſcrutari de hoc, & quærere rōnem in eo, cuius ſcientia apud nos eſt ita firma, ꝙ non indiget rōne, eſt de opere eius, qui non poteſt diſtinguere inter nobilius & ignobilius, & inter certū & incertū, & inter principiū, & illud, qđ nō eſt principiū. Et ſm̄ hūc modū impoſſibile eſt ēt vt oīa entia moueanť, aut q̄dā moueantur ſemp̄, quædam quieſcant ſemp̄. Quod enim ſufficit in contradicendo totum hoc vl'r eſt vnum certum. & eſt, qm̄ quædā entia videnť moueri quandoq;, & quieſcere quandoq;. Manifeſtum eſt igitur ꝙ impoſſibile eſt vt quędam quieſcant ſemper, & quędam moueātur ſemper, quemadmodum apparuit ꝙ impoſſibile eſt vt omnia qeſcāt ſemper, aut vt omnia moueātur ſemper.

Iſta diuiſio, quam hic incœpit dicere, iam prædicta eſt. & ipſe tacuit duo conduuidētia: Quorum vnum eſt vt omnia entia ſint duobus modis, modus, qui ſemper mouetur, & modus, qui qn̄q; mouetur, & qn̄q; quieſcit: Altera aūt pars eſt, vt quædam quieſcant ſemper, & quædam alia moueantur qn̄q;, & quieſcant qn̄q;. Verūtamē, ſicut diximus, ſufficit in perſcrutatione de his duobus modis perſcrutatio de modo, dicente quòd quædam moueňt ſemper, & quędam quieſcunt ſemp̄, & quædam faciunt vtrunq;: qm̄, cum declarauit hunc modum eſſe, deſtruentur iſti duo modi eſſe. Et, cum induxit prędictas diuiſiones, quas prius induxerat ſm̄ modum, quem determinauimus, incœpit dicere illud, quod dr̄ de eis prius, & vult addere in contradictione eorum alia, quę prius non dixerat, & dixit Qm̄ autem impoſſibile eſt, &c.i. & dictū eſt quid exiſtit in eis de errore, & modo erit dictum. D.d. Qm̄, ſi in rei veritate eſſet, &c.i. qm̄, & ſi ratiocinatio dicentis motū non eſſe eſt ſimilis ratiocinationi, quæ dr̄ in rei veritate ꝓpter difficultatem ſuę diſſolutionis: & eſt dicens ꝙ ens non mouetur, quia opinatur ꝙ ens eſt infinitum: & ꝙ infinitum impoſſibile eſt vt moueatur, quia nō habet locum, in quo moueatur, vt narrauit in primo iſtius libri de Meliſſo: tñ ratio iſta eſt contraria ſenſui. Et hoc intendebat, cū dixit ſed tñ hoc non apparet ſenſui, &c. ideſt ꝙ iſta opinio contradicit ſenſui. & omnis opinio, cui contradicit ſenſus, non eſt bona opinio. Apparet enim hic res, quæ mouentur in rei veritate: & iudicat ſenſus præciſe eas moueri in rei veritate propter cōgregationē qn̄q; ſenſuū in teſtimonio econtrario ei, quod apparet viſui, ꝙ aliqua apparent moueri ſed non mouentur. Et ideo opinandum eſt ꝙ quædam ſenſibilia ſunt, quæ ꝑciſe iudicantur eſſe vera, & quædam ſunt, quæ ꝑciſe iudicantur eſſe falſa, licet ſentiantur, vt apparēt in deceptionibus viſus, & quædam ſunt ignota, donec ſurgat demōſtratio, ſicut apparet de paruitate corporis ſolis. qui enim neſcit demōſtrationem de magnitudine illius dubitat, & dicit qm̄ hoc forte erit propter remotionem, & forte eſt in rei veritate. Deinde induxit demonſtrationem, quam non induxit prius, & eſt de genere contradictionum falſarū opinionū, ſicut ſermo dicentis nihil comprehenditur, ex quo ſequitur aliquod comprehendi. Et dixit Si igitur ſit hic exiſtimatio falſa, &c.i. & ponens hanc opinionē non poteſt euadere, quin ponat aliquid moueri. Exiſtimare enim hic nihil moueri, eſt exiſtimare poſtq̄ non fuerit: & exiſtimare motum eſſe, eſt falſum apud eos: & falſum poteſt tranſmutari ad verum. &, ſi fuerit exiſtimatio aliqua falſa, aut vera, poſtq̄ non fuit, erit motus. qm̄ eſſe hanc exiſtimationem eſt generatio: & oīs generatio eſt motus, aut ſequens motum. D.d. & ſimiliter, ſi fuerit hic imaginatio, i. & ſequitur eſſe imaginationem, eſſe motū. imaginatio enim eſt generatio: & oīs generatio eſt motus, aut ſequens motum. Deinde.d. &, ſi fuerit hic exiſtimatio,

26 Tex.c.21. ꝑ dicta fuit iſta diuiſio.

Quomodo ſufficiens vi de cō. ſequēti, & ſupra com.21.

Opinio, cui contradicit ſenſus, non eſt bona.

Senſibilia reperiunť ſm̄ tres diſpoſitiones.

exiſtimatio quandoq; aliquid eſſe talis diſpõnis, &c. i. & hoc apparet magis in exiſtimationibus, quæ mutãtur in re ſm tempora, qm̃, cum apud nos fuerit aliqua exiſtimatio de aliquo, quod ſit talis diſpoſitionis in tali tẽpore, & alterius diſpõnis in alio tpe. mutatio enim noſtra de exiſtimatione in exiſtimationem eſt trãſmutatio neceſſario. & intendebat ꝙ, quia omnia ſunt queſcentia, contingit vt nunq̃ muteotur exiſtimationes in eadem re, ſ. vt in eadem re non exiſtimentᷓ exiſtimationes diuerſæ in temporibus diuerſis ita, ꝙ eadem exiſtimatio ſit de Socrate eſſe in domo, aut exire à domo. quod eſt valde improbabile. Et, quia exiſtimationẽ, & imaginationem eſſe motum, aut ſequi motum non eſt manifeſtum per ſe, d. exiſtimatio enim, & imaginatio exiſtimãtur eſſe motus, i. aut ſequi motum. Et, qa oẽs iſtæ rõoes ſunt ꝓbabiles, & nulla fides eſt in eis, niſi ſm ꝙ ꝓpoſitiones ſunt magis probabiles q̃ concluſio, non quia ſunt manifeſtiores cõcluſione apud intellectum, dicit Sed perſcrutari de hoc, &c. i. ſed perſcrutari de hoc, cuius ſcientia eſt manifeſta per ſe, & quærere rõnem ſuper illud, cuius ſcientia apud nos eſt ita certa, ꝙ non indiget rõne, eſt de opere eius, qui nõ habet diſcretionem in diſtinguendo. Et, cum compleuit cõtradictionem iſtius opinionis, reuertitur ad contradicendũ opinioni ſecũdæ, & dixit Et ſm hũc modũ, &c. ideſt &, cum ſit manifeſtum apud nos ꝙ quædam entia mouentur quandoq;, & quieſcunt q̃nq;: & ſumus certi ꝙ iſta comprehenſio non eſt ex fallacia ſenſus: idẽ iſtud principium ſufficit nobis ꝙ nõ mouentur omnia ſemper, aut quieſcunt ſemꝑ: aut omnia entia diuidũ in duas partes, quarum vna quieſcit ſemꝑ, & reliqua mouentur ſemper. Et, cum deſtruxit iſtas tres diuiſiones prædictas, fecit rememorationem de hoc, & dixit Manifeſtum eſt igitur, &c. i. & iam igiᷓ apparuit ꝙ entia non diuiduntur in duas partes, quarũ vna quieſcit ſemper, & reliqua mouetur ſemper: quemadmodum apparuit ꝙ impoſſibile eſt vt omnia ſint quieſcentia, & oĩa ſint mota. & omne hoc apparet ex hoc, ꝙ quædam quieſcunt quandoq;, & quędam mouentur q̃nq;. iſte enim modus opponitur tribus modis prædictis.

Epilogus.

Caput Secundum. Omne, quod mouetur, ab aliquo moueri.

Reliquum eſt igitur coſyderandũ, vtrũ omnia ſint huiuſmodi vt moueanᷓ, & quieſcant: an aliqua qdẽ ſic, aliqua vero ſemper quieſcant, aliqua aũt ſemper moueãtur. hoc enim demonſtrandũ eſt à nobis. Mouẽtium igitur, & eorũ, quæ mouẽtur, alia quidem per accidens mouent, et mouentur, alia aũt per ſe. Per accidens quidem, vt quæcũq; ex eo, quia ſunt in mouentibus, aut ijs, quæ mouentur, & quæ per partem. Per ſe autem, quæcunq; non ex eo, quia ſint in mouente, aut in eo, quod mouetur, neq; ex eo, qa pars aliqua ipſorum mouet, aut mouetur. Eorũ autem, quæ per ſe, alia qdem à ſeipſis, alia vero ab alio. Et alia qdem natura, alia vero violentia, & ꝑter naturã. quod enim ipſum à ſeipſo mouetur natura mouetᷓ, vt vnumqdq; animalium. mouetur enim animal ipſum à ſe ipſo. quorũcunq; aũt motus principium in ſeipſis eſt hæc natura dicimus moueri. quapropter animal qdem totũ natura ipſum ſe ipſum mouet: corpus tñ contingit & natura, & ꝑter naturam moueri. refert enim & quali motu moueatur, & ex quali elemento conſtet. Et eorum, quæ ab alio mouẽtur, alia qdem mouentur natura, alia vero ꝑter naturam. Præter naturã qdem, vt terrea ſurſum, & ignis deorſum. Amplius autem partes animalium ſæpe mouẽtur præter naturam iuxta poſitiones, & motus modos.

Vide contradictionẽ Zimar.

Remanet nunc igitur conſyderare, vtrũ omnia entia ſint talis diſpõnis vt moueãtur, & quieſcant: aut quædã ſint talis diſpõnis, et quædam quieſcunt ſemper, & quædã mouẽtur ſemper. hoc enim eſt, quod oportet nos nunc declarare. Dicamus igitur ꝙ mouẽtia, & mota mouent, & mouentur quædam per accidens, & quædam per ſe. Per accidens autem ſicut omnia exiſtẽtia in motis, aut mouẽtibus, & ſicut illud, quod eſt quaſi pars. Per ſe vero ſunt omnia, quæ mouent, aut mouentur, nõ quia exiſtunt in motore, aut in moto, nec quia pars eorum mouet, aut mouetᷓ. Eorum aũt, quæ mouenᷓ per ſe, quædam mouẽtur ex ſe, & quædam ex alio. Et iſtorũ quædam naturaliter, & quædam violente, & extra naturam. quod enim mouetur ex ſe, mouetᷓ naturaliter, ſicut vnũquodq; animaliũ. animal enim mouetur ex ſe. & omne, cuius principium motus eſt in eo, dicitur moueri naturaliter. & ideo animal ſm totũ naturaliter mouet ſe: ſuum corpus autem poſſibile eſt vt moueatur naturaliter, & extra naturã. hoc enim diuerſatᷓ ſm motum, cui contingit vt moueatur ſm ipm̃, & ſm elementum, ex quo contingit vt conſtituatur. Et illa, quæ mouenᷓ ex alijs, quędam mouentur naturaliter, & quædam extra naturam. Extra naturã vero eſt ſicut motus corporũ terreſtriũ ad ſuperius, & motus ignis ad inferius. Et membra animalis etiam multotiens mouenᷓ extra ſuam naturam propter modos ſui ſitus, aut propter partes ſui motus.

Cum declarauit ꝙ impoſſibile eſt vt motus primus ſit, ſi motus æternus nõ fuerit, ſ. vt primus ſit æternus: &, ſi non, nõ erit primus: et declaratũ eſt de diſſolutione q̃onum contingentium, ꝙ neceſſe eſt ut iſta perſcrutatio ſit vlis, ita, ꝙ cognoſcatur q̃uo eſt diſpoſitio omnium entium in hoc, ſ. in motu, & quiete, incœpit ꝑſcrutari de hoc à principio, & iterare ꝑſcrutationem de rebus declaratis prius. perſcrutatio enim de eis in hoc loco eſt magis propria. & iſtæ res, qñ fuerint adiũctæ ei, quod declaratum eſt in primo iſtius tractatus, apparebit ꝙ eſt hic motus, & ꝙ eſt hic vnus motus æternus. Et ſunt, ſicut diximus, duæ propoſitiones. Quarũ vna eſt, ꝙ omne motum habet motorem. Secunda, ꝙ omnia, quæ mouentur in loco, reducuntur ad rem motam per principium exiſtens in ea, nõ motum oĩno. Et primo incœpit ꝑſcrutari de prima propoſitione, dicente ꝙ omne motum habet motorem: & fecit rememora- 27

tionem

tionem de hoc, quod declaratũ eſt in principio Quinti de diuiſione motoris, & moti ad illud, quod eſt ꝑ ſe, & ad illud, quod eſt per accidens. & narrauit primo de modo modorum diuiſionũ entium in motu, & in quiete, quẽ vult quærere in hoc loco. Et Ariſt. qui primo proceſſit in doctrina iſtius intentionis de motu, ſ. in declarare motum æternũ eſſe, ita, ꝙ eſt res manifeſta ex ſuis ſermonibus in congregationibus tractatuum ſuorum, vidit ꝙ iſta doctrina eſt diminuta, & ideo iterauit ipſum. et quidam expoſitores ignorauerunt hoc, et opinati ſunt ꝙ illud, quod declaratum eſt in principio Septimi, eſt ſuperfluum, et ideo abſciderunt illud à ſuis libris.

Qui ſint iſti expoſitores vide infra cõ. 31.

Et, quia iſta eſt intentio eius, incœpit diuidere diſpõnes entium in motu, & qete de illo, quod eſt ignotum ex eis, & dixit Remanet igitur, &c. i. &, quia manifeſtum per ſe ꝙ non oĩa entia quieſcunt, neq; oĩa mouentur, nec quędã mouentur ſemꝑ, & reliqua quieſcũt ſemꝑ, cum quædam videãtur quieſcere quandoq;, & moueri qñq;, remanet igitur perſcrutari de hoc, ſ. vtrũ eſt poſſibile vt oĩa moueantur qñq;, & quieſcãt qñq; vt ſentitur in qbuſdam, aut ſunt aliqua, in quibus hoc eſt impoſſibile, ſ. quæ ſemper mouentur, aut quæ ſemper quieſcunt. Et ideo non curauit de duobus modis, qui dantur intelligi à diuiſione, ſ. vt entia ſint duobus modis, modus, qui ſemꝑ mouetur, & modus qui qñq; mouetur, & qñq; quieſcit. Aut vt oĩa ſint duobus modis, modus, qui ſemꝑ quieſcit, & modus, ꝗ quandoq; mouetur, & qñq; quieſcit. Et, cum diſtinxit illud, de quo intendit perſcrutari, incœpit diuidere motorẽ, & motũ, & dixit. Dicamus igitur, &c. i. ꝙ qdlibet iſtoꝝ, ſ. motoris, & moti eſt res, aut ꝑ ſe, aut ꝑ accñs. Erũt igitur quatuor, motor ꝑ ſe, et motor ꝑ accñs, et motũ ꝑ ſe, & motũ ꝑ accñs. Et incœpit diſtinguere illud, qd eſt ꝑ ſe, ab illo, quod eſt per accñs: quia illud, quod eſt per accñs, decipit in ꝑſcrutatione, qñ fuerit admixtũ cum eo, quod eſt per ſe.

Illud, qd̃ ē ꝑ accñs decipit ī ꝑſcrutatione, qñ fuerit admixtũ cũ eo, qd̃ eſt ꝑ ſe.

Et vtitur in hoc, quod dixit per accidens in principio iſtius diuiſionis accidẽtis, quod dicit vñr. poſuit enim ipſum, oppoſitum ei, quod eſt per ſe, quod dicitur generaliter. Deinde diuiſit illud, quod eſt per accidens, in illud, quod eſt per accidẽs, quod dr̃ principalr̃, & illud, quod moueť per ſuã partem, quod dr̃ ſecundario, & dixit Per accidens vero. i. illud, quod dr̃ * principaliter eſt ſicut omne, quod exiſtit in mouẽtibus, & motis, i. ꝙ illud, quod moueť per accidens, eſt omne, quod dr̃ moueri, quia eſt in moto.

* Vel vñr.

Et hoc eſt duobus modis: modo, qui eſt impoſſibile vt moueať oĩno, vt aĩa in corpore: & modo, ꝗ eſt poſſibile vt moueať, vt hoĩes ſedentes in naui. Et ſimiliter ẽt motor ꝑ accidẽs eſt illud, quod eſt in motore, ſicut rubedo, quæ eſt in igne, quæ eſt cõburens per accidens. Et, cũ diuiſit illud, quod eſt per accidens generale, in illud, qd eſt per accidens principaliter, & in illud, quod moueť per ſuam partem, quod dr̃ ſecundario, dedit exemplũ de hoc, & dixit & ſicut illud, quod eſt q̃ſi ꝑs, i. ꝙ illud, quod moueť per accidens, quod dr̃ generaliter, quoddam eſt per accñs, quod dr̃ principaliter, & quoddam ſecundario: & eſt illud, quod mouetur per partẽ, ſ. illud cui attribuitur mouere, aut moueri, ꝓpter partem, v. g. ſicut dicimus in illo, cuius manus mouetur, ipſum moueri. & ſimiliter accidit in motore, ſicut dicimus, iſte homo percuſſit iſtum, licet nõ percuſſit eum, niſi cum manu.

Idẽ. 5. phy. tex. cõ. primi.

Et, cum deſcripſit duos modos eius, quod eſt per accidẽs generaliter, incœpit deſcribere illud, quod eſt per ſe, quod opponitur ei, & eſt illud, quod principaliter dr̃ per ſe, per negationem duorũ modoꝝ eius, quod eſt per accidens. Et fecit hoc, qm̃ illud, quod eſt per accidens, eſt notius illo, quod eſt per ſe. & ideo accidit [a] in quibuſdã locis deſcribere habitum ꝑ negationem priuationum. & dixit Per ſe autem, &c. i. mouentia aũt, & mota per ſe ſunt illa, quæ mouent, aut mouẽtur, neq; per accidens, neq; per partem.

[a] In quibuſdã accidit dſcribere habitꝰ ꝑ negationẽ, priuationũ.

Et accepit in deſcriptione eius, quod eſt per ſe, negationem duorum modorum eius, quod eſt per accñs generaliter. Et, cũ diſtinxit illud, quod eſt per ſe, ab illo, quod eſt per accidens, & intẽdit cõſyderare in eo, quod eſt per ſe, incœpit diuidere ipm, & dixit Eoꝝ aũt, quæ moueñ per ſe, quædam moueñ ex ſe, & quędam ex alio, i. & eorum, quæ moueñ per ſe, non per accidẽs, neq; per partem, quædam mouentur per principium exñs in eis, vt habentia aĩas, & quædam mouentur ab aliquo extrinſeco, vt carentia animabus. D. diuiſit iſta in duo, & dixit Et iſtorum quædam naturaliter, &c. D. incœpit declarare ꝙ aĩal, ſm ꝙ moueť ex ſe eſt motũ naturalr̃, & dixit quod enim mouetur ex ſe, &c. Et, cum narrauit ꝙ aĩal mouetur naturalr̃, quia mouetur ex ſe, dedit cauſam in hoc, & dixit. aĩal enim moueť ex ſe, &c. Et potentia iſtius ſermonis eſt ſimilis tali modo, aĩalia mouẽtur ex ſe: & quod moueť ex ſe mouetur à principio in eo: & omne, quod mouetur per principiũ in ipſo mouetur naturaliter: qm̃ omne, quod mouetur ꝑ principiũ in eo, mouetur ꝑ naturam. dictũ eſt enim in definitione naturę, quòd eſt principiũ in re, per quod moueť, & quieſcit: vnde neceſſe eſt vt illud, quod moueť ꝑ principium in ipſo, moueatur per naturã. [a] definitiones enim conuertuntur neceſſario cum definito.

Oẽ, qd̃ mouetur ex ſe, moueť ꝑ principiũ exiſtẽs in eo: & oẽ, qd̃ moueť ꝑ principiũ exiſtens in eo, moueť nãlr̃.

[a] Definitiones neč ĩ cõuertunť cum ſuo definito.

Et, cum declarauit ꝙ aĩal mouetur naturaliter, dixit & ideo aĩal ſm totum naturaliter mouet ſe, i. &, cũ dicimus ꝙ animal mouetur naturaliter, intendimus ꝙ aĩa mouet corpus per ſuam naturam, & corpus mouetur per ſuam naturam ab ea: ſed mouetur ſm quod eſt corpus ſuo motu naturali. & ideo dixit corpus aũt ſuum eſt poſſibile vt moueatur naturalr̃, & extra naturã, i. ꝙ, cum moueť à ſua aĩa naturalr̃, moueť qñq; naturalr̃, & qñq; extra naturã: motꝰ aũt eius ſm ꝙ eſt aĩal eſt naturalr̃: cũ nõ moueatur, ſm ꝙ eſt aĩal, niſi ab aĩa: & aĩa mouet corpꝰ naturaliter.

Motus aĩalis, ſm qd̃ ē corpus, põt eẽ nãliter, & extra nãm: ſi motꝰ eiꝰ, ſm ꝙ ē aĩal, ē ſemꝑ nãlis. Vide ſcđo cap. de ſubã orbis.

Et dedit has oẽs rationes, quia põt aliquis dicere, ꝙ motus corporis ab aĩa, ver. g. ad ſuperius, eſt motus extra naturam, cum moueat ipſum econtrario ſuo motu naturali. corpus enim aĩalis innatum eſt moueri ad inferius, ſed tñ, quia aĩa aĩalis eſt forma ſui corporis naturaliter, neceſſe eſt vt motus eius à ſua aĩa ſit naturaliter. ſed, ſi fuerit inuentum aliquod motum per principium in eo, ita ꝙ in ſuo corpore non ſit principiũ contrarium motui animæ, tunc illud motum erit motum naturaliter ſimplr̃, ſ. per aĩam, et per corpus, vt declaratum erit de corpore cœleſti.

Motus corporis cœleſtis ē ſimplr̃ nãlis, & ex ꝑte aĩę, et ex ꝑte corpis. Vide oppoſitum. 2. cœli. cõ. 3. Vide cõtra. Zim.

Et, cum dixit ꝙ poſſibile eſt vt aĩal moueatur naturaliter, & extra naturã, dixit hoc enim diuerſať, &c. i. et cauſa in hoc, ꝙ corpus animalis qñq; moueť ab aĩa ipſius naturaliter, & qñq; extra naturam, eſt diuerſitas partium, ad quas mouet aĩa ad illas partes locales, ad quas mouent elementa. Si igitur cõtingit ꝙ aĩa mouet corpus ad partem, ad quã mouetur corpus ſm motum elementi dñantis in ipſo, tunc motus corporis ab anima erit naturaliter, & tunc coniungitur in eo naturalitas ex motore, et moto. v. g. ꝙ qñ animal mouetur ex ſe deſcendendo, tunc motus eius erit naturalis: ſi aũt motus eius erit econtrario motui elementi, tunc motus corporis ab aĩa erit non naturalis. v. g. qñ homo ſaltat in ſurſum.

Nota quõ motus aĩalis qñq; ē nãlis ex ꝑte motoris, & mobilis, & qñ ſolũ ex parte motoris.

Et, cum declarauit ꝙ illud, quod moueť ex ſe, mouetur naturaliter, nõ violente, niſi cõſyderatus fuerit motus ſui corporis in reſpectu quorundam motuum aĩæ, incœpit notificare ẽt ꝙ in eo, quod mouetur ex alio, inueniuntur iſti duo modi, ſ. motum naturaliter, & motum extra naturam, & dixit Et illa, quæ mouentur ex alijs, &c. & intendit per illud, quod mouetur naturalr̃, motũ lapidis ad inferius, & motum ignis ad ſuperius. & poſuit iſta moueri ex alijs, quia iſta non mouentur ex ſe, donec moueanť

ex

Et nõ ſi dñr moueri ex alijs, niſi q̃a ſi dñr moueri ex ſe, donec moueanť ex alijs. Idẽ infra. 29.

ex alijs, vt declarabitur poſt. Et intendit ꝑ illud, quod mouetur extra naturam, motum iſtorum ad contrariã partem debitam. v.g. ſicut dixit motum corporũ terreſtrium ad ſuperius, & motum ignis ad inferius. D.d. Et mẽbra aĩalis multotiẽs, &c. ac ſi diceret, corpus aũt eius poſſibile eſt vt moueatur naturaliter, et extra naturã. Et intendit per ſitum modum motus. Et intẽdit per partes motuum ſuperius, & inferius.

Et maxime moueri ab aliquo id, quod mouetur, in ijs, quæ præter naturam mouẽtur, eſt manifeſtum, propterea ꝙ manifeſtũ eſt ab alio moueri. Poſtea autẽ quæ ſunt præter naturam eorum, quæ ſunt ſm naturam, ipſa, quæ à ſeipſis, vt animalia. non enĩ hoc eſt immanifeſtum an ab aliquo mouentur, ſed q̃uo oportet accipe id ipſius, quod mouet, & id, quod mouetur. * Videtur enim vt in nauibus, & in ijs, quæ non natura conſtant, ſic & in animalibus eſſe diuiſum id, quod mouet, & id, quod mouetur, & ſic totum ipſum ſeipſum mouere. Maxime autem dubitatur reliquum dictæ vltimæ diuiſionis. eorũ enim, quæ ab alio mouentur, hæc quidem præter naturam poſuimus moueri, alia autem relinquuntur opponi, quia natura. Hæc aũt ſunt, quæ dubitationem afferunt, à quo moueanť, vt leuia, et grauia. hęc enim ad oppoſita quidem loca violentia mouentur: ad propria autẽ, leue quidem ſurſum, graue autem deorſum natura.

* a.l. addit vtrũ vt ſeparata & natura, & loco, aut alio modo quodã.

Et in rebus, quę mouentur extra naturã, apparet proprie ꝙ illud, quod mouetur, mouetur ab aliquo, qm̃ in illis, quæ mouẽtur ab alijs manifeſtũ eſt. Deinde poſt illa, quę mouentur extra naturã, illa ex illis, quæ mouentur naturaliter, quæ mouentur ex ſe, vt modi animalium. non enim latet de iſtis moueri ab aliquo, ſed q̃uo oportet determinare ĩ animalibus motorẽ à moto. Videtur enim ferè quod quemadmodum in nauibus, et in alijs, quorum cõſtitutio non eſt naturalis, ita & in animalibus motor diſtinguiť à moto, & ſm hunc modum erit ipſum ſm totum mouens ſe. Sed illud, in quo eſt dubitatio proprie, eſt illud, quod remanet de diuiſione prędicta. diximus enim ꝙ eorum, quæ moueň ex alijs, quædam mouentur extra naturam. ponendũ eſt igiť ꝙ quædã moueň naturaliter. Et iſta faciunt dubitare, ſi mouentur ab aliquo. v.g. leuia, & grauia. iſta enim mouentur ad duo loca oppoſita violente: & mouentur ad ſua loca propria, leue quidem ad ſuperius naturaliter, graue aũt ad inferius naturaliter.

28 Cum diuiſit motorem, & motũ in illud, quod eſt ꝑ ſe, & in illud, quod eſt per accñs, incœpit conſyderare in modis eorum, quæ moueň per ſe, & ꝑſcrutari vtrũ omne motum eorum habeat motorem, aut non. Et eſt quæſtio, de qua perſcrutatus eſt in principio Septimi. cum ſit prima quæſtio, de qua deberet perſcrutari ille, qui vult quærere vtrum ſit hic motus ęternus. Et fecit hoc, quia voluit declarare diſpõnem in hoc de corporibus ſimplicibus ſermone proprio. iſta enim fecerunt dubitationem in hoc, ꝙ omne motũ habet motorem. Et iterauit omnia ꝑdicta, quibus eſt vſus in declarando hanc quæſtionem, quia voluit incipere ꝑſcrutationem à principio de illis rebus ꝑdictis: & compleuit ſermonem in eo. omne enim, quod fuit declaratum de eo, fuit deciſum in locis diuerſis: & modo vult congregare illud, & complere ꝑſcrutationẽ de illo. Et, q̃a prius diuiſit illa, quæ mouentur ꝑ ſe in tres modos, in motum violente, & motum naturalr̃, & diuiſit ea, quę mouentur naturaliter in duo, ſ. in habentia animam, et in ea, quæ mouentur ꝑ declinationem, ſ. per grauitatẽ, & leuitatẽ, incœpit dicere in quibus iſtorum apparet motũ habere motorem, & in quibus latet, & dixit Et in rebus, quæ mouentur extra naturam, &c. i. &, cum res motæ ſint tribus modis, manifeſtum eſt ꝙ illa, quę mouentur violẽter, & extra naturam, ſicut terra ad ſuperius, & ignis ad inferius, mouentur ab alio, ſ. manifeſtum eſt in iſtis ꝙ motor in eis aliud eſt à moto. D.d. Deinde poſt illa, quæ mouentur, &c. i. & poſt iſta apparet hoc in eis, quæ mouentur naturalr̃ ex ſe, ſicut in modis animalium, ſ. ꝙ motor in eis apparet eſſe aliud à moto. Et d. Deinde poſt illa. quia iſta intentio magis apparet in eis, quæ mouentur violente, & poſt iſta apparet in animalibus. nullus enim dubitat ꝙ aĩal mouetur ab aĩa, & ꝙ anima eſt motor, & corpus eſt motũ. & ideo dixit non enim latet, &c. & in hoc modo dicimus ꝙ motor differt à moto, quia nõ latet aliquem in aĩalibus ꝙ corpora ſua mouentur à principio exiſtẽte in eis alio ab eis. ſed latet de eis hoc, q̃uo eſt exiſtentia motoris in eis, ſ. vtrum eſt diſtinctus ab eis econtrario eis, quæ mouentur à motore extrinſeco, ſ. quia in iſtis apparet manifeſte ꝙ motor eſt diſtinctus à moto. Et intendit per hoc expergefacere hoĩes ad appetendum quærere de partibus aĩæ, & dixit. Videtur enim ferè ꝙ quẽadmodũ in nauibus, &c. & intelligendum hic ꝑ diſtinctionem diſtinctionẽ in eſſe, non diſtinctionẽ in definitione. motorẽ [a] enĩ in aĩalibus eſſe diſtinctum à moto ꝑ definitionem eſt manifeſtum ꝑ ſe, ſed eſt ignotum vtrũ diſtinguať, aut nõ diſtinguatur, niſi ꝑ accñs. & hoc intẽdebat, cũ dixit ſed q̃uo oportet determinare, &c. i. determiare q̃lis ẽ diſpõ motoris ad motũ. Et, cum dixit ꝙ de hoc eſt perſcrutandum in aĩalibus, dedit dubitationem, quæ facit credere ꝙ motor in aĩalibus põt diſtingui ſm eẽ, & dixit Videť enim ferè, &c. ideſt & hoc eſt dubium. quia põt aliquis dicere ꝙ forte ita eſt in diſpõne motoris ad motũ in aĩalibus, ſicut in rebus artificialibus, quæ mouentur per principiũ in eis, ſicut in nauibus, & in alijs artificialibus. Qm̃, cũ dixit hoc, reuerſus eſt ad diſtinguendũ illud, quod eſt manifeſtum de aĩalibus, & dixit & ſm hũc modũ, &c. ideſt & ſm hanc opinionem de aĩali, ſ. ipſum componi ex motore, & moto, quorum vtrũq; diſtinguitur à reliquo naturaliter, intelligendum eſt qñ dicimus ꝙ aĩal mouet ſe ſm totum, i. ſm ꝙ componitur ex motore, & moto, & nõ ita, ꝙ motor, & motum ſint in eo idem in actu. D.d. Sed illud, in quo eſt dubitatio, proprie eſt illud, quod remanet ex diuiſione. i. & dubitatio non eſt niſi in tertio modo. Iam enim diuiſimus ea, quæ mouẽtur eſſentialiter, & diximus ꝙ quædam mouentur violente, & quædam naturaliter, & eorum, & quæ mouẽtur naturalr̃, quędam videntur moueri ab aliquo alio, & ſunt animalia, & in quibuſdam latet hoc, & ſunt corpora ſimplicia. [b] In iſtis enim nõ apparet alietas motoris à moto, ſicut apparet in habentibus aĩas, immo in eis

Decimũ ſ.

a Motorẽ in aĩalibus eſſe diſtinctum a moto definitione ẽ manifeſtũ per ſe.

Vel in eſſe.

b In corpib. ſimplicib. ñ ẽ alietas motoris a motore, ſicut apparet i hñtib. aĩas. Vide 4. phy. c. 71.

a Grauia, & leuia mouentur ad ſua loca nãtia ex ſe, & ad loca oppoſita ſuis locis naturalibus mouentur ex alijs.

eis non eſt alietas omnino, & ſunt ſicut dixit graue, & leue. a Iſta enim inueniuntur moueri ad ſua loca naturalia ex ſe, & ad loca oppoſita ſuis locis naturalibus ex alijs. v. g. quia lapis ad inferius mouetur per ſe naturaliter, & ad ſuperius per violentiam, & ecõtrario ignis. & hoc intendebat, cum dixit iſta enim mouentur ad duo loca oppoſita duob⁹ ſuis locis naturalibus, & mouentur naturaliter ad ſua loca propria.

Moueri ex ſe animatorũ eſt propriũ.

A quo autẽ non adhuc manifeſtum, vt cũ mouẽtur præter naturã. etenim ipſa à ſeipſis dicere impoſſibile eſt. vitale enim hoc, et animatorum eſt ꝓprium. Et ſiſtere poſſent ſeipſa. dico aũt, vt ſi ambulandi cauſa ſit ſibi, & non ambulandi. quare, ſi in ipſo igne eſt ſurſum ferri, manifeſtum ꝙ in ipſo & deorſum. irrationabile aũt eſt illud, vno motu moueri ſolum à ſeipſis, ſi ipſa ſeipſa mouent.

Quod ex ſe mouet non tñ vno motu mouetur.

A quo aũt mouentur non eſt manifeſtum in eis, ſicut eſt manifeſtum, qñ mouenť extra naturam. dicere enim ea moueri ex ſe impoſſibile eſt. hoc enim eſt propriũ animalibus, & eſt proprium habẽtibus animas. Et, ſi ita eſſet, tunc eſſet poſſibile eis quieſcere ex ſe. & dico, ver. g. ꝙ, ſi aliquis eſt cauſa ſuiipſius in ambulatione eſt etiã cauſa ſuiipſius in dimittẽdo ſui ambulationem. & ideo, ſi aſcenſus ad ſuperius eſt ex ipſo igne, manifeſtum eſt ꝙ deſcenſus ignis etiam ad inferius eſt ex ipſo igne. & dicere etiam quòd res, quæ mouentur ex ſe, vno motu tantum mouentur, non eſt de ratione, ſi mouent ſe.

29 Ideſt in corporibus aũt ſimplicibus nõ apparet ipſa moueri à motore alio moto, ſicut apparet hoc in eis, * quæ mouenť ab extrinſeco. Deinde d. dicere enĩ, &c. ideſt & non poſſumus ẽt dicere in eis, quæ mouentur à principio in eis addito ei, quod mouet ex eis abſq; eo, ꝙ indigeant cauſa extrinſeca, ſicut dicimus in eis, quæ mouenť ex ſe, ꝙ mouentur à principio in eis ſine indigentia cauſæ extrinſecæ: ſicut eſt diſpoſitio in habentibus aĩas. hoc enim impoſſibile eſt. Deinde icœpit declarare quõ eſt impoſſibile, & dixit qm̃ hoc nõ eſt, niſi in aĩalibus, ſ. quæ mouentur à principio in eis ſine indigentia cauſæ extrinſecę. D. dedit rõnem ſuper hoc, et dixit Et, ſi ita eſſet, &c. i. v. g. ſi ignis eſſet cauſa in ſe, ꝑ quam poſſet moueri ſine indigentia cauſæ extrinſecæ, tunc per iſtam cauſam poſſet quieſcere ſine indigentia cauſæ extrinſecæ. Res enim, in qua eſt cauſa, qua põt moueri ſine indigentia cauſæ extrinſecæ, ſicut aĩal, in quo eſt aĩa, per illã põt quieſcere. Deinde d. & dicere ẽt, &c. i. & dicere in eo, quod mouet per principiũ in eo ſine indigentia alicuius extrinſeci, quod mouet vno motu, non eſt ſm rõnẽ. principia enim, quę ſunt hmõi, innata ſunt mouere motibus diuerſis.

* a. l. quãdo. Aĩalia nõ indigẽt in principio ſui mo[tus] cã extrinſeca, ſicut inaĩata. Idẽ ſupra cõ. 27.

Amplius quõ contingit continuum aliqđ, & compoſitũ ipſum ſeipſum mouere? Quatenus enim vnum, & continuũ, nõ tactu, eatenus ĩpaſſibile eſt. ſed quatenus ſeparatũ ẽ, eatenus hoc qdem aptũ natura eſt facere, illud vero pati. Neq; ergo horum vllum ipm̃ ſeipſum mouet (cõſita enim ſunt) neq; aliud continuum vllum: ſed neceſſe eſt diuidi mouens in vnoquoq; ab eo, quod mouetur: vt in inanimatis videmus, cum aliquod animatorum mouet illa.

Et etiam quõ eſt poſſibile vt aliquid continuum naturaliter cõuenientiũ moueat ſeipſum? Secundum enim ꝙ eſt vnum, continuum, non cõtiguum, eſt irreceptibile paſſionum. & ſm ꝙ eſt ſegregatum erit tale, ꝙ quiddam eius eſt innatum recipere, et quiddam agere. Nullum igitur iſtorũ mouet ſeipſum, cum ſit cõueniens, neq; aliquid omnino cõtinuum: ſed neceſſe eſt vt motor in quolibet eorũ ſit diſtinctus à moto: ſicut videmus in carentibus anima, quando mouerit illa aliquod habentium animas.

Cum declarauit ꝙ illa, quæ mouenť naturaliter, nõ mouentur per principiũ in eis, quia non mouenť ex ſe, induxit ẽt ſecundam declarationem, ꝑ quam declarat ꝙ illa ẽt non mouentur ꝑ principium in eis. Et abbreuiatio eius, quod dicit, eſt. Et, quia illa, quæ mouenť ꝑ principia in eis, neceſſe eſt vt diuidantur ſm definitionem in motorem, & motũ, & vt non ſint idem ſm definitionem, & eſſentiam; motor enim debet eſſe diſtinctus à moto, aut ſm definitionem, & eſſe inſimul, ſicut illa, quæ mouentur ab extrinſeco: aut ſm definitionem tm̃, ſicut eſt diſpoſitio in habentibus aĩas. Anima enĩ, quæ eſt motor in eis, diſtinguitur à corpore, quod eſt motum ſm definitionem: licet non diſtinguať ſm eẽ, ſ. ꝙ impoſſibile eſt aĩam eſſe ſine corpore, niſi æquiuoce. Et, quia corpora ſimplicia ſunt vna ſm definitionem: & nullum eorum põt diuidi in motorem, & motum: neceſſe eſt vt non ſint mota ex ſe: niſi eſſet poſſibile vt motor eſſet ipm̃ motum. Si igitur aliqs dixerit ꝙ ſunt corpora ſimplicia cõpoſita ex materia, & forma, quorum vtrũq; eſt diſtinctum ſm definitionem à reliquo, dicemus ad hoc, ꝙ prima materia nõ eſt exñs in actu, et illud, quod mouetur ex ſe, debet diuidi in motorem, & motum in actu. a qm̃ illud, quod eſt in potẽtia, neq; mouetur, neq; mouet. Si igiť lapis. v. g. moueretur ex ſe, contingeret vt eſſet mouens, & motũ eodẽ modo b ſm formam: qm̃ nõ eſt exiſtens in actu, niſi ſm formã. quod eſt impoſſibile. D. d. & ẽt quõ eſt poſſibile, &c. & intendit ꝑ continuum illud, quod eſt vnum non per contiguitatem: & intendit per conueniens illud, quod eſt cõſimilium partium, cuius definitio partis, & totius eſt vna, ſ. illud, quod nõ eſt diuerſæ ſubſtantiæ. D. d. Secundum igitur ꝙ eſt continuum, &c. i. ꝙ res continuæ, ſm ꝙ ſunt cõtinuæ, nõ cõtiguę, impoſſe eſt vt recipiãt paſſionẽ, i. motum ex ſe: cũ nõ diuidanť in motorem & motum: niſi eſſent continuæ copulatæ ſm contiguitatem. c Et d. hoc, quia illud, quod mouetur ex ſe, aut erit diuiſibile ſm definitionẽ in motorẽ, & motũ, aut erit diuiſibile in partes ſm contiguitatem: ſicut qđ congregatur ex aliquibus, quod eſt cõtinuum ſm contiguitatẽ. Omne igitur, quod moueť ex ſe, aut erit diſtinctum, aut diuiſibile ſm definitionem, aut ſm quantitatem, ideſt partes. &, cum corpora ſimplicia non diuidantur altero modo iſtorum, ſequitur ꝙ nõ moueantur ex ſe oĩno. D. d. & ſm ꝙ eſt ſegregatum, &c. i. illa aũt, quæ diuiduntur aut ſm definitioẽ, aut ſm quantitatem, poſſibile eſt vt diuidanť in motorẽ, & in recipientem motum. Et, cum poſuit ꝙ res continuæ conſimiles impoſſibile eſt vt moueantur ex ſe: nihil enim, quod mouetur per illud, ꝑ quod mouetur res, mouet ſe, niſi ſm illud, qđ eſt non conſimile, ſ. ſm ꝙ diuiduntur in motorem

Impoſſibile ẽ aĩam eẽ ſine corpore, niſi æquiuoce.

Obiectio.

Solutio. Ex hoc videtur velle ꝙ nõ ſint pñs formæ ſubſtãles ĩ ſimplicib⁹. Confiſe. 4. cœ. c. 22. Et 4. phy. 71. Vide contr. Zim.

a Quod ẽ in põa neq; mouet, neq; mouet. Idem. 5. phy. cõ. 8.

b Habeť pro incõuenienti hic ſimplicia eẽ mouẽtia, & mota ſm formã. Sꝫ vide ſui oppoſitũ. 4. cœ. cõ. 22.

c Quod mouet ex ſe, aut ẽ diuiſibile ĩ motorem, & motũ ſm definitionẽ, aut ĩ ptes ſm cõtiguitatem.

in motorem, & motum, dicit Nullũ igitur iſtorũ, &c. & iſta eſt concluſio, quam intendit ꝑ hunc ſermonem, Et iſte ſermo ſic componitur. Corpora naturalia ſunt conſimiliũ partium ſimplicium: & illa, quæ ſunt conſimilium partium ſimpliciũ, impoſſibile eſt vt moueant ſe: ergo corpora naturalia nõ mouẽt ſe. Et, cum dedit concluſionem, induxit terminum mediũ iſtius concluſionis, & dixit cum ſit cõueniens, &c. i. cũ iſta ſint conuenientia, & nullũ conueniens mouet ſe. Et quaſi incœpit primo, & verificauit maiorem ꝓpoſitionem, ſ. ꝙ impoſſibile eſt vt aliquod moueat ſe, ſm ꝙ eſt vnũ cõtinuum, ſed ſm ꝙ eſt ſegregatum diſcretum. D. induxit cõcluſionẽ, & poſt induxit ſyllogiſmũ, ſ. vtrãq; propoſitionem minorem, & maiorem, cum dixit cum ſit cõueniens, et nullum aliquod, ſm ꝙ eſt continuum, mouet ſe, i. cum corpora naturalia ſint continua, & nullum vnũ continuũ mouet ſe. Et, cũ declarauit ꝙ nõ mouenť ex ſe, incœpit declarare ꝙ neceſſe eſt vt moueanť ex alijs, & dixit ſed neceſſe eſt, &c. i. &, cum ſit declaratum ꝙ nõ mouenť ex ſe, ſequitur neceſſario vt moueãtur ex alijs extrinſecis. Et hoc intendebat, cum dixit & motor in quolibet eoꝝ ſit diſtinctus à moto in quolibet eorum. Deinde dedit exemplum in hoc, & dixit ſicut inuenimus in carentibus anima, &c. ideſt ꝙ motor in eis eſt neceſſario extrinſecus, ſicut motus lapidis ad ſuperius ab homine.

Nullum continuũ, ſm ꝙ eſt cõtinuũ, mouet ſe. Idẽ ꝑrio de gñatione. 1. c. 78 & 4. phyſi. t. cõ. 48.

Sed accidit et hęc ab aliquo ſemper moueri. fiet aũt vtiq; manifeſtum diuidẽtibus cauſas. Eſt aũt et in mouentibus accipere quę dicta ſunt, Alia enim ꝑter naturam ipſorũ motiua ſunt, vt vectis non natura ponderis motiuus eſt: Alia vero natura, vt actu calidum motiuum eſt calidi potentia. ſimiliter aũt & in alijs hmõi. Et mobile quoq; ſimiliter natura, quod eſt potentia quale, aut quãtum, aut vbi, cum habeat principium tale in ſeipſo, & non ſm accidens. erit enim idẽ, & quantũ, & quale, ſed alterum alteri accidit, & non ſecũdum ſe ineſt. Ignis itaque, & terra mouentur ab alio, violentia quidem, cum præter naturam, natura autem, cum ad ſuos ipſorũ actus potentia exiſtunt.

Sed ſequitur in iſtis, ſi mouentur naturaliter, vt ſemper moueantur ab alio. & hoc apparet diuidendo cauſas. Et debemus accipere in motoribus ẽt illas intentiones, quas diximus, Quẽadmodũ enim quædã ſunt mota extra naturam, v. g. qm̃ ſagittam mãganellæ mouere lapidem nõ eſt naturale. Et quędam naturaliter, v. g. ꝙ calidum in actu mouet calidũ in potentia. & ſm hunc modũ eſt diſpoſitio de alijs ſimilibus. Et ſimiliter etiã illud, quod mouetur naturalr̃, eſt illud, quod eſt in potentia quale, aut quãtum, aut vbi, cũ principium, quod eſt tale, fuerit in eo non accidentaliter. idẽ enim eſt quale, & quantum, ſed alterum eorũ eſt in altero ꝑ accidens, nõ per ſe. Ignis igitur, & terra mouenť ex alio, aut violente, quando mouentur extra naturam, aut naturaliter, quando mouenť ad ſuas actiones, quas habent in potentia.

Cum declarauit ꝙ illa, quæ mouentur naturalr̃, quę ſunt carentia animabus, ſ. corpora ſimplicia non mouẽtur ex ſe, fuit neceſſe vt mouerentur ex aliquo extrinſeco, omne enim motũ ab aliquo neceſſe eſt aut vt motor ſit in eo: & tunc erit motum ex ſe: aut extra illud. Et forte hoc non ſequitur, niſi cum declarabitur ꝙ oẽ motum habet motorem: & ꝙ nihil mouet ſe ita, ꝙ motor ſit ipſum motũ. Cum igitur declarauit, ſicut diximus, ꝙ illa, quæ mouentur naturalr̃, & carẽt aĩabus, nõ mouentur ex ſe, dixit Sed ſeqtur in iſtis, &c. i. & ſeqtur ex ſermone ꝑdicto vt non moueãtur niſi ab aliquo extrinſeco, cum non moueanť à principio in eis. D. incœpit declarare hoc alio modo, & dixit & hoc apparet diuidẽdo cauſas, &c. i. & apparet ẽt ꝙ iſta, quæ mouentur naturalr̃, & nõ aĩata, ſunt mota naturalr̃ ab aliquo extrinſeco, diuidẽdo cauſas in ſuas primas ſpẽs. deinde accipiemus ſĩr̃a illis in motoribus, mouentia enim ſunt vnus modorũ cauſarum. Et intendebat ꝙ, quia cauſę diuiduntur primo in duas partes, quarũ vna eſt vt ſint cauſæ ſm violentiã, ſecunda vt ſint cauſę ſm naturam, neceſſe eſt vt mouẽtia diuidanť in has duas partes. Et hoc intẽdebat, cũ d. Et debemus accipere, &c. i. & debemus diuidere etiam mouentia in iſtos duos modos, in quos diuiſimus cãs ſm naturã, & extra naturã. D. d. quẽadmodũ. n. quædã mouenť extra naturam, &c. & hoc intellectum eſt per ſe. D. d. & quædam naturaliter, &c. i. & quædam mouentia mouent ꝑ ſuam naturam: ſicut calidum in actu, quod habet naturã mouẽdi illud, quod eſt calidũ in potẽtia, ut fiat calidum in actu. D. d. & ſm hunc modum, &c. i. & alię virtutes actiuę, quæ habent naturam facere ea, quæ ſunt in potentia, ſibi ſimilia in actu. Et, cum dixit motorem ſm naturã, incœpit dicere de moto ſm naturam, & dixit Et ſimiliter ẽt, &c. i. & quẽadmodũ illa, quæ mouenť naturaliter ſunt illa, in quibus natura eſt mouere aliquid, & ad aliqd, donec faciat illud in actu, ita ẽt illud, quod mouetur naturaliter, quod eſt in potentia aliqua intentio ꝑdicamentorum decem, v. g. ut ſit in potentia quale, aut quantum, aut vbi. Et, cum oẽ, quod eſt in potẽtia motum, eſt illud, in cuius natura eſt recipere aliquod prædicamentorũ decẽ, ſeqtur ꝙ motor naturaliter ſit omne, quod põt mouere illud, quod eſt in potentia aliqđ prædicamentorũ decem, vt faciat illud ꝑdicamentum in actu. Et ideo dixit neceſſe eſt eſſe in hoc, ꝙ motũ naturalr̃ ſit hoc, ꝙ principium mouens ſit. & dicit cũ habeat principiũ, &c. & dicit hoc, qm̃ res moueť ab alio eſſentialiter. Cum igitur mouetur ab aliquo eſſentialiter, tunc moueť ab eo per ſuam naturã: &, cum moueť accidentalr̃, non mouetur ab eo ꝑ ſuam naturam. D. declarauit hoc, & dixit idẽ enim eſt quale, & quãtũ. i. & exemplũ eius, quod moueť per accidens eſt vt aliquis motor moueat aliqd, quod eſt in potentia, ver. g. quale. &, cum facit ipſum quale in actu, ſeqtur illud habere quantũ, quod prius nõ habebat. v. g. ꝙ, qñ aqua mouet aerem ad frigus, ſequitur illud minor quãtitas, & ſimiliter ẽt forte mouet aliquid in quantitate eſſentialr̃, & ſequitur illud qualitas ꝑ accidẽs, v. g. ex quo nutriť aĩal.[a] multotiẽs enĩ ſequitur quantitatẽ in eo aliqua qualitas. & dixit idem enim ſit quale, & quantũ. i. ab eodem motore. Et, cum ita ſit, neceſſe eſt vt alterũ ſit ab eo eſſentialiter, & alterum accidentaliter, ſ. ꝙ, ſi quantitas fuerit ab eo eſſentialr̃, qualitas erit accidentaliter, & ecõuerſo. et ideo dixit ſed alterũ eorum eſt in altero per accidens. i. ſed alterum eorum ſeqtur neceſſario vt inueniatur ab illo agẽte vno per accidẽs.[b] vnũ enim agens non habet naturã largiendi, niſi vnũ tm̃. Et, cum declarauit ꝙ omne, quod in quolibet prædicamento 31

Cauſæ diuidunť in duas partes.

a Aliqd qñqꝫ ꝑ ſe moueť ad quãtitatẽ, & ꝑ accidẽs ad qualitatẽ, & econtra.

b Vnũ agẽs nõ hẽt naturã largiẽdi niſi vnũ tantũ. Idẽ ꝑrio de generatione t. c. 56. & 1. cœ. cõ. 8. Vide infra hic cõ. 41. ꝑ ipſi lectiõe hũ.

pũcto, mouetur naturalr ab eius motore extrinſeco naturaliter, cum fuerit in ſua potentia vt moueatur naturaliter ad illud, ver.g. ad quale, & quantum, & vbi, & poſuit ꝙ illud, quod mouetur accidentaliter, & violenter, eſt illud, quod moueť ecõtrario illi, quod in ſua potẽtia eſt vt moueatur, & ſimilr eſt de illo, quod mouet, concluſit ex hoc ꝙ terra, & ignis, & alia corpora ſimplicia habent iſtos duos modos vt moueãt, & moueãtur, habent enim virtutem naturalẽ, & violentã, ſ. accidentalem. Et dixit Ignis igitur, & terra, &c. i. ꝙ iſta moueń violente, qñ mouẽtur ꝑ virtutẽ violentã, quæ eſt in eis: & mouẽtur naturalr, qñ moueń ab eo, quod generat ipſa. Et intẽdebat declarare ex hoc ſermone ꝙ motus corporũ naturalium in loco eſt in rei veritate ab eo, quod generat ipſa, ſicut alia accidẽtia, quæ inueniuntur generari in re per generationem ipſius: & ꝙ iſta ſunt magis digniora eſſe de numero eorũ, quæ mouẽtur ab extrinſeco, quàm de numero eorum, quę mouẽtur ꝑ principiũ in eis: & ꝙ nulla eſt contradictio in eis in ponẽdo illa moueri naturalr, & ex extrinſeco: cũ plura generabilium naturaliũ generenť naturaliter ex extrinſeco. Et, cum declarauit in iſtis ꝙ neceſſe eſt, vt numerẽtur in eis, quæ mouentur ex extrinſeco, & tam poſuit ea moueri naturaliter, declarauit ſecũdum quot modos dicitur in eis moueri naturaliter, cum eo, quod mouetur ex extrinſeco: cum apparet in primo aſpectu ꝙ omne motum ex extrinſeco mouetur violente.

Documẽtũ. Motus corporũ naturaliũ in loco ẽ ab eo, ꝙ generat ipſa, ſicuti ẽ de alijs accidẽtibus. ꝓ hoc vide. 28. tertij de cælo.

Potentia eſt multifariam dici.

Quoniam aũt quod potentia eſt multipliciter dicitur, hæc cauſa eſt, vt non ſit manifeſtum à quo hęc moueantur. vt ignis, ſurſum, & terra deorſum. Eſt autem potentia aliter ſciens qui diſcit, & qui habet iam, & nõ contemplatur. ſemper aũt, cum ſimul actiuũ, & paſſiuum ſint, fit aliquãdo actu, quod eſt potentia, vt ipſum diſcens. & ex eo, quod potẽtia eſt, alterum fit potentia. qui enim habet ſcientiam, non aũt contemplatur, potẽtia eſt ſciẽs quodãmodo, ſed nõ vt & antea q̃ diſceret. cum aũt ſic ſe habet, ſi aliquid nõ prohibeat, operatur, & contẽplatur, aut erit in cõtradictione, & ignorantia. Similiter aũt hæc ſe habent & in phyſicis. frigidum enim potẽtia calidum eſt. cum aũt fuerit mutatum, iam ignis eſt: vrit autẽ, niſi quid prohibeat, et impediat. ſimiliter aũt ſe habet & circa graue, et leue. leue enĩ fit ex graui, vt ex aqua aer. hoc enim potẽtia primum, & iam leue eſt, & operabitur confeſtim, niſi quid prohibeat. actus autẽ ipſius leuis eſt alicubi eſſe, & ſurſum. ꝓhibetur autẽ, cum in cõtrario loco eſt. & hoc ſimiliter ſeſe habet & in quanto, & in quali, Attamen quæritur hoc, quare ad ſuum locũ mouentur leuia, & grauia. Cauſa autem eſt, quia apta natura ſunt aliquò. et hoc ineſt ipſi graui, & leui eẽ, hoc q̄dem ipſo ſurſum, illud aũt ipſo deorſum determinatum. Potẽtia autẽ eſt & leue, & graue multipliciter, ſicut dictum eſt. cum enim eſt aqua potẽtia quodã modo eſt leue: et, cum aer eſt, adhuc potẽtia eſt. cõtingit enim impeditum, et nõ ſurſum eſſe. ſed, ſi auferatur impediens, agit, & ſemꝑ ſuperius ſit. Similiter autem et quale, vt actu ſit, mutatur. illico enim cõtẽplatur ſciẽs, niſi aliquid prohibeat: & ipſum quantũ extenditur, niſi quid prohibeat. Qui aũt id, quod ſuſtinet, & prohibet, mouit, eſt vt moueat, eſt vero vt nõ. vt qui colũnam diuulſit, aut qui lapidem remouit à vaſe in aqua. ſecũdum accidens enim mouet: ſicut reflexa ſphæra non à pariete mota eſt, ſed à proijciẽte. Quod igiť nihil horum ipſum mouet ſeipſum manifeſtum eſt, ſed motus habet principiũ, nõ mouendi, neq; faciendi, ſed patiendi.

Actus ipſius leuis ẽ alicubi eſſe, & ſurſum.

Et, quia illud, quod eſt in potentia, dr̃ multis modis, hæc fuit cauſa vt illud, ex quo mouentur iſta, & ſimilia, eſt non manifeſtum, ver.g. ꝙ ignis mouetur ad ſuperius, & terra ad inferius. Et addiſcẽs eſt in potentia ſciens alio modo ab eo, ſm quem illud, quod habet ſcientiam, ſed non ſcit, eſt ſciens in potentia. et illud, quod eſt in potẽtia, forte erit in actu, qñ fuerit ſemper cõgregatum agens, & recipiens, ver.g. ꝙ addiſcens fit ſciens ab eo, cuius ſcientia in potentia erat aliud in potẽtia. quod enĩ habet ſcientiã, ſed non ſcit, eſt ſciẽs in potẽtia quoquo modo. ſed iſte modus potentiæ non eſt ille modus, in quo erat prius, anteq̃ addiſceret. cum igiť fuerit in hac diſpoſitione, aget ſuam actionẽ, & ſciet tunc, niſi aliquid impediat. &, ſi nõ, cõtingeret vt eſſet in oppoſito ſcientiæ, ſ. ignorãtiæ. Et ſm hũc modum currit diſpoſitio de rebus naturalibus ẽt. frigidum enim eſt in potentia calidũ. &, cum fuerit tranſmutatum, erit tunc ignis, & combureť, niſi aliquid impediat. & ſimiliter eſt de graui, & leui etiam. quãdoq; enim ex graui generatur leue, ver.g. ex aqua aer, primo enim erat tale in potentia, & tunc fiet leue, & faciet ſtatim ſuam actionem, niſi aliq̄d impediat. actio enim leuis eſt vt ſit in aliquo vbi, & ſuperius. impedimentum aũt accidit ei, qñ fuerit in contrario loci eius. & ſm hoc eſt curſus in quantitate ẽt, & in qualitate. Quamuis hoc debet quæri, ſ. quare leuia moueń ad vnum locum, et ſimilr grauia. Et cauſa in hoc eſt, q̄a ſunt nata vt ſint in aliquo vbi. & eẽntia grauis, & leuis ẽ iſta, illud vbitari inferius, & iſtud ſuperius. Sed leue, & graue in potentia ſunt multis modis, ſicut diximus. aqua enim, dum eſt aqua, eſt in potẽtia leuis quoquo modo: &, cũ fuerit aer, poſſibile eſt vt impediatur, quin ſit ſuꝑius. ſed, ſi illud impedimẽtum auferť, ſtatim auget ſuã actionem. & erit ſemper ſuperius. et ſm hũc modum trãſmutatur quale ẽt ad illud, quod eſt in actu. ſciens enim ſtatim ſciet, niſi impediatur: & ipſum etiam quantum extendiť, ſi

nihil ſit, quod ĩpediat. Illud aũt, quod aufert impedimentũ, quoquo modo eſt motor, & quoquo modo non eſt motor. ver. g. quod, ſi aliquis homo auferat columnam ſuſtinentem pondus, aut auferat lapidem poſitum ſu per vtrem in aqua, tunc mouebit iſta, ſed per accidens: quẽadmodũ pila, quæ à pariete reflectit̃, non mouet̃ à pariete, ſed à ꝓijciente. Declaratũ eſt igitur ꝙ nullum iſtorũ mouet ſe ita, ꝙ in eo ſit principiũ motus, ut moueat, aut vt agat, ſed vt recipiat actionem.

32 Cum declarauit ꝙ lapis, & vr̃ corpa naturalia ſimplicia non mouent̃ ex ſe, cum non diuidantur in motorem, & motum, & ꝙ propter hoc neceſſe eſt vt motor eorum ſit extrinſecus, et declarauit ꝙ motor eorũ eſt extrinſecus, cũ hoc ꝙ ſunt mota naturaliter, & ꝙ hoc in eis eſt per potentiã naturalem, quæ eſt in eis vt moueantur ad ſua loca propria, ſicut potẽtia exiſtens in re generata in ſubſtantia ad recipienda alia p̄dicamẽta, ſ. ꝙ motor in eis eſt naturalis, & extrinſecus, et ꝙ hoc, ꝙ mouent̃ in loco, prouenit eis à generante, ſicut prouenit qualitas propria, & alia accidentia, vult declarare ꝙ latentia motoris iſtorũ eſt eſſentialiter, ꝓpter mixtionem potentiæ, quam habet accidentalr̃ cũ potẽtia, quam habet eſſentialiter. & ideo habet duos motores, motorem accidẽtaliter, & motorem eſſentialiter. & iõ motor, qui eſt eſſentialiter, admiſcetur cum eo, qui eſt accidentaliter, ita, ꝙ exiſtimatur ꝙ iſta mouent ſe. & hoc intendit declarare in hoc cap. Et dixit Et, quia illud, quod eſt in potentia, &c. i. et nõ eſt manifeſtum illud mouens, ex quo mouent̃ eſſentialiter corpora ſimplicia. quia potentia ad motũ dr̃ duobus modis. Quorum vnus eſt de potentia eſſentiali, quæ eſt materia, ex qua generata ſunt, & eſt naturalis. Alius autẽ eſt de potentia violenta, quæ eſt accidẽtalis. Deinde dedit exemplum, & dixit & potẽtia violenta, &c. ver. g. ꝙ ignis mouetur, &c. i. & exemplũ potentiæ eſſentialis, quæ non exit in actum, niſi à motore eſſentialiter, eſt potentia, quæ eſt in igne vt moueatur ad inferius, cum reuertitur terra: & potẽtia, quę eſt in terra, vt ſit ignis, & vt moueatur ad ſuperius, quæ eſt ſimilis potentiæ, quæ eſt in addiſcẽte, vt ſit ſciens. Exemplũ vero potentię, quę eſt accidentalr̃, eſt potẽtia, quę eſt in ipſo igne, qñ impeditur à motu ad ſuperius: & potentia, quæ eſt in ipſa terra, vt moueatur ad inferius, qñ impeditur. & iſta potentia eſt ſil'is potentiæ, quę eſt in ſciente, qñ nõ ſcit. i. non vtitur ſua ſcientia, & eſt violenta. Et, qa altera iſtarũ eſt eſſentialis, & altera accidentalis, aſſimilauit eſſentialem potentiæ, quæ eſt in addiſcente, vt fiat ſciens, & potentiã accidentalẽ ei, quæ eſt in ſciente, qñ non vtitur ſcĩa, propter aliquod impedimentum. Et hoc intendebat, cum dixit Et addiſcens eſt in potentia, &c. i. & addiſcens, anteq̃ addiſcat, dr̃ eſſe ſciens in potẽtia alio modo ab eo, quo dr̃ in eo, quod habet ſciẽtiam in tp̃e, in quo non vtitur ſua ſcĩa, quod ipſum eſt ſciens in potentia. prima enim eſt de genere potentiæ eſſentialis. ſecunda vero de genere potentię accidentalis. & ideo potẽtia eſſentialis indiget in hoc, ꝙ exeat in actum, agente eſſentialr̃. ſecunda aũt non indiget agente in hoc, ꝙ exeat in actum, niſi per accñs. qm̃ nõ eſt in potentia, niſi ꝓpter impediens, aut propter defectum ſubiecti, in quo agit. ver. g. qm̃ ignis eſt comburens in potentia, qñ non inuenit materiam, quam cõburat. cũ igitur inuenit materiam, quam cõburat, tunc fit cõburens in actu ſine indigentia motoris extrinſeci. & ſimiliter ignis habet duas potentias, potentiam eſſentialẽ, & eſt potentia, quæ eſt in corpore, ex quo generatur, & potentiam accidentalem, & eſt potentia, quæ eſt in igne, qñ impeditur: & iſta, ſm̃ ꝙ eſt accidentalis, indiget motore accidentali, econtrario primæ potẽtię. Et, cũ ita ſit, quęſtio igitur dicens, vtrum iſta corpora ſimplicia moueãtur in loco à motore extrinſeco, aut ex ſe, diſtinguendũ eſt in rñſione ad illã. Qm̃ motus, q eſt in potẽtia vera nãli: et ẽ potẽtia, q̃ eſt in re, ex qua gñatur corp⁹ ſimplex, in quo inuenit̃ motus, necio idiget motore eſſentialiter: & eſt illud, quod eſt extrinſecũ, ſ. generans. generans enim eſt illud, quod dat corpori ſimplici generato formã ſuam, & oĩa accidentia contingẽtia formę: quorum vnũ eſt motus in loco. & ideo, cum forma fuerit completa in eo, cõplebitur vbi ſuum debitum, & alia accidentia, niſi aliqd impediat. Potentia vero ad motum, quę accidit inueniri in corpore ſimplici, qñ impeditur in tp̃e ſuæ generationis, quin moueat̃ ad ſuum locum naturalem ab aliquo impedimẽto, qñ generatur in loco extraneo, aut qñ exit à ſuo loco naturali ab aliquo extrahente, non indiget in hoc, ꝙ exeat in actum, motore extrinſeco eſſentialr̃, cum ſit potẽtia accidentalis. Et, cum ita ſit: & illud, quod mouet̃ eſſentialiter, eſt illud, quo eſt potentia vera ad motum, ſ. potentia receptionis motus: tunc illud, quod mouetur in rei veritate hoc motu, eſt materia, ex qua generatur corpus ſimplex. v. g. ꝙ aer, qui eſt in potentia ignis, & ſupius, eſt illud, quod mouetur in rei veritate eſſentialiter ad ſuperius, qñ fit ignis. Et, cum diſtinxit potentiam accidentalem à potẽtia eſſentiali, incœpit proprie dicere potẽtiam eſſentialem, & dixit & illud, quod eſt in potentia, forte erit in actu, &c. i. & proprium eſt potentię eſſentialiter, vt non fiat in actu, niſi propter motorem eſſentialem, & ꝙ nõ venit ad actum, niſi qñ cõgregantur duo, ſ. recipiens, & agens, econtrario potentiæ accidẽtali, quæ nõ indiget ad hoc, ꝙ exeat ad actũ, motore extrinſeco, niſi per accidens, & eſt receſſus impedimẽti. Et dixit forte. qm̃ qñq; congregatur agẽs, & recipiens, & nullus fit motus. Deinde dedit exemplum potẽtiæ eſſentialis naturalis, & dixit v. g. ꝙ addiſcens fit ſciens. i. ab eo, quod eſt in potentia vera, facit ipſum ſciẽtem in rei veritate. Deinde d. illud enim, qd̃ habet ſcientiam, &c. i. ille enim, qui eſt ſciens, quando non vtitur ſua ſcientia, dr̃ eſſe ſciens in potẽtia, alio modo ab eo, quo dr̃ in addiſcente eſſe ſciens in potẽtia anteq̃ addiſcat, ſ. qm̃ illa eſt potentia accidentalis, & iſta eſt potentia eſſentialis. Deinde d. cum igitur fuerit talis diſpoſitionis, &c. i. & qñ ſciens fuerit ſciens in actu, tunc non indiget in ſua actione motore extrinſeco in actu, ſed aget ſua actione, niſi aliquid impediat. Et, ſi aliquis diceret ꝙ, ſi ſciens, qñ non vtitur ſua ſciẽtia, eſt ſciens in potentia eo modo, quo dicimus in addiſcente eſſe ſciens in potentia, contingeret vt ſciens, qñ nõ vtitur ſua ſcientia, eſſet ignorans, ſicut addiſcens, qui eſt ſciens in potentia. et hoc intẽdebat, cum dixit &, ſi nõ, cõtingeret, &c. Et, cũ declarauit ꝙ potẽtia dr̃ duob⁹ modis, ſ. de potentia accidẽtali, & eẽntiali, & ꝙ accidẽtalis non indiget motore extrinſeco, niſi per accidens, incœpit notificare ꝙ potentia, quæ exiſtit in lapide ad inferius eſt de hoc genere, ſ. accidentalis. &, cum ita ſit, tũc iſta nõ mouetur ex ſe, ſ. eſſentialiter. Et dixit Et ſm̃ hunc modum, &c. i. & ſm̃ modum duarum potentiarum, quæ exiſtunt in addiſcente, & ſciente, inueniunt̃ iſtæ duæ potentiæ in corporibus ſimplicibus naturalibus ẽt. Quemadmodũ enim diſcens eſt ſciens in potentia, &, cum fuerit ſciens in actu, operabitur ſua ſciẽtia, niſi aliqd impediat, ſimiliter corpus, quod eſt in potẽtia ignis, aut calidum, aut motum ad ſuperius, cum fiet ignis in actu, fiet ſupius in actu, niſi aliquid impediat. Deinde d. & ſimiliter eſt de graui, & leui, ſ. ꝙ potentia

in eis

A quo ꝓuenit forma, ab eodẽ accidẽtia cõſequentia formã ꝓueniunt.

Potẽtia eẽntialis ẽ 1 mã. & naturalis.

Potẽtia eẽntialis ad hoc vt exeat i actũ, indiget agẽte eẽntialiter, ſed potẽtia accñtalis nõ idiget agẽte, niſi ꝑ accidens.

Generãs eſt illud, qđ dat corpi ſimplici gñato ſuã formã, et oĩa accñtia contigẽtia formę, quorũ vnũ eſt motus in loco. Idei ſupͣ cõ. 11. et pro hoc vide. 4. celi. 28.

Vide cõmẽt. 2. de aĩa. t. c. 5. de actu. & t. c. 10. de potentia duplici.

in eis dicit̃ duobus modis dictis in addiſcẽte, & ſciente, & ꝙ illud, ex quo generatur graue, & leue, eſt potentia grauis, & leuis in rei veritate. & cum exiuerit de potentia in actum erit leue in actu, aut graue in actu, niſi aliquid impediat. Et hoc intendebat, cum dixit quandoq; enim generatur ex graui, &c. & potentia vera, quæ eſt actio leuis, ſ. motus ad ſuperius, eſt in graui in

Documẽtũ. actu, quod eſt leue in poſſe. Et intendit per totum hoc ꝙ, cum potentia vera, quæ eſt ad motum iſtorum corporum, fuerit in eo, ex quo generantur: & iſta potentia non exit in actum, niſi à generãte, & agente graue, aut leue; neceſſe eſt vt motor iſtorum corporum ſimplicium, ſcilicet grauis, aut leuis ſit generans, non ꝙ mouetur ex ſe. Deinde d. impedimentũ aũt accidit ei, &c. ideſt & graui, & leui accidit vt impediantur ab vbi, quod deberent habere a generante ea, eo modo, ſecundum quem habent alia accidentia, quando generatum fuerit in loco extraneo, & impeditur illic aliquo impedimento. Et hoc intẽdebat, cum dixit & ſm hunc modum eſt de quanto, & quali. ideſt quemadmodum potentia, quæ eſt ad quantum, & quale, quę ſunt propria generato, eſt in materia, ex qua generat̃, ita eſt de vbi proprio. & quemadmodum quãtum, & quale exeunt de potentia in actum à generante, ita eſt de vbi, quando generatum fuerit non in ſuo loco naturali. Deinde d. Quãuis hoc, &c. i. & cum fuerit dictũ ꝙ motus ad ſuperius corporis leuis, & corporis grauis ad inferius ſuerit à generante, quærẽdum eſt ab aliquo, quare motus leuis eſt ad contrariam partem ei, ad quam mouetur graue, & quare omnes partes grauis mouentur ad eundem locum, & ſimiliter omnes partes leuis. Dicẽdum eſt ad hoc ꝙ hoc ſit in eis naturaliter, & perſcrutat̃ de

Tex. cõ. 26 verſus finẽ. hoc in libro Secundo Cœli, & mundi. Et, cum oppoſita fuit ei hæc quæſtio, dedit reſponſionem ad illam, ſecundum ꝙ pertinet ad hunc locum, & dixit Et cauſa in hoc eſt, &c. i. & cauſa in hoc, ꝙ mouentur ad loca oppoſita, ſcilicet graue, & leue, eſt, quia ſunt nata vt ſint in locis proprijs, ſcilicet ꝙ eſſe eorum non completur, niſi eſſendo in illis locis, ſicut complentur alia accidentia, & propria ſequentia ſubſtantiam vniuſcuiuſq; eorum. Et idem dixit, et eſſentia grauis, & leuis eſt iſta, ſ. ꝙ eſſentia grauis, & leuis facit vt leue vbitetur ſuperius, & graue inferius. & hæc vbitatio aut collocatur

Hæc vbicatio, aut collocatio in definitiõe grauis, & leuis, aut eſt actio intentionis, quæ collocatur i definitiõe illorum. Vide 4. cœli, cõ. 26. in definitione grauis, & leuis, aut eſt actio intentionis, quæ collocatur in definitione eorum. leue enim, & graue deſcribũtur per hanc actionem. & hoc declarabitur etiam in Cœlo & mũdo. Et, cum compleuit omnia iſta, reuerſus eſt ad faciendum rememorationẽ de prędictis, & dixit Sed leue, & graue in potentia ſunt multis modis, ſicut diximus. i. quoniam dicũtur per potentiam naturalem paſſiuam, & violẽtam, quæ erit, quando impeditur ab aliquo. D. d. aqua enim, &c. i. aqua enim, dum eſt aqua, eſt in potentia naturali leuis, &, cũ fuerit aer, erit leuis ĩ actu, niſi aliqd impediat, ita, ꝙ nõ agat actionem leuis, & ſic inuenietur in ea potentia violenta. & iſta, ſicut diximus diſtinguuntur à vera potentia: quoniã iſta eſt violẽta, & illa naturalis. D. d. et ſm hunc modũ, &c. i. et illud, quod eſt in potentia aliquod quale, cum tranſmutatum fuerit de potentia in actum, tunc illud quale aget ſuam actionem, niſi aliquid impediat. ſicut addiſcẽs, qñ fuerit ſciens in actu. aget enim actionem ſcientis, niſi aliquid impediat. & ſilr aqua, cũ fuerit aer, aget actionem aeris, niſi aliquid impediat, i. vbitabitur ſuperius. D. d. Illud autem, quod aufert impedimentum, &c. i. & intendit ꝙ iſtud eſt mouens per accidens non eſſentialiter. Deinde dedit exemplum, & d. v. g. ſi aliquis homo, &c. i. v. g. ſi aliquis homo auſert columnam ſuſtentantem pondus, tunc ille hõ mouebit illud pondus ad inferius, & cadet illud ponderoſum ad inferius per accidens. & ſilr, qñ aufert lapidem poſitum ſuper vtrem inflatum, ille homo dicit̃ mouere illum vtrem per accidens. & dicit̃ mouere per accidẽs, quia iſta potentia eſt violenta, ſ. potẽtia impedita. D. d. quemadmodum pila, &c. i. quemadmodum, qñ proijciens proiecit pilam ad parietem, & reflectitur ab eo, nõ dicit̃ ꝙ paries mouet illam illo motu reflexo per ſe, ſed proijciens, & paries, ſi dicatur mouere, dicitur per accidẽs. & ita dicitur illud, quod aufert impedimentũ, mouere lapidem per accidẽs: & quod generat ipſm mouere ipſm eſſentialr. Et, cũ cõpleuit hãc declarationẽ, fecit rememorationẽ de hoc, & dixit Declaratum eſt igitur, &c. i. declaratũ eſt igitur ꝙ nullum corporũ ſimplicium naturalium, ſ. quòd terræ, & ignis & cæterorum mouet ſe, propter hoc, quòd in eo eſt principium, quo moueat ſe, & hoc eſſentialiter, non accidentaliter, ſed in eo eſt eſſentialiter principium receptionis, vt moueatur ab extrinſeco, non principium actionis, niſi per accidens.

Si igitur omia, quæ mouentur, aut natura mouentur, aut pręter naturam, & violentia: & quæ, vi & præter naturã omnia à quodã, & ab alio: eorum autẽ, quæ natura rurſus, & quæ à ſeipſis mouent̃, ab aliquo mouent̃, & quę nõ à ſeipſis, vt grauia, & leuia: (aut. n. ab eo, quod generauit, & fecit leue, aut graue, aut ab eo, quod impediẽtia, & ꝓhibẽtia ſoluit:) omnia vtiq;, q̃ mouent̃, ab aliquo mouebunt̃. Hoc aũt dupliciter. Aut enim non per ſeipſum mouens, ſed per alterũ, quod mouet mouens, aut per ſeipſum. Et hoc, aut primũ poſt vltimum, aut per plura. vt baculus mouet lapidem, & mouetur à manu mota ab homine: hic autem non amplius ex eo, quia ab alio moueatur. Vtraq; igit̃ mouere dicimus, & primum, & vltimum mouentium, ſed magis primũ. illud. n. mouet vltimũ, ſed nõ hoc primũ. & ſine primo qdem vltimum nõ mouebit, illud autẽ ſine hoc. vt baculus nõ mouebit non mouente homine.

Et, cum omnia mota, aut mouentur naturaliter, aut extra naturã, & violente: & omnia mota violente, & extra naturã mouẽtur ab aliquo alio: & ea, quæ mouẽtur naturaliter, & ex ſe, mouentur ab aliquo ẽt: & ſimiliter ea, quæ non mouentur ex ſe, vt grauia, & leuia, mouent̃, aut ex tranſmutante, et agẽte leue, aut graue, aut ex auferẽte impedimẽtum: neceſſe eſt igit̃ vt oĩa mota moueant̃ ab alio. Et hoc duobus modis. Motor enim aut nõ ꝑ ſe mouet motũ, ſed qa aliud mouet ipſum, aut ita, ꝙ ipſe moueat per ſe. Et iſte motor aut erit primum poſt illud aliud, aut erit medium pluſq̃ vnũ. v. g. ꝙ baculus mouet lapidẽ, & mouet̃ à manu, & manus ab hoĩe, homo aũt nõ mouet̃ ab alio. Et nos dicimus in omnibus eis mouere, ſ. in primo, & poſtremo, ſed primum eſt dignius. ipſum enim

mouet poſtremũ, & nõ poſtremum primũ. poſtremũ igitur non mouet ſine primo, primũ vero mouet ſine poſtremo. v.g. ꝙ baculus nõ mouet, ſi manus non mouerit.

33 Digreſſio cõtra Themiſtium.

Exiſtimatur ꝙ capl'm ꝑdictum ante proximum intendit ꝙ Ariſt. intendit per ipſum, ꝙ oẽ motum habet motorem. & ideo dimiſit Themiſtius declarationem eius, quæ eſt in principio Septimi, & contentus eſt in hac declaratione hic. & opinatus eſt eam eẽ magis certam ꝙ̃ prima: cum illa, quæ illic, eſt ſignum, iſta autẽ exiſtimatur eſſe inductio. Et videtur ꝙ inductio non ſufficit in hoc: & maxime apud ponẽtes hic eẽ aliquid, quod mouet ſe, ſicut ponit Plato. Et videtur mihi ꝙ ipſe intendit per hanc declarationẽ hic diſſoluere quæſtionem accidẽtem in propoſitione, dicente quòd omne motum habet motorem ex motis ſimplicibus. iſta enim apparent moueri per ſe, cum fuerint extra ſua loca naturalia, & ſunt ſimplicia non diuiſibilia, ſ. quòd motor in eis eſt ipſum motum. iſta igitur, quia faciunt dubitare in hac quæſtione, ſm ꝙ Ariſto. dixit in principio Septimi, ideo incœpit illic demonſtrare hãc propoſitionem, ſ. ꝙ omne motum habet motorem, ſed nõ diſſoluit illic quæſtionem accidentem in eis ex his ſimplicibus. in hoc autem loco diſſoluit illam quęſtionẽ, et declarauit ꝙ iſta mouenẽ ab extrinſeco, & ꝙ non mouentur ex ſe, niſi per accidens: & ſic cõpleuit ſermonẽ ſuum in hoc, ꝙ omne motum mouẽ ab aliquo. & ipſe poſt perfecte perſcrutabitur de hoc, ſ. declarãdo ꝙ impoſſibile eſt vt aliquid moueat ſe.

Textus expoſitio.

Et, d. Et, cũ oĩa, &c. id eſt, &, cum declaratum ſit, ꝙ cũ omne motũ aut mouetur violente, aut naturaliter: & illa, quæ mouenẽ naturaliter, aut mouentur ex ſe, ſ. habentia aĩas, aut erunt corpora grauia, & leuia, & iam apparuit in iſtis tribus modis ipſa moueri ab aliquo alio: illa autem, quæ mouentur violente, & grauia, et leuia mouentur à motore extrinſeco, animalia aũt mouẽtur à motore exiſtẽte in eis: ergo neceſſe eſt vt omne motũ moueaẽ ab aliquo alio. Et intendebat ꝙ iſta propoſitio declarata eſt hic perfecte: cum quæſtio, quæ accidit in ea ex corporibus grauibus, & leuibus ſit diſſoluta: & demõſtratio facta ſit de ipſa in principio Septimi: nõ, quia inductio, qua vtiẽ hic, ſit ſufficiẽs in hoc. inductio. n. in qua nõ percipitur ꝙ ꝑdicatio eſt eſſentialis, non dat certitudinẽ naturalẽ, licet inducantur in ea oĩa particularia.

Inductio, i qͣ nõ pcipiẽ ꝙ pręedicatio ẽ eẽntialr, non dat certitudinẽ nãlẽ, licet in ea oĩa pticularia inducanẽ. ꝓ hoc vide ſecũdo Priorũ. cap. 23.

Et, cum verificauit hanc ꝓpoſitionem, & eſt, ꝙ oẽ motum mouẽ ab alio, incœpit declarare ꝙ illa, quæ mouenẽ in loco, reducunẽ ad aliquod motum ex ſe, et d. Et hoc duobus modis, &c. i. &, cum declaratum ſit ꝙ omne motũ habet motorem, et eſt manifeſtũ ꝙ motores ſunt duobus modis, aut ꝙ motor mouet motum, qa aliud extrinſecum mouet ipſum, aut quia motor mouet, nõ, qa aliud mouet ipſum, & iſta propoſitio eſt manifeſta per ſe, deinde induxit aliam ꝓpoſitionem, & dixit Et iſte motor, &c. i. & oĩs motor aut erit primus motor, quia mouet poſtremum motum, ſ. motum ſequens, aut erit illic medium inter primũ motorem, & inter poſtremũ motum: & iſtud medium aut erit vnũ, aut plus q̃ vnũ. Et intendit per primum motorem, illud, quod non mouet, quia aliud mouet ipſum, ſed per ſe: & per medium, illud, quod mouet, qa aliud mouet ipſum. & ideo prædixit ꝙ oĩs motor aut mouet per ſe, aut per aliud. Sũt igitur tria, primus motor, & medius motor, quod eſt motum, & poſtremum motum, quod non mouet omnino. v.g. ꝙ baculus mouet lapidem, & manus baculum, et homo manum. D d. hoc vero, &c. i. homo vero in hoc exemplo eſt primus motor. & intẽdit per hominem virtutem mouentem manum hoĩs. & medius motor eſt manus, & baculus, & poſtremum motũ eſt lapis. D. d. Et nos dicimus in eis, &c. & intẽdit in primo, & medio. & hoc intendebat cũ d. poſtremũ. D. d. ſed dignius eſt primum. i. ſed digniꝰ eſt mouere primũ. Deinde d. ipſum enim mouet poſtremum, non poſtremum primum. i. qm̃ primum non indiget ſecũdo vt ſit motor, ſicut ſecundũ medium indiget vt ſit motor primo: & ideo medium nõ eſt motor in actu, niſi per primum. Primum igitur eſt prius illo ſm naturã, & ſm cãm. ſm naturam aũt, qa, cum auferẽ, aufertur mediũ, &, cum fuerit, non ſequitur vt ſit medium: ſed, cum fuerit medium, ſequitur ꝙ primum ſit neceſſario.

Primus motor eſt prior medio motore, & ſm naturã, & ſm cauſam. Vide cõſilẽ infra. t. c. 18. et 19.

Caput Tertium. Quod neceſſe ſit deuenire ad primum aliquod, quod uel ſit immobile, uel moueat ſeipſum.

Si ergo neceſſe eſt omne, quod mouetur, ab aliquo moueri, et aut ab eo, quod mouetur ab alio, aut nõ, & ſi ab alio quidem, qđ mouẽ, neceſſe eſt aliquid eſſe primum mouens, quod non ab alio. Si autẽ hmõi eſt primũ, non neceſſe eſt eſſe alterum. impoſſibile enim eſt in infinitum abire mouens, & ip̃m, quod mouetur ab alio. infinitorum enim nihil eſt primum. Si ergo omne quidem, quod mouetur, ab aliquo mouetur, primum autẽ mouens mouetur quidem, non autẽ ab alio, neceſſe eſt ipſum à ſeipſo moueri.

Infinitorũ nihil ẽ primũ.

Si igiẽ eſt neceſſariũ, vt oẽ motũ moueaẽ ab alio, & vt motus eius ſit ab alio, aut ita, ꝙ nõ ſit motum, aut ita, ꝙ ſit motũ, & ſi motus eius fuerit ex alio moto, neceſſe ẽ hic eẽ primũ motorẽ, q nõ mouẽ ab alio. Et, ſi nõ, ſeqtur, ſi primũ fuerit hmõi, vt poſtremũ ſit necneceſſario. ipoſſibile enĩ eſt hoc ꝓcedere in infinitũ, hoc, ꝙ motũ ſit motũ ſemꝑ ex alio. infinita enim nõ hñt principiũ oĩno. Si igiẽ omne motũ moueatur ab alio, et primus motor mouẽ, ſed non mouẽ ab aliquo, ſequiẽ neceſſario vt moueatur ex ſe.

Cum poſuit ꝙ oẽ motũ habet motorẽ, & poſuit ſecũdo ꝙ omnis motor aut mouet, qa aliud mouet ip̃m, aut mouet, quia ip̃m mouet, & nõ mouẽ, & poſuit tertio ꝙ motor eſt duobus modis, primus, & medius ĩter primũ, & ip̃m motum, & poſuit quarto ꝙ primus motor prior eſt naturaliter medio, vult cõgregare iſtas ꝓpoſitiones in duobus ſyllogiſmis hypotheticis, quorum vnus eſt diuiſiuus, & alius continuus, & concludere ex hoc illud, quod intendit cõcludere, & eſt ꝙ mouentia, quæ mouenẽ in loco, reducuntur neceſſario ad motũ ex ſe, quod eſt primũ mouentium, quæ mouentur. 34 Et d. Si igitur eſt neceſſariũ, &c. i. ſi igiẽ eſt neceſſe, ꝙ oẽ motũ habet motorẽ aliũ à ſe in eſſe, vt declaratũ eſt in Septĩo, & cõpletũ in hoc tractatu, neceſſe ẽ ex hoc vt oĩs motor, q mouẽ, aut mouẽ ex ſe, aut ex motore extrinſeco. Et motor extrinſecus aut mouet ita, ꝙ mouetur, aut mouet & non mouẽ: ſed impoſſibile eſt vt moueatur à motore extrinſeco, qui non mouẽ: ergo neceſſe eſt vt moueatur à motore, & moto. Et ipſe diminuit à ſyllõ diuiſiuo vnũ extremũ trium, ſ. vt moueanẽ ex ſe, quia hoc intendit declarare. Et ſiliẽ diminuit deſtructionẽ alterius partis, & eſt, quòd illud, quod mouẽ ab extrinſeco, ĩpoſſibile eſt vt moueaẽ à

Neceſſe ẽ vt oẽ motũ habeat motorem alium à ſe in eſſe. Vide oppoſitũ. 4. cœli cõm. 22. Vide cõtradi. Zim.

motore

motorē, qui non mouetur, niſi per accidēs, ſicut fuit dictum in auferente impedimentum, & generante in rebus naturalibus. Et, cum concluſit ex hoc ſyllogiſmo ꝙ illud, quod mouetur ab alio, neceſſe eſt vt moueať à motore, qui moueť, indoxit ſyllm hypotheticũ continuum, cuius añs eſt pars verificata ex duabus partib⁹ ſyllogiſmi diuiſiui, & d. &, ſi motus eius eſt ab alio, qui moueť, &c. D. d. Et, ſi non, ſequiť, &c. i. & illud eſt neceſſariũ. quia, cũ poſtremũ fuerit, ſequitur vt primum ſit: & ſi non ſeqtur, cum primũ fuerit, vt poſtremũ ſit. D. d. impoſſibile enim eſt, &c. i. &, cum manifeſtũ eſt per ſe expoſitus ꝙ, cum primũ nõ fuerit, nõ erit poſtremum, nec mediũ: qm̃ medium non mouet ſine primo: dicamus ꝙ impoſſibile eſt vt media ꝓcedant in infinitũ: immo neceſſarium eſt ipſa peruenire ad motum, quod mouetur ex ſe, nõ ab aliquo extrinſeco. Deinde incoepit declarare modum iſtius cõſecutionis, & d. infinita enim nõ hñt primum. i. &, cum poſuerimus ꝙ media ſunt infinita, ſ. ꝙ motum moueť ſemper ab alio extrinſeco, & illud aliud ẽt mouetur à motore, quod mouetur etiã ab alio extrinſeco, tunc impoſſibile erit illa media habere primũ. &, cum primũ nõ fuerit, nõ erit poſtremum: qm̃, cum extremum eſt, ſequitur primũ eſſe, ſicut diximus: manifeſtum eſt ꝙ, cum primum nõ fuerit, ſequitur ꝙ poſtremum nõ ſit. Et, cum declarauit ꝙ neceſſe eſt in rebus, in quibus inueniũtur plures motores vt in eis ſit primum motũ, ad quod reducuntur, incoepit declarare ꝙ iſtud motum primum debet eſſe motum ex ſe, & d. Si igitur omne motũ, &c. i. &, cũ poſuerimus ꝙ omne motũ habet motorē, & poſuerimus ꝙ primus motor neceſſe eſt vt moueatur, qm̃ mouet in loco, quia eſt corpus, neceſſe eſt vt moueatur ex ſe, i. ꝑ principium exiſtens in eo: cum ſit impoſſibile vt moueať à motore extrinſeco, quod eſt cõtra poſitum.

Amplius autē & ſic ipſam hanc rationem eſt aggredi. Omne enim mouens & aliquid mouet, & aliquo. aut enĩ ſeipſo mouet ipm̃ mouens, aut alio. vt homo ſeipſo, aut baculo. & ventus deiecit aut ipſe, aut lapis, quem impulit. impoſſibile eſt aũt mouere ſine eo, qđ ſeipſo mouet id, quo mouet. Sed, ſi ipm̃ ſeipſo mouet, non neceſſe eſt aliud eſſe, quo mouet. ſi vero ſit alterũ id, quo mouet, eſt aliqd, quod mouebit, nõ quodã, ſed ſeipſo, aut in infinitum abibit. Si igitur aliqd, quod moueť, mouet, neceſſe eſt ſtare, & nõ in infinitũ ire. ſi enim baculus mouet ex eo, q́ a moueť à manu, manus mouet baculum. ſi aũt & hãc aliud mouet, & hũc aliud aliqd mouens eſt. Cũ itaq; aliquo moueat ſemper alterũ, neceſſe eſt prius ipſum eſſe ſeipſo mouens. Si igiť mouetur quidē hoc, non aũt eſt aliud mouēs ipſum, neceſſe eſt ipm̃ ſeipſo mouere. quare & ſm hanc rationem, aut mox id, quod moueť ab eo, quod ipſum ſeipſo mouet, mouebiť, aut venit aliquando ad aliquid tale.

Et poſſibile eſt ẽt hoc idem declarare ſm hunc modũ. Omnis motor mouet aliqd, & per aliquid. motor enim aut mouet aliquid per ſe, aut per aliud. v. g. ꝙ homo aut mouet per ſe, aut per baculũ. & proijcit aliquid aut ipſe ventus, aut lapis, quē eleuat ventus. & impoſſibile eſt ꝙ moueat illud, ꝑ qđ mouet, ſine eo, qđ mouet ſe. Si igiť fuerit aliqd, qđ mouet ſe, nõ eſt neceſſe vt cũ eo ſit aliquid aliud, ꝑ qđ mouet. &, ſi aliqd aliud ſit, ꝑ quod mouet, neceſſario erit illic aliqd mouēs etiã, nõ ꝑ aliquod, ſed ꝑ ſe. &, ſi non, ꝓcedereť in infinitũ. Si igiť motũ moueť ab alio, neceſſe eſt vt hoc ceſſet, & non procedat in infinitũ. baculus enĩ, ſi mouet, moueť à manu, & manus mouet baculũ. &, ſi manus mouetur ab aliquo alio, tunc mouens baculum erit aliqd aliud. Si igiť hic eſt ſemper aliqd aliud, quod mouet per aliquod, neceſſe eſt vt aliquid ſit prius, quod mouet ſe. Si igitur hoc moueť, & non ab alio, ſequitur neceſſario vt ipſum moueat ſe. ſecundum igitur hunc modum ẽt ſequitur neceſſario vt illud, quod moueť, aut moueť ex motore ſui ſine medio, aut veniet poſt ad talem motorem.

Iſte eſt modus declarationis alius à primo. ſed non differt à prima declaratione, niſi in modo vtendi quibuſdam propoſitionibus, nõ in ſeipſa. In prima enim declaratiõe poſuit ꝙ motor eſt duob⁹ modis, primus, ſ. & medius, & ꝙ medius nõ mouet ſine primo. deinde declarauit ex hoc ꝙ medij impoſſibile eſt vt ꝓcedant in infinitum. &, cum primus non fuerit, nõ erit poſtremus. In hac autem declaratione poſuit quòd omne, quod mouet aliquid aut ipſe per ſe, ideſt ſine inſtrumēto, aut per inſtrumentum. Et iſta propoſitio eſt in loco primæ ꝓpoſitionis, in qua dictum fuit in prima declaratione, ꝙ omnis motor aut eſt primus, aut medius inter motorem, & motum, ſ. poſtremum. & manifeſtũ eſt ꝙ illa propoſitio, & iſta ſunt duæ ſm modum, ſed eædem ſm ſubiectum. Deinde poſuit ſecũdo ꝙ illud, per quod mouet motor, nõ mouet ſine motore. i. ꝙ inſtrumentũ nõ mouet ſine eo, quod mouet inſtrumentum. Et iſta propoſitio eſt in hac demonſtratione loco illius, in qua dictũ fuit in prima declaratione, ꝙ medium impoſſibile eſt vt moueat ſine primo: & ſunt, ſicut diximus, eædem in ſubiecto, & duæ ſm modũ. deinde, cum cõiunctum fuerit huic ꝙ motor, qui mouet ita, ꝙ moueť, aut ab extrinſeco, aut ex principio in eo, eſt illud, per quod mouet motor, cõcluduntur duæ cõcluſiones, quarum una eſt, ꝙ primus motor, qui mouetur mouetur ex ſe, & ſecunda, ꝙ primus motor nõ mouetur omnino. & ideo neceſſe eſt vt non ſit corpus. Et declaratio inducitur ſic, ſi ſunt hic mouentia, quæ mouentur ex alijs ex extrinſeco, neceſſe eſt vt perueniant ad motorem, qui mouetur ex ſe, aut ad motorē, qui nõ mouetur oĩno, neq; ex ſe, neq; ex alio. qm̃, ſi nõ peruenerit ad hæc duo, tunc erunt inſtrumenta infinita: &, cum fuerint inſtrumēta infinita, nõ erit illic motor, qui vtatur eis, quod eſt cõtra poſitum. Si igitur poſuerimus in hac demõſtratione ꝙ oĩs motor, qui moueť ab extrinſeco, eſt inſtr̃m, cõcludetur ex hac demõſtratione ꝙ eſt neceſſe vt hoc ſit motum ex ſe in loco. & tunc iſta concluſio erit eadem cum concluſione primæ demonſtrationis. Et, ſi poſuerimus quòd omnis motor, qui moueť ex extrinſeco, aut ex principio in eo, eſt inſtrumentum, concludetur hic eſſe primum motorem, qui non mouetur omnino. & iſta eſt alia concluſio ab ea, quam concluſit in prima demonſtratione. & nos perſcrutabimur quam iſtarum intendit Ariſtote. concludere in hac demonſtratione. Et dixit Et poſſi- Expõ text⁹

bile eſt declarare, &c. apparet ex hoc, ꝙ illud, quod intendit declarare per hunc ſermonẽ, eſt illud, quod declarauit in prima declaratione, ſ. ꝙ mouentia, quæ mouentur in loco, reducuntur ad motorem, qui mouetur ex ſe. Et poſſibile eſt vt in hoc ſermone ſit aliquis pertranſitus: & erit concluſio iſtius demonſtrationis primitus hic, ꝙ mouentia, quæ mouent̃ in loco, reducuntur ad motorem, qui non mouetur eſſentialiter ex ſe, et ſequitur ex hoc aliquid, quod mouetur ex ſe eſſe, ſ. cõpoſitum ex corpore, per quod mouet, ſ. inſtrumẽtũ, & ex hoc motore, qui non eſt corpus. corpus enim impoſſibile eſt vt moueat in loco ſine eo, quod mouetur eſſentialiter. Et, cum narrauit ꝙ poſſibile eſt declarare illud, quod prius declarauit, per aliam declarationem, incœpit proponere propoſitionem iſtius declarationis ſecũdæ, & dixit Omnis motor, &c. i. omnis motor mouet aliquod neceſſario, aut ꝑ ſe, aut per aliud, i. per inſtrumentum. Et hoc manifeſtum eſt ex hoc, per quod expoſuit ſermonem ſuum, cum dixit motor enim, aut mouet aliquid per ſe, aut mouet per aliud. Si igitur intellexerimus per aliud, aliqd diſtinctum à motore, tũc motũ ex ſe collocatur in eo, quod mouet per ſe, nõ per aliud. & tunc iſta demõſtratio inducet nõs ad motum ex ſe. Et, ſi intellexerimus ex motu ꝑ aliud numerationẽ tm̃, tũc illud, quod mouet per ſe, nõ per aliud, eſt motor, qui nõ mouetur oĩno. motũ enim ex ſe cõponitur ex motore, & moto. Motor igitur, qui eſt in eo, mouet motũ primum per ſe, ſ. corpus, et mouet illud, quod eſt ſub primo moto, mediante alio, quod eſt primum motum. ver. g. anima in animali eſt mouens per ſe, cũ mouet corpus animalis ſine medio, i. ſine inſtr̃o, & mouet illud, quod eſt extra corpus animalis per inſtr̃m, quod eſt corpus aĩalis. ſed exemplũ eius ſonat magis ſm primam expoſitionem. & hoc eſt quod dixit v. g. ꝙ hõ. i. aut mouet aliquid per ſe, aut per baculum. Hic igit̃ poſuit illud, ꝑ quod mouet diſtinctum à primo motore, & poſuit motorem per ſe illud, quod nõ indiget inſtr̃o extrinſeco. & ſm hoc iſta declaratio cõcludet illud idẽ, quod prima declaratio cõcluſit. D. d. & proijcit aliqd aut ipſe ventus, &c. & iſtud eſt exemplũ confirmans hunc intellectum. et intendit ꝙ ventus aliqñ mouet aliquid per ſe, & quãdoq; mouet aliquid, mediante lapide, quem eleuat. Et põt aliquis quærere de vẽto, vtrũ ſit de numero eorum, quæ mouẽtur ex ſe, aut de numero eorum, quæ mouentur ex alio. Et ſimiliter quærere de motu ferri ad magnetẽ, vtrũ ferrũ in hoc motu mouetur ex ſe, aut ex alio. Et eſt manifeſtum ꝙ vẽtus eſt de genere eoꝝ, quæ mouent̃ naturaľr, cum nõ mouet̃, niſi à generante ipſum. & in hoc loco induxit exemplũ large. & ſiľr ferrum eſt quoquo mõ de numero eoꝝ, q̃ naturaľr mouent̃, cum nõ mouet̃ à magnete, niſi ꝑ alterationẽ, quã acquirit, mediante aere à magnete. et ideo qñ cõplexio magnetis tranſmutatur, nõ attrahit: ſicut accidit ei, quãdo cõfricatur cum alleis, & vt dr̃. Et hoc manifeſtum eſt in lapide, qui non attrahit paleas, donec calefiat. Et, cum poſuit ꝙ motor eſt duobus modis, ſ. qui mouet per ſe, & motor, qui mouet per aliud, ideſt per inſtrumentũ, & poſuit ſecundã ꝓpoſitionem, & dixit & impoſſibile eſt vt moueat, &c. i. & impoſſibile eſt ut illud, per quod mouet motor, moueat ſine illo, qđ mouet̃ ex ſe. & hoc demõſtrat ꝙ ipſe ponit motum ꝑ ſe de genere motoris per ſe, ſ. ſine inſtr̃o. D. narrauit ꝙ motor per ſe p̃cedit naturaľr motorẽ per aliud, & dixit ſed, ſi aliquid fuerit, quod moueat ſe, &c. i. & illud, quod mouet per ſe, ſi ponatur eſſe, non ſequitur vt motor per aliud ſit, ſicut ſequitur, cum motor ꝑ aliud fuerit, vt motor ꝑ ſe ſit. & iſta eſt [a]diſpoſitio prioris naturaliter. Et, cum poſuit has duas ꝓpoſitiones, incœpit cõcludere illud, quod intendebat cõcludere, & dixit Si igitur fuerit aliquid aliud, &c. i. ſi igitur fuerit poſitum hic aliquis motor, qui mouet, quia aliud mouet ipſum, & illud aliud mouet, quia aliud mouet ipſum, et neceſſe eſt vt ibi ſit aliquid, quod mouet: non quia aliquid aliud mouet ipſm ex extrinſeco, ſed qa ipſum mouet ſeipſum, & impoſſibile eſt vt mouentia, quæ mouentur ex alijs, procedant in infinitum. D. induxit exẽplum de hoc, & dixit Si igitur motor mouetur ab alio, neceſſe eſt vt hoc ceſſet, & nõ procedat in infinitum, i. ſi igitur motor mouetur ab alio motore, et tunc mouet ipſe, & ille alius motor etiã eſt talis, ſ. ꝙ nõ mouet, niſi moueat̃ ab aliquo extrinſeco, neceſſe eſt vt hoc ceſſet. & nõ procedat in infinitum. D. dedit exemplum, & dixit baculus enim, &c. i. ſi igitur hic eſt ſemper aliquid aliud, quod mouet, neceſſe eſt vt hic ſit prius aliqd, qđ mouet ſe. v. g. ꝙ, ſi baculus mouet lapidem, & nõ mouet ipſum, donec moueat̃ à manu, & manus ẽt nõ mouet, niſi moueatur ab aliquo alio, tunc ille, qui eſt baculi motor, in rei veritate eſt aliquid aliud à manu. manꝰ enim, & baculus in hoc ſunt in eodẽ ordine. & hoc intẽdebat, cum dixit ſi igitur mouet manum aliquid aliud, tunc mouens baculum erit aliquid aliud, ideſt præter manum. D. d. Si igitur hic eſt aliquid aliud, i. alius motor præter manum, neceſſe eſt vt hic ſit aliquid prius, quod mouet ſe, ideſt neceſſe eſt vt hic ſit motor prior naturaliter manu, qui mouet ſe. & iſte eſt hõ. & quod eſt tale in rei veritate eſt calor naturalis. Et hoc eſt neceſſe. quoniã iam poſuit ꝙ, cum illud, per quod eſt mouere, fuerit, neceſſe eſt vt primus motor ſit. &, cum primus motor fuerit, impoſſibile eſt vt mouẽtia, quæ mouentur, ꝓcedãt in infinitum. Et dixit Si igitur hoc mouetur, & nõ mouetur ab alio aliquo, ſeqtur neceſſario vt ipſe moueat ſe. aduerſarius enim aut concedet quòd iſte primus motor mouet, & nõ mouetur, aut ponet ꝙ non mouet, niſi moueatur. Si igitur conceſſerit primum, hoc eſt quæſitum, ſi non conceſſerit, tunc neceſſe eſt vt concedat primum motorẽ entium eſſe, qui mouet ſe. & ideo dixit poſt ſm igitur hunc modũ, &c. ſeqtur ergo neceſſario ex hoc, vt omne motũ, aut mouetur à moto per ſe, aut reducit̃ ad talem motum.

Corpꝰ impoſſibiľe ẽ vt moueat i loco, abſq; eo, ꝙ moueatur eſſentialiter.

An vẽtus ex ſe moueat̃, vel ex alio.

Solutio.

De motu ferri ad magnetẽ. Vide et. 7 phy. cõ. 10. quia d. oppoſitum. Vide cõtradictiones

Vľ etnelſ°. motorẽ ꝑ ſe, de gñe moti per ſe.

a Diſpõ prioris nãľr ẽ cũ aliud fuerit ipſ eẽ, & nõ

ec cõtra. lib. 5 meta. ca. de priori, & in poſt prędicamentis.

Primum mouẽs in hõie ẽ calor nãlis. Sed oppoſitũ d. com. 5° Vide contr. Zim.

Poſt ea aũt, quę dicta ſunt, & ſic conſyderantibus accidẽt hæc eadem, Si enim ab eo, quod mouetur, mouetur omne, quod mouetur, aut hoc rebus ipſis ineſt ſm accidens, vt moueat quidem id, quod mouetur, nõ tamẽ propterea ꝙ mouet ipſum ſemꝑ, aut nõ, ſed per ſe. Primũ igitur, ſi ſm accidens, nõ eſt neceſſe moueri id, quod mouet̃. Si aũt hoc eſt, manifeſtum eſt ꝙ contingit aliquando nihil moueri eorum, quæ ſunt. non enim neceſſarium eſt accidens, ſed contingit non eſſe. Si ergo ponamus poſſibile eſſe, nullum impoſſibile accidet, falſum autẽ fortaſſis. ſed motũ non eſſe impoſſibile eſt. oſtenſum enim eſt prius hoc, ꝙ neceſſe eſt motũ ſemper eſſe.

Et hoc idem ſequit̃, ſi poſuerimus conſyderationẽ ſm hunc modũ. Qm̃, ſi omne motũ mouet̃ à moto, tunc neceſſe eſt aut vt hoc accidat rebus ꝑ accñs, ita, ꝙ res, & ſi nõ mouet, niſi moueat̃, ſed tñ nõ qa mouet̃: aut nõ ſit ita, ſed hoc eſt eẽntiaľr. Primo vero, ſi fuerit per accidens, nõ ſeqtur neceſſario vt motor moueatur. Et, ſi ita fuerit, manifeſtum

eſt ꝙ

eſt ꝙ eſt poſſibile in aliqua diſpoſitione vt nullũ ens moueatur. quod enim eſt per accidens, non eſt neceſſariũ, ſed poteſt quin ſit. &, ſi poſuerimus illud, qđ eſt poſſibile, ꝙ nõ ſit, nullum ſequitur impoſſibile, ſed forte falſum. ſed defectus motus, ita, ꝙ nullus motus ſit, eſt impoſſibile. iã enim declarauimus ꝙ neceſſe eſt vt ſemper ſit motus.

36 Cum iam declarauit ꝙ primus motor in mundo debet eẽ motor, per quem mouetur motum ex ſe primũ, non motus omnino, neq; accidentaliter, neq; eſſentialiter: quoniã, ſi fuerit motus altero iſtorum duorũ modorum, non erit motor primus, incœpit declarare declaratione propria ꝙ impoſſibile eſt vt ſit motum per accidens, ſicut eſt diſpoſitio in motoribus, & motis ex ſe, quæ ſunt hæc, ſ. generabilibus, & corruptibilibus, & dixit Et hoc idem ſequitur, ſi poſuerimus, &c. i. ꝙ primus motor totius non mouetur per accidens: ſicut eſt diſpoſitio in aĩalibus, quæ ſunt hic. D. d. Qm̃, ſi oẽ motũ, &c. i. qm̃, ſi omne motum mouetur à motore, q mouetur, neceſſe eſt aut vt motus exiſtens in motoribus accidat in motoribus per accidens ita, ꝙ, cum aliquid mouerit, & mouebitur, non mouebit, ſm ꝙ mouebitur, ſed hoc fuit in eo per accidẽs. Et tacuit illud, quod ſequitur ex hoc: qm̃ fuit manifeſtum: & eſt, ꝙ, ſi mouerit, qñ mouet, eſt in eo per accidẽs, neceſſe eſt vt ſit hic motor, cui non accidat hoc, & maxime primus. D. d. aut vt non ſit ita, ſed hoc eſt eſſentialiter. ideſt aut moueri motoris non eſt per accidens, ſed eſſentialiter ita, quòd motor in eo, quod eſt motor, non mouet, niſi moueatur. Deinde d. Primo vero, &c. i. &, ſi hoc fuerit neceſſariũ in mouere motoris in hoc, ꝙ motor moueat, & poſuerimus motorem talem moueri per accidens, ſicut eſt diſpoſitio in aĩa cum animato. Et, cũ nõ eſt neceſſe vt mouere iſtius motoris ſit ſemp, & neceſſario, ſed poſſibile eſt vt in aliq̃ hora non moueat. D. d. Et, ſi ita fuerit, manifeſtum eſt, &c. i. &, ſi moueri primi motoris totius eſt neceſſarium in ſuo mouere, &, ſi fuerit motum per accidens, manifeſtum eſt ꝙ poſſibile eſt vt iſte motor primus non moueat. &, ſi hoc fuerit poſſibile, & motus omnium entium ſit à primo motore, poſſibile eſt in aliqua hora, vt nihil moueatur. D. incœpit declarare quomodo ſeq̃tur hoc, & dixit quod enim eſt per accidẽs, nõ eſt neceſſarium. ideſt, cum poſuerimus ꝙ iſte motor nõ mouet, niſi moueatur, & poſuerimus ipſum moueri per accidẽs, poſſibile eſt vt aliqua hora veniat, in qua nõ mouebitur. quod enim eſt per accidens, nõ eſt ſemper, neq; neceſſarium. Et, cum fuerit poſſibile vt non moueatur, erit poſſibile vt non moueat, cũ ſit ita, ꝙ ſuum moueri eſt neceſſariũ in ſuo mouere. D. d. &, ſi poſuerimus ꝙ eſt poſſibile, &c. &, ſi poſuerimus illud, quod eſt poſſibile vt non ſit, non ſequitur falſum impoſſibile, ſed falſum poſſibile: & ex falſo poſſibili non ſequitur impoſſibile: vt dr̃ in analyticis. D. d. ſed defectus motus, &c. i. ſed defectus motus in aliqua hora, qui ſequitur ex hac poſitione eſt impoſſibilis. declaratũ eſt enim in principio iſtius tractatus ꝙ eſt hic motus æternus ſemper. Illud igitur, quod eſt poſſibile, ſ. ꝙ primus motor eſt poſſibile ꝙ nõ moueat in aliqua hora, eſt impoſſibile: & illud, ex quo ſequiť impoſſibile, eſt impoſſibile: et eſt, quòd primus motor non mouet, niſi moueatur per accñs. Et, qa non recte eſt poſſibile vt ponatur quòd primus motor mouetur eſſentialiter, & hoc eſt manifeſtum ex prædictis, tacuit hanc diuiſionem, & per deſtructionem eius complebitur demonſtratio.

Quod eſt p accñs nõ eſt neč'ius, neq; ſemp. Idẽ infra com. 46. &. 2. phyſi. 48.

Et rationabiliter hoc accidit. Tria. n. neceſſe eſt eẽ, quod mouetur, & mouẽs, & id, quo mouet. Id igiť, quod moueť, neceſſe eſt quidẽ moueri, mouere autẽ non neceſſe eſt. id aũt, quo mouet, & mouere, & moueri. pariter eñi mutatur hoc, ſimul, & ſm idẽ cũ eo, quod mouetur, exiſtens. manifeſtũ aũt eſt in mouentibus ſm locũ. tãgant enim ſeinuicẽ neceſſe eſt ſic vſq; ad aliquid. mouens autẽ ſic, vt ſit non id, quo mouet, immobile. Qm̃ autẽ videmus vltimũ, quod moueri quidem poteſt, motionis autẽ principiũ nõ habet, & quod mouetur quidẽ, ab alio autẽ, ſed non à ſeipſo, rõnabile eſt (vt ne neceſſarium dicamus) & tertiũ eſſe, quod mouet quidem, cũ ſit immobile. Quapropter & Anaxagoras recte dicit mentẽ impaſſibilẽ inquiẽs, & immiſtã eſſe, quoniam motus principium ipm facit eẽ. ſic enim vtiq; ſolũ mouebit, cum ſit immobilis, & vincet, cum ſit immiſtus.

Et de neceſſitate ſequitur hoc. Neceſſe eſt enim tria eſſe, motũ, & motorẽ, & per quod mouet. Motũ autẽ neceſſe eſt vt moueatur, & non eſt neceſſe vt moueat. & illud, per qđ mouet motor, neceſſe eſt vt moueat, hoc enim etiam tranſmutatur, & cũ hoc eſt coniunctum cum moto. & hoc manifeſtũ eſt in motoribus in loco, quia neceſſario ſunt contracta in aliquo ſpatio. illud autẽ, quod mouet, non, quia illud, per quod fit mouere, nõ moueť oĩno. Cum igitur inuenimus poſtremũ, & eſt illud, quod moueť, ſed in eo nõ eſt principiũ motus, & inuenimus aliq̃d, quod moueť, ſed non ex alio, ſed ex ſe, et eſt primũ non rõne, neceſſe eſt vt tertiũ ẽt ſit, & eſt illud, quod mouet, & nõ moueť. Et ideo Anaxagoras ẽt bene dixit, cũ dixit ꝙ intelligẽtia non moueť, neq; recipit paſſionẽ, nec admiſcetur cũ alio, cũ poſuerit ipſam principium motus. ſecundũ. n. hunc modũ ſolũ erit motor, ſ. vt ſit non motũ, & ſm hunc modũ erit dominans, ſ. vt ſit non admixtum.

Ideſt, & recte ſequitur hoc, ſ. vt primus motor non moueatur oĩno neq; per ſe, neq; per accidens ex hoc, quod dicam. D. incœpit inducere propoſitiones quibus vtiť in hac declaratiõe, & dixit Neceſſe eſt. n. &c. ideſt manifeſtum enim eſt per ſe quòd in rebus, quæ attribuuntur motui, ſunt tria genera, ſ. motor, & illud, per quod mouet motor, & eſt illud, quod ſequitur motorem, & motum. ver. g. in animali. quoniam motor eſt anima, illud autem, per quod mouet iſte motor, eſt muſculus, aut calor naturalis, qui eſt in lacertis, motũ autem eſt corpus. Deinde incœpit dicere ꝓpria vniuſcuiuſq; iſtorum generum trium, & dixit Motũ aũt neceſſe eſt vt moueať, &c. i. motum aũt, quod eſt tertiũ, non eſt neceſſe vt moueat, qñ moueť: ſed forte mouet, & forte nõ. & ſequitur ex hoc, ꝙ poſtremũ motuũ in mundo nihil mouet omnino. &, ſi non, procederetur 37

Muſculus, aut calor naturalis ẽ motor inſtãtie. ſed oppoſitũ dixit de calore naturali cõ. 55.

Poſtremum motũ in mũdo nihil mouet omnino.

in infinitum. Et, cum dixit illud, quod eſt propriũ poſtremo motori, incœpit dicere illud, quod eſt propriũ ei, per quod mouet primus motor, ſ. inſtr̃o. & dixit & illud, per quod mouet, neceſſe eſt vt moueat, & vt moueatur. idest, & proprium eſt ei, per quod mouet motor, vt moueat, & vt moueatur inſimul. Deinde incœpit declarare ꝙ neceſſe eſt in hoc vt moueatur, qñ mouet, & dixit hoc enim ẽt tranſmutatur. qm̃ hoc nõ mouet, niſi qñ primus motor mouet ipſum, neceſſario ſequitur vt, qñ mouet, moueatur. D.d. & cum hoc eſt coniunctum cũ moto, &c. i. & cũ hoc apparet ꝙ illud, per quod mouet primus motor, mouet, qñ mouet poſtremum motum, quia tangit illud poſtremũ motum. Et hoc manifeſtum eſt in eis, quæ mouent in loco. apparet enim ꝙ motum nõ transfertur, niſi transferatur cum eo coniunctum per aliquod ſpatiũ. & dixit ꝙ hoc apparet in motis in loco: qm̃ illud, per quod alterat primum alterans, exiſtimatur in pluribus non alterari, ſicut manus mortificatur mediante rete piſcis rachada, vel rabada narcha noti, & ſicut ſol calefacit aerem mediantibus corporibus cœleſtibus. Et. d. aliquod ſpatium, & non dixit totum ſpatium, quia apparet ꝙ inſtrumentũ, per quod fit mouere, forte aſſociatur moto vſq; ad finem motus, & forte aſſociatur ei per aliquod ſpatium, ſicut chorda, quæ dirigit ſagittam, & manus, quæ proijcit lapidem. Et, cum induxit propria poſtremi, & medij, induxit proprium primi, & dixit illud autem, quod mouet, &c. i. & eſt proprium ei, quod mouet per ſe, non quia mouet per aliud, hoc, vt non moueatur omnino. & intendit hanc diſpoſitionem eſſe in primo motore totius. & hoc nitit̃ declarare ex hoc ſermone. Et, cum poſuit hãc cõcluſionẽ poſitionem, incœpit declarare quõ ſeqtur ex proprijs moti, & eius, per quod mouetur, cum eo, quod eſt ꝓpriũ, ẽt primo ſm ꝙ eſt primus motor totius, & dixit Cum igitur inuenimus, &c. i. &, cũ inuenimus poſtremũ in mũdo: & eſt motũ ſeparatũ à motore, cũ ſit propriũ huic vt nõ moueat: & inuenimus illud, per quod eſt motus iſtius poſtremi moti peruenire in mundo ad motũ ex ſe, ſ. à motore in eo, ꝙ eſt primum, & principium totius: & primũ, ſm ꝙ eſt primũ, non debet eſſe prius eo, quod eſt poſt, ſolũmodo ſm definitionẽ, ſed ſm eẽ, & definitionem, ecõtrario diſpõni in motore, per quẽ mouent̃ mota ex ſe, ſ. generabilia, & corruptibilia, neceſſe ẽ vt iſte motor ſit ſeparatus à moto oĩno, & nõ ſit motum omnino. ᵃ Qm̃, cum aliquid fuerit compoſitũ ex duobus oppoſitis, quorũ vtrũq; exiſtit per ſe, & alterũ eoꝝ fuerit ſeparatum à reliquo, neceſſe eſt vt reliquũ ſit ſeparatũ. ver. g. ꝙ, ſi terra, & aqua ſint ſeparata in mixto, & vtraq; earum exiſtit per ſe, ſ. ꝙ neutrũ eſt neceſſarium in eẽ alterius, & aqua fuerit abſtracta à terra in aliquo loco, neceſſe eſt vt terra ſit abſtracta ab aqua in aliquo loco: ſunt enim duo extrema, & medium. cum igitur alterum extremum fuerit, neceſſe eſt vt aliud ſit. et ſimiliter eſt de primo motore cum medijs, et poſtremo moto. media enim, licet ſint plura, eandem habẽt naturã, ſ. illud, per quod fit motus. Sunt igitur in ſecundo ordine ſequẽte primũ motorem, & motum eſt in tertio ordine. Si igitur non fuerit dictum ꝙ primus motor neceſſe eſt vt ſit exiſtens per ſe, non ſeqtur ex hoc, ꝙ poſtremum mouetur, & non mouet, hoc, ꝙ primum moueat, & non moueatur, & ideo addidit illis duobus ꝓprijs, ꝙ poſuit quod primũ, & principiũ, ſm ꝙ eſt principiũ, eſt ſeparatũ in eſſe, nõ in definitione tm̃. Cũ igit̃ poſuerit ipm̃ eſſe ſeparatũ in eſſe cũ illis duobus ꝓprijs modis moti, & eius, ꝑ quod fit motus, declarabit̃ tunc tertiũ propriũ, quod eſt quæſitũ in primo motore. Et nõ ſufficit in hac declaratiõe, ꝙ primus motor ſit ſeparatus in eſſe, qm̃ põt aliquis dicere, licet ſit ſeparatus in eſſe, tñ eſt mixtũ cũ eo, quod mouet̃ ab eo tali mixtione, ꝙ nõ põt euadere quin moueatur cum motu moti, ſicut ſi aliqs dixerit ꝙ elemẽta nunq̃ inueniuntur, niſi mixta. Cum igitur fuerit poſitum propriũ poſtremi, et eſt ipſum eſſe ſeparatum à motore, tunc verificabitur proprium primi principij, ſm ꝙ eſt motor, & principium, ſ. quod non mouetur. Et, ſi etiam fuerit poſitũ proprium poſtremi, & non fuerit poſitũ propriũ principij, non cõplebitur demonſtratio, ſicut fecit Themiſtius in ſua expoſitione. Et vocauit quæſitum tertiũ, quia eſt tertium eorũ, quæ poſuit ex propoſitionibus, non quia eſt tertiũ trium generũ, ſed eſt primũ eorũ, et poſtremũ eſt tertiũ motũ, & ſecũdũ eſt mediũ, aut media. Et quia Anaxa. fuit primus eoꝝ, qui inuenerunt hoc ꝓpriũ de p̃io principio dixit Et ideo Anax. etc. et intendebat per hoc, quod dixit nõ recipiens paſſionẽ, non alterabile, nec tranſmutabile. & intendit per non mixtũ non corpus, neq; in corpore. D.d. ſm igit̃ hũc modũ ſolum erit motor, i. ſm igitur hunc modum erit motor vltimus, ſ. vt non ſit motum aliquo modo tranſmutationũ, & ꝙ vl̃r non admiſcetur materia. D.d. et ſm hunc modũ erit dominãs, i. dñans res paſſiuas, generabiles, & corruptibiles, nam, ſi eſſet in materia, pateretur à rebus, quas mouet, & ſic contingeret trãſmutatio, & corruptio, & non eſſet motor æternus.

Illud, ꝑ qđ alterat primus alterans exiſtimat̃ in pluribꝰ nõ alterari. vide ꝑ hoc. 2. cœli. cõ 42.

Primũ ĩ eo, ꝙ ẽ primũ, ñ ſolus dꝫ eſſe priꝰ eo, qđ ẽ poſt, ſm definitionẽ, ſꝫ ſm eẽ, & definitionẽ. ecõtra in corruptibilibus.

a Qñdo aliqd fuerit cõpoſitum ex duobꝰ oppoſitis, quorũ vtrunq; exiſtit ꝑ ſe, & alterũ fuerit ſeparatũ a reliquo, & reliquum neceſſario ſepabitur a reliquo.

Vide idẽ de Anaxa. p̃io de ãia. 30. & 3. de anima t. c. 4.

At vero, ſi non ſm accidens, ſed ex neceſſitate mouetur mouens, ſi aũt non moueatur, non vtiq; mouebit, neceſſe eſt mouẽs, quatenus mouet̃, aut ſic moueri, vt ſm eãdẽ ſpẽm motus, aut ſm alterã. dico aũt, * quale eſt aut calefaciens & ipm̃ calefieri, & ſanans ſanari, & ferẽs ferri, aut ſanãs ferri, ferens aũt augeri. Sed manifeſtũ eſt ꝙ impoſſibile eſt. oportet igit̃ vſq; ad indiuidua diuidẽtẽ dicere. vt, ſi qđ docet Geometrice operari, hoc docet Geometrice operari ſm idẽ: aut, ſi proijcit, proijci ſm eundem modũ proiectionis. Aut non ſic qdem, ſed ſm aliud ex alio genere. vt quod fert qdem augeri, quod aũt hoc auget alterari ab alio: quod aũt hoc alterat, ſm aliũ quendã moueri motũ. ſed neceſſe eſt ſtare. finiti. n. ſunt motus ipſi. Rurſus aũt reflectere, & alterans dicere ferri idem facere eſt, ac ſi mox dicat ferens ferri, et doceri docẽs. manifeſtũ. n. eſt ꝙ & à ſuperiore mouẽte mouetur id, quod mouet̃ oẽ, & magis à primo mouentiũ. At vero hoc qdẽ impoſſibile eſt. docens enim accidit diſcere, quorũ hoc qdẽ nõ habere, illud aũt habere ſciẽtiam neceſſariũ eſt. Amplius aũt his magis irrationabile eſt, ꝙ accidit, omne motiuum eſſe mobile, ſi oẽ, quod mouet̃, ab eo, quod mouet̃, moueatur. erit enim mobile. vt, ſi aliquis dicat ꝙ oẽ ſanatiuum & ſanans, & ſanabile erit: & ædificatiuum ædificabile, aut ſtatim, aut per plura. dico aũt, ut, ſi mobile qdem ab alio eſt oẽ motiuum, ſed non ſm eundem motum mobile, quo mouet propinquũ, ſed ſm alterum. vt ſanatiuum diſcibile. ſed hoc aſcendẽdo perueniet aliquãdo ad eandem ſpeciẽ, vt diximus prius.

* ἔτι

prius. Alterũ igitur horum impoſſibile eſt; alterum aũt figmentũ. incõueniens enim eſt alteratiuũ augmẽtabile ex neceſſitate eſſe.

Et poſtea, ſi motor non mouet per accñs, ſed neceſſario, &, ſi nõ mouetur, nõ mouet, ſequiť neceſſario, ſi motor mouetur, vt moueať, aut illo eodem modo, quo mouet, aut alio. ver. gra. aut vt calefaciens ipſum calefiat ipſum, & ſanans ipſum ſanetur, & ipſum trãſferens trãſferatur, aut vt transferatur ſanãs, & ſanetur transferens, aut vt augmentetur. Sed manifeſtum eſt hoc eſſe impoſſibile. neceſſe eſt enim vt diuiſio perueniat ad induiidua. v. g. ꝙ qui ſcit Geometriã alicuius rei, addiſcit Geometriã illius eiuſdem rei: & qđ proijcit aliquid, ꝓijcitur illo modo ꝓiectionis. Aut vt nõ ſit ſm hunc modũ, ſed vnũquodq; moueť ſm vnũquodq; generũ. v. g. vt transferens augmenteť, et augmentans alteret ab aliquo, & alterans iſtud moueatur alio modo. ſed, ſi hoc fuerit, cõtinget vt motus ceſſet. modi enĩ motus ſunt finiti. Si aũt aliquis dixerit ꝙ hoc reciprocatur ita, ꝙ alterans transferatur, tunc erit ſermo illi ſimilis, ſi dixerit de principio ꝙ trãsferť, & ſciẽs addiſcit. manifeſtũ eſt enim ꝙ oẽ motũ ẽt moueť à motore ſupiori, & maxime à prĩo mouentiũ. Sed hoc eſt impoſſibile. ſeqtur enim vt docens addiſcat illud, de cuius quodã non habet ſcientiã, et de quodã habet ſcientiã. Et magis improbabile ẽt eſt hoc, quod ſeqť ex hoc, vt oẽ, quod innatũ eſt mouere, ſit innatũ moueri, ſi oẽ, quod moueť, moueať à motore moto. Hoc enim eſt ſiľe ſermoni, dicenti, ꝙ oẽ, quod innatũ eſt ſanare, eſt innatũ ſanari, & oẽ, qđ eſt innatum ædificare, eſt innatũ ędificari, aut ex primo, aut ꝑ plura media. v. g. ꝙ oẽ, quod innatũ eſt mouere, innatum eſt moueri ab alio. ſed motus, quo innatum eſt moueri ſm ipſum, non eſt motus, ſm quẽ innatum eſt moueri ſuum compar, ſed alius motus. v. g. ꝙ illud, quod innatũ eſt ædificari, innatũ eſt doceri. ſed, ſi aſcenderis ex hoc ad principiũ in aliq̃ diſpoſitione, venies ad illum eundẽ modum, ſicut diximus ſuperius. Quoddã igiť huius, quod diximus hic, eſt ĩpoſſibile, & quoddã fictũ, & hoc eſt improbabile dicere, ſ. ꝙ illud, quod eſt innatũ alterare, neceſſario innatum eſt augeri.

38 Cum poſuit ꝙ, ſi fuerit neceſſarium in hoc, ꝙ motor moueat, ipſum moueri, & eſt neceſſe, ſi hoc fuerit, ita vt moueri ſit in eo, aut eſſentialiter, aut accidentaliter, & deſtruxit ꝙ moueri in eo ſit accidentaliter, vult igiť hic deſtruere Secũdũ condiuidens, quod eſt, quòd moueri ſit in eo eſſentialiter, et dixit Et poſtea, &c. ideſt et poſt hanc declarationẽ prædictam, ſ. ꝙ neceſſe eſt hic eſſe motorem, qui non mouetur accidentaliter, ſi fuerit motum eſſentialiter: et omnis motor nõ mouet, niſi moueatur: neceſſe eſt vt motor moueať illo modo motus, quo mouet, aut alio modo motus. & hic eſt ſyllogiſmus hypotheticus cõtinuus, cuius conſequens diuidiť in duo oppoſita. Deinde dedit exemplum de hoc, & dixit verbi grã, &c. ideſt & exemplum eius, quòd motor mouetur illo modo motus, quo agit, eſt vt calefaciens calefiat, quando calefacit, & ſanans ſanetur, qñ ſanat, & transferens transferatur, quãdo transfert. Et exẽplum eius, quod mouetur alio modo motus à modo, quo agit, hoc eſt, vt ſanans transferatur, & tunc ſanet, ſcilicet quòd translatio ſit neceſſaria in ſanatione eius, transferens etiam moueatur alio modo motus, ver. g. augeatur. Et, cum induxit iſtos duos modos, ſ. conſequens in hoc ſyllogiſmo, incœpit deſtruere eos, & dixit Sed manifeſtum eſt hoc eſſe impoſſibile, ſcilicet duos modos eſſe inſimul. D. incœpit deſtruere alterum modum, & eſt, ꝙ motor mouetur neceſſario illo modo motus, quo agit. & dixit neceſſe eſt enim, vt diuiſio perueniat, &c. ideſt & eſt impoſſibile vt transmutans transmutatum transmutetur modo transmutationis, ſm quam tranſmutat. quoniã, cum diuiſerimus trãſmutationem, quouſq; perueniamus ad indiuidua, quæ ſunt in modo illius tranſmutationis, continget vt idem ſit tranſmutatum, & tranſmutans eodem modo. ver. g. quòd, cum nos diuiſerimus trãſmutationem, et tranſmutatũ in tres tranſmutationes, quæ ſunt alteratio, augmentatio, diminutio, & translatio, & diuiſerimus vnam earum in ſuas proprias ſpecies, ver. gra. vt diuidamus qualitatẽ in ſua propria genera, & accipiamus ex eis vnam ſpeciem, ver. gra. formam, quæ eſt in animato, ſm ꝙ eſt animatum, & acceperimus ex iſtis ſanitatem, & acceperimus ex iſtis vnum indiuiduum, quod agat, vel patiatur, continget vt ſanans, quod eſt medicus, v. g. ſanetur, quod eſt valde improbabile, ſ. vt ille qui ſanat à febre, ſanetur ab ea, quando ſanat. & ſimiliter, ſi acceperimus aliquod indiuiduũ indiuiduorum formarum, quæ ſunt in anima. ver. g. ſciens Geometriam. continget enim vt ſciat aliquid de Geometria, & addiſcat inſimul. ver. gra. vt ſciat menſuram trianguli, & addiſcat ipſam inſimul. Et, cum deſtruxit primam diuiſionem, & eſt vt motor moueatur modo motus, quo mouet, deinde d. Aut vt nõ ſit ita, &c. ideſt aut diſpoſitio mouentium non erit talis, ſ. vt moueanť illo modo motus, quo mouent: ſed vnũquodq; mouẽtium mouet genere motus alio à genere, quo mouetur. ver. g. vt transferens augeatur, & augmentans alteretur, & alterans moueatur alio motu. D. d. ſed, ſi hoc fuerit, i. ſed continget ex hoc peruenire ad motorem, qui non mouetur. genera enim motuum quibus mouentur motores ſunt finita. verbi gra. quòd, ſi transferens transfert, quando alteratur, & alterans alterat, quando augetur, ſequitur neceſſario ut augmentans augmentetur, non ita, quòd tranſmuteť, cum nullum hoc ſit genus quartum motus: & ſecũdum hoc nõ omnis motor mouetur, neque illo modo, quo mouet, neq; alio modo. Et, quia aliquis poteſt dicere ꝙ poſſibile eſt vt hoc reciprocetur, ſ. vt transferens transferat, cum alteratur, & alterans, cum augmentat, & augmentans, quando transfertur, & ſequitur ex hoc primum impoſſibile, quod eſt vt idem transferat, & trãſferatur eodem modo, & ſanetur, ſm quòd ſanat, dixit Si autem dixerit aliquis, &c. i. ex iſta poſitione ſequitur vt res moueatur eo modo, quo mouet: ſicut ſequitur ex prima poſitione, & in nihilo differunt. ſed in prima res alterat, quando alteratur ſine medio, hoc autẽ cum medio. & idẽ eſt impoſſibile, ſiue aliquid moueat aliquid, ſm ꝙ moueť illo modo motus cũ medio, aut ſine medio. Et, quia conſecutio iſta non apparet, niſi

Genera motuum, quib⁹ mouent motores, ſunt finita.

quando fuerit poſitum ꝙ mouentia, quæ mouētur ſm hunc modum, neceſſe eſt vt reducantur ad primū motorem, qui eſt cauſa in inueniendo motum in eis, & ſine ipſo non mouerēt, dixit manifeſtum eſt enim quod omne motum, &c.i. & neceſſe eſt ꝙ in iſtis ſequat̃ impoſſibile prædictum: & eſt aliquid moueri illo modo motus, quo mouet. quia manifeſtum eſt ꝙ oē motum cuiuſcunq; generis ſit generum motus, ſi mouet quando mouetur, non mouetur niſi à motore, qui eſt ante ipſum. & hoc intēdebat per motorem ſuperiorem. Et dixit & maxime à primo mouentiū. qm̄, cū mouentia mouentur ex alijs, poſtremum eorum non mouet, niſi per motorem, qui eſt ante ipſum, ſ. qui mouet ipſum: et ſimiliter iſtud ſecūdum nō mouet, niſi per tertium, qđ eſt ante ipſum, & omnia nō mouent, niſi per primum motorem. Si igitur poſuerimus v.g. ꝙ generans generat, qñ alteratur, & alterans alterat, quando transfert̃, ſequitur neceſſario vt transferens ſit principium iſtorū motuum, & motor iſtius motus eſt primus motor, & ſimiliter illud, quod mouetur ab eo. Et, cum ita ſit, & poſuerimus vt trāſferens, quod eſt primum. v.g. transferatur, qñ generat, & generatum non poteſt eſſe, niſi qñ transferens fuerit, qm̄ ita fuit poſitum, ſequitur neceſſario vt transferens non ſit transferens, niſi transferatur. Sed, quia impoſſibile non apparet in hoc loco bene in moto in loco: exiſtimatur enim ꝙ motor in loco mouet ſe: induxit modū motus, in quo apparet impoſſibile ſequens hanc propoſitionem vſr, & dixit ſequitur enim vt ſciens addiſcat, &c.i. ſequitur enim ex hac poſitione vt primus motor, ver.g. in alteratione, vt ſciēs doceat idem numero, & addiſcat ipſe inſimul, ita, quòd qui docet angulos triāguli eſſe æquales duobus rectis, addiſcat demonſtrationem eius, quando docet ipſam. ſequitur enim hoc vt idem ſciatur, & ignoretur inſimul. addiſcere enim eſt ſm ignorātiam, & docere ſm ſcientiam. Et deinde d. Et magis improbabile eſt, &c.i. & vſr qui dicit ꝙ motor non mouet, niſi ſm ꝙ mouetur, ſequitur ei incōueniens, quod contingit dicenti, ꝙ ſanans non ſanat, niſi ſm ꝙ ſanatur. D. incepit dicere quō contingit hoc inconueniens, et dixit aut ex primo, aut per media plura vno. ideſt aut ex primo, quando mouetur illo modo motus, quo mouet. ſi autē poſuerimus ꝙ mouetur alio modo motus ab eo, quo mouet, veniet idem impoſſibile, ſ. mouere per mediū. Et iſte ſermo, & prædictus ſunt idem, & eadem demōſtratio: ſed induxit primum in forma demōſtrationis, & ſecundum in forma ducentis ad impoſſibile improbabile. in hac enim poſitione adunata ſunt hæc duo, ſ. impoſſibilitas, & improbabilitas.

Non ergo neceſſe eſt ſemper moueri qđ mouet̃ ab alio, eoq; moto. ſtabitur ergo. quare aut à quieſcente mouebit̃ id, quod mouet̃ primū, aut ipm̄ ſeipſum mouebit. At vero, ſi oportet etiā cōſyderare vtrū cauſa motionis ſit, & principiū ipm̄ ſeipſum mouens, an id, quod ab alio mouet̃, illud omnis vtiq; ponet. id enim, quod p ſe eſt cauſa, ſemp prius ē eo, quod ſm alterum, & ipſo exiſtente.

Quod per ſe cā eſt, ſemp prius eſt eo, q̄ ſm alterum.

Non igit̃ eſt neceſſariū vt motum moueatur ab aliquo ſemper, vt iſtud aliud moueat̃. ceſſabit hoc igit̃. & primum igit̃ motum aut mouebitur à qeſcente, aut ipm̄ mouebit ſe. Si igit̃ eſt neceſſariū cōſyderare quod iſtorū duorū eſt cā, & principiū motus, vtrū illud, quod mouet̃ ex ſe, aut ab alio. quilibet enim homo feſtinat ad ponēdum hoc. illud enim, quod p ſe mouet in aliqua diſpoſitione, ſemper eſt cauſa prima eius, cuius tranſmutatio eſt in illa diſpoſitione etiam.

Ideſt, et, cum declaratum eſt ꝙ impoſſibile eſt vt aliquid moueatur ab aliquo extrinſeco moto, & ꝙ aliud etiam moueatur ab alio extrinſeco moto, & ſic in infinitum: ſed neceſſe eſt vt hoc ceſſet, ſicut declaratū fuit prius apud primum motum, quod non mouetur à motore extrinſeco moto. D. d. primum igit̃ motum, aut mouebitur à quieſcente, &c.i. neceſſe eſt igitur vt primum motum in loco moueatur à motore, qui non eſt innatum moueri, aut moueatur à motore, qui mouet ſe: vt intendit Plato ſm ſuam poſitionem, ꝙ oīs motor de neceſſitate mouetur. D. d. Si igitur neceſſe eſt conſyderare, &c.i. &, ſi neceſſariū eſt in hac perſcrutatione conſyderare quæ iſtarū rerum motarū eſt dignior vt ponatur primum, vtrum illud, quod mouetur ex ſe, aut illud, quod mouetur ex alio extrinſeco. qlibet enī homo cōuenit nobiſcum in hoc, ꝙ illud, quod mouet̃ ex ſe, eſt dignius vt ſit primum principiū q̄ illud, quod mouetur ex alio. Et, cum dixit quilibet enim homo feſtinat ad ponēdum hoc, dedit cām in hoc, & dixit illud enim, quod per ſe mouet, &c.i. & hoc manifeſtum eſt oībus, & conceſſum eis. qm̄ illud, quod p ſe eſt in diſpoſitione, per quam eſt mouens, ſemper eſt cā p̄cedens illud, per quod aliud eſt in illa diſpoſitione, ſ. per quā eſt mouens. Et dixit hoc, qm̄, ſi hoc eſt neceſſariū in hoc, ꝙ aliquid moueat, vt moueatur, tūc motor, qui habet in ſe iſtam diſpoſitionem, eſt dignior vt ſit motor, q̄ illud, quod habet hanc diſpoſitionem ex alio. 39

Secūdū Platonē oīs motor de neceſſitate mouetur.

Caput Quartum. Quod, & ſi perueniamus ad primū ſeipſum mouens, neceſſe tamen ſit deuenire ad mouens penitus immobile.

QVare hoc conſyderandū eſt, ſumpto alio principio, ſi qd mouet ſeipſum, quo modo mouet, & ſm quē modum. Neceſſe igitur eſt omne, quod mouet̃, eſſe diuiſibile in ſemper diuiſibilia. hoc enim oſtēſum eſt prius in ijs, quæ vniuerſaliter de natura, ꝙ omne, qđ per ſe mouetur, cōtinuū eſt. Impoſſibile igitur eſt ipſum mouens ſeipſum penitus mouere ipſum ſeipſum. feretur enim totum, & feret ſm eandem lationē, vnum exiſtens, & indiuiduum ſpecie, & alterabit̃, & alterabit: quare docebit vtiq;, & docebit̃ ſimul, & ſanabit, & ſanabit̃ ſm eādem ſanitatem. Amplius aūt determinatum eſt ꝙ mouetur id, quod mobile eſt. hoc aūt eſt potentia, cum mouetur, non actu. quod aūt potentia eſt ad actum pergit. eſt autem motus actus mobilis imperfectus: mouēs autem iā actu eſt: vt calefacit calidū, & omnino id, qđ habet formam, generat. quare ſimul idem, et ſm idem calidum erit, & non calidum. ſimiliter autē & aliorum vnumquodq; eorum, quæ neceſſe eſt mouens habere vniuocum: eius ergo, quod ſeipſum mouet, hoc qdem mouet, illud autem mouetur.

Oē, qđ mouet̃, eſt diuiſibile. & infra tex.46. et. 6 phyſi.32. & 5.phy.62.

Oportet

Oportet igiť nos conſyderare nūc de hoc, incipiendo alio modo, ſ. ſi aliquid mouet ſe, qualiter mouet, & quo modo. Dicamus igitur, qm̄ neceſſe eſt vt oē motum diuidatur in diuiſibilia. hoc. n. declaratum eſt prius in noſtro ſermone de ſummis de natura. oē. n. motum per ſe eſt continuum. Et impoſſibile eſt vt illud, quod mouet ſe, moueat ſe ſm totū. qm̄ tunc ſm totum transferret, & trāſferreť eodem modo translationis, & eſt vnum indiuiſibile in ſua ſpecie, et tunc idem alterabitur, & alterabit: & ſic ſciet, & addiſcet ſimul, & ſanabit, & ſanabitur eadem ſanatione. Et iam determinauimus etiam quid intēdimus, cum dicimus, φ aliquid mouetur, ſm φ mouetur: & eſt φ in potentia mouetur, & non in actu: & illud, quod mouetur, ſemper nititť ad perfectionē. & motus eſt perfectio non cōpleta ei, quod innatū eſt moueri: & motor autem iam exiuit in actum: v.g. φ calefaciēs eſt calidum, & vľr eſt illud, quod iam habet formam. & ſic idem in eodē modo erit calidū, & non calidū inſimul. & ſm hunc modū eſt de qualibet aliarum rerum motarum, quatum motor eſt vniuocum ſecundū formam.

40 Cum declarauit φ oē motum in loco reduceť ad motum ex ſe, et φ illud, quod ſequitur de hoc in motis poſtremis particularibus, ſequiť ſilr̄ i motis ṗmis vľibus, ſiue fuerit voum, ſiue plura, & declarauit φ neceſſe eſt vt motor, per quem mouetur motum ex ſe primū, non moueatur oīno, neq; eſſentialiter, neq; accidētaliter, ee declarauit φ idem impoſſe eſt vt moueat, & moueatur eodem modo, vult perſcrutari de moto ex ſe, ſm φ eſt motum ex ſe, quo mouetur, et à quo mouetur. & intendebat hoc. qm̄ videbatur Platoni φ motum ex ſe componitur ex moto, & motore, q mouet ſe. Et ideo dixit Oportet igitur nos nunc cooſyderare, &c. i. et intendit per hoc, illud, quod moueť ex ſe, quod manifeſtum eſt eſſe motū ex ſe. D. d. Dicamus igiť φ neceſſe eſt, &c. & intēdit ꝑ hoc, illud, quod declaratum fuit prius, ſ. φ oē motum eſt corpus, & φ oē corpus diuiditur in corpora diuiſibilia ſemper, & φ impoſſe eſt corpus diuidi in indiuiſibilia, ſicut dicūt Platonici. Et, cum dixit φ eſt continuum, iouit cauſam, quæ facit motum eſſe cōtinuum, motus. n. quia eſt coontinuus, fuit neceſſe vt ſubiectum eius ſit de natura continui, & noo de natura diſcreti. Et, cum poſuit hanc propoſitionem, dicētem φ oē motum eſt diuiſibile, ſequitur vt oē motū ſit corpus, ſiue ponatur mouere ſe, aut moueri à motore alio. Et, cum verificauit hanc conſecutionem, & iam declarauerat φ impoſſe eſt vt idē, ſm φ eſt corpus, moueat ſe ita, φ moueat ſe, & moueatur eodem modo, poſuit etiam hāc propoſitiooem, & dixit & impoſſe eſt vt illud, &c. i. & iſte ſermo eſt intellectus ex prædicto, ſ. φ impoſſe eſt φ aliquid moueat, ſm φ moueť. et hoc eſt in motis, & mouentibus, q̄ dr̄ vniuoce. & dixit hoc, qa hoc non eſt impoſſe, niſi in motoribus, quæ ſunt corpora, aut virtutes in corporibus. Et ideo exiſtimauit Plato φ mota ex ſe mouētur à motoribus abſtractis, ſ. quia ponebat φ mouēs ſe eſt abſtractum, & φ abſtractum eſt mouens ſe. Sed, ſi hoc fuerit ita, tūc motus, & mouere illic dicentur æquiuoce cum motu, qui eſt hic. Et error contingit Platoni ex hoc, quod opinabatur φ primus motor in corpore, q mouetur ex ſe, nō eſt corpus. & eſt vera opinio. & opinans eſt cū hoc, φ oīs motor, ſiue fuerit corpus, ſiue ooo, nō mouet, oiſi moueať vno modo motus, dicto vniuoce. & ſunt impoſſe apud ipſum vt motor, qui eſt corpus, moueat ſe, & ſilr̄ q eſt virtus in corpore. et tunc concluſit ex hoc, φ aīa nō eſt in corpore, & φ eſt ęterna, cum moueat ſe. Et hoc eſſet verum, ſi aīa moueret ſe eſſentialiter, & moueret ſe motu proprio abſtractus, ſ. vt intellectus, & intellectum in ea eſſeot idem, vt declaratum eſt de primo motore, & de cæteris motoribus abſtractis. ſed iſte motus dicitur ęquiuoce cum motu, qui eſt à motoribus, qui ſunt corpora, aut virtutes in corporibus. & omne hoc manifeſtum eſt exercitantibus ſe in iſtis ſcientijs.

Mot⁹, qa eſt cōtinu⁹, fuit neceſſe vt ſubiectū ei⁹ ſit de natura cōtinui, & non de natura diſcreti. Idē 2. Cœ. c. 47. & 2. de Gñatione. t. cō. 62. Idem mouere ſe ē īpoſſe ī corpib⁹, & in virtutib⁹ ī corpore.

Qđ Plato exiſtimauit. idem mouere ſe.

Mot⁹ aīæ, & itelligētiarū ē ęquiuoce dictus cū motu, q ē à motorib⁹, quæ ſunt corpa, aut virtutes in corpibus.

Quod autem non eſt ipſum ſeipſum mouens ſic, vt vtrūq; ab vtroq; moueať, ex his manifeſtū eſt. neq;. n. erit primū mouens vllum, ſi vtrūq; vtrūq; mouebit. quod. n. prius magis cauſa eſt mouendi, q̄ ſequens, & mouebit magis. Dupliciter. n. mouere eſt, aliud quidē id ipſum, quod ab alio mouetur, aliud autem ſeipſo. proximius aūt eſt quod lōgius eſt ab eo, quod mouetur à principio, quàm quod in medio eſt. Amplius non neceſſe eſt mouēs moueri, niſi à ſeipſo. ſecundū accidēs ergo contra mouet alterum. at ſumpſi cōtingere nō mouere. erit ergo aliud quidē, quod mouetur, aliud aūt mouens immobile. Amplius non neceſſe eſt mouēs contra moueri, ſed aut immobile aliqd mouere neceſſe eſt, aut ipſum à ſeipſo moueri: ſi neceſſe qdē eſt, ſemp motū eſſe. Amplius ſm quē mouet motū ēt vtiq; mouebiť. quare calefaciens calefit.

Quod prius ē magis ē cā mouendi, q̄ ſequens. Idē ſupra textu cō. 38.

An qđ mouet moueri ēt cōtra neceſſe.

Neceſſe eſt igitur vt illud, quod mouet ſe, ſit quiddā motor, & quiddā motum. & apparet ex hoc, quod nos dicemus, φ illud, quod mouet ſe, non mouet ita, φ vtraq; pars eius mouetur ab vtraq; parte. tūc. n. neutra pars erit motor primus, cū vtraq; pars moueat ſe. qm̄, vt ſit cauſa motionis illud, quod ē prius, eſt dignius q̄ vt ſit cā motionis cōſequētis, & ſuū mouere ad illud eſt magis. Mouere aūt fit duobus modis. quorū vnus ē vt motū moueatur ab alio, & alius eſt vt moueat per ſe. et illud, quod eſt remotius à moto eſt propinquius principio. Et etiam non ſequitur neceſſario vt motū ſic moueat, ſi motū ex ſe nō fuerit. per accidens igitur mouet vtrūq; eorū reliquum. ergo poſſibile eſt vt vtrūq; eorū nō moueat alicrum. alterū igitur eorum erit motum tm̄, & alterū motor non motum. Et etiā non eſt neceſſariū vt motor reuertatur, & moueatur, ſed eſt neceſſariū vt ſit aliquid, quod moueat, & nō moueať, aut aliqd, quod mouetur ex ſe, ſi eſt neceſſariū vt ſemper ſit motus. et, ſi non, tunc moueretur motu, quo moueret, & ſic calefaciens calefieret.

Ideſt. &, cum motū ex ſe impoſſibile eſt vt moueat ſe, ita, φ motor in eo ſit motum idem, oeceſſe eſt vt ſit 41

compoſitum

compoſitum ex motore, qui nõ mouetur, & ex moto. Qm̃, ſi motor in eo fuerit motum, tunc ipſum erit primum motum ex ſe: & reuertetur quæſtio, vtrum motum in eo ſit motor, aut quiddã eſt motor, qui non mouetur, & quiddam motum. Et eſt manifeſtũ ꝙ motor, à quo mouetur motum ꝑ ſe, nõ eſt corpus. qm̃, ſi eſſet corpus, non moueret, niſi moueretur. Si Ariſt. igitur eſſet cõtentus ĩ hac declaratione de diſpõne motus ex ſe, eſſet ſufficiens in hoc, quod intendit. ſed, quia aliqs poteſt defendere Platonem dicendo, quid prohibet ꝙ vtraq; pars moti ex ſe moueat reliquam, ita, ꝙ motus eius ſit quaſi reciprocatus ĩ ſe, dixit & apparet ex hoc, quod nos dicemus, &c. & intendit eſſentialiter, & non accidentaliter. D. d. tunc enim, &c. i. ſed, cum hoc fuerit poſitum, ſequitur vt neutra earum ſit primum motum ex ſe. D. d. cum vtraq; moueat ſe, &c. i. & ſequit̃ vt vtraq; earum non ſit primum motum. qm̃ vtraq; earum eſt dignior, vt ſit cauſa eius, quod eſt ſe mouere ſeipſum, q̃ vt ſit cauſa ſe mouere aliud. qm̃, ſi mouere aliud eſt conſequens mediante ſe, mouere ſeipſum eſt præcedens. & ratio eſt econtrario. & eſt, qm̃ vtriuſq; earum mouere ſeipſum eſt ſe mouere aliud. Prior igit̃ duarum motionum eſt mouere aliud, et conſequens, et poſterius eſt mouere ſe: quod eſt econtrario ei, quod mouet̃ ex ſe. D. d. Mouere. n. fuit duobus modis, &c. & demõſtrat deſtructionem iſtius poſitionis, ſ. vt duo mota, aut plura vtrũq; eorum moueat reliquum eſſentialiter ex hoc, quod declaratũ eſt ꝙ motum, quod inuenitur in eis, quæ mouentur inſimul, quæ ſunt duo, & plus, eſt duobus modis. quorũ vnus eſt motum, quod mouetur ab alio, & alterum motum, quod mouetur ꝑ ſe: & eſt illud, ad quod perueniunt mota ex alíjs. & illud, quod eſt remotius à poſtremo moto: & eſt illud, quod eſt propinquius pricipio, quod eſt motum ex ſe: eſt dignius mouere q̃ ꝓpinquius ei. Et ſm̃ hoc erit impoſſibile vt vtrũq; duorum motoꝝ moueat reliquum eſſentialiter. tunc. n. vtrũq; erit motum, & motor inſimul eodem modo, & non erit illic primus motor, primum motum ex ſe, nec poſtremum motũ, nec media. Et totum hoc eſt ecõtrario ei, quod poſitum fuit de diſpoſitione in * loco. Sed quia hoc nõ prohibet hoc eſſe per accidẽs, ſ. vt illud, quod mouet per ſe, accidat ei, vt moueat aliud, dixit Et etiam non ſequitur nec̃io, &c. i. &, cum in motis, quæ ſunt hm̃oi, ſ. quorum vtrũq; mouet reliquũ eſſentialr̃, non fuerit motũ ex ſe, non ſequit̃ vt motũ eoꝝ moueat aliud. hoc. n. nõ eſt neceſſe, niſi in medio, q̃d eſt iter motũ ex ſe, & poſtremũ motũ, quod nõ mouet, vt declaratum fuit prius. Et, cum oẽ hoc eſt, ſicut narrauimus, tunc nõ eſt poſſe vt vtrũq; eoꝝ moueat vtrũq;, niſi ꝑ accñs, & ꝙ vtrũq; eoꝝ ſit motũ ex ſe. & hoc eſt ecõtrario ei, q̃d poſuit aduerſarius. D. d. ergo poſſe ẽ, &c. i. et, cũ vtrũq; eoꝝ nõ mouet reliquũ, niſi per accidens, poſſe eſt vt neutrũ moueat reliquum ita, ꝙ ex ambobus non fiat motum ex ſe niſi per accidens: & aduerſarius ponit ꝙ motum ex ſe mouet ſe eſſentialiter, & ſemper. Deinde induxit concluſionem, quæ demonſtrata eſt prius, & dixit alterum igitur erit motum, &c. i. &, cum motum ex ſe nõ poteſt componi ex duabus partibus, quarũ vtraq; moueat reliquã, ſequitur nec̃io vt cõponatur ex duabus partibus, quarum altera eſt motor tm̃, non mota, & alia mota tantũ. D. d. & etiam non eſt nec̃ium, &c. i. & etiam nõ eſt neceſſarium vt motor nõ moueat, niſi reuertat̃, et moueatur à ſe, & tunc moueat, ſiue moueat ſe per mediũ, aut ſine medio. contingit. n. vt calefaciens calefaciat ſe. &, cum hoc eſt impoſſibile, neceſſe eſt, ſi motus eſt ſemꝑ, vt ſit hic primus motor, q non mouetur, & motum ex ſe. &, ſi nõ, cõtingeret, ſicut dixit, ꝙ calefaciẽs calefaceret ſe, & tunc calefaceret aliquid, quod eſt impoſſe.

*al. moto.

At vero neq; ipſius primo ſeipſum mouentis aut vna pars, aut plures mouebũt ipſa ſeipſam vnaquęq;. totum. n. ſi mouetur ipſum à ſeipſo, aut ab aliquo eorũ, quæ ſunt ipſius, mouebitur, aut totum à toto. Si igit̃, quia mouetur aliqua pars ipſa à ſeipſa, hæc vtiq; erit illud primum ipſum ſeipſum mouens. ſeparata. n. hęc quidem mouebit ipſa ſeipſam, totum autem non amplius. Si vero totum à toto mouetur, ſecundum accidens hæ mouebunt ipſæ ſeipſas. Quare, ſi non neceſſario, accipiantur nõ moueri à ſeipſis. Ipſius igitur totius aliud mouebit, cũ immobile ſit, aliud autem mouebitur. ſolum. n. ſic poſſe eſt aliquid per ſeipſum motiuum eſſe. Amplius, ſi tota ipſa ſeipſam mouet, hoc quidem mouebit ipſius, illud autem mouebitur. Quæ igitur A B, & à ſeipſa mouebitur, & ab A.

Et impoſſibile eſt etiam vt nulla pars eius, quod primo mouet ſe, nec plures vna, moueat ſeipſam. qm̃ ipſum totũ, ſi mouetur ex ſe, aut mouetur ab aliqua parte ſuarum partium, aut ipſum totum mouetur à ſeipſo toto. Si ergo mouet̃ ita, ꝙ aliqua pars eius mouetur ex ſe, tunc illa pars eſt primum, quod mouet ſeipſum. qm̃ iſta pars ſingulariter mouet ſeipſam, illud autem ſm̃ totum non. Et, ſi illud totum mouetur à ſeipſo toto, tũc iſta, ſ. partes, etiam mouent ſe per accidens. Et, ſi hoc non eſt neceſſarium, neq; ponatur eas non moueri ex ſe, tũc igitur quiddam totius mouet, & non mouetur, & quiddam mouetur. Et etiam, ſi aliquid ſm̃ totum mouet ſe, & quiddam eſt motor, & quiddam motum, A B ergo mouetur ex ſe, & ex A.

A mouens. B motum.

Tota linea ex ſeipſa mouet̃, & ab A ꝑmo.

Iſta eſt declaratio, in qua ſuſtentatus eſt Ariſ. ĩ hoc, ꝙ motum ex ſe componitur ex motore, qui non mouetur, & ex moto: nõ ex moto, & motore, qui innatus eſt mouere ſe, vt Plato dicebat. Expoſitores aũt, ſ. Themiſtius, & Alexander inducunt demonſtrationem ſuper hoc alio modo, exiſtimãdo ipſam eſſe breuiorem, & certiorem demonſtratione Ariſt. Dicunt. n. ꝙ motum ex ſe non poteſt euadere à quinq; partibus cõtradicẽtibus, ſ. Aut diuiditur in duas partes, motorẽ non motum, & rem motam, Aut vt totum moueat ſe, Aut vt vtraq; pars moueat vtrãq;, Aut vt pars moueat totum, Aut vt totum moueat partẽ. Et ducunt ad inconueniẽs in oĩbus eis eadem via. & eſt, quia motor eſt ipſum motum. Dicunt. n. ꝙ, ſi totum mouet totum, erit mouens idem cum moto. quod eſt impoſſe. Et, ſi pars mouerit totũ, tunc eadem pars erit in eo motor, et motum. Et ſilr̃, ſi vtraq; pars mouerit vtrãq; partem, tũc vtraq; earum mouebit ſe. non. n. eſt dr̃ia inter hoc, ꝙ aliquid moueat ſe cum medio, aut ſine medio. Et ſilr̃ dicunt, ſi totum mouerit partem, ſequitur vt totum moueat ſe. Et totum hoc eſt error, & deceptio. Primo. n. 42

Digreſſio cõtra Themiſtium, & Alexan.

Prim° error eorum.

decipiuntur,

decipiuntur, peccātes in hoc, ꝙ exiſtimant, ꝙ diuiſio, qua vtitur in hac declaratione, eſt diuiſio in contradicentibus: et ꝙ demonſtratio complebitur, qm̄ quatuor cōtradicentia deſtruentur, & remanebit quintū, quod eſt, ꝙ motum ex ſe componitur ex motore non moto, quod non eſt corpus, & ex moto, quod eſt corpus. Et non eſt, ſicut exiſtimauerunt. qm̄, cum poſuerimus, ꝙ impoſſe eſt vt motum ſit ipſe motor, tūc neceſſe erit vt motum ex ſe diuidatur in duas partes, ſ. in motorem, q non mouetur, & rem, quę mouetur tm̄ modo. ſed quia Ariſt. vidit ꝙ ſunt hic alij modi ab his duobus modis, & pōt aliquis exiſtimare, ꝙ motū ex ſe forte eſt ſm aliquem eoꝝ, īcœpit deſtruere eos ad confirmandū ſuam demrationem. & ideo induxit in vnoquoq; eoꝝ cōcluſionē, quam induxit in pma demratione. &, ſi demonſtratio eius eſſet fundata ſuper modū contradictionis, non induceret concluſionem, niſi ſemel. Et, quia exiſtimatio magis apparēs eſt, ꝙ vtraq; pars moti ex ſe mouet reliquam ſm reciprocationem, incœpit deſtruere hoc, dicendo, hoc aut erit eſſentialiter, aut accidentalr̄. Et, ſi fuerit eſſentialiter, continget vt non ſit in eis motum ex ſe, & etiam vt aliquid moueat ſe, ſm ꝙ mouet̄. et, cum deſtruxerit duas diuiſiones, deſtructum erit vt illud, quod mouet̄ ex ſe, ſit tale. Expoſitores autem, cum deſtruxerunt diuiſionem, quę eſt eſſentialr̄, exiſtimauerunt ꝙ poſitio eſſet deſtructa. & hoc eſt ſecundū peccatum.

Secundus error.

Et hoc etiam, quod dicunt, ꝙ, ſi totum mouetur à parte, continget vt pars, quę mouet, moueatur eſſentialiter, immo ſequitur etiā vt illa pars moueatur ex ſe, neceſſarium eſt vt deſtruat̄ iſta poſitio, dicendo, ꝙ quæſtio reuertitur in hoc, quod mouetur ex ſe, qūo mouetur. & cōtingit etiam, ꝙ illud, quod fuit poſitum motum primum, non ſit primum motum. & etiam totum moueri à parte eſt per accidens.

Totū moueri a pte, & p accñs: & remotius eſt imaginari ꝙ totus mouet partem eēnaliter.

Reſponſio igit̄ remanebit in modo, qui eſt per accidens ipſum eſſe. impoſſibile eſt. n. in rei veritate de modo, ſm quem pars mouet partē, cum nullo modo imaginatur ꝙ pars mouet totum, niſi per accidens: & remotius eſt imaginari ꝙ totum mouet partem eſſentialr̄. Non eſt igitur vtendum iſtis duobus modis, donec diuidant̄ ſm eē eſſentialiter, & accidentaliter, ſicut fecit Ariſt. Sed hoc non fecit in his duobus modis, neq; habuit curā de eis, cum nullus exiſtimet in primo moto ex ſe ꝙ pars illius mouet totum, aut ꝙ totum mouet partem: cum pars mouens debet diſtingui à parte mota ſm eſſe, aut ſm definitionem. Et, cum ita fuerit, tūc motum ex ſe diuidet̄ in duas partes, ſ. motum ex ſe, & motum à moto ex ſe: & tunc non imaginabitur ꝙ pars mouet totum, aut ꝙ totum mouet partem, niſi per accidēs. Et, quia iſti duo modi, qui ſunt per accidens, ſunt manifeſti, non habuit curam de eis Ariſt. ſed habuit curam deſtruere eos, in quibus nō bene apparet eos eſſe per accidens, ſicut fecit in partibus, quæ mouent ſe adinuicem, et in ponendo ꝙ quælibet pars mouet ſe, in quo dixit ꝙ, ſi motum ex ſe fuerit tale, continget vt illæ partes moueant, ſed p accidens. Ariſt. igitur non vtitur de iſtis modis, niſi eis, in quibus latet eos eſſe per accidens: & ſunt illi modi, de quibus pōt aliquis exiſtimare ꝙ aliquis eorū eſt motum per ſe. De eis autē, de quibus apparet accidentalitas, non habuit curam Ariſt. & ſunt ꝙ totum mouet partem, aut ꝙ pars mouet totum.

Dubium.

Si igitur aliquis dixerit ꝙ Ariſt. deberet deſtruere iſtos modos, ſ. totū mouere partem, et partē mouere totum, ſm ꝙ ſunt per accidens,

Solutio.

dicemus ad hoc, ꝙ Ariſt. dimiſit eos propter hoc, ꝙ accidentalitas eſt manifeſta in eis: & non voluit deſtruere, niſi eos, in quibus accidentalitas nō eſt manifeſta per ſe, cū hoc, ſicut diximus, ꝙ nullus exiſtimat vt motum ex ſe ſit tale. ſ. de eis, in quibus accidentalitas eſt manifeſta per ſe.

Qm̄ autem mouet aliud quidē, quod mouetur ab alio, aliud aūt immobile exiſtens, & mouet̄ hoc quidem mouens, illud autē nihil mouens, ipſum ſeipſum mouens, neceſſe eſt ex immobili eſſe, mouēte tm̄, & adhuc ex eo, quod mouetur, non mouet aūt ex neceſſitate, ſed qualitercūq; euenit. Sit enim A mouens quidem, & immobile, B vero id, quod & mouetur ab A, & mouet id, in quo C, hoc aūt motum quidē ab ipſo B, mouens autem nihil. ſi. n. & per plura veniat aliqn̄ in C, ſit p vnum ſolum. totum ergo A B C ipſum ſeipſum mouet. ſed, ſi aufero ipſum C, ipſum qdē A B mouebit ipſum ſeipſum: ipſum enim A eſt mouens, B vero, id quod mouetur. ipſum autem C non mouebit ipſum ſeipſum, neq; penitus mouebitur. At vero neq; B C mouebit ipſa ſeipſam ſine ipſo A. nā B mouet ex eo, quia mouet̄ ab alio, nō quia à ſeipſo parte aliqua. ipſum igitur A B ſolum ſeipſum mouet. Neceſſe eſt igit̄ ipſum ſeipſum mouens habere mouens, immobile tm̄, & id, quod mouetur, nihil aūt mouet ex neceſſitate, tangentia aūt aut vtraq; ſeinuicem, aut alterum alterum. Si igitur continuum eſt id, quod mouet: (quod. n. mouetur continuum eē neceſſarium eſt:) manifeſtum eſt ꝙ totum ipſum ſeipſum mouet, non eò, ꝙ ipſius aliqd huiuſmodi ſit, vt ipſum ſeipſum moueat, ſed totum mouet ipſum ſeipſum, & mouens, & motū, eò, ꝙ ipſius aliquid eſt ipſum mouēs, & id, quod mouetur. non. n. totum mouet, neq; totū mouetur, ſed mouet quidē ipſum A, mouetur aūt ipſum B ſolum. ipſum aūt C ab ipſo B non amplius. impoſſe enim eſt.

Et, qa aliquid mouet, aut ita, ꝙ moueatur ab alio, aut ita, ꝙ non moueatur, & aliqd mouet̄, aut ita, ꝙ moueat, aut ita, ꝙ non moueat omnino, neceſſe eſt, vt illud, quod mouet ſe, ſit ex nō moto, ſed eſt motor & ex moto, ſed nō neceſſario eſt motor, ſed currit ſm vtrūlibet. Sit igitur A motor, ſed non motum, & B motum ab A, & mouens C, & C moueat̄ ex B, & nihil moueat omnino. qm̄, cum ad hoc perueniemus cum medijs pluribus vno, ponatur vnum medium tm̄ eſſe. A B C igitur totū mouet ſe. ſed, ſi abſtulerimus C, remanebit A B mouens ſe: A enim eſt motor, & B motum. & C non mouet ſe: immo non erit omnino motor. Neq; B C mouebit ſe ſine A. B enim mouet, quia mouetur ab alio, non à parte aliqua ipſius A. B enim ſolum mouet ſe. Neceſſe eſt igit̄ vt illud, quod mouet ſe, habeat in ſe motorem, ſed eſt non motum, & motum. ſed eſt nō motor alicuius neceſſario, dum vtrūq; conuenit cū reliquo,

aut

eut tangit ipſum. Si igitur motor fuerit continuus: motũ vero neceſſario eſt continuũ: manifeſtum eſt ꝙ tota res erit mouens ſe, nõ, quia quiddam ipſius eſt tale, ſ. mouẽs ſe, ſed tota res mouet ſe, ſed eſt motum, & motor, ita, ꝙ quiddam eius eſt motor, & quiddã eſt motum. non. n. ipſum ſm totum mouetur, neq; ipſum ſm totum mouet, ſed mouet ſm A, & mouetur ſm B tantum.

Motor tm̃.	Motum, & mouens.	Motum tm̃.
A	B	C
Anima.	Calor naturalis.	Corp⁹ muſculi.

43 Cum declarauit ꝙ moti ex ſe quædam pars eſt motor, qui non mouetur, & eſt forma, & quædã pars mouetur, vult declarare ꝙ oẽ motum ex ſe primũ, & eſſentialiter componitur ex parte, quę mouet tm̃, & ex parte, quæ mouetur, & ꝙ pars mota non eſt de neceſſitate propter hoc, vt ſit motor alterius partis, ſed in quibuſdam motis ex ſe erit motor, ſ. in eis, quæ ſunt non prima, & in quibuſdam non erit, ſ. in primis. Et intendebat declarare per hoc, ꝙ neceſſe eſt vt in motis ex ſe, in quibus ſunt plura vno moto ſit motum ex ſe primum. qm̃, ſi pars mota eſſet ſemꝑ motor, contingeret vt motum ex ſe diuideretur in plures partes duabus. Ipſe igĩ ponit has partes eſſe finitas, & declarat ꝙ motum primum ex ſe in talibus componitur ex motore, & moto tm̃. Et, cũ voluit declarare hoc, incepit diuidere modos motoris, & dixit Et, quia aliquid mouet, &c. i. & quia motor eſt duobus modis, aut motor, qui non mouetur olno, qñ mouet: & eſt illud, ad quod inducit nos ſermo: aut motor, qui mouetur, qñ mouet: illud autẽ, quod mouetur, & tunc mouet, non eſt neceſſe ſemꝑ vt ſit motor, ſed forte erit motor, & motum, & forte erit motum non motor alicuius rei: neceſſe eſt vt motũ ex ſe componatur ex motore nõ moto, & ex moto, ſed ꝙ nõ de neceſſitate eſt motor, et hoc eſt, quod eſt motum ex ſe primũ, ſ. quod non mouetur à ſua parte. Illud aũt, quod mouetur ex ſe propter aliquam partem ipſius, ſicut eſt diſpõ in aĩali ſm totum. Et primum motum in eo eſt motor neceſſario. ſicut calor naturalis, q eſt motor, et motum in aĩali nec̃io. qm̃, cum fuerit ſeparatus à membris, quæ mouentur, corrumpetur. Hoc igitur eſt illud, quod intendebat declarare in hoc ſermone, ſ. ꝙ motum ex ſe componitur ex duabus partibus tãtum, quarum vna eſt motor tm̃, & alia motum, & ꝙ motũ ex ſe continuum naturaliter, ſi primius non fuerit tale, nec̃io eſt in eo motor talis. Et, cũ d. hoc, dedit exemplũ de litteris, & d. Sit igitur A, &c. i. ſit igitur motum ex ſe, compoſitum ex motore, qui nõ mouetur, ſ. A, & ex motore, qui mouetur ex A, plus vno, v. g. vt ſit cõpoſitum ex A, & B, & C. A autem mouebit B, & non mouetur, & B mouet C, et mouetur ab A, & C mouet ex B, & nihil mouet. D. d. qm̃, cum ad hoc perueniemus, &c. i. & indifferenter ſiue iſtud motum ex ſe compoſitum ponatur cõponi ex motis, & motoribus multis, ita, ꝙ primus motor mouet poſtremum motũ cum pluribus medijs, aut cũ vno medio, in hoc, quod intẽdimus declarare, ſ. ꝙ ĩ omni moto ex ſe tali eſt motum ex ſe primum, quod componitur ex duabus partibus tm̃, & ꝙ illud eſt motum ex ſe, non aliqua alia pars partium, quæ ſunt in illo. D. d. ponatur igitur eſſe per vnũ medium tm̃. i. &, cum nulla dr̃ia eſt in hoc, ꝙ ponatur mouere cum pluribus medijs finitis, aut cum vno medio, ponatur mouere cum vno medio, ſ. ponatur componi ex tribus. medium. n. vnum exiſtit in tali numero. D. d. ABC igitur totum mouet ſe. i. &, cum poſuerimus ꝙ mouens ſe mouet partem poſtremam ipſius, ſ. A, manifeſtum eſt ꝙ iſtud ex ſe motum componitur ex A, & B, & C. v. g. ꝙ muſculus eſt motum ex ſe, & cõponitur ex tribus, ſ. ex corpore muſculi, & eſt poſtremum motum, & ex calore naturali, qui eſt motor, & motũ, qui tranſit in neruis, & aĩa mouente, quæ eſt forma in illo calore naturali. D. d. ſed, ſi abſtulerimus C, &c. i. ſed, ſi abſtulerimus C, ex hoc moto ex ſe, quod componitur ex ABC, tunc remanebit illud, quod componitur ex AB, motum ex ſe. Et, cum dixit ꝙ illud remanẽs, compoſitũ ex AB, eſt illud, quod in rei veritate mouet ſe, dedit cauſam in hoc, et dixit A enim eſt motor, &c. i. & ſequitur nec̃io vt illud, quod mouet ſe, ſit cõpoſitum ex AB. quia A eſt motor, cũ ſit neceſſarium vt mouens ſe habeat motum, & B eſt primum motum ab A. C autem non eſt motum, quod eſt neceſſarium inueniendo motum ex ſe, ſ. quia C non eſt pars, quæ mouetur ab eo. & hoc intendebat, cũ dixit & C non mouet ſe. i. & C nõ eſt illud, qđ mouet ſe, nec eſt motum, quod eſt in illo, quod mouet ſe, cum ſit declaratum ꝙ illud, quod mouet ſe, cõponitur ex duobus, ſ. A, & B. & C forte non erit olno motor, & remanebit reſiduum motum ex ſe, ſ. illud, quod cõponitur ex A, & B. D. d. Neq; B C etiam mouet ſe ſine A. i. neq; poſſumus etiã dicere ꝙ B, & C eſt illud, quod mouet ſe ſine A. Et intendebat cõcludere diuiſionẽ. qm̃ nõ poſſumus dicere, ꝙ illud, quod ponitur ex A, & B, & C, eſt illud, quod mouet ſe. qm̃, ſi auſertur C, remanebit AB mouens ſe. neq; etiam poſſumus dicere hoc in ſolo A: A enim non mouetur ſine B: neq; in ſolo B, ſine A: qm̃ neceſſe eſt vt B habeat motorem: remanet de neceſſitate vt illud, de quo dicimus mouere ſe, ſit cõpoſitum ex A, & B. Et, cum narrauit ꝙ B nõ eſt mouẽs ſe, dedit cauſam in hoc, & dixit B enim mouet, qa mouetur, &c. i. & B nõ eſt motum ex ſe, quia poſitum fuit moueri ex alio, ſ. ex A, non ab aliqua parte in ipſo. qm̃, ſi moueretur ab aliqua parte in ipſo, tunc illa pars eſſet mouens ſe. D. d. qm̃ AB ſolum eſt illud, quod mouet ſe. i. qm̃ illud, quod cõponitur ex AB, eſt illud, quod eſt neceſſe vt moueatur ex ſe. & intendebat ꝙ B non fuit poſitum in poſitione diuidi in parte, q̃ eſt motor, non motum, & in parte, quę eſt motum, ſed poſuimus A motorem, & B motum. Et, cum poſuit omnia iſta, dedit cõcluſionem, & dixit Neceſſe eſt igitur, &c. declaratum eſt igitur ex hoc, ꝙ illud, quod eſt motum ex ſe, in rei veritate componitur ex motore, qui nõ mouetur, & ex primo moto. Iam igĩ concluſit illud, quod intendebat declarare, & eſt, ꝙ motum ex ſe cõponitur ex duabus partibus, ſ. ex motore non moto, & ex moto, quod non mouet de neceſſitate. D. d. dum cõuenit vtrũq; reliquo, aut tangit ipſum. i. ꝙ nõ ſequĩ vt motum moueat de neceſſitate, dum mouetur à ſuo motore. iſta. n. concomitantia erit ex duobus. in primo autẽ moto erit, dum fuerit cõuenientia inter ipſum, & motorem: in medio autem dum tangit tertium. medium autem neceſſe eſt vt tangat corpus. primus autem motor neceſſe eſt vt conueniat. D. d. Si igitur motor fuerit cõtinuus, &c. i. ſi igitur primus motor eſt de natura continui, quia eſt in continuo in rei veritate, quod eſt motum, manifeſtum eſt ꝙ totum eſt in toto continuo moto, non in quodam eius. qm̃ non poſuimus ipſum propter ſuam continuitatem cum aliqua parte eius, ſed cum toto. &, cum ita ſit, motum ex ſe eſt ſecundum totum, ſed non eodem modo, ſed motor ꝑpter A, & motum ꝑꝑ B. Et dixit Si igĩ motor fuerit continuus, quia primus motor non eſt virtus in corpore, ita, ꝙ diceretur continuũ propter naturam cõtinui cum ipſo, ſ. corporis.

Calor naturalis eſt motor, & motũ in aĩali. Idẽ ſupra cõ. 37. & 7. Phyſi. cõ. primo.

Aĩa ẽ forma ĩ calore naturali. Idem. 7. Met. cõ. 31.

corporis. D.d. ſed eſt motũ, & motor, &c.i.non continuum,ſ.ꝙ in eo eſt motor, & motum inſimul, ſed eſt, ſicut d. mouens ſm A, & mouetur ſm B tantum.

Dubitationem autem habet,ſi auferat aliquis aut ab ipſo A,ſi continuum eſt,id,quod mouet quidem,ſed immobile eſt,aut ab ipſo B,quod mouetur, an reliquũ vtiq; ipſius A mouebit,aut reliquum ipſius B mouebitur. ſi.n.hoc,non vtiq; erit,quæ primo mouetur à ſeipſa,quæ A B. remota.n. ab A B adhuc mouebit ſeipſam reliqua A B. An potentia quidem vtrũq; nihil prohibet, aut alterum, id ſcilicet,quod mouetur,diuiſibile eſſe,actu autem indiuiſibile. ſi autem diuidatur, non vlterius eſſe eandem habens potentiã. quare nihil prohibet ĩ ijs,quę diuidi poſſunt,potẽtia primo ineſſe. Manifeſtum eſt igitur ex his ꝙ eſt primum mouens immobile. ſiue.n. confeſtim id,quod mouetur, ab aliquo autẽ mouet̃,ſtet ad immobile primum, ſiue ad id, quod mouet̃ quidem,ipſum aũt ſeipſum mouẽs eſt,& ſiſtẽs,vtroq; modo accidit vtiq; id, qd primũ mouet,in oĩbus eẽ motis ĩmobile.

Et quæritur in hoc,ſi ex A,ſi fuerit continuum,& eſt motor nõ motũ,aut ex B, quod eſt motum,diminuatur aliquid,vtrum illud, quod remanet ex A,ſit motor,et illud,quod remanet ex B,ſit motum. Qm̃,ſi hoc fuerit, tunc A B nõ erit primum motum ex ſe. qm̃ ex A, & B auferetur aliquid, & reliquũ mouet ſe. Dicamus igitur ad hoc ꝙ nõ eſt inopinabile vt vtrũq;, aut alterum, ſ. motum ſit in potẽtia diuiſibile,in actu autem non. ſed, ſi diuidatur,tunc natura eius non erit illa eadem natura. et ideo non eſt inopinabile vt in diuiſibilibus ſit in potentia aliqd primum. Apparet igitur ex hoc ꝙ primus motor non eſt motum. qm̃,ſi motum ceſſabit cito,et mouetur ab aliquo,peruenietur ad primum motorẽ,qui non mouetur, &,ſi perueniatur ad motũ, ſed ẽ illud,qd mouet ſe,et facit ipſum quieſcere,ſequit̃ ex illo modo, & ex iſto inſimul vt primũ in oĩbus motis ſit non motũ.

44 Cum declarauit ꝙ motum ex ſe componitur ex motore non moto,& ex moto,quod non mouet de neceſſitate,& ꝙ,ſi mouens inueniatur compoſitum ex pluribus vno moto,neceſſe eſt vt diſſoluatur ĩ motum ex ſe primum,ſ.in illud,cui eſt proprium vt primum motum in ipſo nõ moueat de neceſſitate: motum.n.ex ſe, quia eſt duobus modis, modo in quo primum motũ à primo motore mouet de neceſſitate,& modo,in quo primũ motũ nihil mouet de neceſſitate,incœpit dubitare de hoc,ſ.in motum primum ex ſe eſſe. Poteſt.n.aliquis dicere ꝙ non eſt poſſibile vt primum motum per ſe ſit,neq; primus motor, qm̃ motum eſt continuũ per ſe,& motor etiã eſt cõtinuus,qa eſt in continuo,& cõtinuũ diuiditur ſemper in diuiſibilia. Et ideo dixit Et quæritur de hoc, &c.i. & quæritur in hoc, quod diximus,ſ.ꝙ mouens ſe primum eſt, quod componitur ex motore non moto,& ex moto indiuiſibili,i. nõ motore tali modo. Poteſt.n.aliquis dicere ꝙ,ſi ex motore, qui non mouetur (ſi motor ſit de natura continui,quia eſt forma continui) diminuatur aliquid, aut ex moto, cum de neceſſitate ſit de natura continui,aut ex motore (ſi accidit ei continuitas) remanebit reſiduũ motum ex ſe: & ſic non erit hoc mouẽs ſeipſum primum, neq; motor primus. Et hoc intendebat cũ dixit Qm̃, ſi hoc fuerit,&c. D.dedit ſolutionem,et dixit Dicamus igit̃ ad hoc,&c.i.dicamus igitur ſoluendo ꝙ non eſt remotum vt vtrũq; ſit diuiſibile in potentia in infinitum, ſi vtrũq; fuerit continuum, aut alterum,ſ.motum, ſi non fuerit poſitum ꝙ motor eſt de natura eius, cui accidit continuitas,& eſt materialis, vt declaratum eſt, i actu aũt eſt impoſſe. D.d.Sed ſi diuidat̃,&c.i.& eſt impoſſe vt motum diuidatur in actu in infinitum,et ſilr motor. qm̃ tunc diuiſio perueniet ad hoc,ꝙ eorum natura corrumpetur. v.g. ꝙ,ſi primum motum ex ſe fuerit ignis iſte demonſtratus,à quo auferemus partem, & poſtea aliam,& poſtea aliã,perueniemus ad talẽ quãtitatem, quę,ſi diuidat̃,corrumpetur ignis,cũ minima quãtitas ignis ſit determinata. Et ſilr eſt de aĩali annuloſo, ex quo,ſi diuiſa fuerit aliqua pars,remanebit reſiduũ non motum ex ſe.&,cum iſta diuiſio nõ procedat in infinitum,manifeſtum eſt hoc eſſe motum ex ſe primum, & motorem primum. Et tale motum eſſe poſuit pro principio,in principio Septimi, ad declarandum ꝙ oẽ motum habet motorem. D.d.& ideo non eſt inopinabile,&c.i. & ideo non eſt impoſſibile vt diuiſibilibus in potẽtia ſit aliquid primum:licet,ſm ꝙ eſt in potentia, non ſit in eis primum: ſed eſt neceſſe hic eſſe primum. &,ſi non,non eſſet motus. Et dixit in motore.qm̃ primi motores apud ipſum ſunt duobus modis,ſ. motor materialis,i.qui cõſtituitur per rem motam: & hoc eſt in rebus generabilibus, & corruptibilibus. & motor non materialis. & hoc non dicitur continuum, niſi per accidens.continuitas.n.eſſentialiter eſt impoſſibilis in omni moto primo,qm̃ eſt non corpus. non.n.loquitur in hoc loco,niſi in moto ex ſe ſimplr: in moto autem ex ſe,quod eſt impoſſibile eſſe in toto primus motor,manifeſtum eſt ꝙ nõ dicitur continuum omnino, qa non mouetur neq; eſſentialiter, neq; accidentaliter. & hoc nõ accidit,niſi in motoribus,qui conſtituuntur p rem motam ab eis,ſicut in animabus animalium. principia autem prima,quæ ſunt in motis ex ſe æterna, motor in eis non eſt diuiſibilis neq; eſſentialiter,neq; accidentaliter. D.d. Apparet ex hoc igitur,&c.i.&,cum manifeſtum ſit ꝙ motũ ex ſe non poteſt diuidi in infinitum, manifeſtum eſt ꝙ in motis ex ſe eſt talis motor,ſ. q nõ mouetur omnino. D. dedit modum, ex quo apparet hoc &,d. qm̃,ſi motum ceſſabit,&c.i.ſi mouetur ex ſe non ex alio. & hoc intendebat cum d.ceſſabit. et omne motum mouetur ab aliquo,peruenietur ĩ hoc moto ex ſe ad motorem,qui nõ mouetur. qm̃,ſi componitur ex pluribus vno moto, neceſſe eſt peruenire ad motorẽ, qui non mouetur.&,quia tale non eſt medium ĩter motorem,qui non mouetur in eo,et inter motum,ideo dixit ceſſabit cito. D.d. &,ſi perueniat̃ ad motum,&c. ideſt &,ſi motum poſitum nõ mouet ſe, ſed perueniat ad mouens ſe, vt prius declaratum fuit: et omne mouẽs ſe eſt in eo motor, qui nõ mouetur: ſequitur neceſſario ex illo moto,& ex iſto, vt hic ſit primus motor, qui nõ mouetur. Et quaſi diceret,&,quia omne motum non fugit alterum iſtorum,ſ.ꝙ aut erit motum ex ſe, aut ex alio: & motum ex alio peruenit ad motum ex ſe: & motum ex ſe habet motorem,qui non mouetur: ſequit̃ ex vtroq; modo vt oẽ motum habeat motorem, qui non mouetur,i.ꝙ oẽs motus reducuntur ad talem motorẽ, aut ad vnũ,aut ad plures vno.[a] Et dixit eſt illud,quod

Minima qñtitas ignis eſt determinata. Idē infra. 61. Idē.6. Phy. 32. 49. 19. 91. Idem. 1. Phy.16. 37. 38. Idē. 2. de Aĩa. 41. 97. & . 1. Cœli. 116.

Motor duplex.

a Motus ex ſe in aĩalib⁹ diſt a moto ex ſe ĩ corporibus ſim plicibus.

mouet

mouet ſe, & facit ipſum quieſcere, quia iam accepit in deſcriptione moti ex ſe, quod eſt illud, quod habet quieſcere ex ſe, & in hoc differt motum ex ſe ſecũdum ſuam opinionem, & à motibus corporum ſimplicium, cum iſta exiſtimentur moueri per ſe.

Caput Quintum. Primum mouens eſſe perpetuũ, & unum, ipſumq; nec per ſe, nec per accidens moueri.

QVoniam autem oportet motum ſemper eſſe, & non intermitti, neceſſarium eſt eẽ aliquid perpetuũ, quod primum mouet, ſiue vnum ſit, ſiue plura, & primum mouens immobile eſſe.

Et, quia motus neceſſe eſt vt ſit ſemper, et nunq̃ deficiat, ſequit̃ neceſſario vt ſit hic aliquis primus motor, ſiue vnum, ſiue plura, & ꝙ primus motor non ſit motum.

Cõtinuat dicta dicẽdis, rememorando fere oĩa, quę dicta ſũ.

45 Cum declarauit in Sexto ꝙ eſt impoſſibile ꝙ motus æternus ſit, niſi circularis, et declarauit in ꝑncipio Septimi ꝙ omne motum habet motorem, & poſtea declarauit in illo tractatu ꝙ mota mouentia ſe adinuicem in loco reducuntur ad motum ex ſe, & declarauit in principio iſtius tractatus ꝙ nunq̃ motus deficiet, neq; in præterito, neq; in futuro, ſequitur ex hoc, ꝙ primum motum ex ſe, ad quod reducuntur omnes motus ex ſe in loco, ſit æternum. &, ſi non, eſſet poſſibile vt motus deficeret in aliqua hora, cum ipſum ſit cauſa illius. & ꝙ propter hoc neceſſe eſt vt ſit hic vnus motus æternus: & eſt ille, ſm quẽ mouetur iſtud motum primũ. D.d. poſt hoc quæſtiones contingẽtes in hoc, & vidit ꝙ neceſſe eſt iterare perſcrutationem de motu in hoc tractatu, & complere ſermonem de hoc in propoſitionibus, qbus vſus eſt in Sexto, & Septimo. Et vŕ vidit ꝙ melius eſt cõgregare illud totũ, & declarare qđ remanet ad declarandum de diſpoſitione entiũ in motu, et quiete, & declarare qs motus ſit iſte motus, & vtrum motor illius ſit in materia, aut nõ in materia. Et incœpit diuidere entia in oẽs diſpõnes, quę poſſibile eſt vt exiſtimetur eſſe ſm ipſas in motu, et quiete. Et poſtea diſſoluit quæſtionem contingentem in hoc, ꝙ oẽ motum habet motorem ex motibus corporũ ſimplicium, & declarauit ꝙ iſta non mouentur ex ſe. D. declarauit ꝙ oĩa mouentia, quæ mouentur in loco reducuntur ad motũ ex ſe. Et poſtea declarauit ꝙ motũ iſtud, & motor cõponitur ex vno moto, et ex primo motore, qui nõ mouetur. Et cum compleuit hãc declarationem perfecte,

Nota qualiſ dclaratio Septimi ẽ imperfecta. vide pro hoc etiã.4. Cœ.c.25.

& eſt illa, quam declarauit in Septimo nõ perfecte: qm̃ illic non declarauit ꝙ primum motum debet componi ex motore, qui non mouetur, et ex primo moto: reuerſus eſt etiam ad illud, quod declarauit in pricipio iſtius tractatus, ſ. ꝙ nulla eſt hora, ĩ qua deficit motus, ad cõcludendum illam eandem concluſionem, quam concluſit in principio iſtius tractatus, ex hoc, quod declaratũ fuit in eo, ꝙ motus nunq̃ deficit, & ex illo, quod declaratum fuit in Septimo, ſ. ꝙ mouentia, quæ mouẽtur in loco, reducuntur ad motum ex ſe. qm̃ illa cõcluſio perfectius apparebit hic, cum ſermo de propoſitionibus, ſuper quas fundata concluſio eſt perfectior in hoc tractatu. & concluſio eſt, ꝙ eſt hic motus vnus æternus.

Expõ text.

Et, quia omnia iſta ſunt, ſicut narrauimus, reuerſus eſt ad primam propoſitionem, quam verificauit in principio iſtius tractatus, & d. Et, quia motus, &c. i. &, cum declaratum ſit ꝙ oĩa mouentia, quæ mouentur reducuntur ad primum motum ex ſe, quod componitur ex primo moto, & ex motore, qui non mouetur, & iã declaratum eſt ꝙ ĩ nulla hora deficit motus, neceſſe eſt vt primus motor, ad quem reducuntur alĳ motus, ſit æternus, & ſit abſolutus ab omni trãſmutatione, & vt motum ab eo etiam ſit abſolutũ ab oĩ tranſmutatione, niſi à motu in loco: et ſiue ille motor, q eſt talis, fuerit vnus, aut plures. Et fuit neceſſe vt ipſe non quieſcat à mouere, nec illud, quod mouetur ab eo à motu, quia eſt cauſa motuum. Et demonſtratum eſt ꝙ motus nunq̃ deficit, &, ſi ille motor in aliqua hora non moueret, tunc deficeret motus. Et fuit neceſſe etiam vt non ſit tranſmutabile, neq; eſſentialiter, neq; accidentaliter. qm̃, ſi ita eſſet, tũc eſſet motor prior illo. Et, cum manifeſtum ſit, æternum eſſe motorem, & motum ab eo æternum, qm̃, ſi non eſſet æternum, tunc moueretur ab eo per accidens, & ſic eſſet illic motor prior illo: ergo neceſſe eſt vt ſit hic motus æternus. Vtrum autem iſte motor eſt vnus, aut plures perſcrutandum eſt in alia ſcientia. Vide. 12. metã. 1. c. 42. & inde.

* Vnumquodq; igitur immobilium quidem, mouentium aũt, perpetuum eſſe nihil ad præſentem ſermonem. Quod aũt neceſſarium eſt eſſe aliquid, quod ſemper immobile quidem ipſum ſit omni extranea mutatione, & ſimpliciter, & ſm accidens, motiuum autẽ alterius manifeſtum eſt conſyderantibus ſic. Sit autem, ſi quis velit, in quibuſdam contingens, vt ſit aliqñ, & non ſit ſine generatione, & corruptione. fortaſſis. n. neceſſarium eſt, ſi qd impartibile aliqñ quidem eſt, aliqñ aũt nõ eſt, ſine mutatione aliqñ quidem eſſe, aliqñ autem non eſſe oẽ tale. Et principiorum immobilium quidem, motiuorum autẽ quędam aliqñ quidem eſſe, aliqñ autem nõ eſſe, cõtingat & hoc. ſed nequaq̃ omnia quidem poſſibile eſt. manifeſtum. n. eſt, ꝙ cauſa quędam ĳs, quæ ipſa ſeipſa mouent, ineſt, vt aliqñ quidem ſint, aliqñ autem non ſint. quod enim ipm ſeipſum mouens eſt, oẽ neceſſe eſt magnitudinem hr̃e, ſi nihil mouetur impartibile. id autem. quod mouet, nulla neceſſitate eſt ex dictis. Vt igitur alia quidem generentur, alia vero corrũpantur, & hoc ſit continue, nulla cauſa eſt immobilium quidẽ, nõ ſemper autem exiſtentium. neq; rurſus eorum, quæ ſemper quidem hæc mouent, horum autẽ alia. ipſius enim, quod ſemper eſt, & continui neq; vnumquodq; ipſorum cauſa eſt, neque omnia. nam ſic ſe habere perpetuum, & ex neceſſitate eſt. omnia autem infinita, & non ſimul omnia ſunt.

* 2. l. At vnũquodq;.

Vtrum autem vnumquodq; mouentium, quæ non mouentur, ſit æternum, non eſt intrans modo ad propoſitum. Qm̃ autem neceſſe eſt vt ſit hic aliquid, quod in ſe non ſit motum, & ſit abſolutum ab omni tranſmutatione ſimpĺr, & per accidẽs, quod mouet aliquod aliud, declarabitur hoc modo. Ponatur igitur hoc eſſe poſſibile in quibuſdam vt ſit qñq;, & non ſit qñq; ſine generatione, & corruptione. dignius eſt. n. illud, quod non

diuiditur

diuiditur, quando fuerit quandoque, & non fuerit quandoque, vt eſſe cuiuslibet talis, aut non eſſe ſit neceſſarium, vt ſit ſine tranſmutatione. Ponatur igit̄ ꝙ poſſibile eſt vt quædam principia, etiam quæ ſunt non mota, ſed ſunt mouentia, ſint qñq;, & qñq; nō ſint. ſed non eſt poſſibile vt omnia ſint talia. manifeſtum eſt.n. ꝙ hic eſt alia cauſa eorū, quę mouēt ſe in eſſe eorū qñq;, & nō eē eorū qñq;. omne enim mouens ſe, neceſſe eſt vt habeat magnitudinem, cum illud, quod non diuiditur, non mouetur. motor autem nō ſequitur aliquo modo vt habeat magnitudinē. Cauſa vero in hoc, ꝙ quædā generantur, & quædam corrumpuntur, & hoc eſſe perpetuum, non eſt vnum eorū, quæ ſunt non mota. ſed non ſunt ſemper in eſſe mota, ita, ꝙ iſta moueant ſemper, & per hoc moueāt alia. quod enim eſt tale, nec non vnum huius, neq; omnia erunt cauſa rei perpetuæ cōtinuæ. iſta.n. diſpoſitio, ſm quam ſunt iſta, eſt æterna, & neceſſaria. iſta autem omnia ſunt infinita: ſed non omnia exiſtunt inſimul.

46 Cum declarauit ꝙ neceſſe eſt vt ſit hoc motum ex ſe æternum, compoſitum ex motore, qui nō mouetur, et ex moto æterno, d. Vtrum autē vnumquodq;, &c. & intendit animas animalium, quæ ſunt hic. iſtæ enim animæ mouent, & non mouentur. & quæſtio in eis eſt exiſtens. Plato.n. dicit ꝙ omne mouens ſe eſt æternū: & anima apud ipſum eſt æternum. Et, quia iſta perſcrutatio magis pertinet ad perſcrutationem de aīa, dixit ꝙ nō intrat modo ſermonē hunc. & intendit ꝙ iſta perſcrutatio eſt alia ab illa. Et in libro, à quo extraxi verbum Ariſ. inueni talem l̄ram (ſi autē vnumquodq; mouētium, quæ non mouent̄, fuerit aliquod æternum, non intrat hunc ſermonem). i. quærere aūt vtrum vna aīarum ſit æterna, aut oēs ſint generabiles, & corruptibiles, non pertinet ad hunc locum. & hoc eſt quaſi melius: qm̄ quædā partes aīæ vīr eſſe generabiles, & corruptibiles: ſed dubitatur de eis l motore, qui dicitur intellectus. Et in libro Themiſtij inuenimus loco iſtius, qm̄ autem oē ęternum mouet, ita, ꝙ non mouetur, nō intrat hunc ſermonem. & eſt tertius ſermo à prędictis. D. d. Qm̄ autem neceſſe eſt, &c. i. qm̄ aūt neceſſe eſt vt ſit hic motor, qui non mouetur, abſolutus ab oī tranſmutatione ſimpl̄r, ſ. eſſentialiter, & accidentaliter, qui mouet aliquid aliud ſemper: & eſt primum motum ab ipſo, vt declaratum eſt à prædictis, & declarabitur etiā hoc modo. Et intendebat per hoc, quod dixit aliquid aliud, quod in ſe non mouetur, motorem, qui non mouetur, qui eſt altera duarum partiū moti ex ſe. Et intendit per hoc, quod dixit abſolutum ab oī tranſmutatione, quod nō accidit ei aliquis modus tranſmutationis, nec generatio, nec corruptio, nec alteratio, nec augmentatio, nec diminutio, nec motus localis. Pr̄a expō. Et, cū dixit ſimpl̄r, & per accidens, forte intendit per ſimpl̄r illud, quod eſt cōe ei, quod eſt eſſentiał̄r, & ei, q̄d eſt accidentaliter. tranſmutatio.n. ſimpl̄r diuiditur in eſſentialiter, & accidentaliter. & ſm hanc expōnem dixit rememorationē de altero duoꝝ modoꝝ, in quos diuidit̄ tranſmutatio ſimpliciter, et tacuit reliquū, ſ. propalauit modum, qui eſt per accidens, & tacuit modum, qui eſt eſſentialiter. Sc̄da expō. Et forte intendit per ſimpliciter eſſentialiter. Trāſmutatio.n. ſimpl̄r eſt eſſentialis, cū ſit tranſmutatio vera: tranſmutatio autem non ſimpl̄r eſt accidentalis. ſimpliciter.n. dicit̄ de tranſmutatione in ſubſtantia: non ſimpliciter vero de tranſmutationibus cęterorum prædicamentorū. Et intendit per hoc, ꝙ dixit ꝙ mouet aliquid aliud, partē, quæ eſt primum motum, quod eſt ſecunda pars primi moti ex ſe. Et, cum voluit hoc declarare alio modo à prædicto, dixit Ponatur igitur ꝙ hoc ſit poſſibile in quibuſdam, &c. i. & ponatur ꝙ quædam iſtorum mouentiū, quę non mouentur, inueniantur qñq;, & qñq; non, non ſm modum ꝙ generantur qñq; eſſentialiter, aut corrumpuntur, cum non ſint corpora, ſed ſm ꝙ eſſe, & nō eſſe eoꝝ ſequitur illud, quod generatur, & corrūpitur eſſentialiter. Et, cum narrauit ꝙ hoc poſſibile eſt poni in quibuſdā motoribus, qui non mouentur, incœpit narrare ꝙ hoc impoſſibile eſt vt ſit in oībus, ſ. vt ſint generabilia, & corruptibilia per accidens, & d. ſed nō eſt poſſibile, &c. i. ſed, ſi poſuerimus oīa mouentia, quę nō mouentur eſſe talia, non erit poſſibile. D. incœpit declarare qualiter eſt hoc impoſſe in oībus, et dixit manifeſtum eſt.n. &c. ideſt apparet.n. ratione ꝙ neceſſe eſt vt ſit hic aliquid mouens ſe, ita, ꝙ ipſum ſit cauſa in hoc, ꝙ quædam mouentia ſe mouent qñq;, & qñq; non. & hoc erit ſm diuerſitatem ſuę diſpōnis ad ea in ꝓpinquitate, & remotione tm̄, ſ. in loco. Et, quia iſta poſitio nō poteſt eſſe in eo, quod mouet ſe, niſi ſit corpus. quod.n. non eſt corpus, nō mouetur, dedit cauſam, propter quam fuit iſta poſitio poſſis, ſ. ponere ꝙ primū mouentiū ſe eſt mouēs ſe æternū, & d. oē.n. mouens ſe, &c. & quaſi d. & diximus ꝙ principium mouentium iſtoꝝ, quæ ſunt qñq;, qñq; non, debet eſſe mouēs ſemper, ſ. compoſitum ex motore, qui non mouetur, æterno, & ex moto ab ipſo ęterno. Qm̄, ſi poſuerimus cauſam iſtius eſſe motorem æternum ſine moto æterno, non poſſemus dicere quō erit cauſa eius, quod eſt qñq;, & deficit qñq;. Si igit̄ dixerimus ꝙ mouet ſe, erit hoc poſſibile, qm̄ tūc erit corpus, & ſm ſuam propinquitatem, & remotionem à re erit cauſa vt agat in ipſas diſpōnes cōtrarias. Et hęc eſt cauſa, propter quam quæſiuit hoc l hoc loco. & ideo d. motor aūt non eſt neceſſe aliquo modo vt habeat magnitudinem. & intendit ꝙ eſt motor, & non motum. oē.n. corpus non mouet in loco, niſi moueatur, vt poſitum eſt in Septimo. Et, cum narrauit ꝙ neceſſe eſt vt ſit hoc aliquid mouēs ſe ſemp, quod ſit cauſa in eſſe eoꝝ, quę mouēt ſe qñq;, & qñq; non, incœpit notificare cōſecutionem in hoc, & d. Cauſa autem in hoc eſt ꝙ quædam, &c. i. &, quia eſt manifeſtum per ſe ꝙ mota ex ſe, quæ ſunt hic, quædam generantur, & quædā corrumpuntur: & hoc inuenitur ſemper in eis: non poſſumus ponere cauſam eē in hoc æternam, vnum eorum, quæ mouent̄ ex ſe, & non ſunt perpetuæ cauſæ. D. d. ita, ꝙ iſta moueāt ſe ſemper. i. ita, ꝙ ponamus ꝙ vnum eorum, quæ mouent ſe, aut plura vno moueant ſe ſemper. & propter hoc mouent alia ſm continuitatem, & perpetuitatē. D. d. quod.n. eſt tale, etc. i. et neceſſe eſt, cum generatio, & corruptio eorū, quæ ſunt apud nos, perpetuæ ſint, ponere motum ex ſe ſemper, qm̄ nullum eorum, quæ mouentur ex ſe, quæ ſunt generabilia, & corruptibilia, nec oīa poſſunt eſſe cauſa rei ꝑpetuæ continuæ. D. dedit cauſam, propter quam fuit neceſſe vt iſta generabilia, & corruptibilia, non ſint quædam cauſæ quorundam, ſicut poteſt aliquis dicere, verbi gratia quòd homo generatur ſemper ab homine, & equus ab equo, & d. iſta.n. diſpoſitio, &c. i. & impoſſe eſt vt iſta diſpō perpetua ſit in eis ꝓpter vnum eorum. vnūquodq;.n. eorum eſt corruptibile. & nō eſt etiam poſſe vt hoc ſit in eis ex ſeipſis, ſ. vt quædam ſint cauſæ quorundam eſſentialiter. cauſæ.n. quæ ſunt eſſentialiter de neceſſitate,

Trāſmutatio in ſubā ē ſimpl̄r, in reliqs p̄ntis ē n̄ ſimpl̄r. Idem. 5. Ph. t. c. 7. & 1. de Generatione. t. c. xi. & 1. Ph. t. c. 62.

neceſſitate, ſunt finitę, & inſimul. & iſta non ſunt talia. Et hoc intēdebat, cum dixit iſta autem omnia ſunt in-

Digreſſio.

finita, & non ſunt inſimul. Qm̄ autem iſta ſunt perpetuę generationis, & corruptionis, manifeſtum eſt propter hoc, quod declaratum eſt hic, & ꝙ eſt hic motus primus æternus, qui continet totum. Et hoc apparet etiam per ſe, qm̄, ſi eſſet poſſibile vt homo generaretur à non ſemine hoīs, tunc de neceſſitate ille homo diceretur homo ęquiuoce cum iſto hoīe. qm̄, qn̄ materia fuerit diuerſa, diuerſabitur & forma. & ſi non, non eſſent hic materiæ proprię, neq; formæ ꝓprię: & tunc quodlibet generaretur à quolibet, & in quodlibet. & tunc vl̄r materiæ eſſent ocioſæ, & ſuperfluæ. Qm̄, ſi eſſet poſſibile vt homo generareť à terra, ſicut vermis, tunc aut eſſet neceſſarium, aut in maiori parte, aut in minori parte. Et, ſi eſſet neceſſarium, tunc homo non generaretur ab hoīe omnino. Et, ſi eſſet in maiori parte, tūc hō generaretur ab homine in minori parte. & ſic hoc eſſet caſualiter. Sed ſi hoc eſſet in minori parte, ſ. caſu, tūc eadem ſpecies inueniretur natura, & caſu. &, quod fit caſu, ſemper eſt oppoſitū ei, quod fit natura. Et ēt, ſi ita eſſet, tunc cōparatio, & reſpectus cauſarum ad cauſata nō eſſet, & ſic auferer etur natura neceſſarij. Et ēt declaratum eſt ꝙ illud, quod fit caſu, fit à cauſis inuentis ꝓpter aliquam cauſam naturalem, & in maiori parte, qn̄ impediūtur ab inueniēdo cauſarum ab eis, quod non eſt inatum fieri ab eis. Et, cum ita ſit, neceſſe eſt, ſi hō generatur caſu, vt generetur à cauſis, quę fuerunt ꝓpter aliquam ſpeciem, et impediebantur à generatione illius ſpeciei. & ideo cauſæ eius, quod eſt caſu, non ſunt terminatæ. Et, cum ita ſit, eſſet poſſibile vt hō generareť ex ſemine aſini, aut ex ſemine equi, et vl̄r ex infinitis materijs, & ideo nulla ſpecies inuenitur caſu: ſed illa, quæ inueniuntur caſu, ſunt monſtruoſa nō naturalia. & totum hoc manifeſtū eſt per ſe. Sed diximus iſta cōtra negantes hoc eſſe manifeſtum per ſe: ſicut Auic. qui dicit poſſibile eſſe hominē generari à terra, ſed conuenientius in matrice. & iſte ſermo ab homine, qui dat ſe ſcientiæ, eſt valde fatuus. Si igitur dicatur ꝙ nō apparet ex iſtis generabilibus ꝙ ſunt æterna, niſi ſm̄ prȩteritum: & demonſtratio nō cōplebitur, niſi ponantur æterna in præterito, & in futuro: dicemus ad hoc, qm̄, cum declaratum ſit ꝙ impoſſibile eſt vt deficiant in p̄terito infinito, declarabitur ꝙ eſt impoſſibile in eis vt deficiant in futuro. qm̄, ſi deficerēt in futuro, deficerēt in præterito infinito. qm̄ illud, in quo eſt potentia infinita, nō eſt determinatum magis ad vnum tempus, q̄ȝ ad aliud. &, ſi deficerent in præterito, nō eſſent nūc: ergo impoſſibile eſt vt deficiant omnino.[a] Si igitur aliquis dixerit ꝙ, cum declaratum ſit de natura iſtorū, ꝙ nunq̄ deficiunt genere, quid indigēt motore, & moto, quæ non deficiunt ſm̄ indiuiduum? &, ſi indigent hoc de neceſſitate, quō? Dicamus ad hoc ꝙ iſta indigēt motore extrinſeco, vt largiatur eis eſſe, nedum perpetuitatem. qm̄, ſi iſta non haberēt cauſam primam in motu, tunc non eſſent. &, ſi eſſent, eſſet poſſibile vt deficerēt. qm̄ quædam eſſent tunc cauſæ quorundā per accidēs: & quod eſt per accidens, nō eſt ſemper, nec neceſſariū. Quō autem indigent de neceſſitate motore moto ex ſe extrinſeco, qui ſemper moueat, aut qui cōtinet totum? Dicam̄ ꝙ mota nō generabilia manifeſtum eſt ꝙ indigent apud generationem moto ex ſe. generatio. n. in eis nō eſt ex ſeipſis, ſ. ꝙ eſt, quia quędam non generant quædam. et ideo eſſe iſtorum nō fuit perpetuum. In generabilibus autem generās propinquum eſt in ipſis, & ideo fuit æternū, ſ. ꝙ generans in iſtis non dat, niſi principium generationis, deinde dimittit generabile, quouſq; perficiatur ſua generatio, neceſſe eſt vt ſit hic complēs illud generatum ex ſe per principium, quod eſt in eo, & conſeruans ipſum. & hoc erit largiendo calorem ſimilem calori, quem largitus eſt primus generans, aut conſeruando illum calorem, per quem generatum fuit generatum ex ſe. qm̄, quemadmodum motum in loco, hoc ex ſe indiget motore extrinſeco, ita eſt in generabilibus ex ſe. Et, cum ita ſit, neceſſe eſt vt nō cōpleatur generatio alicuius eorum, quæ generant ſe, niſi ſit illic generans extrinſecum præter generans propinquum, quod eſt in ipſo generato, per quod generatum fuit generatum ex ſe, ſ. quod dedit principium generādi. Et, quia generans extrinſecum eſt alterans neceſſario, neceſſe eſt, ſm̄ ꝙ ſequiť, vt alteratio eius ſit alteratio temperata, ſ. ſimilis calori naturali, per quem completur illud ens, neceſſe eſt vt alterās cum alterato nō ſit in eodem ſitu in toto tempore crementi, ſed qn̄q; appropinquatur ei, & qn̄q; remouetur ab eo, ita, ꝙ generatum acquirat ex hoc vnum calorem in forma in toto tempore ſui crementi. Et, cum ita ſit, neceſſe eſt vt alterans appropiquetur qn̄q; alterato, & remoueatur qn̄q; ab alterato. Et, cum ita ſit, eſt motum ī loco: & oē motum in loco reducitur neceſſario ad motū ex ſe: ergo neceſſe eſt vt extra iſta generabilia ſit motū ex ſe, aut vnum, aut plura vno, quod ſemper mouet. Et nō ſequitur ex hoc, vt appropinquetur, et remoueať, ſed, & ſm̄ ꝙ agit duo cōtraria inſimul, ſ. generationē, & corruptionem. Cum igitur declaratum ſit ꝙ iſta indigent in ſua generatione moto ex ſe extrinſeco, & poſuerimus ꝙ generatio iſtorum eſt æterna, neceſſe eſt vt iſtud motum ex ſe, quod eſt neceſſarium in generatione eorum, & corruptione ſit æternę, & vt ſit ſemper. et, ſi non, indigent motore priori ipſo, & ſic in infinitum. Et, cum declarauit hoc, iterauit ipſum ad rememorationem, & dixit.

Quiddo materia fuerit diuerſa, diuerſabiť, & forma. Idem. 4. Cœ. c. 37. & 8. Met. tex. cō. 11.

Prima rō.

Secunda rō.

Tertia rō. 2. Ph. te. cō. 48.

Nulla ſpēs ē a caſu. Idem 7. Me. c. 22.

Vide cōſiſte contra Auicēnā. 2. Me. c. 17.

Dubium.

Solutio.

Illud, in q̄ eſt potētia infinita, non eſt magis determinatum ad vnuꝫ tēpus, q̄ ad aliud. Idem. 1. Cœ. c. 128. 133. & 134.

a Obiectio. Solutio.

Dubium.

Solutio.

Eſſe non generatorū ex ſemine non eſt perpetuum.

Manifeſtum eſt igitur ꝙ quāuis decies millies aliqua principia immobilium quidē, mouentium autem, & multa eorum, quæ ipſa ſeipſa mouent, corrumpātur, alia vero inſuper generentur, & hoc quidē immobile exiſtens hoc mouet, alterum autem hoc, at nihilo minus aliquid eſſe, quod continet. & hoc præter vnumquodq; eſſe id, quod eſt cauſa vt alia quidem ſint, alia vero non, & cōtinuæ mutationis. & hoc quidem his, hæc aūt alijs cauſa motus ſint.

Manifeſtum eſt igitur ꝙ, ſi eſſent hic principia innumerabilia, ſ. principiorū, quæ mouent, & non mouētur, & plura mouentium corrumpuntur, deinde generantur, & iſtud, quod non eſt motum, mouet aliud, & aliud mouet aliud, hoc non faceret aliquo modo; niſi eſſet hic aliquid, quod contineret etiam hoc in vnaquaq; rerum, quod eſt cauſa in eē quorundā, & non eſſe quorūdam in hac trāſmutatione continua, ita, ꝙ hoc ſit cauſa motus iſtorū, & iſta ſunt cauſa motus aliorum.

47

Manifeſtum eſt igitur ꝙ, ſi fuerint hic principia infinita ex mouentibus, quæ non mouentur ex ſe, & ex motis ex ſe, quæ componuntur ex iſtis principijs, quæ nō ſunt corpora, & ex primis corporibus motis ab eis, quorum quodlibet corrumpitur, deinde reuertitur ipſum, & mouent ſe adinuicem, ſ. vt quædam generent quædam, ita, ꝙ motor in eis non moueatur ab alio ſed ex ſe, v. g. ꝙ iſtud moueat illud ita, ꝙ non moueatur ab alio, & iſte motor moueatur ab alio, & ſic in infinitum,

v.g. vt Soc. generet Platonem ex ſe, & Soc. generetur à Cicerone, et Cicero à Virgilio, et vnumquodq; iſtorum in hoc motu mouetur ex ſe, & ſic in infinitum, manifeſtum eſt ꝙ hoc non erit, neq; eſt poſſibile alio modo ab eis, ſecũdum ꝙ poſſibile eſt ponere quòd hic eſt motum ex ſe, quod continet iſta ex extrinſeco, quod eſt cauſa in eſſe quorũdam iſtorum, & in non eſſe quorundam ſm cõtinuitatem, & perpetuitatem, ita, quòd motor æternus ſit cauſa motus iſtorum, quæ mouẽtur ex ſe generabilium, & corruptibilium ſm perpetuitatem; & erunt iſta cauſæ aliarum rerum, quæ mouent. Et, cum dixit & illud, quod non eſt motum, &c. i. & iſtud demõſtratum ex iſtis mouet hoc demõſtratum, & eſt non motum ab alio, ſed ex ſe: & aliud etiã ab iſto mouet aliud ab illo, & ſic erit in infinitum: impoſſibile eſt vt iſta ſint, niſi ponatur hic aliquod motum ex ſe, continens omnia iſta aliquo modo continẽtię. Et hoc intendebat, cum dixit hoc non faceret aliquo mõ, &c. & intendit alio modo ab eis, ſm quorum vnum imaginatur hic eſſe motum ex ſe cõtinens oĩa: immo neceſſe eſt imaginari motum ex ſe continens ea aliquo modo continentię. & nos iam declarauimus modũ continentiæ, quem innuit. Et non dimiſit ipſum non diſtinctũ, vt mihi vr̃, niſi quia manifeſtum eſt per ſe ꝙ, ſi iſta mota ex ſe generabilia, & corruptibilia nõ eſſent determinata, & continuata à motibus corporum cœleſtium, non eſſent, nedum vt continuarentur eſſe in eis, & ideo, ſi poſitum fuerit totum generari, contingeret vt eſſet pars alterius mundi. Et modus generationis iſtorum, quæ mouent ſe adinuicem, per accidens eſt. quia ſunt quaſi inſtrumenta, per quæ mouẽt corpora cœleſtia, ſ. ꝙ homo nõ dat in generatione hoĩs, niſi illud, quod eſt quaſi inſtr̃m: & corpora cœleſtia ſunt quaſi artifex, & virtutes informatiuę, quas vocat Ariſt. virtutes aĩę in libro de aĩalibus, fiunt ẽt à corporibus cœleſtibus. Et tu bene ſcis ꝙ non de neceſſitate debet inſtr̃m eſſe finitum, ſed neceſſe eſt, ſi fuerit hic artifex, qui operatur ꝑ inſtr̃m generabilia, & corruptibilia & ſemper operat̃, aut ſint hic inſtrumenta infinita. & etiam quando Soc. generat Platonem, & Plato Ciceronem, tunc Plato nõ generat Ciceronem propter generationem eius ex Socr a. ſed propter voluntatem eius, ſcilicet, quia proijcere voluit ſemen in illam fœminã. [a] Soc. enim generare Ciceronẽ eſt per accidens. Ergo illud, quod Loquentes noſtræ legis exiſtimauerunt eſſe impoſſibile, iam apparuit eſſe neceſſarium. & errauerunt in hoc, quia acceperunt illud, quod eſt eſſentialiter, loco eius, quod eſt accidentaliter: et exiſtimauerunt eſſe impoſſibile illud, quod nõ eſt impoſſe, ſ. ꝙ cauſas eſſe infinitas eſt impoſſibile eſſentialiter, & poſſibile accidentaliter.

Primum documentum. Idẽ. 1. meteororũ. cap. 1.

Secundum.

Modus gñationis iſtorũ, quę mouent ſe adinuicẽ, ẽ ꝑ accñs.

Tertium.

a Soc. gñare Ciceronẽ eſt per accñs. Quartum.

Vide idẽ. 5. Phy. c. 15. & hic ſupra. c. 15.

Si igitur perpetuus motus eſt, perpetuum erit & mouẽs primum, ſi vnum eſt. ſin vero plura, plura perpetua. Vnum autẽ magis q̃ multa, & finita q̃ infinita oportet exiſtimare. eiſdem. n. accidentibus ſemper finita magis accipere oportet. in ijs. n. quæ natura ſunt, oportet finitum, & id, quod melius eſt, ſi contingat, eſſe magis. ſufficiens autem eſt, etiã ſi vnum, quod, cum primum immobilium perpetuũ ſit, erit alijs principium motus.

Eiſdẽ accñtibus ſemꝑ finita magis accipe oportet.

Et, ſi motus fuerit æternus, tunc primus motor erit æternus, ſi fuerit vnus. &, ſi fuerint plures vno, tunc æterna erũt plura vno. Sed melius eſt opinari ipſum eẽ vnum, non plures. hoc enim complebitur per tria. &, ſi fuerint plures, melius eſt opinari ipſos eſſe finitos, q̃ infinitos. contingentia enim, cum ſint eadem, oportet eſſe melius habere finitos. res enim, quę ſunt per naturam, oportet vt accipiatur ĩ eis pars finita, & melior in eo, quod eſt poſſibile, & vnum ſufficit. & prima rerum, quæ non mouentur, erit æterna, & principium motus in alijs rebus.

Cum declaratũ ſit quòd, ſi neceſſario eſt hic motus æternus, ꝙ neceſſario erit hic motor æternus, & motum æternum. &, quia nõ apparet hoc, vtrum ſit vnũ, aut plura, ſed hoc tantum apparuit, ꝙ neceſſe eſt vt ſit hic motor talis, incœpit conſyderare quid eſt dignius ponere in hoc loco. iſta enim perſcrutatio propria eſt Metaphyſicæ. Et dixit & ſi fuerint plures vno, &c. ideſt & ſi iſte motor, qui declaratus fuit eſſe æternus, fuerit vnus, æternum erit vnum: &, ſi plures, æterna erunt plura. Deinde d. Sed melius eſt opinari, &c. ideſt vt mihi videtur ꝙ eſt melius opinari ꝙ iſte motor eſt vnus, quia eſt ſenſibile, ſcilicet mundus complebitur per tria, ſ. per motorem æternum, & motum ęternum ab eo, & per motum non motorem: & iſta complebuntur per vnum. &, cum complebitur per vnum. melius eſt vt inueniatur per vnum, non per plura. D. d. & ſi fuerint plures, melius eſt, &c. Deinde dedit cauſam ĩ hoc, & dixit cõtingentia enim, &c. ideſt quoniam, ſi illud, quod cõtingit in mundo à poſitione iſtorum pricipiorum, vt ſint finita, et eſſe infinita ſit idem, tunc ponere ea eſſe infinita eſt ſuperfluum, et extra naturam. Et intendebat per contingentia, apparentia hic, ſ. illa, quę cogunt nos ponere hic eſſe principia ęterna. Et quaſi d. quoniam, quando illa, quæ apparent hic, perficiuntur, ponendo principia ęterna, ſiue finita, ſiue infinita, tunc melius erit ponere ea finita. illud. n. quod perficitur per finitum, melius eſt vt inueniatur per finitum. Deinde dixit & vnum ſufficit, ideſt & vnum motum ex ſe ſemper ſufficit in reddendo cauſas eorum, quæ apparent hic. ponendo enim hoc, tunc res motoris habebunt principium æternum, & tunc iſtud principium mediante moto ęterno erit principium rerum, quæ mouentur quandoq;, & quieſcunt quãdoq; ſemper: & per hanc poſitionem complebitur hic eſſe. &, ſi non, eſſet difficile, immo impoſſibile ponere ęternum eſſe principium generabile, & corruptibile. 48

Vnũ motor æternus ſit vnus, vł plures, iſta perſcrutatio eſt ꝓpria Met. cõſiſte ſupra c. 45. Sed vide de oppoſitũ 1. de Aĩa. c. 2. & 3. de Aĩa. cõ. 5. in ſolutione. 3. quæſtionis. Vide contr. Zim.

Illud, qđ ꝑficiť ꝑ finitũ, melius eſt vt inueniatur ꝑ finitũ. Idem 2. Ph. t. c. 50.

Manifeſtum autem eſt ex hoc, ꝙ neceſſe eſt eẽ aliquid vnum, & perpetuum primum mouens. Oſtenſum eſt. n. ꝙ neceſſe eſt ſemper motum eſſe. ſi vero ſemper, neceſſe eſt & continuũ eſſe. etenim quod ſemꝑ eſt, continuum eſt: quod autẽ conſequenter eſt, non eſt continuũ. At vero, ſi continuus eſt, vnus eſt. vnus autẽ, ſi & ab vno mouẽte, & vnius ſit, quod mouetur. ſi enim quiddam aliud, & aliud mouebit, non continuus totus motus, ſed conſequenter erit. Ex his igitur crediderit aliquis eſſe quid primum immobile.

Et apparet ex hoc, quod nos dicemus etiã, ꝙ eſt neceſſariũ vt motor primus ſit vnum æternũ. Declaratum eſt. n. quòd neceſſe eſt ꝙ motus ſit ſemper. &, ſi motus fuerit ſemper, neceſſe eſt vt ſit cõtinuus ſemper. ęter-

num enim eſt cõtinuum: ſucceſſiuum autem non eſt continuum. Sed, ſi fuerit continuus, erit vnus. & vnus motus erit ab vno motore, & ab vno moto. quoniam, ſi mouet ſucceſſiue, tunc ille motus non erit continuus. Ex iſtis igitur erit homo certus hic eſſe aliquod primum non motum.

49 Iſta eſt alia declaratio ꝙ primus motor eſt vnus. Et d. Declaratũ eſt.n. ꝙ neceſſe eſt, &c.i. iam declarauimus ꝙ neceſſe eſt vt ſit hic primus motor perpetuus moti æterni. Et manifeſtum eſt ꝙ, cũ poſuerimus hic eſſe motum æternũ, quod mouetur motu ꝑpetuo, neceſſe erit vt motus iſtius moti ſit motus cõtinuus, non ſucceſſiuus. motus enim ſucceſſiui, licet ſint in eodem moto, tamen non ſunt continui, nec dicuntur eſſe perpetui, cum qñq; ſit in eis quies. D.d. Sed, ſi fuerit continuus, erit vnus motus, et hoc eſt notum per ſe. D.d. & vnus motus erit, qui prouenit ab vno motore. D. dedit cauſam in hoc, & d. quoniam, ſi mouet ſucceſſiue, &c.i. quoniam, ſi vnum motũ mouetur à pluribus vno motore ſucceſſiue, tunc ille motus non erit continuus. D.d. Ex iſtis igitur, &c. & intẽdit per primum, primum omniũ mouentium. i. et, ſi fuerint hic alia mouentia ab eo, quę non mouentur, tunc illa mouentia ſequuntur ipſum. qm̃ motus eorum ſequũtur motum illius moti primi, qui eſt velociſſimus motuum.

Hic vř dicere ad vnitatē numeralē motus reqri vnitatē motoris. Idē infra. 22.

Et rurſus, cum reſpexerit ad principia mouentium. Eſſe igitur quædam entium, quæ aliqñ quidem mouẽtur, aliqñ vero quieſcũt, manifeſtum eſt. Et per hoc factum fuit manifeſtũ ꝙ neq; omnia mouent̃, neq; omnia qeſcunt, neq; alia quidem ſemper quieſcũt, alia vero ſemper mouentur. quæ nãq; ad ambo prona ſunt, & potentiam hñt vt aliqñ qdem moueant̃, aliqñ vero quieſcant, demonſtrãt de ipſis. Qm̃ autem huiuſcemodi omnibus ſunt manifeſta: volumus autem demonſtrare & duorum vtramq; naturam, ꝙ ſunt alia quidem ſemper immobilia, alia autem, quæ ſemper mouentur: procedentes aũt ad hoc, & ponentes omne, quod mouetur ab aliquo moueri, & hoc eſſe aut immobile, aut quod mouetur, & quod mouetur aut à ſeipſo, aut ab alio ſemꝑ, proceſſimus vt accipiamus ꝙ eorum, quæ mouentur, eſt principiũ. eorum quidẽ, quæ mouent̃, id, quod ipſum ſeipſum mouet: omnium autẽ id, quod immobile eſt. videmus autem & manifeſte eſſe eiuſcemodi, quæ mouent ipſa ſeipſa, vt animatorum, & animalium genus. Hęc igitur & opinionẽ prębebãt, ne forte contingat motũ fieri, cum nõ eſſet omnino: propterea ꝙ nos in his videmus hoc contingere. immobilia. n. cũ ſint aliquando, mouentur rurſus, vt videtur.

Et erit magis certus in hoc etiam, qñ conſyderauerit principia motuum. Qm̃, cũ manifeſtum ſit, ꝙ entium quędam qñq; mouentur, & qñq; quieſcunt. Et ꝑ hoc fuit declaratum ꝙ non omnia mouent̃, neq; omnia qeſcunt, ſed quædã quieſcunt ſemper, & q̃dam mouentur ſemꝑ. illud. n. quod habet vtrũq;, & habet potentiam vt moueat̃, & vt qeſcat, declarat iſta. Et qa illud, qd̃ habet talẽ diſpõnẽ, manifeſtum eſt cuilibet: et intẽdimus declarare ẽt naturã vtriuſq; duorũ modorũ, ſ. ꝙ quædam entium ſemꝑ non mouentur, & quædam ſemꝑ mouentur: & incœpimus in hoc, & poſuimus ꝙ oẽ motum mouet̃ ab aliquo, et ꝙ iſtud aut eſt nõ motum, aut motor, & ex ſe motum, aut ex alio ſemper, et peruenimus ad hoc, ꝙ mota hñt principium motũ, quod mouet ſe. & principiũ omniũ eſt illud, quod non mouetur. & nos videmus aliqua talia, & ſunt illa, quę mouent ſe, ver. g. genus habentium animas, & genus modorum animalium. Iſta igitur faciũt exiſtimare ꝙ forte poſſibile eſt vt fiat motus ſine eo, quod ante fuit omnino: quia nos inuenimus ꝙ hoc accidit in iſtis: ſunt enim qñq; nõ mota, deinde mouentur, ſecundum ꝙ exiſtimantur.

Quia viæ, per quas iuit Ari. in declarando ꝙ hic eſt motor æternus, & ꝙ non mouetur, ſunt duę, Quarum vna eſt probando ꝙ motus eſt æternus, Secũda autem eſt ex conſyderatione de motis ex ſe, quæ ſunt hic, & proceſſit per hãc viam, poſtq̃ declarauit ꝙ hic eſt motus æternus, quando conſyderauit de natura eorũ, quæ mouẽtur apud nos qñq;, & quieſcunt qñq;, & iam declarauit prius motorem non motũ eſſe per hoc, ꝙ motus ęternus eſt, & vult nũc notificare ꝙ homo erit magis certus in hoc, quando conſyderauerit in natura eorum, quæ mouentur ex ſe, quæ ſunt hic. qm̃, qñ homo conſyderauerit in motibus particularibus, qui ſunt in hoc mundo, inueniet eos reduci ad motũ ex ſe: & ideo neceſſe eſt vt ita ſit in toto. Hic autem vult facere rememorationem de illa via, ex qua declaratur etiam ꝙ motũ habet primum motorẽ, qui non mouet̃, & ꝙ motus æternus eſt ĩ moto æterno, & ecõtrario primę vię. In prima. n. probauimus ex motu æterno motorẽ eſſe, q nõ mouet̃. hic aũt ꝓbauimus ꝙ motus ęternus eſt ex hoc, ꝙ motor, q non mouet̃. &, cũ iſtæ duę viæ fuerint coniunctę, tunc firmior erit ſcientia. Et ideo d. Et erit magis certus, &c. i. ſicut fecimꝰ ſuperius. D. d. Qm̃, cũ manifeſtũ ſit, &c. D. d. illud enim, quod hẽt vtrumque, &c. i. ex illis. n. quę videmus moueri ex ſe qñq;, et quieſcere qñq;, ſcimus ꝙ in entibus ſunt quædam, quę mouentur ſemper, & quædam, quæ nunq̃ mouentur: quia non habent naturã vt moueantur. Et, cũ hoc fecit, ſ. quia cõſyderauit in hoc de motis ex ſe, fecit rememorationem, & d. Et quia illud, quod habet talẽ diſpoſitionem, eſt manifeſtum cuilibet. i. aliqua eẽ, quę mouentur ex ſe, & qeſcunt ex ſe, deinde d. et intendimus etiam, &c. i. & hoc intellectũ eſt per ſe. D. d. qũo fecit hoc, & d. & poſuimus ꝙ oẽ motũ, &c. i. qm̃, cum conſyderauit de natura eorũ, q̃ mouentur hic, fuit declaratum ꝙ oẽ motum habet motorẽ, &, cũ cõſyderauit de natura ipſius motoris, vidit ꝙ iſte motor non põt fugere aliquã trium diſpõnum, ſ. aut vt moueat, & non moueat̃, aut vt moueat, & moueat̃ ex ſe, aut vt moueat, et moueat̃ ex alio, & fuit neceſſe ꝙ iſtud, quod mouet̃ ex alio, ꝑueniat ad motũ ex ſe ꝑ motorẽ, q non mouet̃, ſequit̃ vt ꝓnᵐ olum ſit huiꝰ, ſ. motũ ex ſe à motore, q nõ mouet̃. Et, quia iſtas ꝓpõnes non accepit, niſi ex motis ex ſe, q̃ ſunt hic, & apud cõſyderationẽ de iſtis cum

Hic expreſſe concedit dari regreſſus. vide idẽ infra. c. 53. vi de cõſile. 6. Ph. cõ. 12. & 15. & 1. de Ala. c. xi.

Motor quilibet aut mouet, & ñ mouet̃, aut mouet, & mouetur ex ſe, aut mouet, & mouetur ex alio.

hoc

hoc, ꝙ induxit nos ad quæſitum, faciunt nos etiam dubitare in primo principio, quod forte poſſibile eſt, vt quieſcat, quia iſta quandoq; quieſcunt, & mouentur qñq;. dixit & nos videmus aliqua, &c. i. & ſicut ſequitur ve omnia habeãt principium ex ſe motum: & hoc, quod apparet de iſtis motis ex ſe, qui ſunt hic: alij enim motus reducuntur ad iſtos: ſimiliter etiam faciunt dubitare in primo moto. qm̃, cum apparet ꝙ iſta mouentur ſine motu præcedenti, ſed poſt quietem perfectam, fuit poſſe vt hoc eſſet etiam poſſibile in primo moto.

Vide ꝓ iſto dicto ſupra. c. 40.

Hoc aũt oportet accipere ꝙ ſm vnum motum ipſa mouẽt, & ꝙ ſm hunc non proprie. non. n. ex ipſis eſt cauſa, ſed inſunt alij motus naturales animalibus, ſm quos non mouẽt per ſeipſa, vt augmentatio, diminutio, reſpiratio, qbus mouetur animaliũ vnũquodq;, cum quieſcit, & non mouetur ſm eum motum, qui eſt à ſeipſo. Huius aũt cauſa eſt continens, & multa ingredientiũ, vt quorũdam alimẽtum. nam, dum concoquitur, dormiũt; dum autem diſgregatur, excitantur, & mouent ſeipſa, cum primum principium ab externo ſit. quapropter non ſemper mouentur continue à ſeipſis. aliud. n. eſt mouẽs ipſum, quod mouẽ, & mutatur ad vnũquodq; mouẽtium ſeipſa. In omnibus autem his mouẽ primum mouens, & cauſa vt ipſum ſeipſum moueat à ſeipſo, ſm accidens tñ. mutat. n. locum corpus: quare & quod in corpore exiſtit: & quod in vecte mouens ſeipſum.

Quia corpꝰ mutat locũ, & id, qđ exiſtit in corpe.

Sed debemus facere ita, ꝙ motor eſſentialiter nõ moueat, niſi vno motu, & ꝙ ipſe mouet iſto motu, non quia eſt primum, qm̃ non eſt cauſa ex ſe. ſed in animalibus ſunt alij motus naturales, qui non ſunt ex illo, v. g. augmentum, & diminutio, & anhelitus. & iſtis motibus mouetur quilibet modorũ animalium ſine eo, quod mouetur ex ſe, ſed etiam quieſcit. Et cauſa iſtorũ motuum eſt illud, quod cõtinet ipſum, & multa aduenietia ſuo corpori, v. g. nutrimentũ in aĩalibus qbuſdã. qm̃, cum digerĩ, dormiunt, &, cũ diſtinguiĩ, expergefiunt, & mouent ſe. et primũ principiũ eſt extrinſecũ. & ideo non mouẽ ſemper ex ſe continue. motor. n. illorũ eſt aliud ab eo, quod eſt, qñ mouentur, & laborãt ſm vnumquodq; mouentium. Et in omnibus iſtis mouẽ primus motor, qui eſt cauſa eius, ꝙ moueant ſe ex ſe: ſed motus eius erit per accidẽs. corpus enim mutat ſuum locum: & ideo mutat etiam locũ illud, quod eſt in corpore: & quod eſt in vniuerſo mouens ſe.

51 Et non eſt opinandum ꝙ primus motor in iſtis mouet pluribus motibus ex ſe. vnus. n. motor non mouet eſſentialiter, niſi vno motu. et hoc, quod inueniĩ in iſtis motis, ſ. habentibus animas, ꝙ vnus motor in iſtis mouet pluribus motibus, eſt per accidens. Et hoc intendebat, cum dixit & hoc, quod mouet iſto motu, nõ eſt ita, ꝙ eſt primũ, i. opinandum eſt ꝙ vnus motor iſtorum, ſ. qui non mouentur, non mouet eſſentialiter, niſi vno motu. & hoc, quod mouet iſtis pluribus motibus in eis, quæ ſunt apud nos, non eſt ita, ꝙ ipſe prima cauſa ſit in iſtis pluribus motibus. Quoniam, ſi eſſet cauſa prima iſtorum motuum, tunc non moueret, niſi vno motu neceſſario. Ab vno. n. nõ prouenit eſſentialiter, niſi vnum motum: ſed multa intrant ipſum per accñs, quæ abſcindunt motum eius, & alia, quæ ſunt cauſa in hoc, q̃ faciunt motũ poſt quietem. Et hoc intẽdebat, cum dixit qm̃ non eſt cauſa ex ſe, &c. i. & cauſa in hoc, ꝙ prima cauſa in hoc, ꝙ hñtia aĩas, quę ſunt hic, mouẽ qñq;, & quieſcunt qñq;, non eſt ex ſe. i. ꝙ iſta cauſa nõ eſt cauſa, propter quã mouẽ ex ſe, ſed alia cauſa ex rebus continentibus, & aduenientibus ex extrinſeco facit in aĩalibus motus naturales. & illi motus erunt cauſæ vt moroc, per quem mouentur ex ſe, moueat qñq;, & qñq; non moueat. D. dedit exemplum iſtorũ motuũ, & quomodo accidit ex eis hoc, & d. v. g. augmentum, &c. i. v. g. hoc, quod accidit animali in ſuo corpore de motu augmenti à nutrimento, & de motu diminutionis à rebus extrinſecis, & à defectu nutrimenti etiam, & hoc, quod accidit ei, & de motu in qualitate apud anhelitum. anhelitus enim eſt in animalibus ad infrigidandum calorem naturalem, & temperandũ ipſum, motus igitur anhelitus dat animalibus qualitatẽ. D. d. ex iſtis igitur motibus, &c. i. in iſtis motibus, ſcilicet augmento, diminutione, et alteratione mouẽ animal, ſine eo, ꝙ moueatur ex ſe, ſed etiam quieſcẽs. D. d. Et cauſa iſtocum motuum, &c. i. & cauſa iſtorũ motuum, qui ſunt in aĩali, non ex ſe, eſt corpus continens, & illa, quæ intrant ſuum corpus. Et intendebat ꝙ cauſa iſtorum motuum ſunt res dilinctę ab aĩali, aut extrinſecę, aut ĩtrinſecę. D. dedit exemplum mouentiũ intrinſecus, cum ſint latentiora, & qũo erunt cauſę qetis eius qñq; ex ſe, & motus eius qñq; ex ſe, & d. v. g. nutrimentum in quibuſdam aĩalibus, &c. i. v. g. nutrimentum adueniens corpori animalis in quibuſdã aĩalibus, ſ. quæ innata ſunt dormire. Nutrimẽtum. n. cum aduenerit corpori iſtius aĩalis, & operatus fuerit calor in ipſum, aſcendet ab ipſo vapor humidus ad caput, & cor, & ſic grauabitur aĩal, & laxabuntur inſtrã motus, ita, ꝙ quieſcit in loco, et dormiet. et, cum nutrimẽtum fuerit digeſtum, tunc membra animalis mouentia alleuiabũtur, & expergefiet animal, & mouebitur ex ſe in loco. &, cum ita ſit, tunc primus motor animalis in loco, & faciens ipſum quieſcere, non eſt motor, qui eſt in eo, q non mouẽ, ſ. per quẽ mouẽ ex ſe, ſed primus motor in eo eſt illud extrinſecum, aut illud adueniens corpori. Et hoc intendebat, cum dixit & primum principium eſt extrinſecum. D. d. & ideo non mouetur ſemper, &c. i. quia corpus animalis mouetur ab extrĩſeco, ideo non mouetur ſemper ex ſe continue. &, ſi nõ, tunc neceſſe eſſet, ſm ꝙ eſt motum ex ſe, aut mouẽ ſemper, et continue, cũ vnus motor, ſicut dictũ eſt, nõ moueat, niſi vno motu tm̃. D. dedit cãm, propter quã fuit aĩal hmõi in abſciſione ſui motus, & dixit motor. n. illorũ eſt aliud, &c. i. & cauſa in hoc, ꝙ motor, qui non mouẽ in iſtis, mouet qñq;, & qñq; non, eſt, quia non eſt primus motor in hoc motu. ſed primus motor in iſtis eſt aliud extrinſecum, quando mouetur, & tranſmutatur iſte motor ab illo extrinſeco ſecũdum naturam cuiuslibet eorum, quæ mouent ipſum, ſ. ꝙ, ſi natura eius facit ipſum qeſcere, qeſcit: &, ſi natura eius facit ipſum mouere, mouebiĩ. Et, cum declarauit ꝙ primus motor, qui non mouẽ in hoc motu, mouẽ ab extrinſeco, incœpit declarare modum, quo mouetur, & d. Et ĩ iſtis omnibus, &c. i. & in iſtis motis ex ſe omnibus generabilibus, & corruptibilibus mouẽ primus motor ĩ eis, per quem mouetur ex ſe à rebus extrinſecis. ſed mo-

Ab vno non ꝓuenit eſſentialiter, niſi vnũ. ſed multa intrant ipſum ꝑ accñs.

Iuuamentum anhelitꝰ. vide lĩ ꝓ hoc. 2. de Aĩa. 88 &. 89.

Cã ſõni, & vigilię. vide lĩ ſuꝑ. c. 29. & in lib. de ſomno, & vigilia.

Vnꝰ motor eẽntialr non mouet, niſi vno motu. vide idẽ ſupra. c. 31. & q̃ ibi.

tus ab eis nō eſt eſſentialiter, ſed accidentaliter. motus autem eius eſt accidentaliter, licet ſit indiuiſibilis: quoniam conſtituitur per ſubiectum, ſ. per corpus. & ideo accidit ei moueri, quando corpus mouetur: & omne, quod mouetur, quia eſt in moto, eſt motum per accidens. Et hoc intēdebat, cum d. corpus.n. mutat ſuum locum, &c.i. & cauſa in hoc, ꝙ iſte motor mouetur per accidens, eſt, quia conſtituitur per corpus, & ſic transfertur per accidens, per translationem corporis, omne, quod eſt in corpore, licet ſit motor. Et debes ſcire ꝙ hoc non eſt, ſicut translatio partis cum trāslatione totius, ſed ſicut albedinis cum translatione ſubiecti: cum ſit declaratum ꝙ iſte motor nō eſt corpus, cū moueat, & non moueatur. & ideo dixit & ꝙ eſt in vniuerſo mouēs ſe, cōſeruando ſe à partibus, quę ſunt in corpore: licet hic, & illæ moueantur per accidens. Et debes ſcire, ꝙ nō intendebat ꝙ motus eius, qui eſt per accidēs, ſcilicet motoris, qui nō mouetur in animali à cauſis extrinſecis, eſt motus eius in loco propter motum ſui ſubiecti, ſ. corporis: ſed intendebat ꝙ motus eius à cauſis extrinſecis eſt propter motum ſui ſubiecti ab eis in loco, ſ. vt augmentetur, aut alteretur, eſt ſicut motus eius in loco à motu ſui ſubiecti, ſ. corporis. videtur enim ꝙ manifeſtum eſt hic, ꝙ omnis motor in ſubiecto mouetur per accidens, propter motum ſui ſubiecti, deferentis ipſum, ſ. in loco. Vtrum autem omne, quod mouetur in loco per ſuum ſubiectum, trāſmutetur etiam per tranſmutationem ſui ſubiecti, ſ. tranſmutatione alteratiua, non tranſmutatione in loco, nondum eſt declaratum. Cum.n. hoc fuerit declaratum, declarabitur ꝙ, ſi illud non tranſmutabitur ab extrinſeco, nō mouebitur ex motu ſui ſubiecti in loco: licet appeat ex verbis Ariſto. futuris ꝙ ipſe ponet ꝙ omne, quod non tranſmutatur ab extrinſeco per accidens, nō mouetur ex ſuo corpore per accideos, vt patebit poſt. Et forte Ariſt. tacuit complementum demonſtrationis, quam intendit hic, qm̄ eſt manifeſtum. qm̄, cum verificatum fuerit ex hoc, ꝙ omne motum ex ſe, quod quieſcit quandoq;, & mouetur quandoq;, mouetur ab extrinſeco, & eſt declaratum ꝙ primum motum ex ſe nihil ē extra ipſum, ſequitur manifeſte in ſecūda figura ꝙ primum motum ex ſe non quieſcit omnino. Et erit iſta demonſtratio alia à prædictis. quoniam illud, quod hunc ſequitur ſermonem, quod apparet eſſe complementum iſtius demonſtratioois, idem apparet cum demonſtratione prędicta: & patet ex ſuis verbis in principio iſtius capituli ipſam eſſe aliam demonſtrationem à prædicta.

Oē, q̄d mouef, q̄a eſt in moto, ē motū p accñs.

Documentū primum.

Documentū ſecundum.

Oīs motor ī ſubto mouef p accñs ad motū ſubti.

Documentū tertium.

Documentū quartum.

Ex quibus credere licet ꝙ, ſi quid eſt immobilium quidem, mouentium autem, & ipſorum, quæ mouentur ſecundum accidens, impoſ'e eſt continuo motu mouere. Quare, ſi neceſſe eſt quidem cōtinue eſſe motū, eſſe quid oportet primum mouens immobile, & non ſm̄ accidens, ſi futurum eſt (vt diximus) in ijs, quæ ſunt, vt ſit inceſſabilis quidam, & immortalis motus, & manere ens ipſum in ſeipſo, & in eodem. principio.n. manēte neceſſe et oē manere, cōtinuum exiſtēs ad principium. Non eſt autem idem moueri ſm̄ accidēs à ſeipſo, & ab altero. moueri.n. ab alio, & eorum, quę ſunt in cœlo, quibuſdam principijs ineſt, quę ſm̄ plures feruntur lationes: alterum autem corruptibilibus ſolum.

Pricipio manēte, neceſſe & oē manere, continuū exñs ad pricipium.

Ex hoc igitur erit homo certus ꝙ, ſi aliqd fuerit ex eis, quæ non mouentur, ſed mouetur etiam per accidens, impoſſibile eſt vt motus ſit ęternus. Et ideo, ſi fuerit neceſſe vt motus ſit æternus, neceſſe eſt vt primus motor ſit, qui non mouetur neq; per accidens. ſed neceſſe eſt, ſicut diximus ſuperius, vt in entibus ſit aliquis motus, qui non ceſſat, & ꝙ remaneat ipſum etiam in eadem diſpōne. qm̄, cum principium remanſerit, totum neceſſario remanebit, cū ſit cōtinuum cū principio. Et aliquid moueri per accidens ex ſe, aut ex alio, non eſt idem. illud.n. quod mouetur ex alio, inuenitur etiam in quibuſdā principijs rerū, quæ ſunt in cœlo, ſ. ea, quæ transferunt̄ modis translationis pluribus vno: aliud autem inuenitur in corruptibilibus tantum.

Ideſt, Ex hoc igit̄, quod apparuit in motoribus non motis, quæ ſunt in animalibus, ſ. quę ſunt mota per accidens, erit homo certus in hoc, ꝙ aliquid, ſi ponat̄ mouere totum, & ponat̄ cum hoc moueri per accñs, ſicut aīæ aīalium, ꝙ motus totius nō erit æternus. D.d. neceſſe eſt vt ſit primus motor, &c.i. &, cum declaratum ſit ꝙ iſta mouentia mota qñq; mouentur, & qñq; non mouent̄ per accidēs, eſt neceſſe, ſicut diximus, ſi vnus motus eſt continuus, qui non ceſſat, vt motor illius ſit non motus per accidens. Et intendebat per hunc ſermonem, vt videtur, diſſoluere quæſtionem, contingentem ex iſtis motis ex ſe, quæ quieſcunt qñq;, & mouentur qñq;. Qm̄, cum declarauit ꝙ motor i iſtis eſt * motor per accidens, & demonſtrauit ꝙ primus motor totius non eſt motum nec accidētaliter, nec eſſentialiter, diſſoluetur ex his duobus quęſtio, cōtingens ex his in primo moto ex ſe. iſta.n. exiſtimātur quieſcere, & moueri ſine eo, ꝙ motor in eis moueatur oīo. Et, cum apparuit ꝙ motor in eis mouetur per accidens, et fuit demonſtratum ꝙ motor totius nō mouetur per accidēs, diſſoluetur quęſtio, contingens ex iſtis in motu totius. Et pōt intelligi ex hoc ſermone ꝙ eſt demōſtratio per ſe, ſicut diximus. D.d. et ꝙ remaneat ens ipſum, etc.i. & neceſſe eſt vt ſit hic primus motor, non trāſmutabilis, vnus, qui ſit cauſa, ꝙ mūdus remaneat idem, & ſm̄ eandem diſpoſitionem. principium.n. cum remanſerit vnum, tunc illud, cuius eſt principium, ſ. totum remanebit necio: cum totum ſit continuum cū eo, ſ. cum parte ipſius nō generabili, neq; corruptibili, ſ. cum primo moto ab iſto principio. qm̄, ſi iſta pars continua cū eo, fuerit generabilis, aut corruptibilis, tunc mundus non remanebit idem, & erit illic pricipium prius ipſo, cum neceſſe ſit vt motus ſit ante motum inuentum ab eo. Et intēdebat declarare ꝙ, cum fuerit verum ꝙ totum ens eſt eiuſdem diſpoſitionis eſſentialiter, neceſſe eſt vt hoc ſit à principio, quod eſt principium per ſe, non ꝑpter aliquod accidens. Et, ſi poſuerimus ꝙ iſtud principium mouetur per accidens, & fuerit iſte motus neceſſarius in ipſo mouere, continget vt aliquid ſit eſſentialiter in aliqua diſpōoe à principio, quod eſt p̄n^m per accidens, quod eſt impoſ'e. D.d. & aliquid moueri ꝑ accñs, &c. & dixit hoc, quia forte aliquis pōt dubitare in hoc, ꝙ dixit. apparet.n. ꝙ ipſe ponit iſtud principiū, mouens, non motum, non quia alteratur, nec quia augmentat̄ ex extrinſeco, neq; quia mouit ſe in loco ꝑ accidens: ſicut accidit aīabus aīalium, quia conſtituunt̄ per primū ſubiectū, quod mouet. [a] Sed iſtud principium nō conſtituit̄ ꝑ ſubiectum, quod mouet̄ ab ipſo: ſed eſt ecōuerſo, ſ. ꝙ ꝑmanētia ſubiecti eſt ſm̄ illud. Et hoc patebit ꝑfecte, cum fuerit declaratū ꝙ iſte motor non eſt in materia.

52

Prima rō, ꝙ motor primi moti nō mouef ꝑ accñs.

Documentū

* a. l. motū.

Secunda rō ad idem.

Pricipiū, cū remanſerit vnū, remanebit illud, cui' ē principium necio.

Documentū

a Principium nō cōſtituit̄ ꝑ ſbm, ſicut aīæ aīalium. Idē. 2. Cœ. c. 3. & 1. Ph. 61. & hic infra. c. 78. & 79. Idē. 2. & 9. capī. 8 de ſubā orbis.

in materia. Cum igitur poſuit, ſicut dixit, quòd iſtud principium non mouet ſe in loco per accidens, & apparet in quibuſdam principijs æternis hoc, quòd mouentur ex alijs modo accidentali: & ſunt corpora cœleſtia, in quibus inueniuntur motus plures vno, ſicut eſt diſpoſitio in planetis erraticis. motor enim cuiuslibet ſtellæ, ex eis, ſcilicet qui eſt proprius vnicuiq; eorum: & eſt ille, qui mouet illam motu ab occidente in orientem, mouetur per accidens à maiori motore in primo moto maximo, & eſt motor à motu orietali: quoniam orbes iſtorum omnium ſequuntur maxime orbem in hoc motu. ver. gr. quoniam orbis ſolis mouetur à ſuo motore proprio ab occidente in orientem, ſcilicet ſuo motu proprio annuo, & mouetur ſuus motor à ſuo motore maximo motu diurno: & ſic accidit ſuo motori proprio per accidens à maximo motore totius ex hoc, ꝙ mouet ſuum motum propriũ ab eo, ꝙ eſt orbis ſolis. quia igitur inuenitur in motoribus, qui ſunt in corporibus cœleſtibus, aliquid, quod mouetur ab alio, hoc modo accidentali, nõ ex ſe, ideo fecit hanc exceptionẽ.

Mot^9 planetarũ ſunt plures vno.

Documentũ

Et debet intelligi ex hoc, ꝙ mouẽtia, quæ ſunt hic, ſunt illa, quæ mouentur ex ſe, & ex alijs per accidens, ſ. ex motu ſui ſubiecti, i. primi moti ab eis. Et hoc eſt, quia motor conſtituitur per primum motum ab ipſo, ſ. quia motor eſt in eo forma, & motum materia: & eſt acceptum in definitione formæ, ſm ꝙ materiæ accipiuntur in definitionibus formarum. & hoc eſt id, de quo dicit moueri per accidens, in rei veritate. Motor autem in corporibus cœleſtibus non conſtituitur per ſubiectum ipſius: & ideo non mouetur per motum ſubiecti moti ab ipſo hoc modo accidentali. Quod autem eorum habet ſubiectum, quod mouetur ex alio motore proprio, dicitur ꝙ ille motor proprius mouetur per accidens, ſ. ex hoc, ꝙ ſuum ſubiectum mouet ab alio. quia accidit ei, ſ. motori proprio quidam modus mouendi. & eſt, quia ſubiectum eius mouetur ab alio: non quia ipſe mouetur per motũ ſui ſubiecti: ſicut eſt diſpoſitio in motoribus, qui ſunt hic. Et ideo dicetur in eis motor per accidens, & dicetur ęquiuoce, ſ. in illo, quod mouetur ꝑ ſubiectum acceptum i ſua definitione, & per ſubiectum, quod non habet introitũ in ſua diſpõne. Et iſta diſpoſitio eſt diminutio in motore corporis cœleſtis, cui accidit vt ſuum motũ moueatur ab alio. & ideo perfectior mouentium eſt mouens in motu diurno, cum non accidat ſibi hoc. Secundum hoc igitur eſt intelligendus iſte locus hic. Et ſuſtentatus eſt in hoc ſermone ſuper hoc, ꝙ mota ex ſe, quæ ſunt hic, ſunt mota ex ſe per accidens: cum motor in eis non ſit primus motor, & motum ex ſe eſſentialiter, non iuenitur, niſi in corporibus cœleſtibus. & ideo iſta fuerunt æterna, & illa generabilia & corruptibilia. Si igitur fuerit inuentum in motis ex ſe motum per accidẽs, ſ. quod accidit moto ex ſe eſſentialiter, ſ. vt moueatur, non eſt, quia in ſua natura eſt motum ex ſe per accidens, ſicut eſt diſpoſitio in motis ex ſe per accidens, quæ ſunt hic. & ideo accidentalitas operatur in eſſe iſtorum, & non operatur in eẽ illorum, ſ. ꝙ moueri ꝑ accidẽs non oꝑatur in eo, ꝗd eſt motũ ex ſe eẽntialr. & hoc ẽ illud, in ꝗ motor ẽ pm^9 motor.

Materię accipiunt i definitioib^9 formarũ. ſdẽ. 1. d Aia. c. 16. et. 2. Ph. t. c. vltimi. &. 7. Met. 57. 19. &. 3. de Aia. cõ. 9.

Motor ꝑ accidẽs ęquoce dr̃ de generabilibus, & æternis.

At vero, ſi aliquid eſt ſemper huiuſmodi, mouens quidem, immobile autem, & ipſum perpetuũ, neceſſe eſt & ipſum primũ, quod ab hoc mouetur, perpetuum eſſe. Eſt autem hoc manifeſtum quidem & ex eo, ꝙ non aliter eſſet generatio, & corruptio, & mutatio in alijs, niſi aliquid moueat id, quod mouet. immobile. n. eodem, et vno motu ſemꝑ mouebit eodem modo, tanq̃ nihil ipſum mutetur ad id, quod mouetur. quod autem mouetur ab eo quidem, quod mouetur, ab immobili aũt mouetur iam, propterea ꝙ aliter, ac aliter ſe habet ad res ipſas, non eiuſdẽ motus erit cauſa: ſed propterea, ꝙ in cõtrarijs eſt locis, aut formis, contrarie pręſtabit vt moueat vnumquodq; aliorum, & aliqñ quidẽ quieſcat, aliquando aũt moueatur. Manifeſtũ igitur factum eſt ex dictis & quod in principio dubitabamus, curnã non oĩa aut mouentur, aut quieſcunt, aut alia quidem mouẽtur ſemper, alia vero quieſcunt, ſed quædã aliquãdo quidem, aliqñ autẽ non. Huius. n. cauſa manifeſta nũc eſt, ꝙ alia quidẽ ab immobili ſempiterno mouentur, quapropter ſemper mutantur, alia vero ab eo, quod mouet, & mutatur, quare & ipſa neceſſarium eſt mutari. Immobile aũt vt dictum eſt, tanq̃ ſimpliciter, & eodem modo, & in eodẽ permanens, ſecundum vnum, et ſimplicem mouebit motum.

Et hoc declarabitur poſt. primo aũt, quia hoc impoſſibile eſt alio modo vt ſit generatio, & corruptio, & trãſmutatio aliarum, niſi ſit hic aliquid, quod mouet, et mouetur. illud enim, quod nõ mouetur, ſemper mouet eodem modo, quia nũquam tranſmutatur omnino i reſpectu moti. * motũ autem ab alio, quod mouet, quia ſit in diſpoſitionibus diuerſis in reſpectu rerum, ideo non erit cauſa eiuſdem motus. & propter hoc, quia erit in locis, aut formis contrarijs, ideo largitur per ſuum motum res contrarias, & qñq; erit qeſcens ſic, & qñq; motum. Et apparet etiam ex hoc illud, in quo dubitabam^9 prius, ſ. quare non omnes res mouentur, aut omnes qeſcunt, aut ſunt diuiſę in duas partes, quarum vna eſt motum ſemper, & alia quieſcẽs ſemper, ſed ſunt hic res, quæ mouentur quandoq;, & quieſcunt quandoq;. Cauſa enim in hoc eſt manifeſta. & eſt, ꝙ quædam res mouentur à non moto æterno, & ideo mouent ſemꝑ, & quędã nõ mouent, niſi à moto trãſmutabili, & ideo neceſſe eſt ẽt vt ſint trãſmutabilia. Illud aũt, quod eſt non motum, qa eſt, ſicut diximus ſimplex, & permanens in eadẽ diſpoſitione, mouet vno motu ſimplici.

Deficit principiũ tex^9. et ſi ab Auerroe exponatur.

* Auer. leg. motor.

Nitit in hoc ſermone inducere cauſam, propter quã fuit neceſſe vt primum motum à motore non tranſmutabili ſit æternum, & motum in loco. & eſt econuerſo ei, quod declaratũ eſt in principio iſtius tractatus, ſ. ꝙ ex probatione eſſentiæ iſtius moti fuit probatũ primũ motorẽ eſſe. Et ex hoc apparet ei illud, quod quęſiuit in principio, ſ. hoc ꝙ quædam res mouentur ſemper, et quædam inueniuntur in vtraq; diſpõne, & quędã non mouent ſemper. Et cauſa in hoc eſt cõcluſio ꝓdictoꝝ. qm̃, cum declaratum eſt hic eſſe motorem ęternum, & motum ab eo æternũ, vult in hoc ſermone inducere ex hac concluſione, ſ. hoc eſſe motorẽ ęternũ, cãm, ꝑꝑ quã 53

Cõſuetudo ĩ hac ſcĩa ẽ ꝓcedeř de poſterioꝛib⁹ ad priora ĩ primo, & poſt dare de priorib⁹ cãm poſterioꝝ. Idẽ ſupra c. 50. & quæ ibi.

fuit motum æternum, & res, quæ mouentur quãdoq;, & quieſcunt quãdoq;, ſm ꝙ eſt cõſuetudo in hac ſcientia, ſ. procedere de poſterioribus ad priora in primo, & poſt dare de prioribus cauſam poſteriorũ. Et ideo incœpit hoc à priori, quod demonſtratum eſt ex poſterioribus in dãdo cauſas poſteriorum, & eſt motor, qui non mouetur, & d. Si igiť fuerit hoc aliquid, &c. & hoc eſt conuerſum prædicti. in prædicto enim proceſſit de poſteriori ad prius. Declaratum enim fuit hoc, ſcilicet quòd, ſi eſt motus ęternus, neceſſe ẽ vt ſit hoc motum æternum, &, quia hoc eſt motum æternum, neceſſe eſt vt ſit hic motor æternus. hic autem intendit conuerſum, ſ. quia hic eſt motor æternus, neceſſe eſt vt motũ ab eo ſit æternum. &, ſi non, tunc ſuũ mouere non eſſet æternum. Deinde d. Et hoc declarabitur poſt. primo autem, &c. i. & hoc apparet etiam ex poſitione eius, quod eſt naturam mouentem eſſe huiuſmodi, ſcilicet non motam, & ex poſitione etiam eius, quod eſt mota eſſe generabilia, & corruptibilia. Sequitur enim ex his duobus vt illic ſit motum æternum medium inter hũc motorem, qui non mouetur, & inter mota generabilia & corruptibilia, quod mouetur ab illo primo motore, & moueat iſta. Et, cum dixit hoc, incœpit inducere modum, ex quo patet hoc, & d. illud enim, quod non mouetur, &c. i. & cauſa in hoc eſt, ꝙ illud, quod nõ mouetur, neq; eſſentialiter, neq; accidentaliter, non mouet, niſi vno motu ſemper, & in eadem diſpoſitione. Deinde dedit cauſam in hoc, et d. quia nunq̃ transmutatur, &c. ideſt ex hoc, quod declaratum eſt, ſ. ꝙ nõ eſt motum per accidẽs, i. ex moto ab ipſo: ſicut accideret, ſi primum motum ab eo eſſet generabile, & corruptibile. Sed intendebat quòd, cum poſuerimus quòd iſte motor eſt non motum per accidens: & quòd motor generabilium, et corruptibilium eſt motum, aut eſſentialiter, aut accidentaliter: ſequitur ex hoc vt primum motum ab iſto motore non ſit generabile, & corruptibile: & quòd, cum fuerit poſitum motum æternum moueri ab hoc motore, qui non mouetur in loco, erit poſſibile in hoc moto, vt ſit cauſa generabilium, & corruptibilium ſecundum propinquitatem eius, et remotionem ab eis, & erit neceſſe vt ipſum ſit primum motum ab illo motore, qui non mouetur. Et hoc intendebat cum d. motor autem, &c. ideſt & motor, qui mouetur à motore non moto, contingit ei neceſſario vt ſit in diuerſis diſpoſitionibus de rebus, quas mouet, ſcilicet in propinquitate, & remotione. Deinde d. ideo non erit cauſa eiuſdem motus. i. & impoſſibile eſt vt iſte motor motus ſit cauſa vnius motus tantum, ſed diuerſorum motuum, propter hoc, quòd motor, qui mouet, erit in locis diuerſis, & diſpoſitionibus diuerſis: & ſic aget idem duo contraria. ver. gr̃a. ꝙ quando ſol fuerit in tropico hyemali, habebit reſpectum ad illa, quę ſunt ſub tropico ęſtiuali in diſpoſitione contraria ei, ſecundum quòd erit in tropico ęſtiuali. Deinde d. & propter hoc, &c. ideſt & propter propinquitatem, & remotionem, verbi gratia, quoniam ſol, quãdo fuerit, ſicut diximus, in tropico ęſtiuali, tunc largitur cuilibet entium tranſmutationem contrariam tranſmutationi, quam largitur ei, quando fuerit in tropico hyemali. D. d. & quandoq; erit quieſcens ſic. ideſt & ſic acquiritur ens quodlibet ex motore æterno, qui mouetur, vt quandoq; moueař ab eo, ſcilicet quando fuerit propinquum, & quandoq; quieſcat, ſcilicet quando fuerit remotum. Et declarauit quomodo ſequitur neceſſario vt primum motum, quod, q̃n mouetur à motore, q non mouetur, ſit æternũ, & quomodo ſequitur ex hoc vt ſit cauſa motuum contrariorum, apparuit ei ex hoc illud, de quo quæſiuerat primo, & eſt quare quædam entia mouentur quandoq;, & quieſcunt quandoq;, & quædam mouentur ſemper, & quædam nunq̃. Et d. Et apparet etiam ex hoc, &c. i. ex prædictis igitur apparet illud, in quo dubitabamus primo, & eſt, ꝙ non omnes res mouentur, neq; omnes quieſcunt. & cauſa in hoc eſt, quòd iſta etiam non diuiduntur in duos modos tantum, quorum vnus eſt motum ſemper, & alius quieſcens ſemper, ſed ſunt hic aliqua, quæ mouentur quandoq;, & quieſcunt quandoq;, & aliqua, quæ mouentur ſemper, & quieſcunt ſemper. Et quòd cauſa in toto declarata eſt nunc ex hoc ſermone, & eſt, ꝙ quædam mouentur à motore æterno, qui non mouetur, & ideo iſta mouentur ſemper: & quædã mouentur à motore moto, & ideo contingit etiam vt iſta moueantur quandoq;, & quandoq; quieſcant: & quædam nunq̃ mouentur, & eſt motor æternus, de quo diximus eſſe motorem vno motu tantum. Et hoc intendebat, cum dixit Illud autem, quod eſt non motum, &c. ideſt ens autem, quod eſt nõ motum, mouet eodem modo vno motu ſimplici: quia eſt ſimplex, nõ compoſitum, ideſt non habens materiam. Iam igitur apparent hæ tres diſpoſitiones cum ſuis cauſis. & eſt, ꝙ quędam eorum nunq̃ mouẽtur: & cauſa eius eſt, quia eſt ſimplex, non compoſitum. &, ꝙ quædam ſemper mouentur: & cauſa illius eſt, quia mouentur ab hoc motore ſimplici. & quædam, quæ mouentur quandoq;, & quieſcũt quandoq;: & cauſa illius eſt, quòd motor eorum mouetur. Et debes intelligere hic per motum, & quietem, omnes tranſmutationes compoſitas, & de motu æterno motum localem tantum. Et debes ſcire quòd ſecundum hunc modum poſſibile eſt vt motus noui fiant à motore non moto, ſcilicet mediante moto æterno. Et ideo, qui poſuit principium æternum, & primum motum eſſe nouum, non potuit diſſoluere quęſtionem accidentem in hoc, ſicut accidit Loquentibus nr̃ę legis.

Vide ꝓ hoc 2. de Gñatione t. c. 56. et 12. Meta. te. cõ. 33.

Motus noui poſsũt fieri a motore æterno, mediãte moto æterno. Idem ſupra. cõ. 15. Contra Loquẽtes legũ.

Summa Tertia. An detur motus continuus: & quis motuum ſit primus.

Caput Primum. Lationem eſſe cæteris motibus priorem.

AT vero & alio facto principio, magis erit de his manifeſtũ. conſyderãdum enim eſt, vtrum aliquem motũ contingat eſſe continuum, an non. &, ſi contingit, quis eſt hic, & quis primus eſt motuum. Manifeſtum enim eſt ꝙ, ſi neceſſarium quidem eſt ſemper motum eſſe, primus autem hic, & continuus eſt, ꝙ primum mouens mouet ſm hunc motum, quem neceſſarium eſt vnum, & eundem eſſe, & continuum, & primum.

Deinde hoc apparebit manifeſte magis, conſyderando alio modo. cõſyderandum eſt enim, vtrum ſit poſſibile ꝙ aliquis motus ſit continuus, aut non. &, ſi hoc fuerit poſſibile, quis motus eſt iſte, & quis motus eſt primus motuum. Manifeſtum eſt enim ꝙ, ſi fuerit neceſſe vt motus æternus ſit, & fuerit aliquis motus demonſtratus primus, & continuus, neceſſe eſt vt primus motor moueat hoc motũ, qui eſt neceſſe vt ſit vnus, & continuus & primus.

Dixit

54 Dixit Deindę hoc apparebit, &c. ideſt ex perſcrutatione de hoc, ſcilicet quis motus eſt iſte motus. quoniam, ſi apparebit demõſtratus in mundo, tunc ſenſus conueniet demonſtrationi. & eſt, ſicut diximus manifeſtius, ſcilicet quoniam tũc verificabitur modus, qui eſt cauſa in quiete quorundam entium quandoque, & in motu eorum quandoque. et ipſe, ſicut dixit, perſcrutatur hic de duobus, ſcilicet quis motus eſt iſte motus, & quis motus eſt primus motus motuum ſenſibilium. Manifeſtum enim eſt, ſicut diximus ꝙ, ſi fuerit hic motus primus continuus, ꝙ primus motor debet mouere hoc motu: cum primus motus neceſſe eſt vt ſit à primo mouere. & perſcrutatus eſt l Sexto quis motus eſt, qui poteſt eſſe īfinitus. ſed hic complebit perſcrutationem bene de hoc. D.d. Manifeſtum eſt enim quòd, ſi fuerit neceſſe, &c. ideſt & neceſſe eſt perſcrutari de primo motu quis motus ſit. quoniam manifeſtum eſt quòd, ſi fuerit neceſſe vt ſit hic motus æternus continuus, oportet conſyderare quis motus ſit ille, qui poteſt eſſe continuus. quoniam neceſſe eſt vt iſte motus ſit primi motoris. ideſt quoniam, cum declaratum ſit quòd eſt hic motus primus, continuus, demõſtratus, neceſſe eſt vt ille motus ſit ille, quo mouet primus motor.

6. Ph. te. cõ. 91. & inde.

Motus triplex.

Tribus autem exiſtentibus motibus, alio quidem ſm magnitudinē, & alio ſm paſſionem, & alio ſm locum, quem vocamus lationem, hunc neceſſarium eſt eſſe primum. Impoſſibile enim eſt augmentationem eſſe, alteratione non prçexiſtente. quod enim augmentatur, eſt quidem vt ſimili augeatur, eſt autem vt diſſimili. contrarium enim alimentum dicitur eſſe cõtrario. adiungitur autem omne factum ſimile ſimili. neceſſe igitur eſt alterationem eſſe eam, quæ in cõtrarium eſt, mutationem. At vero, ſi alteratur, oportebit eſſe alterans, & agens ex potẽtia calido actu calidum. Manifeſtum eſt igiť ꝙ mouens non ſimiliter ſe habet, ſed aliquãdo quidem propinquius eſt, aliquãdo autem longius ab eo, quod alteratur, eſt. hæc autẽ ſine latione non contingit eſſe. Si ergo neceſſe eſt ſemp motum eſſe, neceſſe eſt & lationem eſſe ſemper primam motuum. &, ſi lationis alia quidem prior, alia vero poſterior eſt, primam. Amplius autem omnium paſſionum pricipium eſt denſitas, & raritas. etenim graue & leue, & molle & durum, & calidum & frigidum, denſitates vidẽtur eſſe, & raritates quædam. denſitas autem, & raritas congregatio, & diſgregatio, ſecundum quas generatio, et corruptio ſubſtantiarum dicitur. quæ autẽ congregantur, & diſgregantur, neceſſe eſt & ſecundum locũ mutari. At vero & eius, quod augmentatur, & diminuitur, mutatur ſecundum locum magnitudo.

Latio ẽ primus motuũ. Vide contr. Zim. Quod augmentať, ẽ quidẽ vt ſimi augeať, eſt aũt vt diſſimili.

Vide contr. Zim.

Dicamus igitur ꝙ, cum motus ſunt tres, ſ. in magnitudine, & in paſſione, & in loco, & neceſſe eſt vt iſte ſit primus motuum. Impoſſibile eſt enim augeri ſine alterari. augmentabile enim potes dicere ipſum augeri per ſimile, & potes dicere ipſum augeri per diſſimile. nutrimentũ enim dicitur contrarium ad contrarium. & non copulatur in omni generato, niſi ſimile cum ſimili. neceſſe eſt igitur vt tranſmutatio ad contrarium ſit alteratio. Sed, cũ fuerit alteratio, neceſſe eſt vt aliquod alterans ſit, quod extrahit illud, quod eſt in potentia calidum, in calidum in actu. Et manifeſtum eſt ꝙ diſpoſitio motoris tunc non currit eodem modo, ſed forte quandoq; erit propinquior alterato, & quãdoque remotior. & hoc non poteſt eſſe ſine trãslatione. Si igitur ſit neceſſarium vt motus æternus ſit, ſequitur neceſſario vt tranſlatio æterna ſit primus motuum. &, ſi aliqua translatio eſt prior, & alia poſterior, neceſſe eſt vt prior ſit æterna. Et etiam principium omnium paſſionum eſt denſitudo, & raritas. grauitas enim & leuitas, & mollities & durities, & caliditas & frigiditas exiſtimantur eſſe modi denſitudinis, & raritatis. & denſitudo, & raritas ſunt congregatio, & ſegregatio, per quas dicitur ſubſtantia generari, & corrumpi. & quod congregatum eſt, aut ſegregatum, neceſſe eſt vt mutet locum. Et etiam augmentabile, & diminuibile mutant locum ſecundum magnitudinem.

Cum promiſit perſcrutari quis motus ſit iſte motus continuus, & quis motus ſit primus, quoniam motus neceſſe eſt vt ſit vnus, incœpit perſcrutari de hoc, ſcilicet quis motus ſit primus motus, & d. Dicamus igitur, &c. & intendit per motum in magnitudine motum augmenti, & diminutionis. iſte enim motus declaratus eſt eſſe in quantitate. & intendit per motum in paſſione, motum alteratiuum. Deinde d. neceſſe eſt vt iſte ſit primus motuum. ideſt motus in loco. & poſuit motus tres, ſecundum ꝙ declaratum eſt in Quinto. Deinde incœpit demonſtrare quòd motus localis præcedit omnes alios. quoniam neceſſe eſt vt omne, quod alteratur, aut augmentatur, aut diminuitur, prius transferatur: & non apparet de natura tranſlati quòd neceſſe eſt vt alteretur, aut augmentetur, niſi per accidens. Et incœpit in hoc demonſtrare hoc in motu augmenti, & dixit Impoſſibile eſt enim aliquod augeri ſine alteratione. Et, cum dixit quòd augmentabile, & diminuibile neceſſe eſt vt alteratio prçcedat illa, declarauit hoc, & d. augmẽtum enim potes dicere, &c. ideſt & neceſſe eſt vt augmentabile alteretur: & tunc augebitur quodammodo à ſimili, & quodammodo à contrario. ideſt, quoniam nutrimentum, per quod fit augmentum, quodammodo eſt ſimile, & quodammodo contrarium. Et, cum dixit hoc de nutrimento, dedit cauſam in hoc, & dixit nutrimentum enim dicitur eſſe contrarium ad contrarium, &c. ideſt eſt enim conceſſum quòd nihil agit in aliquod, niſi cõtrarium. &, quia nutribile agit in nutrimentum, neceſſe eſt vt in nutrimento ſit aliqua pars contraria. &, quia nutrimentum copulatur in poſtremo cum nutribili, neceſſe eſt vt in eo ſit aliqua pars ſimilis. & hoc innuebat, cum dixit & non copulatur in omni generato, &c. Et, cum declarauit ꝙ nutrimentum eſt contrarium, & ꝙ transfertur de contrarietate in ſimilitudinem, ſ. de cõtrario in contrarium, & tranſmutatio, quę eſt in contrariis, eſt altera- 55

Nutrimẽtũ, ꝑ qđ fit augmẽtũ, q̃dammõ ẽ ſile, & q̃dãmõ ẽ cõtrariũ. vide ꝑ iſto. 2. de Ala. t. c. 45. & 1. de Genera. 19.

ratio, concluſit ex hoc ꝙ nutrimentũ alteratur, & tunc auget, & dixit neceſſe eſt vt tranſmutatio de contrario in contrarium ſit alteratio. D.d. Sed, cum fuerit alteratio, neceſſe eſt vt ſit aliquod alterans. & hoc manifeſtum eſt per ſe. Deinde manifeſtauit hoc, & d. quòd extrahit illud, quod eſt potẽtia, &c. ideſt, & neceſſe eſt vt alterans ſit extra alteratum, et aliud ab eo. quoniam alterãs eſt illud, quod extrahit rem de potentia in actũ in qualitate, ſecundum quòd alterat. v.g. quoniam facit illud, quod eſt in potentia calidum, vel frigidum, calidum in actu, aut frigidum. & impoſſibile eſt vt illud, quod eſt in potentia calidum, aut frigidum, fiat calidũ in actu, aut frigidum in actu, niſi tranſmutans ſit calidum in actu, vel frigidũ in actu. D.d. Et manifeſtum eſt ꝙ diſpoſitio motoris, &c. ideſt, & quia primum alterans, quod non alterat, non alterat ſemper, ſed quandoq;, neceſſe eſt vt non habeat ſe cũ alterato in eadem diſpoſitione, ſed quandoq; appropinquetur ei, & alteret, & quandoq; remoueatur, & non alteret: & propinquitas, & diſtantia non eſt, niſi per translationem: ergo trãſlatio præcedit naturaliter alterationem, ſcilicet quòd, cum vtraq; fuerit in actu: deinde alterans alterauit, poſtquam nõ alterabat: neceſſe eſt vt alterum moueatur in loco, aut alterans, aut alteratum, aut vtrũq;. Si autem alterum fuerit generatum, aut vtrũq;, & poſuerimus hoc eſſe cauſam eius, quod quãdoq; alterat, & quandoq; non, manifeſtabitur quòd translatio debet præcedere eodem modo, cum alteratio etiam præcedat generationem. generatio enim aut eſt alteratio, aut ſequitur alterationem. Et, cum declarauit ꝙ trãſlatio prçcedit iſtos duos motus, & dixit Si igitur fuerit neceſſarium vt motus continuus ſit, &c. ideſt & hoc, quod dixit, bene ſequitur. quoniam, cum fuerit, neceſſe eſt vt ſit hic motus æternus: & motus çternus eſt primus, & motus primus eſt translatio: neceſſe eſt, ſi fuerit hic motus æternus, vt ſit hic translatio æterna. Et, quia translatio quædam eſt prior, ſ. circularis, & quædã poſterior, ſ. recta, d. &, ſi aliq̃ translatio eſt ṗor, &c. ideſt & apparet etiam ex hoc ſermone in hoc loco, ſi translatio fuerit duobus modis, ſ. prior, et poſterior, ꝙ prior eſt æterna. & iſta prioritas, ſicut diximus, declarabitur hic eo modo, ſecundũ quem ſequitur vt translatio ſit æterna. Et, quia aliquis poteſt dicere ꝙ forte tranſmutatio, quç eſt in ſubſtantia, eſt prior alijs motibus, quia prædicamentũ ſubſtantiæ eſt prius alijs prçdicamentis, incœpit declarare etiam ꝙ motus localis præcedit tranſmutationem in ſubſtantia, quæ dicitur generatio, & corruptio, & d. Et etiam principium omnium paſſionum, &c. i. & etiam principium omnium qualitatum apud Antiquos eſt dẽſitas, & raritas. Exiſtimãt enim ꝙ omnes primæ qualitates, ſicut grauitas & leuitas, mollities & durities reducũtur ad iſtas duas qualitates. exiſtimatur enim quòd graue eſt denſum quodam modo, & leue rarum quodam modo. & ſimiliter exiſtimatur ꝙ durum eſt denſum, et molle rarum. & ſimiliter calidum exiſtimatur eẽ rarum, & frigidum denſum. Et hæc non eſt opinio Ariſt. ſed intendebat declarare quòd hoc cõmune eſt duabus opinionibus, ſcilicet opinioni Ariſto. qui dicit quòd principia tranſmutationis ſunt qualitates quatuor, ſcilicet caliditas, & frigiditas, & humiditas, & ſiccitas, & opinioni eorum, qui dicũt quòd principium omnium qualitatum eſt denſitas, & raritas: et ſunt illi, qui dicunt partes eſſe atomos. Et, cum poſuit quòd fundamẽta qualitatum apud iſtos ſunt denſitas, & raritas, d. & denſitas, & raritas ſunt congregatio, &c. ideſt & denſitas, & raritas ſecundũ opinionem iſtorũ eſt congregatio, & ſegregatio partium. & ſunt modi, ſecundum quos dicunt ſubſtantias generari, & corrumpi, illi, qui concedunt ſubſtantias generari, & corrumpi. dicebant enim quòd generatio indiuidui eſt congregatio partium, et corruptio eſt ſegregatio illarum. Et, quia omnia iſta reducuntur ad ſegregationem, & congregationem, & congregatio, & ſegregatio videtur eſſe in loco, d. & quod congregatur, aut ſegregatur neceſſe eſt, &c. ideſt &, cũ ita ſit, neceſſe eſt vt motus localis præcedat omnes tranſmutationes ſecundum hanc opinionem, & ſimiliter ſecundum opinionem veram. Deinde dedit aliam rationem in augmentabili à prçdicta, & d. et etiam augmentabile, et diminuibile mutant locum ſecundum magnitudinem. ideſt, vt mihi videtur, quòd augmẽtabile neceſſe eſt quòd nutrimentum transferatur ad ipſum, & tunc augebitur, & ſimiliter diminuibile neceſſe eſt vt transferatur ab eo aliqua pars eius, & tunc diminuatur. & ſecundum hoc motus localis præcedit motum augmenti, & diminutionis.

Gñatio, aut eſt alteratio, aut ſeq̃l alterationem.

Aliqs p̃t dicere trãſmutationẽ i ſubſtãtia eẽ priorẽ alijs, quia prædicamentum ſubẽ eſt prius alijs.

Amplius & hinc cõſyderantibus erit manifeſtum ꝙ latio prima eſt. primum enim, vt & in alijs, ſic & in motu dicetur vtiq; multifariam. Dicitur aũt prius, & quo non exñtẽ nõ erũt alia, illud vero ſine reliquis. Et quod tẽpore. Et quod ſm ſubſtantiam. Quare, qm̃ motum quidẽ neceſſarium eſt eſſe cõtinue, erit aũt continue, aut qui continuus eſt, aut qui conſequenter, magis autẽ qui continuus eſt, et melius eſt continuum, q̃ conſequenter eſſe: quod autem melius eſt, ſemper arbitramur in natura eẽ, ſi poſe eſt: poſſibile autem eſt continuum eſſe, demonſtrabitur autẽ poſterius, nunc autem hoc ſupponatur, et hunc nullum poſſe eſſe niſi lationem: neceſſe eſt itaq; lationem eſſe primam. nulla enim neceſſitas eſt aut augmentari, aut alterari id, quod fertur: neq; igitur generari, aut corrũpi. horum autẽ nullum eſſe contingit, ſi continuus non ſit, ſm quem mouet primum mouens.

Prius quot modis dicatur. vide in poſt p̃dicam. &c. 5. Meta. t.c. 16.

Dignius ſem p accipimus i natura, ſi ſit poſſibile.

Et apparet etiam ꝙ translatio eſt primus motuum, cõſyderando hoc modo. Primum enim quemadmodum dicitur multiplex in alijs rebus, ita etiã dr̃ in motu. Diciẽ. n. prius, illud, quod, cum non fuerit, non erunt alia, et poteſt eſſe extra alia. Et dr̃ prius illud, quod eſt prius in tp̃e, aut in eſſentia. Quia igiẽ eſt neceſſarium vt motus ſit æternus, & nõ æternus, niſi, aut quia eſt cõtinuus, aut q̃a eſt ſucceſſiuus: & eſt dignius vt ſit cõtinuus, q̃ vt ſit ſucceſſiuus, & melius: & opinamur ꝙ illud, qd̾ eſt ſm naturam, eſt melius, ſi eſt poſe: & poſſibile eſt vt ſit continuus, & hoc declarabitur poſt, ſed nũc ponatur ꝙ impoſe eſt vt aliquis motus ſit onctinuus, niſi localis: neceſſe eſt igitur vt translatio ſit primus motuum. non enim neceſſe eſt vt translatum moueatur alio motu omnino, neq; ſm augmentum, neque ſm alterationem, neque vt generẽ, neq; vt corrumpatur. ſed impoſſibile eſt vt aliquis iſtorum ſit, niſi ſit motus localis, ſm quem mouet primus motor.

Cum

56 Cum declarauit ꝙ motus tranſlationis p̄cedit naturaliter alios motus, & nō ſolum p̄cedit naturaliter, ſed tp̄e etiam, et ſubſtantia, incœpit declarare ēt q̄ mō ſequitur vt p̄cedat ſm tp̄s. & incœpit notificare primo ſm quot modos dr̄ prius, & d. Et apparet ēt, &c. i. ꝙ tranſlatio eſt primus motuū, inducendo rōnes, ſm quas dr̄ primū in motibus, & demonſtrando ꝙ motus tranſlationis dr̄ prior ſm vnumquodq; eorum. D. incœpit inducere modos, ſm quos dr̄ ꝙ motus pręcedit motū, & d. Primum enim quemadmodū dr̄, &c. i. prius eſt ſicut dr̄ in alijs rebus de pluribus vno, ita ēt in motu dr̄ de pluribus vno modo. & intendit ꝙ, ſm oēs modos, ſm quos dr̄ prius, & poſterius in omnibus rebus, aut ſm plures dr̄ prius, & poſterius in motu. D. d. Dicit enim prius, &c. i. & prius dr̄ in alijs rebus, & in motibus multis modis. dr̄ enim prius ſm naturam, & eſt illud, quod, cum non fuerit, nō erit ſecundū: &, cum fuerit, non de neceſſitate erit ſecundū. v. g. vnum, & duo. quia, qn̄ vnum non fuerit, duo non erunt. &, ſi vnū fuerit, non tn̄ ſequitur vt duo ſint. Et intendit quod iam declaratū eſt ꝙ talis eſt diſpoſitio motus localis ad cæteros motus. & poſt declarabitur, ſ. ꝙ, cum alij motus fuerint, erit motus localis: &, cum motus localis fuerit, non ſequit̄ vt alij motus ſint. D. incœpit dicere ſecūdū modū prioris, & dixit Et dr̄ prius tp̄e, & eēntia. i. ſm cauſam. D. d. Quia igitur eſt neceſſarium vt motus ſit æternus, i. & motus eſt etiā æternus, aut quia eſt vnus cōtinuus, vt declaratum eſt de motu cōtinuo, aut quia cōponitur ex motibus ſucceſſiuis, ſ. quorū vnus eſt ante alium, & vnus poſt alium, ita, ꝙ finis p̄cedentis ſit cum principio cōſequentis. D. d. & eſt dignius vt ſit cōtinuus, &c. i. & eſt manifeſtum ꝙ dignius eſt, & melius ꝙ motus æternus ſit vnus, & continuus, q̄ vt ſit ſucceſſiuus. æternitas enim eſt in continuo eſſentialiter, & in ſucceſſiuo accidentaliter. Deiñ. d. et opinamur, &c. i. &, cum melius ſit vt motus ęternus ſit continuus, & nos opinamur ꝙ, oē, quod prouenit à natura, ſemper eſt melius inter poſſibilia. D. d. & poſſibile eſt vt ſit cōtinuus. i. &, cum poſuerimus ꝙ, illud, qd̄ prouenit à natura, eſt melius inter poſſibilia: & motus æternus eſt melius vt ſit continuus: & poſſibile eſt vt motus localis ſit continuus: ſequitur ꝙ motus localis, in quo inuenitur æternitas, ſit continuus. Et, cum nō ſint manifeſtum hic ꝙ ſola tranſlatio eſt cōtinua, & dixit & hoc declarabitur poſt. i. ſed accipiamus hoc pro vero in hoc loco, ſ. ꝙ nullus motus eſt continuus in rei veritate, niſi motus localis. et, cum ita ſit, neceſſe eſt vt motus localis ſit etiam primus in tempore. Et abbreuiatio iſtius ſermonis eſt talis. Si eſt melius vt motus æternus ſit cōtinuus: & melius in oī poſſibili eſt illud, qd̄ eſt naturalr̄: neceſſe eſt vt motus æternus ſit continuus. Si igitur motus cōtinuus ſit tranſlatio tm̄, neceſſe eſt vt motus æternus ſit trāſlatio. &, ſi motus æternus eſt prior ſm tp̄s, neceſſe eſt vt tranſlatio ſit prior ſm tp̄s. & ſilr̄ debet eſſe prior ſm naturā, & ſm cām. Et, cū deſcripſit prio prius ſm naturā, incœpit declarare ex p̄dictis, & ex hac deſcriptione ꝙ iſte motus, ſ. localis eſt prior ſm naturā cæteris motibus, & d. neceſſe eſt igit̄ vt trāſlatio ſit pria, &c. i. neceſſe eſt igit̄ vt motus localis ſit prior naturalr̄ cæteris motibus. nō. n. eſt neceſſe vt trāſlatū moueat̄ alio modo motuum, ſed alij motus nō pn̄t eſſe ſine motu locali. Motus igitur localis, cū non fuerit, non erunt alij motus: &, cū alij motus fuerint, erit motus localis, & non ſequit̄ ꝙ, cum motus localis cōtinuus fuerit, vt alij motus ſint. & hoc intendebat, cū. d. ſed impoſſ. eſt vt aliqs iſtorū motuū, &c.

Prius ſm naturā qd. vide ſup. c. 35 & ibi.

Æternitas ē in continuo eſſentialr̄, & in ſucceſſiuo accidentalr̄.

Sūma rōnis.

Meli' in oī poſſi ē illud, qd̄ eſt nālr̄. Idem. 1. cœli t c. 34.

Adhuc, tempore primū. ꝑpetuis enim ſolum competit moueri ſecundū hunc. Sed in vnoquoq; eorū quidem, quæ habent generationem, lationem neceſſe eſt poſtremū eſſe motuum. poſt enim generationem primum alteratio eſt, & augmentatio. ſed latio iam perfectorum motus eſt. Sed alterum neceſſe eſt moueri ſm lationem prius, quod & generationis cauſa erit ijs, quæ fiunt, non generatū, vt id, quod genuit, eo, quod generatum eſt. Videbitur aūt generatio vtiq; eſſe prima motuū, propterea ꝙ factam eſſe oportet rem primū. hoc autē in vno quidē quouis eorū, quæ fiunt, ſic ſe habet, ſed alterum quid neceſſe eſt prius moueri ex ijs, quę fiūt, quod & ipſum non fit, & hoc alterum prius. Quoniam aūt generationem impoſſibile eſt eē primā: (omnia enim, quæ mouent̄, eſſent corruptibilia:) manifeſtum eſt ꝙ neq; eorū, qui conſequenter ſunt, motuum vllus prior eſt. Dico aūt conſequenter, augmentationē, poſtea alterationē, & diminutionem, & corruptionem. omnes enim poſteriores ſunt generatione. Quare, ſi neq; generatio prior latione eſt, neq; aliarū vlla mutationū.

Motus localis eſt motuū perfectiſſim'.

Et etiam eſt primus in tempore. ſm enim æternitatē tm̄ pōt moueri hoc motu. Sed indiuiduum quodcunq;, quod habet generationem, habet motum localem poſt oēs motus neceſſario. non enim generat̄, niſi poſtq̄ eſt alteratio, & augmentū. motus aūt localis eſt motus pfectionis. Sed neceſſe eſt ut aliud ab eo moueatur ante motū tranſlationis, qd̄ eſt cauſa etiā in generatione generabilium. abſq; eo, ꝙ ipſum generetur, v. g. ꝙ generās eſt cauſa geniti. Et, ſi nō eſſet ita, exiſtimaretur ꝙ generatio eſſet primus motuum, qm̄ neceſſe eſt vt primo generet̄. ſed, licet diſpoſitio ſit talis in indiuiduo vnoquoq; generabilium, tn̄ neceſſe eſt vt ſit hic aliquid prius generabilibus, quod moueatur, & in ſe ſemper exiſtat, & ſit non generatum, & iſtud etiam habet aliquid aliud prius ipſo. Et, quia eſt impoſſibile vt generatū ſit primū: quoniā tunc oīa mota eſſent generabilia & corruptibilia: manifeſtum eſt ꝙ nullus motuum conſequentium eſt prior, ſ. augmentū, & alteratio, & diminutio, et corruptio. omnia. n. iſta ſunt poſt generationem. Et, ſi generatio nō eſt prior trāſlatione, ergo nullus modorū trāſmutationis eſt prior translatione.

Cum declarauit ꝙ motus, propter quem inuenitur æternitas in motibus, eſt motus localis: & motus ęternus eſt prior tp̄e cæteris motibus generabilibus, et corruptibilibus: neceſſe eſt vt motus localis ſit prior tempore cæteris motibus. Et, quia accidit in hoc quæſtio ex animalibus ambulātibus, in q̄bus motus localis eſt poſterior ſm tp̄s alijs motibus, incœpit declarare hoc, & diſſoluere q̄ōnem, & dixit Et ēt eſt primus in tēpore. i. 57

re.i.& ẽt motus localis ęternus eſt prior in tp̃e alijs motibus. D.d. ſm æternitatẽ.n.&c.i. qm̃ per æternitatẽ exiſtẽtem in hoc motu põt moueri hoc motu,ſ. motu priori tp̃e cæteris motibus. Et,cum.d.ꝙ motus tranſlationis eſt prior oĩbus motibus in mũdo ſm tẽpus, et ſm naturam,ſ.in mundo maiori dixit,ꝙ eſt econuerſo in mundo minori,ſ.in hoĩe,et in aĩalibus. Et.d.Sed indiuiduũ,&c.i. ſed hoc in iduiduo demonſtrato,moto ex ſe,generabili, & corruptibili eſt ecõtrario ei, quod eſt in mundo. Motus enim localis in indiuiduis motis ex ſe generabilib⁹ eſt poſtremus motuũ. in hoĩe enim, & animalibus motus localis eſt poſtremus,cũ non ambulet,niſi,poſtq̃ perficitur per motum augmenti,& alterationis:& ante iſta eſt motus generationis. D.d. motus aũt localis eſt motus ꝑfectionis,i. motus localis non incipitur in aĩali,niſi poſtq̃ perficitur in creatura. Et,cũ dixit hoc, põt & aliquis dicere ꝙ forte ita eſt de mundo magno,ſicut de paruo,ſ.ꝙ motus generatiõis in eo eſt prior,& localis poſterior in tp̃e, & in natura, dixit Sed neceſſe eſt vt aliqd aliud moueatur,&c.i.ſed ĩpoſſibile eſt hoc eẽ in moto ex ſe generabili, ita, ꝙ nõ ſit hic motum ex ſe motu locali p̃cedent huuc motum in generatiõe,qui eſt cauſa in iſto eẽ ſemꝑ generabilia cõtinue,ſm ꝙ declaratum fuit prius,& ſm ꝙ apparet etiam hic,ſ.ꝙ motus localis præcedit eſſentialr̃ generationem. D.d.v.g.ꝙ generans,&c.i.ſicut inuenitur in aĩalibus generãtibus,ſ.ꝙ gignens eſt cã geniti propter translationẽ.& dixit hoc, quia manifeſtum eſt ꝙ tranſlatio gignentis p̃cedit generationẽ ſuam:translatio autem, quæ p̃cedit generationẽ non gignentiũ,eſt trãslatio mundi magni generans totum, & conſeruans ip̃m. &,cum ita ſit,manifeſtum eſt ꝙ trãslatio eſt poſterior in aĩali generato motu generationis per accidens.& id dixit poſt. Et,ſi non eſſet ita,&c.i.niſi translatio p̃cederet de neceſſitate generationem gignentis, tunc exiſtimaretur ꝙ generatio eſſet primus motuum, qm̃ apparet in iſtis ꝙ generatio eſt primus motuũ in eis. D.iterauit hoc confirmando, & dixit ſed licet diſpoſitio ſic talis in indiuiduo, &c.i. ſed licet hoc accidat in indiuiduo iſtoꝝ gñabiliũ,tñ nõ accidit hoc in oĩbus gñabilibus.i.qa declaratũ eſt ꝙ mot⁹ localis p̃cedit naturalr̃ motum generationis, & ꝙ neceſſe eſt vt ante generationẽ ſit aliqd trãslatũ ex ſe. &, ſi non,nõ eẽt generatio oĩno. Si igitur oẽ translatũ ex ſe eſſet generatũ, tũc generatum haberet cauſas infinitas. cõtingeret enim, vt ante trãslatum per ſe, eẽt aliud translatum per ſe,& ſic in infinitũ. D.d.& ẽt iſtud habet aliud prius ipſo. i.& neceſſe eſt vt iſtud motum,ſ.trãslatum ex ſe nõ generabile, neq; corruptibile habeat aliquid prius ipſo: & eſt illud, quod mouet ipſum, & nõ mouetur. D.d. Et,quia impoſſibile eſt,&c.i.&, qa impoſſibile eſt vt motus generationis ſit prior natura, & tp̃e alijs motibus, qm̃,ſi ita eſſet,tunc mota ex ſe,ſ. in loco oĩa eſſent generabilia & corruptibilia.&,ſi ita eſſet, non inueniret generabile,& corruptibile, vt declaratũ eſt. D.d. manifeſtum eſt, &c. ideſt &, cum generatio non ſit prior, manifeſtum eſt ꝙ nullus aliorũ motuum, qui ſequuntur generationem,põt eſſe prior natura,& tp̃e,ſ. motus alterationis, & diminutionis, & corruptionis. qm̃ generatio p̃cedit iſtos motus. Et conſyderãdum eſt quõ generatio p̃cedit iſtos motus. Oẽ enĩ, quod generatur ſm opinionem Ariſto. neceſſe eſt vt alteretur: & ex hoc exiſtimatur ꝙ alteratio p̃cedit generationẽ. Sed, quia nos videmus ꝙ oẽ, quod alteratur, ante fuit generatũ, & ex hoc exiſtimatur ꝙ diſpoſitio in iſtis eſt circularis, & ꝙ neuter iſtorũ motuum p̃cedit alterum, quõ igitur dixit Ariſt. ꝙ generatio p̃cedit alios motus præter localem? qm̃ in augmento, & diminutione, & corruptione manifeſtum eſt eos eſſe poſteriores generatione. Et,ſi ẽt non inuenitur in iſtis proprium prioris ſm naturam. oẽ enim generabile eſt augmentabile, & diminuibile,& corruptibile, & oẽ augmentabile, aut corruptibile, aut diminuibile eſt generabile. Dicam⁹ igitur ꝙ conſyderatio prioris,& poſterioris in hoc loco eſt,ſicut conſyderatio prioritatis,& poſterioritatis in p̃dicamentis, in quibus eſt motus. Subſtantia enim quia eſt prior naturaliter cæteris p̃dicamentis: qm̃, cũ auſertur, auferuntur alia p̃dicamẽta: &,cum fuerit, nõ ſequitur vt ſint alia p̃dicamenta, ſm ꝙ ſubſtantia eſt prior eis: & ſi, ſequitur vt ſint in ſubſtantia ex natura materiæ, & p̃cipue natura quantitatis: manifeſtum eſt ꝙ via ad eſſe ſubſtantię eſt prior via ad eſſe aliorum p̃dicamentoꝝ. Et intelligo per viam motũ generationis vniuſcuiuslibet p̃dicamẽtorum. Secundũ igitur hunc modum dixit Ariſt. ꝙ motus generatiõis p̃cedit alios motus, & ꝙ motus alterationis p̃cedit generationẽ ꝑ accñs,ſ. ſm ꝙ formæ elemẽtorũ ſunt q̃litates aut q̃litates ſequuntur eas. Et,cum poſuit ꝙ motus generationis p̃cedit alia p̃dicamenta, dixit Et,ſi generatio nõ eſt prior trãslatione,&c.i.& cũ generatio eſt prior cæteris motibus: & trãslatio eſt prior gñatione: manifeſtũ eſt ꝙ nullus modorũ motus eſt prior translatione.

Hõ ẽ paruus mundus. Idẽ ſupra cõ.17.

Motus localis in indiuiduis gñabilib⁹ motis ex ſe eſt poſtremus motuũ.

Sup. t.c.53.

Trãslatio ꝑ accñs ẽ poſterior generatione.

Quomodo gñatio p̃cedit alteratioñẽ,& augmẽtum.

Solutio.

Omnino aũt videtur, id, quod ſit, eſſe imperfectum, & ad principium ire. quo fit, vt quod generatiõe poſterius eſt, natura prius ſit. vltimo autem latio ineſt omnibus ijs, quę ſunt in generatione. Quapropter viuẽtium alia quidẽ omnino immobilia ſunt, propter indigentiam inſtrumenti, vt plantæ, & multa genera animalium: alijs autem, cum perficiuntur, ineſt. Quare, ſi magis ineſt latio ijs, quę magis nacta ſunt naturam, & motus hic primus aliorũ erit ſecundũ ſubſtantiam.

Quod generatiõe poſterius natura prius. Idẽ vide.2. de partibus anim. c.4.

Et vniuerſaliter manifeſtum eſt ꝙ generatum eſt diminutum, & ſemꝑ currit ad principiũ. & ſic poſterius in generato eſt prius in natura. & translatio eſt poſtremũ eius, qđ inuenitur in generato. Et ideo quædam viua non mouentur oĩno propter priuationẽ inſtrumenti, v.g. plantę & plura genera animaliũ: in ꝑfectis aũt eſt. Cũ igiť trãslatio non inuenitur, niſi in eis, quæ habent maiorẽ partem in natura, neceſſe eſt vt iſte motus etiã eſſentialiter ſit primus cæteris motibus.

Iſta eſt alia declaratio, ꝙ trãslatio eſt prior alijs mo 58
tibus. Et dixit. Et vr̃,&c.i.& vr̃ manifeſtum eſt, ꝙ omne generatum eſt diminutũ,& omne diminutũ mouet ad principiũ, ſemper, quod eſt cõplementum & finis,ſ. quod eſt prius alijs principijs. Et manifeſtum eſt per ſe ꝙ generatum eſt diminutum, qm̃, ſi non eſſet diminutũ, nõ moueretur ad cõplemẽtum. Deinde dixit & ſic poſterius, &c.i.& neceſſe eſt igitur vt oẽ poſterius ſm tp̃s in generatione ſit prius ſm naturam. Et, cum verificauit hanc propoſitionẽ, dixit et translatio eſt poſtremum,&c. ideſt ſequitur igitur ex his duabus propoſitionibus vt translatio in generato ſit poſterior ſm tempus alijs trãſmutationibus, & prior in natura. Omne enim poſterius ſm tp̃s in generabili ex rebus, q̃bus ꝑficitur, eſt prius in natura: & translatio eſt talis: ergo ſequitur in prima figura vt translatio ſit prior natura alijs motibus. D.d. Et ideo quædam viua nõ mouentur.i.&, quia translatio eſt prior ſm perfectionem

Oẽ poſteri⁹ in gñõne. ſm tp̃s ẽ pri⁹ ſm nãm. Idẽ.9. Meta.t.c.15 &.2. de ptibus aĩalium. cap.1.

alijs

alijs motibus, ideo aíalia, quæ non ſunt perfecta, non transferuntur.i.qm̄,cum fuerint diminuta, & careant inſtr̄o,quo fit translatio,ideo carent trãslatione: & ſimiliter in plantis.aíalia vero perfecta hn̄t inſtr̄a,et trãſlationem. D.d. Cum igitur translatio, &c.i. &,cum translatio non inuenit̃,niſi in eis, quæ ſunt perfectiora rerum naturaliũ,neceſſe eſt vt iſte ſit motus perfectior alijs motibus:et perfectius eſt prius in natura:ergo iſte motus eſt primus motuum. Et hoc componitur ſic. Trãslatio eſt rei perfectioris:& quod eſt rei perfectioris eſt perfectius:ergo translatio eſt perfectior alijs motibus.In hoc igitur ſermone declarauit per demonſtrationem eſſe,& cauſæ ꝙ translatio ſit prior cæteris motibus.deĩde declarauit ex hac cõcluſione cauſam eius, ꝙ translatio exiſtit in aíalibus perfectis. & hæc eſt demonſtratio cauſæ tm̄.deinde accepit poſterius, & declarauit per ipſum prius.& fuit demonſtratio ꝑ ſignũ. & eſt, ꝙ trãslatio eſt prior,quia eſt in priori.In hoc igitur ſermone ſunt tres demonſtrationes, ſcilicet cauſę et eſſe,& cauſæ tm̄,& demonſtratio ſigni.

Nota hic triplici genere demõſtrationis vſum eẽ Ariſtotelẽ.

Et propter hæc, & quia minime, motuũ, id,quod mouetur,dum fertur,à ſubſtantia diſcedit. ſecundum enim ſolam nihil mutatur ab eſſe. vt,cum,quid alteratur,quale,cum vero augetur & diminuitur,quantum.

Et non propter iſta tantũ eſt prior,ſed ꝓpter hoc etiam,quia eſt inter alios motus talis, quòd non remouetur illud, quod mouetur ſm̃ illud à ſubſtantia ſua. iſte enim ſolus non transmutat ipſum omnino in ſua eſſentia,ſicut tranſmutatur apud alterationem ſm̃ qualitatem,& apud augmẽtum,& diminutionem ſm̃ quantitatem.

59 Iſta eſt Tertia declaratio,ꝙ trãslatio eſt primus motuum.Et fundat̃ ſuper duas ꝓpoſitiones, quarũ Vna eſt,ꝙ illud,quod mouetur ſm̃ translationẽ,non diſtat à ſua ſubſtantia apud ſuam tranſmutationem,ſ. ꝙ non accidit ei tunc in ſua ſubſtantia tranſmutatio, quæ cogat ipſum exire à ſua ſubſtantia,cum illud,quod mouetur,non tranſmutatur,niſi tm̃ in vbi, & non ſequit̃ ex mutatione vbi mutatio ſubſtantiæ moti. ꝙ non cõtingit in alijs motibus,ſ.ꝙ in alijs motibus accidit moto tranſmutatio in ſua ſubſtantia,ſicut in motu alterationis,& augmenti,ſ.ꝙ alteratum mutatur in ſua ſubſtantia,aut appropinquatur mutationi, cũ alteratio ſit via ad corruptionem.& ſimilr̃ in augmento,cum cõtingit ab eo vt res diuerſetur in quantitate.&,cum hoc intenditur,erit via ad corruptionem. Et,cum declaratũ ſit ꝙ illud,quod mouetur hoc motu,non tranſmutatur in ſua ſubſtantia,quod nõ accidit in alijs motibus,& coniunxerimus huic ſecundam propoſitionẽ,& eſt, ꝙ motus,in quo motum non tranſmutatur in ſua ſubſtantia omnino,aut,ſi tranſmutatur,nihilominus tranſmutat̃ minus,eſt melior,quia eſt propinquior naturæ, cũ nõ facit rem tranſmutari à ſua natura, ſequitur ex duabus ꝙ translatio eſt perfectior motuum:& quod eſt perfectius eſt prius in natura:ergo trãslatio eſt prior in nã.

Ex mutatione vbi nõ ſequit̃ mutatio ſubſtantiæ moti. Idẽ. 4. phy. t.c.128.

Quod ẽ pfectiꝰ, eſt priꝰ in nã. Idẽ infra.t.c.79.

Maxime autem manifeſtum eſt,ꝙ mouẽs ipſum ſeipſum maxime ſm̃ hũc mouet proprie,qui ſecundum locum eſt. & etiam dicimus hoc eẽ eorum,quæ mouent̃, & mouẽt; principium,& primum ijs, quæ mouentur; id ſcilicet,quod ipſum ſeipſum mouet.

Et manifeſtũ eſt, quòd ſe proprie hoc motu mouet prima intẽtione.& dicimus ꝙ primum principium in motis, & motoribus eſt illud,ſ.illud,quod mouet ſe.

Iſta eſt Quarta declaratio ꝙ trãslatio eſt primus motuum naturaliter. Et fundatur ſuꝑ tres propoſitiones. quarum Vna eſt, ꝙ motum ex ſe nõ ĩuenit̃ niſi in hoc motu,nihil enim eſt alteratum ex ſe,nec alterat ex ſe,niſi per accidens.Secunda aũt eſt ꝙ motum ex ſe eſt principium rerũ motarũ.Tertia vero eſt ꝙ motus, qui inuenit̃ in primo motu,eſt primus motuum. Et.d.prĩa intentione,qm̃ accidit ei per accñs qñq;,vt moueat illud,quod mouetur ab ipſo alio modo motuũ: ſicut accidit aíalibus,qñ mouentur in loco,ſ. ꝙ corpus caleſit. aíal enim in tali motu,ſ.alteratione,mouetur ex ſe, ſed non primitus,ſed mediãte motu locali.& augmentatũ ẽt nõ exiſtimatur augeri ex ſe,ſed per accidens. 60

Nõ inuenit̃ motũ ex ſe. niſi in motu locali. Idẽ ſupra.c.10. & 2.phy.cõ.1. & 2. de aĩa. cõ.50.& 4. celi. cõmẽ. 24.&c.

Motus localis ꝑ accñs põt aliũ motũ ĩducere in re mota. vide. 2. celi. cõ.42.

Caput Secundum. Quod motus alij à latione non ſint continui.

QVod igitur latio primus motuum ſit, manifeſtum eſt ex his. Quæ aũt latio prima ſit, nunc demonſtrandũ eſt. ſimul autem & quod nũc,& quod prius ſuppoſitum eſt, ꝙ contingit quendam motum continuum eſſe,& perpetuum,manifeſtum erit eadem methodo.

Apparet igitur ex hoc ꝙ translatio eſt primus motuũ.Quæ aũt trãslatio ſit prima,declaratũ erit nunc.& manifeſtabitur cum hoc per hanc eandẽ viã illud,quod poſuimus poſitiõe in hoc loco,& prius,ſ.qm̃ poſſibile eſt vt aliquis motus ſit cõtinuus,& æternus.

Declaratum eſt igitur ex oĩbus iſtis demonſtrationibus ꝙ translatio eſt primus motuum natura,& tp̃e. & iſta propoſitio erat prius accepta pro vera, & declarauit ipſam hic. Et,quia translatio eſt duobus modis, recta,& circularis,& fuit declaratũ ꝙ motus æternus eſt continuus,& accepit pro vero ꝙ motus continuus eſt motus localis, ex quo declarauit ꝙ motus localis eſt prior motuum ſm̃ tempus, incœpit hoc declarare, & quærere in quo motu inuenitur continuatio, per quod declarabitur quòd translatio ſit cõtinua,& quæ translatio in rei veritate eſt prima. Et ideo dixit Quæ autem translatio, &c. & dixit hoc, quia nondum eſt declaratum, niſi hoc, ſcilicet quòd translatio ſimpliciter eſt prior. D. d. & manifeſtabit̃ cum hoc per hanc eandem viam,i.per hunc modũ conſyderandi. & intẽdit per prius,illud, quod dixit in Sexto,ſ.ꝙ motus circularis ſolus põt eſſe æternus: ſed illic nõ compleuit ꝑſcrutationem de hoc.In initio vero tractatus iſtius, & ante hunc ſermonẽ non ſolũmodo declarauit poſſibile eſſe vt ſit hic motus continuus,ſed declarauit ꝙ neceſſe eſt vt ſit hic motus continuus. Ex hoc ergo ſermone, quem nititur declarare, apparent duo. Quorũ vnũ eſt illud, quod prius poſuit,ſ. ꝙ poſſibile eſt, vt ſit hic motus continuus, æternus.Secundum autem eſt quis motus ſit motus continuus, quem declaratum eſt eſſe æternum neceſſario. & hoc declarabitur, quãdo declarabit ꝙ motũ impoſſibile eſt eſſe continuum. 61

Documẽtũ.

Quod igitur aliorum motuũ continuum nullum cõtingit eſſe ex his manifeſtum eſt.

Omnes

Omnes enim ex oppoſitis ad oppoſita ſunt, & motus, et mutationes. vt generationi quidem, & corruptioni ens, & non ens termini ſunt. alterationi aũt cõtrariæ paſſiones. augmentationi vero, & diminutioni aut magnitudo, & paruitas, aut pfectio magnitudinis, & imperfectio. cõtrarij aũt, qui in cõtraria. id aũt, quod nõ ſemper mouetur hac motione, exiſtit aũt prius, neceſſe eſt prius quieſcere. manifeſtum eſt igitur ꝙ quieſcet in contrario id, quod mutatur. Similiter autẽ & in mutationibus. opponunť enim generatio, et corruptio ſimpliciter, & ſingularis ſingulari. Quare, ſi impoſſibile eſt ſimul mutari ſm oppoſitas, nõ erit cõtinua mutatio, ſed inter ipſas medium erit tempus. nihil enim differt contrarias, aut non cõtrarias eſſe, quæ ſecundum cõtradictionẽm ſunt, mutationes, ſi modo impoſſibile ſit ſimul eidẽ adeſſe. hoc enĩ rationi nihil vtile eſt. Nec ſi nõ neceſſe eſt generari in cõtradictione, neq; eſt mutatio geri contrarium: nõ enim fortaſſis quieſcit, quod nõ eſt, corruptio aũt eſt in non ens. ſed ſi ſolũ mediũ ſit tps: ſic enim nõ eſt mutatio continua. neq; enim in prioribus cõtrarietas vtilis erat, ſed non contingere ſimul eſſe. Non oportet autem turbari ꝙ idem pluribus erit cõtrarium, vt motus ſtatui, & motui, qui eſt in cõtrarium: ſed ſolum hoc accipere, quod opponitur quodãmodo & motui, & quieti motus cõtrarius, vt æquale, & mediocre excedenti, & ei, quod exceditur: & quòd non contingit ſimul oppoſitos eſſe, aut motus, aut mutationes.

Dicamus igitur ꝙ apparet impoſſibile eẽ aliquem motũ aliorũ eſſe continuum ex hoc ſermone. Motus enim, & oẽs modi trãſmutationis ſunt de oppoſito in oppoſitũ. v.g. qm̃ duo termini generationis, & corruptionis ſunt eſſe, & non eſſe. & duo termini alterationis ſunt duo contraria. & duo termini augmẽti ſunt magnitudo, & paruitas, aut pfectio, & diminutio magnitudinis. & illa, q̃ ſunt ad partes contrarias ſunt cõtraria. & qđ nunq̃ moueť motu demonſtrato, & fuit ante neceſſario quieſcens. manifeſtũ eſt igitur ꝙ tranſmutatũ quieſcit, qñ peruenerit in cõtrarium. Et ſm hunc modũ eſt de modis trãſmutationũ. corruptio enĩ & generatio ſunt oppoſita ſimplr, & q̃ ſunt in vnoquoq; indiuiduo ſunt oppoſita eis, quæ ſunt in alio. Et ideo, ſi non fuerit poſſibile vt aliquid trãſmutetur inſimul duobus modis trãſmutationis oppoſitis, impoſſibile eſt vt tranſmutatio ſit continua, ſed neceſſe eſt vt inter ea ſit tẽpus. nõ enim eſt differẽtia inter hoc, ꝙ modi trãſmutationis contradictorij ſint contrarij, aut non contrarij, dum hoc ſolum ſit impoſſibile in eis, ſ. vt inſimul exiſtant in eodem. hoc enim non indigetur in hoc ſermone. Nec ẽt indigetur hoc, ſ. ꝙ non eſt neceſſarium vt generatio ſit in cõtradictorijs. Nec hoc etiam, ꝙ tranſmutatio eſt cõtraria quieti. quod enĩ non eſt, dignum eſt, vt nõ ſit poſſibile vt geſcat: corruptio aũt inducit ad non eſſe. ſed illud, quo indigeť in hoc ſermone, eſt hoc ſolum, ſ. vtrum inter ea ſit tp̃s. qm̃, ſi hoc fuerit, impoſſibile erit vt tranſmutatio ſit cõtinua. noſtra enim indigentia in primis duabus rebus non fuit ad cõtrarietatem, ſed ad hoc, ꝙ impoſſibile eſt vt exiſtant inſimul. Et nõ debemus peccare ,ppter hoc, ꝙ idem erit contrarium pluribus. v.g. ꝙ motus eſt cõtrarius quieti, & contrarius motui, qui eſt ad cõtrarium: ſed non debemus nos conſyderare in hoc ſolo, ſ. quodãmodo vno, & nõ quodãmodo alio. motus igiť, & quies opponuntur motui contrario, ver. gra. quòd ęqualitas, & temperamentũ ſuperabundantię, & diminutioni: et ꝙ impoſſibile eſt vt ſit inſimul, neq; duo motus oppoſiti, neque duo modi tranſmutationis oppoſiti.

Iotendit in hoc ſermone declarare, ꝙ motus ſucceſſiui, qui inueniuntur in eodem moto, qui ſunt idem genere, & diuerſi ſpẽ, noo ſunt cõtinui, & hoc in quatuor tranſmutationibus. Et ipſe incœpit declarare hoc in tribus illoꝝ, cum ſit manifeſtius in eis, ſ. in alteratione & in quantitate, & io ſubſtantia, quæ dř generatio, & corruptio. Et fundat ſuum ſermonem ſuper quattuor propoſitiones. Quaꝝ prima eſt, ꝙ omnis motus iſtoꝝ eſt de oppoſito in oppoſitum. Secunda autem eſt, ꝙ illa, quæ ſunt de oppoſitis in oppoſita, ſunt oppoſita. Tertia eſt, quod idem motum, qñ moueť motibus oppoſitis, neceſſe eſt vt inter eos ſit tempus. Quarta vero eſt, ꝙ motus, inter quos eſt tempus, oon ſunt continui. Ex quo ſequitur neceſſario ꝙ oẽ motum aliquo iſtoꝝ motuum trium ſm ſucceſſiooem impoſſibile eſt vt motus eius ſit continuus. Et propoſitio, dicens ꝙ inter oẽs duos motus oppoſitos eiuſdem moti eſt tempus, eſt talis, ꝙ poſſibile eſt qñq; vt illo tpe ſit illud motum quieſcens, & qñq; impoſſibile, ſ. io motu generationis, & corruptionis, vt poſt declarabitur. et qũocũq; ſit, conſecutio eſt eadem. hæc eſt igitur ſumma huius capituli expoſitio. Dixit Dicamus igitur ꝙ apparet impoſſibile eſt, &c. i. qñ fuerit poſitus motus eẽ vnius moti, dicens enim hunc ſermooem, aut pooet ꝙ iſtud motũ, quod eſt continui motus, moueť altero duoꝝ motuum oppoſitoꝝ, v.g. augmentatione tm̃, aut diminutione tm̃, aut ponet ꝙ eſt continui motus, ,ppter hoc, ꝙ mouetur duobus motibus oppoſitis ſm continuationem. Et incœpit primo deſtruere primam intentionem, dicendo Motus enim, &c. i. & intendit per hoc tres tranſmutatiooes tm̃. [a] in motu enim locali nõ apparet contrarietas, ſicut apparet in iſtis. & poſt declarabit hoc. Et, cum narrauit ꝙ tranſmutatio in iſtis tribus eſt de oppoſito in oppoſitũ, incœpit dicere oppoſita in vnoquoq; eorum, & dixit, v.g. qm̃ duo termini, &c. i. v.g. qm̃ oppoſita in generatione, & corruptiooe, quæ terminant iſtos duos motus, ſunt eſſe, & oon eſſe. Generatio

62
Abbreuiatio.

Textus expoſitio.

a In motu locali nõ apparet cõtrarietas, ſicut in alijs motib⁹. Idẽ ſup.c.16 & 5.ph.c.9 Idẽ.6. phy. cõ.92. Idem 1.cœli.88.

ratio enim eſt de non eſſe in eſſe, corruptio vero de eſſe in non eſſe. & nõ intelligit hic ꝑ non eſſe nõ eſſe ſimpliciter, ſed non eſſe alicuius, ſ. non eſſe huius generati, vel huius corrupti. D. d. & duo termini alterationis ſunt duo contraria, i. et duo termini motus alterationis ſunt duo contraria, inter quæ fit iſte motus, vt album, & nigrum in coloribus, & calidum, & frigidum in tangibilibus, & alia contraria exiſtentia in modis iſtorum motuum, quę declarata ſunt in Septimo iſtius libri. illic. n. declarauit in quo genere qualitatum inuenitur iſte motus. Et, cum induxit oppoſita, quæ ſunt in generatione, & corruptione, & alteratione, īduxit ēt ea, quę ſunt in motu quantitatis, & dixit & duo termini augmenti & diminutionis, &c. i. & duo termini oppoſiti augmēto, & diminutioni ſunt magnũ, & paruum. Et eſt ita, ſicut dixit, qm̃ res naturales habent magnitudines terminatas, minimus igiť hõ eſt terminatus naturaliter, & ſimiliter maximus. ſi enim magnitudines rerum nõ eſſent terminatæ, tunc magnitudines nõ haberent ꝑfectionem quæſitam in natura per motũ augmenti. manifeſtum eſt. n. per ſe, qm̃, quemadmodũ nõ quælibet actio fit per quamlibet qualitatem, ſ. per quãlibet formam, ita eſt manifeſtũ per ſe eſſe impoſſibile vt quęlibet actio entium fit per quamlibet magnitudinem: ſed vnaquæq; actio actionum ꝓpriarum cuilibet enti habet qualitatem propriam, & quantitatem propriã. Sicut igitur actio hoīs nõ põt ꝑuenire, niſi à forma hoīs, ita impoſſe eſt vt actio eius ꝑueniat, niſi à ſua magnitudine. magnitudo igiť hoīs eſt terminata naturaliter, & ſimiliter ſua forma, & ſilr in vnaquaq; rerum naturaliũ. D. d. aut ꝑfectio, aut diminutio magnitudinis. i. in motu augmenti, & diminutionis. Et, cum declarauit ꝙ impoſſibile eſt, ꝙ iſti motus ſint cõtinui, æterni, ſm ꝙ ſunt idem motus, cum ſint de contrario in cõtrarium, & de oppoſito in oppoſitum, & quod eſt tale, eſt finitũ, et põt aliquis dicere forte ꝙ cõtinuatio in eis eſt propter tranſlationem ipſius moti de alio motu in motum oppoſitum et in illo genere, ita, ꝙ interim non ſit quies, v. g. vt alteratum moueať de albedine in nigredinem, deinde de nigredine in albedinē, ita, ꝙ nõ in medio ſit quies, & ſic in infinitum, dixit, rñdēdo, & illa, q̃ ſunt in partes contrarias ſunt contraria. i. & non eſt dicendum ꝙ motus oppoſiti iſtarum rerum ſint cõtinui, motus enim, qui ſunt ad partes oppoſitas, ſunt oppoſiti. & intendit per partes oppoſitas contraria in alteratione. D. d. & quod non moueť, ſemper fuit, &c. i. & omne, quod moueť motu, qui habet principiũ, & finē, et anteq̃ mouebať, erat ens, neceſſe vt ē moueať poſt quietem, non poſt motum, ſi prius mouebatur motu contrario poſteriori. & dixit hic ꝙ oīs motus deſinens non deſinit, niſi qñ aufertur potentia ab eo, in quo fuit tranſmutatio. & hoc erit, qñ illud eſt in actu. & oē, qđ eſt in actu, eſt quieſcens neceſſario: qm̃, ſi moueretur, eſſet in potētia: &, ſi eſſet in potentia, tunc motus non finiretur. quod eſt cõtra poſitũ. & hæc declaratio cõis eſt duobus motibus, ſ. alterationis, & augmenti. In tranſmutatione aũt generationis, & corruptionis non apparet alietas duorum motuum ex quiete moti inter eos: cum illud, quod tranſmutatur hoc motu tranſmutationis, non eſt aliquod demõſtratũ in duobus extremis motuum, & ideo proceſſit in hoc per aliam viam cõem alijs trãſmutationibus: & eſt, qm̃ inter oēs duos motus oppoſitos eſt tpš neceſſario. et, cum ita ſit, dixit Et ſm hunc modũ, &c. Et intendit ꝑ modos tranſmutationis tranſmutationes reſiduas, & dixit ꝙ generatio, & corruptio ſunt oppoſita ſimplr, quia opponunť ſibi ſm eſſe, & nõ eſſe. D. d. & quæ ſunt in vnoquoq; indiuiduo, &c. i. & generatio exiſtens in aliquo indiuiduo eſt oppoſita corruptioni, exñti in illo eodem indiuiduo. i. qm̃ impoſſibile eſt vt generatio, & corruptio inſimul ſint in eodem indiuiduo in eodem tpe: ergo inter illos eſt tpš neceſſario. Et, cum poſuit ꝙ iſtæ duæ tranſmutationes ſunt oppoſitę, dixit Et ideo, ſi nõ fuerit poſſibile, &c. i. &, cum fuerit poſitum ꝙ duæ tranſmutationes oppoſitæ ſint continuæ ſine aliquo tpe interpoſito, continget neceſſario vt idem tranſmutetur duabus tranſmutationibus oppoſitis inſimul. Quoniam, ſi motus de albedine in nigredinem ſit cõtinuus cum motu de nigredine in albedinem, tunc illud, quod mouetur de albedine, mouetur ad albedinem. Secundum igiť quòd mouetur de albedine dimittit eam, & acquirit nigredinem. & ſm ꝙ moueť ad albedinem dimittit nigredinem, & acquirit albedinem. ergo in eadē diſpõne acquirit eandem partem albedinis, & dimittit illam: & moueť ēt duobus motibus contrarijs inſimul. quod eſt impoſſibile. Et ſimilr accidit in generatione, & corruptione, & in alijs tranſmutationibus ab eis, & in motu locali. demonſtratio enim cõis eſt oībus tranſmutationibus. et, cum duo motus non fuerint inſimul, ſequitur ꝙ inter eos ſit tpš neceſſario. Et iſta demonſtratio non debet intelligi, niſi in eodē moto, quod mouetur duobus motibus cõtrarijs, hñtibus ꝑnm, & finē: non in motibus ſucceſſiuis, qui ſunt in pluribus motibus, ſicut motus chordarũ apud percuſſionem earum oīum, neq; in duobus motibus, quorũ alter eſt ꝑfectio alterius in eodem moto. qm̃ inter oēs iſtos non eſt tempus: neque aliquis eorum eſt motus perfectus, ſ. habet principiũ, & finem. finis. n. motus naturalr non eſt motus, ſed quies. & ſilr principium motus eſt ex non motu, niſi ſit per accidens. ſm hoc igiť eſt intelligenda iſta demonſtratio. Et, quia iſta declaratio eſt cõis oībus tranſmutationibus, prima aũt propria tranſmutabilibus, quæ recipiunt quietem, dixit non enim eſt differētia, &c. i. & in iſta demõſtratione non indigetur ponere duas tranſmutationes contrarias eſſe, ſicut fuit factũ in prima, ſed tñ indigetur in ea hoc, ſ. ꝙ impoſſibile eſt vt contradictoria oppoſita ſint inſimul. D. d. nec etiã indigetur hoc. i. & iſta demonſtratio non indiget illo, quod acceptum fuit in prima, ſ. ꝙ in eodem nõ exiſtũt duo cõtraria inſimul, neq; ēt indigetur in hac demontione illo tertio poſito in prima, ſ. ꝙ quies eſt contraria motui. D. dedit cauſam in hoc, et dixit quod enim nõ eſt, &c. i. & cauſa in hoc, ꝙ iſta tranſmutatio non ꝑuenit ad quietem, eſt: qm̃ trãſmutatio, quę eſt corruptio, peruenit ad non ens: & nõ ens nõ dr̃ quieſcere, nec trãſmutari, nec eſſe contrariũ. & oīa iſta erant accepta in prima demonſtratione. D. d. ſed illud, quo indigetur in hoc ſermone, &c. i. illud enim, quod indiget declaratione in hac demõſtratione vſ, eſt hoc vnũ ſolum, ſ. ꝙ inter oēs duas tranſmutationes oppoſitas, quocunq; modo ſit modorũ trãſmutationis, eſt tpš. hoc enim verificato, verificabitur impoſſibile eſſe duas tranſmutationes oppoſitas eſſe continuas. D. d. noſtra enim indigentia in hoc, &c. i. & iſtæ duæ demonſtrationes differunt, quia demõſtratio, qua vtitur hic in hoc, ꝙ duæ tranſmutationes oppoſitæ non ſunt cõtinuæ, non inducit ad hoc, ꝙ duo contraria exiſtant in eodem inſimul; ſed ad hoc, ꝙ impoſſibile eſt vt duo oppoſita ſint inſimul, ſ. ens, & non ens. qm̃ duo prima, ſ. duo oppoſita, de quibus dictum fuit in hac demonſtratione ꝙ ea eſſe inſimul eſt impoſſibile, ſ. impoſſibile, ad quod induxit iſta demonſtratio, non fuit hoc, ſ. duo cõtraria exiſtere in eodem inſimul, ſed duo contradictoria exiſtere inſimul, ſ. ens, & non ens. Et, qa in prima demonſtratione fuit acceptum ꝙ trãſmutationes oppoſitę ſunt contrariæ adinuicem, & ꝙ quietes, quę ſunt inter eas, ſunt etiam, & contingit in hoc quæſtio, vtrum vnum contrarium habeat plus vno contrario, cum ſit famoſum

ꝙ vnum

7. phyſi. t. c. 14. vſque ad t. c. 20.

Vnaquæq; res nãlis eſt determĩata p maximus, et minimũ. Idē ſupra. c. 40. & quæ ibi.

Subm gñationis, & corruptionis nõ ē aliqd dmõſtratũ. Idem 4. phy. t. c. 8 &. 1. de gñatiõe t. c. 23. &. 24. Idē. 2 de aīa. cõ. 4. &. 1. ph. 63. &. 1. cap. de ſubã orbis.

Documētũ.

Intellect⁹ ꝓpõnis, dicentis ꝙ iter mot⁹ cõtrarios cadit quies.

Non ens nõ dr̃ qeſcere, nec tranſmutari. Idem. 5. phy. 7. & 8. cõ. Idē prio phyſi. vt. 18 hic cõ. 4.

quòd vnum contrarium non habet niſi vnum contrarium, incœpit diſſoluere hāc qōnem, & dixit Et nō debemus peccare. i. et nō debemus decipi in hoc, ꝙ poſuimus ſermonem dicentis, ꝙ contingit nobis vt idem habeat duo cōtraria. qm̃ iam poſuimus ꝙ vterq; duorum motuum oppoſitorū eſt contrarius reliquo: & ꝙ quies, ex qua incœpit vterq; motuum, eſt cōtraria ipſi motui: & ſic motus habebit duo contraria, ſ. motū, & quietem. D. dedit rñſionem in hoc, & dixit ſed nō debemus conſyderare in hoc ſolo, & non in alio. ideſt & iſta qō accidit in pluribus: & ideo non eſt conſyderanda in hoc loco ſolo. D. d. motus igitur, & quies opponuntur, &c. i. nō enim eſt impoſſibile dicere ꝙ motus eſt cōtrarius quieti, & motui, ſicut dr̃ ꝙ æquale eſt cōtrarium magno, & paruo, & mediocre eſt contrarium intenſo, & diminuto. Et intendebat per hoc notificare ꝙ poſſibile eſt idem habere plura vno cōtrario. Aut qñ contrarietas, quæ eſt inter ea, nō eſt maxima, ſicut media, quæ ſunt inter contraria. Aut qñ idem habebit plura cōtraria diuerſis modis. Et iſta eſt diſpoſitio motus. modus enim, ſm quē motus eſt cōtrarius motui, eſt alius à modo, ſm quem motus eſt contrarius quieti. & æquale eſt contrarium magno, & paruo, ſm hoc, ꝙ contrarietas, quæ eſt inter æquale, & nō æquale, eſt vna. & ſilr videt̃ eſſe in oībus medijs cū extremis. D. dixit & ꝙ impoſſibile eſt vt ſint inſimul, &c. i. non eñ indiget̃ in hac declaratione ponere contrarium habere vnū contrarium, ſed hoc tm̃ indiget̃, ſ. impoſſibile eſſe duos motus oppoſitos exiſtere inſimul.

Quomodo vni pſit plura cōtraria: et qō nō.

Amplius autem & in generatione, & corruptione etiam penitus abſurdum eſſe videbitur, ſi factum confeſtim neceſſe eſt corrūpi, & nullo tempore permanere. Quare ex his vtiq; fides alijs fiet. phyſicum enim eſt ſimiliter ſeſe habere in omnibus.

Et etiam malum eſt omni modo exiſtimare de generatione, & corruptione, quòd res, quādo generatur, neceſſe eſt vt corrumpat̃ ſtatim, & non remaneat tempore omnino. Et hoc erit certitudo de hac intētione in alijs partibus. curſus enim naturæ eſt in illis omnibus eodem modo.

63 Ideſt. & inopinabile eſt exiſtimare ꝙ motus generationis eſt continuus cum motu corruptionis, ita, ꝙ generatum nō habeat eſſe oīno, niſi in potentia. qm̃, ſi iſti duo motus eſſent continui, tunc non haberet generatum eſſe in actu. omne enim exiſtens in actu eſt in tēpore, ſ. demonſtrato. & tunc natura ageret ocioſe. Et quia, qñ hō intelliget hoc eē impoſſibile in generatione, ſtatim intelligit ipſum eſſe impoſſibile in alijs tranſmutationibus, dixit Et per hoc erit certitudo, &c. i. & per cognitionē iſtius intētionis in generatione erit certitudo cognitionis eius in alijs tranſmutationibus. qm̃ natura currit in entibus eodē modo, ſ. ꝙ finis eſſe non eſt corruptio. qm̃ oīs motus eſt via ad generationem, aut in ſubſtantia, aut in qualitate, aut in quantitate. &, ſi motus cōtrarius cōtinuaret̃, deſtrueret̃ generatio.

Omne ens i actu eſt in tēpore demōſtrato.

Si mot⁹ contrarius cōtinuaret̃ generatio deſtrueretur.

Caput Tertium. Nullam lationē, nec rectam, neq; etiam reflexam aliquam, ſiue rectā, ſiue circularē poſſe eſſe perpetuo continuam.

Quod aūt contingit eſſe quendam infinitum vnum exiſtenem, & cōtinuū, & hic eſt circularis, nūc dicamus. Omne enim, quod fertur, mouetur aut circulari, aut recto, aut mixto. quare, ſi neq; illorum alter continuus eſt, neq; illum, qui ex vtriſq; cōpoſitus eſt, eſſe eſt poſſibile. ꝙ autē id, quod fertur recto, & finito, non ferat̃ continue, manifeſtum eſt. reflectitur enim. reflexum aūt recto cōtrarijs mouetur motibus. contrarius enim ſecundum locum eſt is, qui eſt ſurſum, ei, q eſt deorſum: & qui eſt in ante, ei, qui eſt ĩ retro: & qui eſt ad ſiniſtra, ei, q eſt ad dextra. loci enĩ cōtrarietates hæ ſunt. Quis aūt eſt vnus, & cōtinuus motus, prius definitum eſt, ꝙ is, qui eſt vnus, & in vno tēpore, & in non differenti ſm ſpeciem. Tria enim ſunt, & quod mouetur, vt homo, aut Deus: & qñ, vt tēpus: & tertium id, in quo. hoc autem eſt aut paſſio, aut forma, aut locus, aut magnitudo. contraria autem differunt ſpecie, & non vnum ſunt. loci autē ſunt dictæ differentiæ. Signum autē eſt ꝙ motus cōtrarius eſt, qui eſt ab A ad B ei, qui eſt ab ipſo B ad A, quia ſiſtunt, & ceſſare faciūt ſe inuicem, ſi ſimul fiant. Et in circulo ſimiliter. vt qui eſt ab A ad B ei, qui eſt ab A ad C. ſiſtūt enim, ſi cōtinui ſint, & non fiat reflexio, propterea quòd contraria mutuo ſe corrumpunt, & impediunt. ſed non is, qui eſt in latus, ei, qui eſt ſurſum.

Motus localis diuiſio. Idē ſra. t. c. 75.

Reflexū recto contrarijs mouet̃ motibus.

Ad motum vnum requiri tria.


Et nos declarabimus modo ꝙ poſſibile eſt vt ſit hic motus, infinitus, vnus, & cōtinuus. eſt enim aut totius tranſlati, aut circulariter. Dicamus igitur ꝙ oē eſt tranſlatum, aut circulariter, aut recte, aut motu mixto. ſi igit̃ alter iſtorum nō fuerit continuus, impoſſibile erit vt cōpoſitus ex ambobus ſit continuus. & manifeſtum eſt ꝙ tranſlatum per lineā rectam finitam non mouet̃ cōtinue: reuertitur enim recte: & quod reuertit̃ recte, mouetur duobus motibus contrarijs. motus enim in loco ad ſuperius eſt cōtrarius motui ad inferius: & motus ad anterius eſt contrarius motui ad poſterius: & motus ad ſiniſtrū eſt contrarius motui ad dextrum. iſti enim ſunt modi contrarietatis in loco. Et iam determinauimus prius quis motus ſit vnus continuus, & diximus ꝙ eſt motus, qui eſt eiuſdē rei in vno tēpore, & in eo, ꝙ non diuerſat̃ ſm formam, ſ. ſm ſpeciem. Illa enim, per quæ complebitur hoc, ſunt tria, motum, ſ. v. g. hō, aut Deus: & quando, v. g. tempus: & tertium eſt illud, in quo eſt motus, ſ. locus, aut paſſio, aut forma, aut magnitudo. contrarii autē differunt ſm formam, & non ſm naturam. At illi aūt modi, quos diximus, differunt ſm locū. Et ſignum ꝙ motus de A ad B eſt contrarius motui ex B ad A, eſt, quia contradicūt ſibi.

ſibi, & reſiſtunt, quando fuerint inſimul. Et ſimiliter eſt etiam, cum fuerit in circulo. v. g. de motu ab A verſus B, & de B verſus A. qm̃ reſiſtunt, & contradicunt ſibi. ſi igit̃ fuerint continui, non habebunt reuerſionem, neq; reflexionem, qm̃ contraria ſunt ſe corrumpentia, & ſibi reſiſtentia. & motus ad latus non reſiſtit motui ad ſuperius.

Demonſtratio, ꝙ in linea recta motus ex oppoſitis locis ſunt contrarij.



Demonſtratio eiuſdem in circulo.



64 Cum declarauit ꝙ impoſſibile eſt vt trãſmutatio in qualitate, aut quantitate, aut in ſubſtãtia ſit motus cõtinuus io infinitũ, vult in hoc capitulo declarare ꝙ hoc etiam impoſſibile eſt, vt ſit, niſi i motu circulari tm̃ ad vnam partem, noo in recto, neq; in eo, qui reuertit̃ ſup vnam lineam rectam, aut circularẽ, & dixit Et oos declarabimus, &c. & intendit per totum translatum, motum, in quo illud, quod mouet̃, occupat totum locum. Deinde dixit Dicamus igitur ꝙ omne trãslatum, &c. & iſta propoſitio eſt manifeſta per ſe, ſed de motu mixto ex duobus motibus intelliguntur duo, ꝙ ambo ſint actu æqualiter, ſ. aut ꝙ alter motus ſit victus, & alter vincens ſit medius inter duos motus, ſicut motus, qui eſt per lineam curuam. Et hoc videtur magis intendere in hoc loco. & primã intentionẽ intẽdebat in primo de cœlo, & muodo. & poſſunt intelligi ambæ. Deinde dixit ſi igitur alter, &c. & hoc eſt manifeſtum per ſe in motu cõpoſito ex duobus motibus. ver. g. ꝙ, ſi fuerit impoſſibile vt motus rectus ſit infinitus, impoſſibile erit vt curuus, aut gyratiuus ſit infinitus. Si aũt intellexerimus per cõpoſitum ſecundam iotẽtionem, tuoc difficile cõprehendetur in iſta demonſtratione. Qm̃, ſi vincens eſt ille, in quo impoſſibile eſt vt ſit infioitus, manifeſtũ eſt vt iſte modus iſtorum impoſſibile eſt vt ſit infinitus. Si autẽ vincens eſt ille, in quo eſt poſſibile eſſe priuationẽ finitatis, exiſtimatur ꝙ non apparet in eo hoc, quod dixit Ariſt. ſ. ꝙ, ſi alter fuerit impoſſibile vt ſit infinitus, impoſſibile erit hoc io cõpoſito. ſimplices enim motus, io quibus impoſſibile eſt hoc, ſunt in hac mixtiooe in potentia. in mixtione aũt ſm primam intentionẽ ſunt in actu. & iõ difficile pñt adaptari ſua vocabula huic mõ mixtionis, niſi cõiungatur ei aliud fundamentũ: & eſt, ꝙ oẽ, quod eſt in potentia aliquid, neceſſario exibit in actũ. & ſi non, tunc natura ageret ócioſe. Tunc igitur verificabitur nobis, ꝙ impoſſibile eſt vt motus mixtus ex recto, & circulari ſit infinitus; & ſi poſuerimus ꝙ circularis eſt vincens. qm̃ erit finitus in potentia, inquantum habet in ſe de potẽtia motus recti. & propter latentiã iſtius intentioois diximus ꝙ prima expõ eſt manifeſtior. Et, cum declaratũ ſuit in Sexto ꝙ impoſſibile eſt vt mot⁹ rectus ſit infinitus, & põt aliquis dicere, qm̃ forte infinitas eſt poſſibilis in eo ſm reflexionem moti in eodẽ ſpatio finito vicibus infinitis, dixit & manifeſtũ eſt ꝙ trãſlatio ꝑ lineam rectã, &c. i. & manifeſtũ eſt ꝙ tranſlatũ ſuper lineam rectam finitam eundo, & reuertendo, non mouetur vno motu, ſed duobus motibus contrarijs. D. declarauit qũo ſunt cõtrarij, & dixit motus enim in loco ad ſuperius, &c. i. & neceſſe eſt vt duo motus, ꝗbus mouetur vnũ motum in eodem ſpatio ſm reuerſionem, ſint cõtrarij. qm̃, ſi alter motus fuerit ad ſupius, reliquus erit oppoſitus ei, qm̃ ad inferius: &, ſi ad inferius, reliquus erit ad ſuperius: &, ſi ad anterius, reliquus erit ad poſterius: &, ſi ad dextrum, reliquus erit ad ſiniſtrũ, aut ecõuerſo. Et hoc fuit neceſſarium, qm̃ dimenſiones corporum ſunt tres, longitudo, latitudo, & profunditas. Extrema lõgitudinis dñr ſuperius, & ioferius, latitudinis dextrum, & ſioiſtrum, & profunditatis anterius, & poſterius. Et debes ſcire ꝙ iſtæ partes ſunt diſtinctæ in natura in homine, & ſimiliter in mundo: ſed in homine ſunt manifeſtæ per ſe, in mundo aũt per demonſtrationem. Et, quia manifeſtum eſt ꝙ iſti ſunt modi cõtrarietatis in loco, dixit iſti enim ſunt modi contrarietatis in loco. Et, cum concluſit ꝙ iſti duo motus ſunt oppoſiti, incœpit declarare ꝙ duo motus oppoſiti noo ſunt vnus, ad cõcludendum ꝙ duo motus, qui ſunt hmõi, ſ. ſm reuerſionem, nõ ſunt vnus, [a] & dixit Et iam determinauimus prius. i. motus, ꝗ eſt vnius moti, & in vno tẽpore, & in eadẽ ſpecie, i. nõ diuerſa duabus differentijs oppoſitis. Deinde declarauit hæc tria, & dixit Illa enim, per quæ cõplentur hæc, ſunt tria, &c. & intendit ꝙ locus eſt genus, in quod eſt motus tranſlationis, & paſſio eſt genus, in quam eſt motus alterationis, & forma eſt natura, in quam eſt motus generatioois, & corruptionis, & magnitudo eſt genus, in quod eſt motus augmenti, & diminutionis. Et intendit per Deũ aliquod corpus cœleſte: ſicut erat tunc famoſum. Et, cũ poſuit ꝙ vnus motus eſt ille, qui non diuerſat̃ neq; ſm rem motam, neq; ſm tẽpus, neq; ſm formam, ſ. ſpeciẽ, dixit cõtrarij vero differunt ſm formam, &c. i. et, cum declaratũ ſit ꝙ motus reflexi ſuot contrarij: & motus contrarij differuot ſm formam, & naturã: & vnus motus nõ differt à ſe ſm formam, ſeqıur ex hoc in ſecunda figura ꝙ duo motus reflexi nõ ſunt vnus. Et, cum poſuit ꝙ motus reflexi nõ ſunt unus, propter hoc, ꝗa ſunt cõtrarij, notificauit in quo genere differunt ſm formã, & dixit illi aũt modi, quos diximus, &c. i. & illi motus reflexi, quos diximus, qui ſunt aliqui trium modorũ, quos diximus, differunt ſm formam oppoſitam in loco, ſ. ſuperius & inferius, aut dextrum et ſiniſtrum, aut ante & retro. Et quia vna propoſitionum, quas poſuit in hoc ſermone, eſt ꝙ motus, qui ſunt à punctis oppoſitis, ſuot contrarij, & hoc eſt manifeſtum in motibus, ꝗ ſunt ſuper dimenſiones rectas, et latet in eis, qui ſunt ſuper dimenſiones circulares. in circularibus enim exiſtimatur ꝙ motus in eis non inuenitur in partibus oppoſitis ſex ꝑdictis, ſ. dextrum, & ſiniſtrũ, &c. incœpit declarare hanc propoſitionem, & notificare qũo inueniẽ cõtrarietas in eo, et dixit Et ſignũ eius, ꝙ motus, &c. i. & ſignũ eius, ꝙ motus, qui ſunt ex locis oppoſitis, ſunt contrarij, ſiue fuerint in ſpatijs rectis, aut rotundis, eſt, quia reſiſtunt ſibi. ſ. qm̃ impoſſibile eſt vt vnum motũ moueatur ſm ea ſimul. Verbi gratia ponatur magnitudo recta, A B linea, et vnum motũ moueatur quandoq; ex B ad A, quãdoq; ex A ad B, dico ꝙ iſti duo motus ſunt oppoſiti: quia reſiſtunt ſibi: & impoſſibile

eſt vt

Cur ſex ſint dr̃iæ loci.

Documẽt.

Sex dr̃iæ loci ex nã ra ſunt in hoĩe, & in mũdo: licet latẽt. Idẽ. 2. cœ. c. 9. & inde. Et. 1. cœ. c. 31.

[a] 5. phyſi. t.c. 34.

Oẽ, qđ eſt in potentia aliquid, neceſſario exibit in actum.

eſt vt idem motum moueatur in his duobus motibus inſimul, & ſimiliter eſt, ſi poſuerimus lineam A B eſſe arcum circuli, ſiue ſemicirculum, ſiue maiorē, ſiue minorem.

Obiectio.

Sed quæritur hic, & dicitur, quõ motus ex A ad B, & ex B ad A ſunt contrarij, quando fuerint in dimēſione circulari, & ipſe iam declarauit in Cœlo, & mundo ꝙ motus circularis non eſt cõtrarius motui circulari. qm̄, ſi cõtrarietas eſſet in circularibus motibus, cõtingeret vt corpora mota circulariter motibus oppoſitis eſſent cõtraria, ſicut corpora ſimplicia, quę mouentur motibus rectis contrarijs, ſ. aqua, & ignis.

Primo cœli. t. c. 24.

Solutio.

Et, cum ita ſit, contrarietas igitur, in qua communicatur hoc corpus circulare, & rectum, debet intelligi ſic, ſcilicet duo motus, quibus impoſſibile eſt aliquod corpus moueri inſimul, noo duo motus, in quibus eſt neceſſe vt motum ſm alterum ſit contrariũ moto ſm reliquũ. ſm hoc igitur debet iotelligi contrarietas in hoc loco. Et, cum declarauit ꝙ iſti motus ſunt contrarij hoc modo, ſ. quia reſiſtũt ſibi in vno corpore, & corrumpunt ſe adinuicem, & declarauit ex hoc impoſſibile eſſe vt motus compoſitus ex eis ſit continuus, dixit ſi igitur fuerint continui, &c. i. ſi igitur poſuerimus ꝙ iſti duo motus ſiot cõtinui, ſequitur vt neq; habeant reflexionem, neq; reuertantur. quoniã contraria ſunt directio, & reuerſio: & cõtraria deſtruunt ſe adinuicem: & illa, quæ ſunt talia, non cõtinuantur. D. d. & motus ad latus, &c. i. & motus contrarij ſunt illi, qui ſunt in eadem oppoſitione: illi aũt, qui non ſunt in eadē oppoſitione, non ſunt contrarij: ſicut motus ex dextro ad ſiniſtrum cum moto ab inferiori ad ſuperius. Et hoc, quod dixit, eſt manifeſtum per ſe. & iſti non ſunt contrarij: qm̄ non eſt impoſſibile vt idem motum moueaꝛ iſtis motibus, ſ. vt moueatur ad ſuperius, & ad dextrum inſimul, ſ. ꝙ ex iſtis ſit motus compoſitus, & ex motibus contrarijs non componitur vnus motus.

Quomodo in circulo ſit cõtrarietas. vide pfectã ſolutionē iſtius difficultatis l. 1. cœ. c. 32. Vide & ibidē. cõ. 87.

Maxime autem manifeſtum eſt ꝙ impoſſibile eſt eum motũ eſſe continuũ, qui ſuper recta fit. quia reflexum neceſſarium eſt ſtare, non ſolum ſuper recta, ſed etiam ſi ſecundum circulum feratur. nõ enim idem eſt circulo ferri, & circulũ. eſt enim aliquãdo quidem vt id continuet, quod mouetur, aliquando autē vt in idem profectum, vnde moueri cœpit, reflectatur iterum. Quod aũt neceſſe eſt ſtare, fides eſt nõ ſolum in ſenſu, ſed et in ratione. Principium aũt hoc eſt. tribus enim exiſtētibus principio, medio, & fine, mediũ ad vtrũq; ambo eſt, et numero quidem vnũ, ratione vero duo. Amplius autē aliud eſt eē potentia, & eſſe actu. Quare rectæ quodlibet ſignum eorũ, quę inter extrema ſunt, potentia quidem eſt medium, actu autem non eſt, niſi diuiſerit hanc, & ſuperſtans iterũ cœperit moueri. ſic autem medium ipſum principium fit, & finis principium quidem poſterioris, finis autem prioris. Dico autem, vt ſi A, quod fertur, ſtet in B, & iterum feratur in C. cum autem continue feratur, neq; adeſſe, neq; abeſſe poteſt A in B ſigno, ſed ſolum eſſe in ipſo nunc, in tempore autem nullo, niſi cuius ipſum nunc diuiſio eſt, in toto. Si autem affuiſſe ponat aliquis, & abfuiſſe, ſemp ſtabit A, quod fertur. impoſſibile enim eſt ſimul & affuiſſe A in B, & abfuiſſe. in alio ergo, & alio ſigno temporis. tēpus igitur erit, quod in medio eſt. quare quieſcet A in B. ſimiliter autem & in alijs ſignis. eadem enim ratio eſt & in omnibus. Cum autem vtatur ipſum A, quod fertur, ipſo B medio, & fine, & principio, neceſſe eſt ſtare, ꝓpterea ꝙ duo facit ſimiliter, atque ſi cogitauerit. ſed ab A quidem ſigno abfuit, principio, in C autem affuit, cum finierit, & ſteterit.

Et hoc apparet magis, ſcilicet ꝙ impoſſibile eſt vt motus per lineam rectam ſit continuus, ex hoc, ſ. ꝙ illud, quod reflectitur, neceſſe eſt quòd quieſcat, non ſolummodo illud, quod mouetur ſecundũ lineam rectam, ſed etiam illud, quod moueꝛ ꝑ circulum. nõ enim eſt eadem intentio aliquid moueri circulariter, & aliquid moueri per circulũ. forte enim mouetur eundo ſuper ipſum, & forte, cum peruenerit ad illum locum, à quo incœpit moueri, reuerteꝛ. & homo certus eſt, quoniã talis motus neceſſe eſt vt qeſcat non ſenſu tantũ, ſed ratione. Et hoc eſt principiũ illius. quoniam hic ſunt tria, principium, & medium, & poſtremum, mediũ apud vtrũq; extremorum eſt vtrunq;, & eſt in numero vnum, et in reſpectu duo. Et etiã illud, quod eſt in potentia, eſt aliud ab eo, qđ eſt in actu. Et ideo quodcũq; punctũ imaginaueris inter duo extrema, eſt medium in potentia, & non eſt in actu, niſi quando diuiſerit illam, & quando ceſſauerit quieſcens apud illum punctum, deinde incœperit moueri, tunc igitur medius punctus erit principiũ, & finis, principium poſtremi, & finis primi. Verbi gratia ꝙ A moueatur, & quieſcat apud B, deinde moueatur ad C. cum autem mouetur ſm continuationem, impoſſibile erit vt A ſit in B. aut ſeparetur ab ipſo, ſed erit in eo tãtum in inſtanti, non in tempore oĩno, & inſtans non diuidit totum, ſ. lineam. Si igitur aliquis poſuerit ꝙ, cum A transfertur, erit in B, & ſeparabitur ab eo, tunc erit quieſcens. impoſſibile enim eſt vt A ſit inſimul in B, & ſeparetur ab eo. ergo hoc erit in duobus punctis diuerſis temporibus. ex quo ſequitur vt A quieſcat in pũcto B. & ſimiliter in alijs punctis. quoniam ratio eſt eadem in omnibus. Quando autem A motum vtitur B, quod mediũ eſt, pro principio, & fine, neceſſe eſt vt quieſcat, quia ponit ipſum duo. ſed, quia incœpit à puncto A, ſeparatur à principio, & ſic in puncto C, cum complctur ſuus motus, quieſcat.

Demonſtratio, q medium ſit principium, et finis actu.

A B C

Linea, ſiue magnitudo.

65 Quia declaratio pdicta ſup hoc, q illud, quod mouetur, & poſt reflectit ſup lineam rectã, non eſt motus cõtinuus, eſt declaratio vl'is oibus quatuor trãſmutationibus, incœpit declarare hoc de moto in loco. et, qa declaratio propria eſt magis pfecta, & magis manifeſta, dixit Et hoc apparet magis, &c. i. & apparet magis q impoſſe eſt vt motus cõtinuus æternus ſit ſup lineã rectã, ſm reflexionẽ, & reuerſioõẽ, ex hoc, ſ. qm oẽ, quod reflectit neceſſe eſt vt qeſcat inter duos motus, ſ. vt habeat quatuor diſpõnes, duos motus, & duas quietes. Et, qa hoc ooo ſolũmodo declarat in moto ſup dimenſionẽ rectam, ſed in moto ſup circulũ, dixit noo ſolummõ illud, quod mouet ſup lineã rectã, &c. i. & hoc, qd diximus, noo tm̃ declarabit in eo, quod mouet ſup lineam rectã, ſed in eo, quod mouet ſuper circulũ. Et, qa illud, quod mouet ſuper circulũ, mouet duobus modis, qm̃, aut pficit circulũ, aut mouet i eo ſuper arcum, deide reuertit ſup illum eũdẽ arcum ad contrariã partẽ, & alter iſtoꝝ modoꝝ eſt poſſis, & reliqu⁹ impoſſis, ſ. reuerti ſup eundem arcũ, diſtinxit iſtos duos modos, & dixit ooo eſt. n. eadem intentio, &c. i. imo iſta intentio declarabit in eo, quod mouet ſup circulum, qñ mouebit ſuper illũ motu circulari, ſ. ire, & reuerti. oõ. n. eſt eadẽ intentio, aliqd moueri circulariter, & aliqd moueri per circulũ. i. & diximus motus circularis, i. attributus circulo. qm̃ noo eſt eadẽ intentio aliqd moueri motu attributo circulo, ſm q eſt ſup circulum tm̃, et aliqd moueri ſup totũ circulũ. Et dixit hoc. qm̃ illud, quod mouet ſuper circulũ voo motu, et ad vnã partẽ, dicitur moueri circulariter in rei veritate: illud aũt, quod mouet in eundo, & redeundo ſup circulũ, mouet motu attributo circulo. & hoc intendebat cũ dixit circulr. motum igit ſup circulum vno mõ dr̃ moueri circulariter: & motũ ſuper circulũ eundo, & reuertẽdo non dr̃ moueri circulr, ſed per circulũ. D. d. forte. n. mouet, etc. i. forte. o. aliqd mouet, & eſt delatũ ſuper circulum, & dr̃ moueri in eo circulariter: & forte, qñ peruenerit ad locũ, ex quo incœpit moueri, reflectit, & tunc dr̃ moueri per circulũ. Et, cum expoſuit inteotionẽ, quã iotẽdebat, & diſtinxit illa, in qbus manifeſtabit hoc, incœpit declarare, & dixit Et hõ erit certus, &c. i. & hõ erit certus, q illud, quod mouet eundo, & reuertendo, habet duas quietes ſenſu, & rõne. Et dixit hoc. qm̃ apparet ſenſui, q oĩa mota, eundo, & reuertẽdo, hñt duas quietes. & hoc manifeſtũ eſt in eis, q̃ mouent motu voluntario, ſ. aĩalibus, & in eis, q̃ mouẽtur naturalr iſtis duobus motibus, vt pulſus. Medici. n. ſingũt cõprehendere ſenſu duas qetes, ſ. io fine ſyſtoles, & diaſtoles. Et quæret aliquis, ſi ſit manifeſtũ ſenſui q oẽ motũ, quod reflectit, qeſcit, tũc vti ſermone in declaratione eius eſt ſuperfluũ. Dicamus igit ad hoc, q hoc, quod apparet ſenſui eſt teſtimonium illi, quod apparet rõni: ſed illud, quod apparet ſenſui, noo ſufficit in hoc, q oẽ tale motũ quieſcit, cũ oõ ſit remotũ q plura talia mota ſint, quorũ quies non cõpreheodit ſenſu, & ſic eſſet poſſe exiſtimare ipſa oon qeſcere. Cum igit cã fuerit data in hoc, ſ. cauſa faciens qetem, tunc declarabit q oẽ tale motum quieſcit nečio. Et poſſumus dicere q ſenſus ſufficit in hoc, ſ. in eſſe, & pcipue hoc, quod apparet q duo mota æqualis velocitatis, qñ alterum mouet reflecteodo, & alterũ recte, apparet ſenſui q rectum incedit velocius, vt poſt dicet Ariſt.[a] Et ſm hoc ratio data hic erat cauſa in hoc eſſe tm̃. & ſic ſcientia huius erit magis certa. [b] qm̃ ſcire aliqd eſſe cum ſua cauſa erit certius ſcientia, quæ eſt in ſenſu tm̃. Et, cũ dixit q hoc noo tm̃ apparet ſenſu, ſed rõne, i. demõſtratione, icœpit, et dixit Et hoc eſt principiũ illius, &c. i. & qa i his duobus motibus, ſ. recto, & reflexo ſunt tria, ſ. principiũ, & medium, et eſt illud, quod eſt inter duos motus:[c] & iſtud medium eſt vnum numero, et duo ratione: oeceſſe eſt vt iſte motus ſint duo.[d] motus. n. continuus oõ habet medoĩ, quod ſit vnũ oumero, ſ. in actu, ſed potentia. D. ioduxit aliã declarationẽ, & dixit Et eſt etiam illud, quod eſt in potentia, &c. i. & oẽ motũ ſup lineã rectam, ſm q mouet ſuper ipſam motu finito, nečio deſcribit in ea duo puncta i actu, ſ. punctũ, ex quo mouet, & punctũ, ad quod mouet: & oullũ punctum deſcribit in actu iter hæc duo puncta, niſi qeſceret in medio. & hoc intendebat, cum dixit & nõ eſt io actu, &c. i. & motũ non deſcribit punctum in actu ioter duo puncta, inter q̃ mouet, niſi diuiſerit magnitudinẽ, ſuper quã mouet, & qeuerit in medio. Si igr̃ reuertat in motu ad cõtrariã partẽ, à qua mouebat, tunc pũctus medius, quem deſcribit in actu, erit prin[m] motus, & finis. erit. n. finis primi motus, et principium ſecundi motus. Et hoc intẽdebat, cum dixit & non eſt in actu, &c. i. & incœpit moueri, i. ad contrariã partẽ ei, ad quã mouebat. D. d. tũc igr̃ medius pũctus erit principiũ, & finis. i. tunc igit puoctus medius, quẽ deſcribit in actu, erit principiũ, & finis. et ſiue motum qeuerit in puncto medio, deiode reuerſum eſt ad motũ ad contrariũ illius partis, aut qeuerit in fine ſpatij, deinde reuerſum eſt ad contrariũ illius partis, deſcribit igitur punctum io actu, quod eſt prin[m], & finis inſimul, ſ. principiũ poſtremi motus, & finis primi. Et, cum dixit hoc dedit exemplũ, & dixit V. g. &c. i. v. grã ponere q A moueat ex C ad B, & qeſcit i B, ſ. q facit B eſſe punctũ in actu, deiode reuerſum eſt, & mouet ex B ad C, tunc igit B erit finis primi motus, & principiũ ſecundi. D. d. cũ aũt mouet ſm continuationẽ, &c. i. & illud, quod mouet cootinue, impoſſe eſt vt ſupponat alicui, & vt ſeparet ab eo. qm̃ tale eſt ſuper magnitudinẽ in tpe. qm̃ diuidit magnitudinem in actu. & ideo quieſcit nečio inter duos motus, & noo io inſtanti. & illud, quod eſt cõtinui motus, eſt ſup magnitudinẽ in inſtanti, nõ in tpe oĩno. D. d. et inſtans oõ diuidit. i. et motũ, cũ fuerit io inſtanti, non diuidit magnitudinẽ in actu. D. d. Si igitur aliquis poſuerit, &c. i. ſi igitur aliquis poſuerit q aliquod motũ fuerit ſuper aliquid in actu, deinde ſeparet ab eo, tũc cõtinget nečio vt quieſcat in illo. Deinde dedit rationem ſuper hoc, quod eſt conuerſum poſiti, & dixit impoſſe eſt. n. vt A ſit inſimul in B, et ſeparatũ ab eo. i. et hoc fuit ita. qm̃ impoſſe eſt vt motum ſit in extremo magnitudinis, deinde ſeparet ab eo ad contrariũ illius partis, ad quã mouebat in vno inſtãti. v. g. q A iuit ex B ad C, et fuit ſup C, deinde mouet ab eo ad B io vno inſtanti. D. d. ergo hoc erit in duobus pũctis diuerſis. i. &, cũ fuerit impoſſe vt aliqd motũ ſit ſup extremũ alicuius magnitudinis, & reflectat ab eo in eodẽ inſtaoti, tunc inſtans, in quo fuerit ſup illud extremũ, eſt aliud ab eo, in quo ſeparat. D. d. ex quo ſequit vt A qeſcat ſup punctũ B. i. & cũ inſtans, in quo motũ eſt ſup extremũ magnitudinis, eſt aliud ab iſtanti, in quo ſeparat ab eo, & eſt declaratũ q inter qlibet duo inſtãtia eſt tẽpus, oeceſſe eſt vt motũ qeſcat ſuper extremũ magnitudinis. qm̃ in quolibet tpe aut corpus mouet, aut qeſcit. D. d. & ſilr eſt in alijs pũctis, &c. i. & ſilr eſt de alijs punctis acceptis in tpe, ſ. inſtantibus: qm̃ ratio eſt eadẽ in eis. Et intẽdit, vt mihi vr̃, in hoc q inter quælibet duo eoꝝ eſt tẽpus. declaratum eſt. n. q inſtãs noo ſequit inſtãs. & põt intelligi ſic, & ſilr de alijs punctis imaginatis ſup lineã. qm̃, cum motum deſcripſit vnum eoꝝ in actu, tunc quieſcit neceſſario: ſiue poſuerimus q iſte punctus eſt in extremo lineæ, aut in medio. Et ideo dixit poſt Qñ aũt A motum vtit me-

Decl'atio ꝓpria ẽ magis pfecta, et magis mãifeſta.

Nõ ẽ eadem intẽtio aliqd moueri circulariter, & moueri p circulum.

Apparet ſenſui q oĩa mota eundo, & redeũdo hñt duas qetes.

An vti ſmone i decl'atione ei⁹, qd eſt ſenſui manifeſtũ, ſit ſuperfluum. Solo prima.

Secunda.

a Ex hoc patet qd ſit demõſtratio cãæ tm̃. vide pro hoc. 2. Cæ. c. 15.

b Scire aliqd cũ cã ẽ pfectius, q̃ ſcire ſpõmi ſenſu tm̃.

c Mediũ in motu reflexo ẽ vnũ numero, et duo rõne.


d Mot⁹ cõtinu⁹ nõ hẽt vnũ medium in actu.


dio,&c.i.et,cum imaginauerimus ꝙ motũ vtiť aliquo puncto medio magnitudinis pro fine primi motus,& ꝑncipio ſecundi motus,ſequiť neceſsio vt quieſcat: ſicut eſt diſpoſitio in pũcto,qui eſt ĩ extremo magnitudinis. ratio.n.in oĩbus punctis eſt eadem. D.d. ga ponit ipſum duo,&c.i.qm̃ motũ,cum fuerit reflexũ ſuper duo oppoſita,tũc faciet finem ꝑmi motus,& ꝑncipiũ ſecundi motus.& impoſſe eſt vt duo in actu ſint ĩ vno inſtanti,inſtans.n.eſt in potentia, nedum vt oppoſita ſint in eo. D.d.ſed,quia incœpit ex pũcto A,&c.i.& neceſſe eſt vt qeſcat.qm̃,cũ incœperit moueri,incipit à puncto in actu,&,cũ finitur,deſcripſit punctũ in actu,ergo ſequitur vt quieſcat,quẽadmodũ non incœpit ex puncto,niſi illud,quod erat quieſcens,anteq̃ inciperet.

Quapropter & ad dubitationẽ hoc eſt dicendum.habet.n.dubitationem hanc. Si.n. ſit ipſa E ipſi F æqualis,& A feratur cõtinue ab extremo ad C,ſimul autẽ ſit A in B ſigno, & D feratur ab F extremo ipſius ad G regulariter,& velocitate eadem ipſi A, ipſum D añ veniet ad ipſum G, quàm ipſum A ad C. prius.n.ſe mouens,& diſcedens prius venire neceſſe eſt.Non ergo ſimul affuit A in B, & abfuit ab eodem.quapropter & poſterius fit.ſi enim ſimul,nõ poſterius erit,ſed neceſſe erit ſtare.Non ergo ponendũ eſt,cũ A affuit in B,ipſum D moueri ſil'ab F extremo. ſi.n.affuerit A in B,erit & abfuiſſe,et non ſimul, ſed erat in ſectione temporis,& non in tẽpore.Hic igitur eſt impoſſibile ſic dicere in continuo, ſed in eo, quod reflectitur,neceſſe eſt ſic dicere.Si.n.G feratur ad ipſum D,& iterum reflectens deorſum feratur,extremo D fine,& principio vteť vno ſigno, vt duobus.quapropter ſtet neceſſe eſt, & nõ ſimul affuit ĩ ipſo D,& abijt ab ipſo D. ibi.n.ſimul eſſet,& non eſſet in eodem nunc.


Et iõ oportet nos rõcinari ꝑ hoc ĩ diſſolõne qõnis.eſt.n.locus dubitatiõis.Qm̃,ſi ſpatiũ H eſt æquale ſpatio Z,& A moueť cõtinue de extremitate H ad B,ad H reuertẽdo, & inſil'fuit in puncto B,& C moueť de extremitate Z ęqualr,& in eadẽ velocitate,tũc C ĩcedit citius ad G,q̃ A ad H.illud.n.quod incedit in ꝓceſſu,neceſſe eſt vt ĩcedat citius. A igitur nõ fuit in B,& ſeꝑabiť ab eo ĩſimul & ſilr fuit diuerſum.qm̃,ſi eſſet inſil',non diuerſareť,ſed neceſſe eſt vt qeſcat. Ergo non oportet ponere ꝙ,cũ A fuit ĩ B,mouebať A ab extremo B.qm̃,ſi A fuit in B,& ſeꝑatum eſt ab eo,& hoc impoſſe eſt eſſe inſil',qm̃ poſitum eſt ꝙ hoc fuit in dr̃ia tp̃is,nõ in tẽpore. Manifeſtũ eſt igiť,ꝙ ĩ cõtinuo impoſſe eſt vt hoc dicať.in reflexo vero neceſſe eſt vt hoc dicatur,ſ.quies.qm̃,ſi qñ A mouetur, fuerit extremum B,finis,& principium, tunc vno puncto vtetur pro duobus. & ideo neceſſe eſt quieſcere,nõ ita,ꝙ inſimul proueniat ad B,& recedat A B.et,ſi non,tunc illic inſimul eſſet,& non eſſet in eodem inſtanti.

Ratio,qua dubitatur ꝙ id,quod continue mouetur,aliquo ſigno quieſcat.





Oſtenſio,ꝙ neceſſe ſit mobile, quod reflectitur, quieſcere illo ſigno,à quo reflectitur.



Cũ declarauit ꝙ illud,q̃d moueť recte,qñ reflectitur neceſſe eſt vt qeſcat,& nõ continueť ſuus motus, vult diſſoluere qõnem ex hoc,in q̃ dr̃,quare duo mota æq̃lia in velocitate,qñ moueñť inſil' ꝑ duo ſpatia ęqualia, & incipiũt inſil'moueri,ſed,cũ alterũ ꝑuenit ad mediũ ſpatij reflectiť ad extremũ, ex quo incœpit moueri, & reliquũ directe ꝓcedit ad finẽ, quare motũ, quod non reflectiť,ꝑuenit ad finẽ ſpatij,anteq̃ reflexũ perueniat ad locũ,in quo incœpit,licet duo ſpatia ſint ęqualia.dicendũ eſt igiť ei,q hoc q̃rit,qm̃ motũ reflexũ qeſcit. Et hoc intẽdebat,cũ dixit Et iõ oportet nos rõcinari,&c. D.incœpit dicere qõnem,et dixit eſt.n.ĩ hoc locus dubitationis,&c.i.qm̃,cum poſuerimus A moueri ad B, deinde reflecti ab eo,ita,ꝙ in vno inſtãti fuit in puncto B,& receſſit ab eo,tũc nõ debet C ĩcedere ad G,añq̃ A ad H.&,cũ C ĩcedit ad G añq̃ A ad H, cõtinget ꝙ A non exiſtet in B,& fuit ſeparatum inſimul.qm̃,ſi ita eſſet,tunc non diuerſareť motus eius à motu C. ſic igiť eſt intelligẽdus iſte locus. Et ideo vr̃ mihi ꝙ aliq̃d eſt diminutum à verbis Ariſt.in lib. qm̃, ſm ꝙ inuenitur in libro non inducitur in forma ſyllogiſmi inducentis ad inconueniens.& ideo ſic debet legi. & in illa eadem velocitate neceſſe eſt vt ꝑuentus C ad G,et A ad H ſit ĩſimul:ſed nõ ſunt ĩſimul:qm̃ C citius ĩcedit ad G,q̃ A ad H. 66

Rõnis abbreuiatio.

ad H. D.d.nõ igr̃ opȝ ponere,&c.i.ſed q ponit motũ cõtinuũ eẽ,ponit ꝙ eẽ A in B,& ſeparationẽ eiꝰ ex B,reuertẽdo,eſt in dr̃ia tp̃is īdiuiſibili,nõ in tp̃e.qđ eſt impoſſe.ergo ille motor nõ eſt cõtinuꝰ. Et hoc intẽdebat, cũ dixit Manifeſtũ eſt igr̃ in cõtinuo ꝙ eſt impoſſe hoc dicere,ſ.motum reflecti. D.d.in reflexo vero,&c.i.ꝙ motus nõ ē cõtinuus,& ꝙ qeſcit. D.dedit cām ī hoc, et dixit Qm̃, ſi,qñ A mouet̃,fuerit extremũ B, finis, & prinm̃,etc.i.ꝙ,cũ punctus fuit in actu, diuiſit tẽpus in duo:& ideo fuit tempus inter ea. D.d. &, ſi nõ, tũc illic,&c.i.& ſi nõ, tunc A eſſet in B in actu,et non eſſet in eodem inſtãti:& inſtans non eſt, niſi in potentia.

At vero quę olim illata fuit ſolutio,nõ dicenda eſt.Non.n.contingit dicere ꝙ eſt in D ipſum G in ſectione neqȝ affuit,neqȝ abfuit. neceſſe.n.eſt ad finẽ venire,qui actu eſt,non potẽtia.quod igit̃ in medio eſt,potentia eſt, hoc aũt actu,et finis quidẽ à deorſum,principium aũt de ſurſum.Et motum ergo ſilr̃.neceſſe eſt ergo ſtare quod reflectit̃ ſup̱ recta. non igit̃ contingit cõtinuum motũ eſſe perpetuum ſup̱ recta.Eodem aũt modo occurrendũ eſt & ijs,q interrogãt Zenonis rationem,& volunt ſi ſemp̱ dimidiũ trãſire oportet:hæc aũt infinita ſunt: infinita aũt tranſire impoſſe eſt.Aut vt eandẽ hanc rõnem qdam aliter interrogãt,volentes ſimul, cũ quid mouet̃,dimidium prius numerare, cũ adeſt, ſm̃ vnũquodqȝ dimidium.quare,cũ pertranſierit totam,infinitum accidit numeraſſe numerum.hoc aũt in confeſſo eſt impoſſibile eſſe.

Zenonis rõ

Et non oportet dicere illã ſolõnem in prędicta qõne prius. Qm̃ ipoſſe eſt dicere ꝙ motũ erit ſup̱ C H,aut ſup̱ B,in loco dr̃ię temporis,ita,ꝙ non fuit in ipſo, neqȝ ſeparatum ab eo.illud.n.quod ē in actu,nõ in potẽtia, neceſſe eſt vt p̱ueniat ad finẽ.& pũcta,q̃ ſunt in medio,ſunt in potẽtia,iſta aũt ſunt in actu,& eſt finis ab inferiori,& principium à ſup̱iori. Et ſilr̃ ēt eſt de motibus. Neceſſe eſt igit̃ vt reflexũ ſup̱ lineam rectã qeſcat. impoſſe eſt igit̃ vt in linea recta ſit motus cõtinuus ęternus.Et ſm̃ hunc modũ debemus opponere ſermoni Zenonis, dicẽtis qm̃ illud, quod p̱trãſit ſpatiũ,neceſſe eſt ſemp̱ pertranſire medietates:ſed medietates ſunt infinitę:et infinita non pñt pertranſiri:impoſſe eſt ergo illud ſpatiũ p̱trãſiri. Aut q hoc dicit alio mõ, ſicut alij dicũt,ꝙ neceſſe ē,dũ hõ mouet̃,vt numeret medietates, vnã poſt aliã. Et tũc,cũ p̱tranſit totam medietatẽ, tunc numerat numeros infinitos.& manifeſtũ eſt ꝙ hoc eſt impoſſe.

67 Et cum declaratum ſit hic de motu, qm̃ non facit in magnitudine, ſuper quam mouetur punctum in actu, niſi cũ quieuerit,& tunc non, oportet diſſoluere quæſtionem Zenonis in motu per illam diſſolutionem,per quam fuit diſſoluta in Sexto. D.d.Qm̃ impoſſe eſt dicere,&c.i.qm̃ impoſſe eſt dicere ꝙ motus,qñ peruenerit ad extremum magnitudinis,q̃ eſt C H,aut B,perueniat ad ipſum in differentia temporis indiuiſibili, ſ. in

6.Ph.t.c.19

inſtãti,ita,ꝙ non ſuit in extremo magnitudinis, deinde ſeparatur ab eo. D.d.neceſſe eſt vt perueniat ad finem,&c.i. &,cum motũ mouetur ſuper magnitudinẽ finitam in actu, neceſſe eſt vt perueniat ad extremum magnitudinis,quod eſt punctum in actu, & finis motus.puncta autem,quę ſunt inter principium, & finem magnitudinis,ſunt in potẽtia:cum magnitudo diuidatur ſm̃ illa potentia,non in actu. pũctus autem, qui eſt finis magnitudinis,eſt in actu,et eſt finis primi motus, & principium ſecundi.v.g.finis motus ab inferiori ad ſuperius, & principia motus à ſuperiori ad inferius. D.d.Et ſimiliter eſt de motibus.i. & hoc neceſſe eſt in omnibus motibus finitis.D.d.Neceſſe eſt igitur vt reflexum,&c.i.manifeſtum eſt igitur,ex dando cauſam in hoc,ꝙ motum deſcribit punctum in actu ſuper magnitudinem,& eſt magnitudinem eſſe finitam in actu, ꝙ neceſſe eſt ipſum quieſcere.In ſermone.n. dedit cauſam,ꝙ cauſa quietis ī extremo magnitudinis eſt, quia deſcribit in ea pũctum in actu,hic autem dedit cauſam in hoc,ꝙ deſcribit ſuper ipſum punctum in actu, & eſt magnitudinem rectã eſſe finitam ī actu. Et ideo dixit Neceſſe igit̃ eſt vt reflexum,&c.i.manifeſtum eſt igit̃ hoc eſſe neceſſe in oĩbus ſuis cauſis,p̱pinquis,& remotis. D.d.impoſſe eſt igit̃ vt ſuper lineã rectam ſit motus continuus æternus.i.qm̃ motus eius, quod mouet̃ ſuper lineã rectã,eſt finitus,qa linea recta eſt finita, & reflexum qeſcit īter motus:et quod qeſcit in ſuo motu, non mouet̃ continue. Et cũ dixit ꝙ non oportet contradicere Zenoni p̱ illam contradictionem p̄dictam in Sexto,cum illa ſit ſm̃ ſermonẽ,nõ ſm̃ rem, reuerſus eſt ad narrandum ꝙ ſm̃ hunc modũ diſſoluit̃ illa qõ.& eſt ꝙ,dũ motũ mouet̃,non diuidit magnitudinẽ in actu, ſ. ſup̱ quam mouet̃. D.d.qm̃ illud,quod p̱tranſit ſpatiũ, neceſſe eſt,&c.i.& qõ eſt talis.qm̃ oē,quod pertranſit ſpatiũ,neceſſe eſt vt anteq̃ p̱tranſeat totũ ſpatiũ pertranſeat medietatẽ,et neceſſe eſt vt anteq̃ p̱tranſeat illã medietatẽ pertranſeat medietatẽ illius medietatis, et ſic in infinitũ.qm̃,cum magnitudo diuiditur in medietates īfinitas,neceſſe eſt vt illud,quod p̱trãſit totã magnitudinẽ,anteq̃ p̱tranſeat illã, pertrãſeat magnitudines infinitas.&,cum ita ſit,continget vt motũ p̱tranſeat in tp̃e finito magnitudines infinitas, quod eſt impoſſe. D.d.Aut q hoc dicit alio modo.&c.i.aut q īducit qõnem alio modo,dicendo ꝙ q mouetur p̱ aliquod ſpatium,põt numerare medietatem illius ſpatij ante illud ſpatium,& medietatẽ illius medietatis ante aliam medietatẽ,& ſic in infinitum.ex quo contingit ꝙ,ſi aliquis hõ pertranſiuerit per aliquod ſpatiũ, vt numeret numeros infinitos,quod eſt impoſſe. Et,cũ dixit vt numeret medietates, vnã poſt aliã,intendit numerare medietates,q̃ conſequunt̃ ſe adinuicem,ſicut numerãs numerat vnitates,quæ cõſequunt̃ ſe adinuicem. ſed,quia medietates ſunt infinitę,ſequit̃ numerare numeros infinitos.& iſte modus impoſſibilis eſt alius à prædicto, & eſt manifeſtior,& non põt cõtradici ſm̃ ſermonem per contradictionẽ dictam in Sexto. illic.n.fuit dictum ꝙ,ſi pertranſit medietates infinitas,neceſſe eſt vt pertranſeat eas in temporibus infinitis.Et,cum poſuit hãc quæſtionem,incœpit diſſoluere eam,& dixit.

Puncta, quæ ſũ inſ principiũ, & finem magnitudīs, ſũt ī potẽtia, cuȝ magnitudo diuidat̃ ſm̃ illa potẽtia, & ñ actu: pũctus aũt, q ẽ finis magnitudinis, eſt ī actu.

In primis ergo de motu ſermonibus ſoluebamus,qa tp̃s infinita hẽt in ſeipſo. nihil. n. abſurdũ eſt,ſi in infinito tp̃e infinita trãſit aliqs.ſilr̃ aũt infinitũ & in lõgitudine eſt, & in tp̃e.Sed hæc ſolũ ad interrogantẽ qdẽ ſe habet ſufficienter. interrogabatur enim,ſi in finito tẽpore contingit infinita trãſire,aut numerare:ad rem autẽ ipſam, atq̃ veritatẽ nõ

ſufficienter.ſi enim aliquis dimittens magnitudinem,et interrogationem,ſi in finito tempore contingit infinita trāſire, interroget de ipſo tēpore hæc (habet enim tempus infinitas diuiſiones) non amplius ſufficiēs erit hæc ſolutio,ſed verum illud dicendum eſt, quod quidem diximus in nup dictis ſermonibus. Si enim aliquis continuā diuiſerit in duo dimidia,hic vno ſigno,tanq̄ duobus, vtitur. facit enim ipſum & principium,& finē. ſic aūt facit & qui numerat, & q in dimidia diuidit. Sic aūt diuidente,neque erit continua linea, neq; motus. cōtinuus.n.motus cōtinui eſt. i cōtinuo aūt inſunt qdē infinita dimidia, ſed nō actu,ſed potētia. Si vero faciat actu nō faciet cōtinuū,ſed ſtabit. quod quidē in numerante dimidia manifeſtū eſt ꝙ accidit. vnū.n. ſignū neceſſe eſt ipſi numerare duo. alterius eni dimidij principiū,alterius aūt finis erit, ſi nō vnā numeret continuā, ſed duo dimidia. Quare dicendū eſt ad interrogantē,ſi contingit infinita tranſire,aut in tpe,aut in lōgitudine,ꝙ eſt quidē ſic,eſt aūt non ſic. actu.n.ſi ſint,non cōtingit. potētia autē cōtingit. q.n. continue mouet̃ ſm accñs,infinita tranſiuit, ſimpl'r aūt non. accidit.n.lineæ infinita dimidia eſſe. ſubſtantia autē ipſa altera eſt,& eſſe.

In continuo inſunt infinita dimidia potentia,nō actu.

Dicamus igr̃ ad hoc,qđ in p̄teritis ſermonibus diſſoluimus hanc q̄onem, cū diximus q̄m in tpe ſunt ptes ifinite.q̄m nō eſt impoſſe vt aliqd pertrāſeat res infinitas in tpe infinito.et infinitū eodē mō exiſtit in lōgitudine, et tpe.Sed iſta rñſio ſufficit in hac q̄one. queſtio.n.eſt,vtrum ſit poſſe in tpe finito ptranſire,& numerare res infinitas: ſm aūt rē, & in rei veritate non ſufficit. q̄m,ſi homo diuiſerit longitudinē,& dimiſerit quęrere, vtrū ſit poſſe in tpe finito ptranſire res infinitas, deinde quæſiuit hoc in ipſo tpe:nam tempus habet drias infinitas:tūc iſta rñſio nō erit ſufficiēs. Sed oportet nos dicere verū,& eſt illud, qđ prius diximus,ſ.ꝙ,cū aliquod diuidēs diuiſerit cōtinuū in duo media,tunc vtet̃ hic eodē pūcto pro duobus. facit.n.ipſum principiū, & finē. & ſilr̃ facit q numerat,aut qui diuidit medietates. Cū igit̃ fuerit aliqđ diuiſum hac diuiſione, nō erit continuū, ſiue fuerit linea, ſiue motus.motus.n.continuus eſt cōtinui: & in continuo certæ ſunt medietates infinite,nō in actu, ſed in potentia. Cū igitur poſuerimus medietates in actu,tūc nō erit continuū,ſed neceſſe vt qeſcat.& hoc ſequit̃ manifeſte in eo, q numerat medietates. neceſſario.n.numerat idem punctū pro duobus. q̄m erit finis alterius duarum medietatum,& principiū alterius medietatis, ſed non numerat continuū pro vno,ſed ꝑ duabus medietatibus. Et ideo rñdendum eſt quęrenti vtrū ſit poſſe pertranſire res infinitas, aut in tēpore,aut in longitudine,ſic,quoniā quodāmodo hoc eſt poſſe,& quodammodo impoſſe. in actu quidē eſt impoſſe,in potentia vero poſſibile. q̄m illud,quod mouetur continue,per accñs pertrāſit res infinitas,ſimpl'r vero nō. accñs.n.eſt,quod accidit lineæ,vt eſſent medietates infinitę,ſm aūt ſuam eſſentiam non.

Cū narrauit ꝙ rñſio p̄dicta in q̄one Zenonis nō ſufficit,incipit narrare modū,ex quo illa rñſio non eſt ſufficiens,& p̄mo iterauit illā rñſionem,& dixit I ſermonibus.n.p̄teritis.i.illa ſolutio nō ſufficit.q̄m nos diximus illic in rñſinne ad ſermonē dicētis ꝙ, ſi motū pertrāſit ſpatiū,cōtingit ipſum ꝑtranſire ſpatia ifinita in tpe infinito,diximus hoc,ſ.ꝙ,ſi ꝑtrāſit ſpatia infinita,ꝑtranſit ea in tpibus infinitis,tēpus.n.in quo eſt motus, diuidit̃ in infinitum,ſicut diuiditur magnitudo, per quā eſt motus,Et hoc intēdebat,cū dixit diſſoluimus q̄onem, &c. Et,cū dixit contradictionem,qua contradixit illi q̄ni,demonſtrauit diminutionem,quę eſt in illa contradictione.Q̄m,cū dictū fuit in q̄one ꝙ, ſi motū pertranſit ſpatiū,ſequit̃ vt pertrāſeat ſpatia infinita in tpe finito,non intendit̃ in ea ad deſtruendū ipſum pertranſire ſpatia infinita,ſicut oporteret,ſed dictū fuit rñdendo ꝙ,ſi ꝑtrāſeat ſpatia infinita,ꝑtranſibit illa in tpibus infinitis,non in tpe finito,ſicut dictū fuit in q̄one. Et in hoc vr̃ quaſi cōcedere poſſe eſſe ꝑtranſire ſpatia ifinita ex hoc,quod dixit,ꝙ ꝑtranſit ea in tpibus ifinitis. Sed hoc in ſe eſt impoſſe,ſ.ꝑtranſiri ſpatia ifinita. ſed, ſi hoc fuerit conceſſum,rñſio erit vera. Et hoc intēdebat,cū dixit q̄m non eſt impoſſe,&c.i.rñſio autem prędicta illic,ſ.ꝙ,ſi ꝑtrāſeat ſpatia ifinita, ꝑtranſibit ea in tpibus infinitis,eſt vera: q̄m non eſt impoſſe pertranſire ſpatia infinita in tpibus infinitis. D.dixit Sed iſta rñſio ſufficit,&c.i.ſed rñſio p̄dicta in Sexto eſt ſufficiēs quātum ad q̄onem.dicens.n.hanc q̄onem quærit vtrū eſt poſſe pertranſire,aut numerare in tpe finito res infinitas. &, cū dictū fuit et hoc eē impoſſe,dixit ꝙ, illud, quod pertranſit ſpatiū,ꝑtranſit res infinitas in tpe infinito.et ad hoc fuit dictū,ꝙ illud,quod ꝑtranſit ſpatiū, ſi ꝑtranſit infinita,ꝑtranſit ea in tpibus infinitis.q̄m, ſi componit̃ ſpatiū ex infinitis ſpatijs,neceſſe eſt vt tēpus,in quo ꝑtranſit ſpatiū,componat̃ ex tpibus ifinitis. Et ideo iſta contradictio ſufficiens eſt quātum ad quęrentē: ſed ſm rem in ſe nō eſt ſufficiēs,& ideo dixit ſm aūt rem, & in rei veritate non ſufficit. Et,cum dixit,qa non eſt hæc q̄ō ſufficiens,dedit cām in hoc,& dixit Q̄m,ſi hō diuiſerit,&c.& intendit per drias, inſtātia.& intēdit ꝙ q̄ō remanet,ſi quęrēs dimiſerit illud,quod exiſtimaint ſeq̄ ad motū,ſ.ꝙ motū pertranſit ſpatia infinita in tpe infinito,& mutauerit q̄ōnem ad tēpus,quærēdo ꝙ tēpus, in quo motū mouet̃, componit̃ ex tpibus infinitis, cū diuiditur ꝑ inſtātia ifinita:et motū mouetur per totum ſpatiū in toto illo tpe:ex quo cōtingit vt motū pertranſeat res infinitas: q̄m ꝑtranſit tēpus,& ſpatiū. quod eſt impoſſe.infinitū.n. nunq̄ deſinit, neq; ꝑtranſit. Si hoc igit̃ fecerit quærens,tunc rñſio prima nō erit ſufficiens in diſſolutione iſtius q̄ōnis.et hoc,quod dixit, manifeſtum eſt.q̄m illic accepit pro poſſe pertrāſire ſpatia infinita. Et,cū declarauit ꝙ reſponſio p̄dicta non ſufficit ſm rem ipſam, dixit Sed oportet nos dicere verū,etc.i. & reſpōſio ſufficiens in hoc eſt illud,quod declaratum eſt,ſ.ꝙ ſpatium,ſuper quod mouetur motum eſt idem in actu,& continuum,& indiuiſum. motum enim non diuidit ſpacium in actu,niſi quando deſcribit in eo aliquod 68

Infinitū nunquā deſinit, neq; pertranſitur.

quod

quod punctum in actu. & ſi, poſtq̃ deſcribit aliquod punctum in actu, mouetur, vtetur tunc illo puncto pro principio, & fine: & erit neceſſe vt quieſcat neceſſario inter duos motus. Motū igitur ſecundum cōtinuationem non diuidit magnitudinem in actu: ergo magnitudo eſt vna, & non ſunt illic medietates infinitæ, niſi in potentia: ergo motum non pertranſit medietates infinitas in actu in tempore infinito, & eſt illud, quod eſt impoſſibile. pertranſire autem medietates infinitas in potentia in tempore finito in actu non eſt impoſſibile, ſed eſt neceſſarium. D.d. & ſimiliter facit, qui numerat, &c. ideſt & qui numerat partes ſpatij, non numerat eas, niſi diuidendo illud in actu in partes æquales. &, cum hoc fecerit, tunc numeratio erit finita neceſſario: & tunc diuidetur res in partes finitas numeratas. diuiſio enim in partes æquales terminat continuum, & numerat ipſum. diuiſio vero, quæ non terminat ipſum, eſt diuiſio, in qua maius ſemper diuiditur in minus. D.d. Cum igitur fuerit aliquid diuiſum hac diuiſione, &c. & intendit diuiſionem, quæ eſt in actu. D.d. motus enim continuus eſt continui. i. & cauſa in hoc eſt, quoniam continuatio motus eſt propter continuationem magnitudinis. cum igitur magnitudo diuidatur, neceſſe erit vt motus diuidatur neceſſario, & non remaneat continuus: cū magnitudo, quæ eſt cauſa continuationis illius, non remanſerit continua. D.d. & in continuo certe, &c. & hoc, quod dixit demonſtratum eſt in principio Sexti, ſicut eſt declaratum in Tertio, q̄ impoſſe eſt vt in continuo ſint partes in actu infinitæ. D.d. Cum igitur poſuerimus medietates in actu, &c. i. & cum poſuerimus medietates ſpatij, ſuper quod mouetur motum, eſſe in actu, tunc motus non remanebit continuus, & vnus, ſed neceſſe erit vt motus quieſcat apud quālibet medietatem. D.d. & hoc ſequitur, &c. ideſt & hoc bene apparet in eo, qui numerat medietates ſpatij, ſ. qui diuiſit illud in actu: qui enī diuidit magnitudinem vnam, & continuam in actu in duas medietates, & medietatem ī duas medietates, vtitur vno puncto pro principio, & fine. vnde ſequitur vt motus eius non ſit continuus. Sed quæritur hic. quoniam, cum motum diuiſerit magnitudinem in duas medietates in actu, quieſcendo in ea, deinde diuiſerit illam medietatem in duas medietates, quieſcendo etiam, tunc ſequitur etiam, ſi medietates ſunt infinitæ, q̄ motum nunquam perueniet ad extremum magnitudinis, ſed peruenit: ergo magnitudo non diuiditur in magnitudines infinitas. quoniam, ſi diuiditur, tunc quæſtio Zenonis remanet, ſicut dicunt quidā noſtri ſocij. Et reſponſio, vt mihi videtur, ī hoc eſt, q̄ motum, anteq̄ diuidat magnitudinem in duas medietates, diuidit illam medietatem in partes æquales in potentia, & ſunt æquales ſibi. vnde neceſſe eſt vt magnitudo conſumaſ per hāc diuiſionē, vt declaratum eſt, qm̄, cum diuiſerit medietates reſiduas, diuidet etiam eas per hanc diuiſionem æqualem, & ſic cōſumetur magnitudo neceſſario. Diuiſio igitur magnitudinis ſm medietates eſt diuiſio p̄ accidens: & diuiſio, quæ eſt ſm medietates, quæ nō finiuntur, eſt diuiſio, cum qua non coniungitur diuiſio, quæ facit finitatem, neq; in potentia, neq; in actu, ſ. diuiſio, q̄ eſt ſm partes æquales. iſta. n. diuiſio conſumit magnitudinem, ſiue fuerit potentia, ſiue actu. Cum igitur diuiſio, quæ conſumit magnitudinē, fuerit coniuncta cū diuiſione, quæ non conſumit ipſam, accidet diuiſioni, quæ non conſumit magnitudinem, vt conſumat eā. & ideo accidit deceptio ex mixtione eius, quod eſt per ſe, cum eo, quod eſt p̄ accñs. & hoc manifeſtum eſt fatenti veritatē. D.d. & ideo rñdendū eſt, &c. i. & propter hoc, quod diximus, non oportet rñdere quærenti, vtrum ſit poſſe vt motum ptranſeat de tpe, in quo mouetur, aut de magnitudine, per quam mouetur, per medietates infinitas rñſione ſimplici. ſed dicetur ei, quia quodammodo eſt poſſe, & quodammodo impoſſe. ſm quidem q̄ illæ medietates ſunt exiſtentes in actu, eſt impoſſibile, ſm autem q̄ ſunt in potētia, eſt poſſibile, ſ. vt motum pertranſeat res infinitas potentia, non in actu. D.d. qm̄ illud, quod mouetur continue, &c. i. &, quia accidit, vt ſpatium finitum, vnum in actu, continuum poſſit diuidi in res infinitas. & ideo accidit moto, pertranſeunti illud ſpatium, pertranſire res infinitas nō eſſentialiter, et primo. Et hoc intendebat, cum dixit ſimpliciter vero non. Deinde d. accidens enim accidit lineæ. ideſt &, quando motum pertranſit lineam, non ptranſit medietates infinitas, quia diuiſio lineæ in medietates infinitas eſt ei per accidens. Et hoc intendit, cū dixit eſt. n. per accidens. i. q̄ hoc non eſt ei, ſm q̄ eſt vna, non diſcreta: ſed, ſi fuerit, erit, ſecundum quod eſt multa, quoniam definitio, & eſſentia eius, ſecundum quod eſt linea, quærit finitatem. Et innuit hoc, quod dictum eſt in definitione lineæ, ſcilicet linea eſt, cuius vltima ſunt duo puncta.

Pertranſire medietates infinitas ī potentia ī tpe finito ī actu ſi ē ipoſſe, ſed neceſſariū.

Diuiſio ī partes æquales terminat cōtinuū, & nūerat ipſm. diuiſio vero, quæ nō terminat ipſum, eſt diuiſio, ī qua maius ſp diuiditurī minus. lib. 3. Ph. t. c. 59.

6. Ph. t. c. 4. & inde.

Obiectio.

Solutio.


Eſſentia, & definitio lineæ, ſm q̄ ē linea, quærit finitatem.

Manifeſtum aūt eſt & q̄, niſi aliquis faciat tpis ſignum (quod prius, & poſterius diuidit) ſemper poſterioris ad ipſam rem erit ſimul idem ens, & non ens, &, qn̄ factum erit, nō erit. ſignum igitur vtriſq; cōe eſt, & priori, & poſteriori, & idem, & vnū numero, ratione autem non idem. huius. n. finis eſt, alterius autem principium: ad ipſam autem rem ſemper poſterioris paſſionis eſt. Sit. n. tempus, in quo A C B, res in quo D. hæc in A quidem tempore alba, in B vero non alba: in C ergo alba, & non alba. in quolibet enī ipſius A verum eſt dicere albam, ſi toto hoc tēpore erat alba, & in B non albam: C autem in vtriſq;. nō ergo dandum eſt in toto, ſed præter vltimum nunc, in quo C: hoc autem iam poſterius. &, ſi fiebat non albū, & ſi corrumpebatur album in toto A, factum eſt, aut corruptum in C. quare album, aut non albū primum in illo verum eſt dicere, aut, cum eſt factū, non erit, &, cum corruptū eſt, erit: aut ſimul albū, & non albū, & omnino ens, & non ens eē neceſſe eſt. Si vero quod fuerit prius nō ens, neceſſe eſt fieri ens, &, cum fit, nō eſt, non eſt poſſibile in impartibilia tempora diuidi tempus. ſi enim in A tempore fiebat D album, factum eſt autē ſimul & in altero impartibili tēpore, ſed cōtiguo, in B, ſi in A fiebat & non erat, in B vero eſt, generationem oportet eſſe quandā mediam. quare et tēpus erat, in quo fiebat. Nō. n. eadem ratio erit & ijs, qui non impartibilia dicunt: ſed ipſius tēporis, in quo fiebat, factum eſt, & eſt in vltimo ſigno, cui nullū eſt contiguum, aut conſequēter: impartibilia aūt tēpora conſequēter ſunt. Manifeſtū aūt q̄, ſi in A toto tempore fiebat, q̄ non eſt maius tempus, in quo factū eſt, & fiebat, q̄ id, in quo toto ſolum fiebat.


Et manifeſtum eſt q̄, ſi homo non poſue-

rit punctum in tempore, diſtinguens prius, & poſterius poſterioris rei in re, ſemper tūc idem erit ens, & non ens: &, cum eſt ens, nō eſt ens. punctus.n. qui eſt ambobus, & continuus priori, et poſteriori, eſt idem in numero, ſed in reſpectu non eſt idem. eſt.n. finis illius, & principiū iſtius. in paſſione vero ſemper eſt poſtremæ paſſionis. Sit igit̃ tp̄s A B, & paſſio C. & hæc paſſio ſit in toto tp̄e A album, et in tp̄e B non album. in tp̄e igit̃ C erit album, et non albū. qm̄ in quocūq; loco fuerit acceptum in A, dicet̃ vere ꝙ ĩ eo eſt albū, qm̄ in hoc toto tẽpore fuit album. & in B eſt non albū: & in C eſt interim. non ergo oportet concedere ꝙ eſt in inſtanti inſimul, ſed in inſtanti, quod eſt finis: & eſt illud, in quo eſt B, & hoc eſt poſtremum. &, ſi ſit album, & corrumpitur album in toto A, tunc illud nō fit, aut corrumpitur, niſi in B. & ideo igitur, ſi fuerit album, aut non albū, tunc primo erit verum dicere hoc in eo. et, ſi non, quando fit aliquid, non eſt illud, & quando corrumpit̃, eſt illud, à quo tranſmutatur. aut erit neceſſe vt inſimul ſit album, & non albū, & vñ tale eſſe, & illud non eſſe. Si igit̃ illud, qđ eſt nūc, et nō fuit ante, neceſſe ẽ vt generet̃, et quod gñatur, dum gñatur, nō eſt illud apud generationem; impoſſibile eſt igitur vt tẽpus diuidat̃ in tempora indiuiſibilia. qm̄, ſi fuerit C in tp̄e A, erit album, deinde ĩſimul erit albū. eſt igit̃ albū in alio tp̄e indiuiſibili, ſed eſt cōſequens, ſ. in tp̄e B. et, qa in tp̄e A non fuit albū, in B vero fuit albū, ideo neceſſe eſt vt interim ſit aliqua generatio. & ideo neceſſe eſt vt ẽt ſit tempus, in quo fuit generatio. Et iſta ratio non cōtingit eis, qui non dicunt partes eſſe indiuiſibiles. in puncto enim, qui eſt finis, & deſitio temporis, ĩ quo generatur res, in eo efficitur res generata, & ens, ita, ꝙ omnino non ſit conſequens. tẽpora autem indiuiſibilia ſunt ſucceſſiua. Manifeſtum eſt igit̃ ꝙ, qñ aliquid in toto tẽpore A generat̃, tunc illud tẽpus, in quo generatur, non eſt, in quo fuit addẽs toti tẽpori, in quo gñabitur tãtū.

Exemplaris oſtenſio, qua dubitatur ꝙ id, quod generatur, uel corrumpitur, in eodem inſtanti ſit, et non ſit.



Oſtenſio, ꝙ tempus non diuidatur in indiuiſibilia.



Cum declarauit ꝙ differentia inter cōtrarios motus temporis eſt tempus, vult narrare etiam ꝙ dr̃ia temporis, quæ diſtinguit inter motus priores, & poſteriores, ſm̄ ꝙ illud, ad quod eſt motus, aut econuerſo, ſ. dr̃ia tẽporis, ſit diſtinguens inter prius, quod eſt illud, ex quo eſt motus, & poſterius ex ipſis motib⁹, eſt aliquod indiuiſibile, et ꝙ modo eſt econtrario illi, quod fuit ĩ motibus contrarijs. qm̄ ſcientia eius eſt cōplementum ſuę intentionis. Et dixit Et manifeſtum eſt ꝙ, ſi hō, &c. i. & manifeſtum eſt per ſe ꝙ, ſi homo non poſuerit inſtãs diſtinguens inter prius, & poſterius temporis ex motibus, & conſequentibus motus poſteriores, aut inter prius, ſm̄ illud, ex quo eſt mot⁹, & īter motus, ad quos * poſterius ſemper eſt dignum habere propoꝛtionem, & poſuerit ipſum tempus indiuiſibile, continget ei vt aliquid ſit ens, & non ens in eodem tempore. et hoc intẽdebat cum dixit etiam ꝙ neceſſe eſt vt idem ſit ens, & non ens. D. d. &, cum eſt ens, non eſt ens. i. & contingit huic poſitioni, &, cum aliquid ponatur eſſe, non erit ens. D. d. punctus. n. eſt ambobus, &c. i. & diximus ꝙ neceſſe eſt vt in tempore accipiamus aliqđ tale. quia tale inſtans, quod eſt in tempore, eſt ſiſe pūcto in linea, & eſt cōe prioris, et poſterioris ex rebus, quas diximus, & eſt indiuiſibile in ſe: etſi ſit diuiſibile in reſpectu eius, quod eſt ante, & in reſpectu eius, quod eſt poſt. eſt. n. finis eius, quod eſt ante, & principium eius, quod eſt poſt. Et eſt dignius ꝙ attribuatur ei, quod eſt poſt, ſ. poſteriori, ſ. qualitati, quæ fit ex trãſmutatione, q̃ vt attribuatur tranſmutationi priori. & hoc fuit ita. quoniam principium paſſionis, quæ fit à trãſmutatione, eſt aliquod ens, & tranſmutatio eſt nō ens. Et, quia dignius eſt attribui enti quàm non enti, ideo d. in paſſione vero, &c. i. & paſſio dignius eſt attribui paſſioni poſteriori, quę fit, quàm attribui trãſmutationi priori, ſcilicet inſtãti, quod eſt principium eſſentiæ paſſionis, quæ fit. Et, cum narrauit ꝙ, ſi non fuerit poſitum ꝙ tempus motus eſt aliud à tempore rei, ĩ quo perficitur motus per inſtans, quod diſtinguit illa, ſm̄ ꝙ eſt indiuiſibile, ſequitur vt aliquid ſit ens, & non ens inſimul. Deinde dedit exemplum de hoc ad notificandum, qūo prouenit iſta conſecutio, & dixit Sit igitur tẽpus, &c. ideſt ſint igitur tempora, in quorum vtroq; eſt tranſmutatio, & in altero eſt perfectio tranſmutationis duo tempora A, B, & ſit qualitas, quæ eſt in eo albedo, ſcilicet C, & ſit tempus A, illud, in quo C fuit album, & tempus B, illud, in quo C fuit non albū, i. trãſmutatum in albedine. in tempore. n. tranſmutationis verum eſt dicere ꝙ res tranſmutata non eſt illud, ad quod tranſmutatur: qm̄, ſi aliquid trãſmutetur in aliquid, neceſſe eſt vt non ſit illud. Et, cum poſuit ꝙ in tempore tranſmutationis non albi in albedinem vere dicitur in toto illo tempore eſſe non album, & in illo tempore, in quo eſt album in actu, nec̃ dr̃ in eo toto tp̄e ipſum eſſe albū, dixit in tp̄e igitur C erit album, & non album, &c. ideſt, 69

* a. l. poſteriori.

Cur paſſio poſteriori ſp ſit attribuenda.

In tp̄e tranſmutationis verū ẽ dicer̃ ꝙ res tranſmutata nō ẽ illud, ad qđ tranſmutat̃. Id. 5. Ph. 11. & 16. Id. 6 Phy. 19.


ideſt, &, cum fuerit poſitum ꝙ dr̃ia inter hęc duo tempora eſt diuiſibilis, tunc iſta dr̃ia erit pars vtriuſq; temporis: et, cũ hoc fuerit, neceſſe erit vt iſtud tẽpus, quod eſt dr̃ia, ſit pars vtriuſq; temporis, ſ. cõe inter illa. i. neceſſe eſt vt C ſit in B inſimul. & ſic erit albũ, & non album. Et, cum hoc ſit impoſſibile, oportet ponere ꝙ finis motus, & principium perfectionis motus eſt in re indiuiſibili. Et hoc intendebat, cum dixit non igitur oportet concedere, &c. i. non igitur oportet concedere ꝙ C eſt i tempore communi iſtis duobus temporibus: quoniam contingit vt in eo ſit inſimul album, & non album. ſed oportet ponere ꝙ in inſtanti indiuiſibili, quod diſtinguit inter duo tempora, peruenit finis motus, & eſt album, ſ. C, & principium ſui eſſe album. D. dixit & hoc eſt poſtremũ. i. illud, quod fit ex trãſmutatione. finis enim tranſmutationis eſt poſterior tranſmutatione: & ipſi rectius eſt, ſicut dixit, attribuere inſtans. Et, cum narrauit, ꝙ tempus motus generati eſt aliud à tempore ſuæ eſſentiæ, & ꝙ neceſſe eſt vt diſtinguatur per aliquod indiuiſibile, incœpit narrare etiam ꝙ neceſſe eſt vt tempus generati diſtinguatur per aliquod indiuiſibile à tempore ſuæ corruptionis, & ꝙ, ſi fuerit diuiſibile, continget vt res ſit generata, et corrupta inſimul. & dixit & ſi ſit album, & corrumpit̃, &c. ideſt & ſi aliquid eſſe album, & ipſum tranſmutari ab albedine ſunt contraria, neceſſe eſt vt tẽpus, in quo dicitur ipſum eſſe album, ſit aliud à tempore, in quo dicitur ipſum tranſmutari ab albedine, ideſt ipſum incipere corrũpi. &, ſi non, contingeret vt in illa hora, in qua fuit aliquid, nõ ſit illud. verbi gratia in hora, in qua fuit album, non ſit album: illud enim, quod trãſmutatur de albedine, non eſt album. & continget etiam, vt cũ corrumpitur, i. quando tranſmutatur de albedine, ſit illud tunc, & ſic erit ens in tẽpore ſuæ corruptionis. Et intendebat per totum hoc notificare ꝙ, cum ſit hoc impoſſibile vt tempus generationis rei ſit tempus ſuæ eſſentię, impoſſibile eſt vt illud, quod diſtinguit inter ea, ſit tempus. Deinde dixit Si igitur illud, quod eſt nũc, & nõ fuit prius, neceſſe eſt vt generetur, &c. ideſt cum aliquid fuit modo ens, quod ante non fuit, neceſſe eſt vt generetur, antequam ſit ens in actu. Deinde dixit et quod generatur, dum generatur, non eſt illud, quod generatur, ideſt perfecte. & hoc eſt manifeſtum. quoniã, ſi apud generationem eſſet, tunc generaret̃ illud, quod generatum iam eſt perfecte. & intendit, quoniam neceſſe eſt vt tempus generationis ſit aliud à tempore eſſentiæ illius generati. Et, cum declarauit quòd inſtãs, in quo incœpit generari, neceſſe eſt vt ſit aliud ab inſtanti, in quo eſt generatum in actu, ita, quòd vtrumq; eorum ſit aliquod indiuiſibile, dixit impoſſibile eſt igitur vt tempus diuidatur, &c. ideſt &, cum tempus generationis ſit aliud à tempore eſſentiæ generati, & differentia inter ea eſt aliquod diuiſibile, impoſſibile eſt vt tẽpus componatur ex temporibus indiuiſibilibus, ſcilicet vt tempus generationis ſit aliquod ĩdiuiſibile & ſimiliter tempus eſſentiæ generati: et ꝙ duo tempora eſſent contigua. D. dixit quoniam, ſi C fuerit in tẽpore, &c. i. quoniam, ſi C, quod eſt in loco albi, fiat in tempore A album, & fuerit tẽpus A indiuiſibile, deinde fuerit non album in alio tempore indiuiſibili, tãgenti tempus A, ſ. conſequenti, & ſit tempus B, tũc ipſum eſſe album, & nõ album eſt in duobus temporibus indiuiſibilibus, quorũ alterum ſequitur ſecundũ, i. tangit ipſum. D. dixit & quia in tpe A nõ fuit album, &c. i. & cum in tpe A indiuiſibili nõ fuit album: qm̃ tunc nõ fuit albũ: & in tpe indiuiſibili B fuit album, neceſſe eſt vt inter hæc duo tempora tranſmutetur de non albo in album. D. dixit iden neceſſe eſt vt ſit tempus, in quo ſit generatio, i. &, cum neceſſe eſt vt trãſmutetur, & generetur inter duo tẽpora indiuiſibilia, ſ. inſtans, in quo tranſmutabile fuit non album, & inſtãs, in quo fuit album, neceſſe eſt vt inter duo tempora indiuiſibilia ſit tempus, in quo eſt tranſmutatio. omnis. n. trãſmutatio inter duo contraria eſt in tempore, vt declaratũ eſt. ergo inſtans non ſequitur inſtans. Et, cum induxit impoſſibile, quod ſequitur ex hac intentione, dicentibus tempus componi ex temporibus indiuiſibilibus, ſ. inſtantibus, dixit, ꝙ iſtud impoſ̃e non ſequit̃ non dicentibus hoc, & d. Et iſta ratio non cõtingit, &c. i. & iſtud impoſ̃e prædictũ non contingit nobis. qa punctus tpis indiuiſibilis, quẽ nos ponimus eſſe finẽ gñationis, in eo dicimus aliqd fieri in actu gñatum, &c. i. ꝙ ipſum punctũ ponimus eſſe prin^m^ eſſentiæ gñati, ita, ꝙ non ponimus ipſum ſeq punctũ, in quo erat nõ gñatum, ex quo cõtinget nobis vt ex cõſequentibus eſſet tẽpus. i. qm̃, cũ nos poſuimus ꝙ ĩter oĩa duo inſtãtia eſt tẽpus, ideo ſermo nr̃ conuenit rei. D. d. Manifeſtũ eſt igit̃ ꝙ, cum res fuerit in toto tpe A, &c. i. & manifeſtũ eſt igitur ex eo, quod diximus, ꝙ res non ꝑfecte eſt in actu in tẽpore addito tempori ſuæ generationis, ſed exiſtit perfecte in tempore indiuiſibili, i. in fine illius temporis.

Quibus igitur aliquis tanq̃ proprijs credet rationibus, hę, & huiuſmodi quędã ſunt. Logice autem conſyderantibus & ex his videbitur alicui idẽ hoc accidere. Omne enim, quod continue mouetur, ſi à nullo prohibeatur, in quod quidem venit ſm lationẽ, in hoc & prius ferebatur. vt, ſi ad B venit, ferebatur ab B: & nõ, cum prope erat, ſed mox vt cœpit moueri. cur. n. magis nunc, quàm prius? ſimiliter autem & in alijs. Quod autem ab A ad C fertur, rurſus veniet ad A, continue motum. Cum ergo ab A ad C ferebatur, tũc & ad A fertur, eo, qui à C eſt, motu. quare ſimul contrarijs. cõtrarij enim ſunt, qui ſecũdum rectam ſiunt. ſimul autem & ex hoc mutatur, in quo non eſt. ſi igitur hoc impoſſibile eſt, neceſſe eſt ſtetur in C. non eſt ergo vnus motus. qui enim ſtatu intercipitur, non eſt vnus.

Iſtæ enim ſunt ratiocinationes, de quibus homo debet eſſe certus, qm̃ ſunt conuenientes, et conſequentes de ſuis ſimilibus. Si autem poſuerit conſyderationem de hoc ſm Dialecticam, ſequitur hoc idem alijs modis, quos narrauimus. Dicamus igitur ꝙ omne motum ſm continuationem, niſi aliquid occurrat ei, illud, quod eſt tranſmutatum ad ipſum, mouebatur ĩ primo. v. g. ꝙ, ſi A fuit ad B, ad ipſum fuit finis motus eius in primo: & non ſolũmodo intẽdit ad ipſum, qñ fuit ꝓpe ipſum, ſed intẽdebat illud à pricipio motus. nõ. n. eſt illic cauſa, ꝑꝑ quã ſit dignius vt tũc intẽderit in ipſum magisq̃ primo. & ſir̃ eſt de alijs. Et illud, qđ trãsfert̃ ex A, ſi, qñ ꝑuenerit in B, reuertat̃ ad A, ſi mouet̃ ſm continuationem, tunc, qñ mouebatur de A ad B, in illo etiam tempore mouebat̃ ad A, motu,

qui eſt C. ſecundū igitur hoc mouetur duobus motibus cōtrarijs ſimul. iſti.n. duo motus ſm rectitudinem ſunt cōtrarij. & cū hoc contingit, vt transferatur ab eo, in quo non eſt, i. ab eo, in quo nō fuit. et, cū hoc ſit impoſſibile, neceſſario quieſcit tunc. & ſic motus non erit vnus motus. in quo enim interponitur quies, non eſt vnus.

Ratio Prima, qua oſtenditur ꝙ motus reflexus non poſſit eſſe continuus.



Ideſt, iſtę igitur demōſtrationes ſunt illæ, de quibus debet homo habere certitudinem, qm̄ conueniunt rebus. Et intendit per cōuenientes ipſas eſſe eſſentiales, & primas. & innuit p hoc illud, quod dictū eſt de trāſlato reflexo. qa, cū reflectit, deſcribit punctū i actu, &, cū deſcribit punctū in actu, qeſcit. iſta.n. rōcinatio eſt ppria trāſlato. Et intēdit p Dialecticam ſermones veros, q̄ cōponunt ex accñtibus vlibus, nō proprijs. Et manifeſtum eſt ꝙ illa rōcinatio, quam induxit, eſt vlis. fundatur.n. ſuper duas propoſitiones. Quarū vna eſt, qm̄ tranſmutatum eſt in potentia illud, ad quod tranſmutatur in poſtremum: &, ſiue fuerit propinquum, ſiue remotum, neceſſe eſt ꝙ in ſua tranſmutatione amittat partem ſucceſſiue poſt aliam illius, à quo tranſmutatur, et acquirat ſucceſſiue partem illius, quod tranſmutatur. ergo illud, ex quo tranſmutatur, et illud, ad quod tranſmutatur, ſunt oppoſita neceſſario: & vtrūq; illorū eſt in parte tranſmutati, alia à parte, in qua eſt reliquū: ſed ſunt non determinata in ſe, neque apud nos. & hoc vle eſt, & cōe omni tranſmutato. Et, cum fuerit coniunctum huic, ꝙ aliquid eſt trāſmutatum de eodem in idem motu vno continuo, continget vt illud, ex quo tranſmutatur, ſit illud, ad quod tranſmutatur. ex quo contingit vt illud, quod amittit per tranſmutationem, illud idem acquirat, quod eſt impoſſibile. & iſta propoſitio eſt cōis, & non propria. Et vlr manifeſtum eſt iſtā rationem eſſe Logicam. Propoſitio.n. dicēs ꝙ duo oppoſita non poſſunt congregari inſimul, eſt cōis pluribus vna ſcia. Et dicens ꝙ illud, ex quo eſt trāſmutatio, & ad quod eſt tranſmutatio, ſunt oppoſita, eſt cōis ſm ſubiectum, & ſm prędicatum. ſubiectum.n. eſt cōe omni tranſmutabili: prædicatum autem eſt de accidentibus oībus entibus. Et ideo vr intēdere per ſermones Dialecticos duos modos, ſ. demonſtrationes, quæ cōponuntur ex accidētibus cōibus pluribus in vna arte, aut demōſtrationes, quarum * prædicata ſunt propria Dialecticæ. Rebus.n. Dialecticæ vtimur duobus modis, aut ſm inſtr̄m, & eſt magis propriū, aut quaſi fundamentis poſitis eo modo, ſm quem aliqua ars vtitur eis, quæ declarata ſunt in alia. Et dixit Dicamus igit, ꝙ oē motum ſm cōtinuationem, &c. & intelligendum eſt hoc de moto naturaliter, aut voluntarie, nō de motu violente. & hoc manifeſtum eſt in vtroq; moto. Et dixit, niſi aliqd occurrat, qm̄, ſi aliqd occurrerit, quod impediat ipſum ab eo, quod eſt naturale ei, tūc nō mouebitur continue ad illud, ad quod primo mouebatur, quaſi diceret, & cum tranſlatum trāſferatur de primo principio ad illud, ad quod transferi poſtremo, neceſſe eſt vt motus eius ad illud ſit continuus: niſi aliquid impediēs occurrat illi. Hoc igitur, quod dixit, niſi aliquid occurrat, non eſt exceptio ex illo, ꝙ res mouetur ad illud, ad quod peruenit i poſtremo, ſed eſt exceptio eius ꝙ motus eſt continuus. illud.n. quod mouetur naturaliter, ſemper mouetur ad illud, ad quod peruenit in poſtremo, ſiue occurratur ei, ſiue non. D. dixit & nō ſolummodo intendit ad illud, &c. & dixit hoc, ne aliquis dicat ꝙ illud, quod mouetur ſm continuationem ex A ad B, & ex B ad A, reflectendo, non mouetur in primo de B ad A, ſed mouetur ad A, quādo peruenit ad B. & ideo dixit, reſpondendo ꝙ, cum poſuerimus ꝙ iſti duo motus ſunt vnus, tunc motus non erit ſolum ad poſtremum finem, qn̄ ei appropinquat, ſed à principio, cum nulla ſit illic cauſa cogens, vt motus ſit ad illud vltimū, quando ei appropinquat magis, q̄ quādo eſt remotū. Deinde dixit & ſimiliter eſt de alijs. ideſt de alijs motibus, præter motum localem, ſ. reflexum. iſta enim demonſtratio cōis eſt oībus. Et, cum declarauit ꝙ de primo mouetur illud, quod mouetur ab illo, à quo mouetur ad illud, ad quod mouetur, & reflexum mouetur de eodem in idem, contingit nečio, ſi fuerit poſitum ꝙ motus eius, quod mouetur iſtis duobus motibus, eſt vnus, vt moueat duobus motibus contrarijs inſimul. Deinde dixit & cum hoc contingit, vt transferatur ab eo, in quo non eſt. i. & translatum ſm naturā non trāſfertur, niſi ab eo, in quo eſt, ad illud, in quo nō eſt. Si igitur poſuerimus ꝙ aliqd transferi ad illud, à quo trāſfertur, continget vt transferat ab eo, in quo non eſt. quod eſt impoſle. D. dixit &, cum hoc ſit impoſle, nečio qeſcit. i. &, cū iſtud impoſle ſequit ex hoc, qđ poſuimus, ꝙ tranſmutatū non quieſcit, qn̄ mouetur iſtis duobus motibus contrarijs, ergo neceſſe eſt vt quieſcat. ergo motus non erit vnus, & continuus. oīs enim motus, in quo interponitur quies, non eſt vnus, & continuus.

Sermones Dialectici ſl ſermōes vl, qui cōponūt ex cōibus. Idē. 1. Cœ. c. 70. & 4. ph. 87.

Sermo Dialecticus duplex.

* a.l. principia. Dialectica vtimur dupliciter. Idē. 1. Ph. 35. & 2. Me. c. 15. & 7. Me. c. 2.

Amplius autem & ex his manifeſtum eſt vniuerſaliter magis de omni motu. Si.n. oē, quod mouetur, moueatur aliquo dictorum motuū, & quieſcat aliqua oppoſitarū quietum: (nō enim erat alius præter iſtos:) quod autem non ſemper mouetur ſecundum hūc motum, dico autē quicunq; ſunt diuerſi ſpecie, & non ſi qua pars eſt totius, neceſſe eſt prius quieſcere ſm oppoſitā quietem. quies .n. priuatio motus eſt. Si igit contrarij quidē motus ſunt, qui ſm rectam fiunt, ſil autē non cōtingit moueri cōtrarijs motibus, quod ab A ad C ferī, nō vtiq; fereī ſil & ab ipſo C ad A. Qm̄ aūt nō ſimul fertur, mouebit autem ſm hunc motum, neceſſe eſt prius quieſcat apud C. hæc enim eſt oppoſita quies, ei, qui eſt à C, motui. Manifeſtum igitur eſt ex ijs, quæ dicta ſunt, ꝙ non eſt continuus motus.

Et hoc appet magis in omni motu ex hoc ſermone ēt. Qm̄, ſi oē motum non mouetur, niſi aliquo iſtorum motuum prædictorum, neceſſe eſt vt quieſcat qete oppoſita illi motui, quo mouet. nullus.n. eſt motus hic præter illos. & motum nō mouetur ſemper iſto

modo

modo motus, ſ. motibus diuerſis in ſpē, neq; eſt etiā aliqua pars totius moti, ergo neceſſe eſt vt prius quieſcat quiete oppoſita motui. quies.n. eſt priuatio motus. Si igitur motus recti ſunt cōtrarij, & eſt impoſſibile vt moueatur aliquid duobus motibus cōtrarijs inſimul, tūc illud, qđ transfertur de A ad C, impoſſibile eſt vt inſimul transferatur ex C ad A. &, cū non mouetur iſtis duobus motibus cōtrarijs inſimul, et mouetur hoc motu, neceſſe eſt vt quieſcat, anteq̄ moueatur ad C. iſta enim quies eſt oppoſita motui ex C. Et declaratum eſt igitur ex hoc, quod diximus, ꝙ iſte motus non eſt continuus.

71 Iſta eſt alia declaratio ꝓpinqua primæ, & fundatur ſuper duas propoſitiones. Quarū vna eſt, ꝙ omne motum, quod mouetur vno motu motuū finitorū diuerſorum ſm ſpeciē, neceſſe eſt vt moueatur à quiete oppoſita illi motui, ſ. à quiete, quā habet in illo, à quo mouetur, vt declaratū eſt in Quinto. Secūda autem eſt, ꝙ oē, quod mouetur duobus motibus oppoſitis, neceſſe eſt vt ſingulariter moueatur eis, cum ſit impoſſibile moueri inſimul. Et ex his duabus propoſitionibus ſequitur ꝙ oē motum duobus motibus oppoſitis neceſſe eſt vt moueatur vtroq; motu poſt quietē. Iſtę igitur duæ demōſtrationes cōueniunt in propoſitione, dicente ꝙ impoſſibile eſt vt duo motus cōtrarij ſint inſimul, & differunt in ſecūda propoſitione. In prima.n. demonſtratione fuit acceptū ꝙ, ſi duo motus oppoſiti fuerint cōtinui, neceſſe erit vt duo motus oppoſiti ſint inſimul, & poſtea fuit dictū, & cum non ſint continui, neceſſe eſt vt inter eos ſit quies. In hac aūt demonſtratiōe fuit dictum ꝙ, cū ſit impoſſibile ut duo motus oppoſiti ſint inſimul, neceſſe eſt vt vterq; motus ſit ꝑ ſe: deinde coniunctū fuit huic ꝙ oīs motus vnus per ſe incipit à quiete contraria. Et dixit. Qm̄, ſi oē motū nō mouetur, niſi &c. i. dicam⁹ igitur ꝙ, ſi oē motū nō mouetur in eodem tpe, niſi altero duorū motuum oppoſitorum, quibus innatū eſt moueri, neceſſe eſt vt in illo, ex quo incœpit moueri, ſit qeſcens qete oppoſita motui, vt declaratū eſt in Quinto. D. incœpit declarare iſtā conſecutionē, & dixit, nullus.n. motus eſt hic pręter illos. i. et hoc eſt neceſſarium, qm̄ in illo tempore, in quo eſt poſitū moueri altero illorum duorum motuū, non muenitur moueri alio motu, pręter illum vnū motum. D.d. & motum nō mouetur ſemper iſto modo motus, &c. i. &, cum motū non mouetur eodem tēpore, niſi altero duorum motuū oppoſitorum: & motum non ſemper mouetur altero motuū oppoſitorū diuerſorum in ſpecie, neq; iſte motus, quo mouetur, eſt pars totius, i. pars mot⁹ totius: neceſſe eſt vt motū ſit prius quieſcēs. Et hoc, qđ dixit, manifeſtum eſt per ſe. Qm̄ omnis motus, qui non eſt pars motus, neq; eſt perpetuus, neceſſe eſt vt incipiat poſt quietem. motus enim non ſequitur motum, niſi qn̄ ſecundus fuerit perfectio primi, non oppoſitus ei. aut hoc cōtinget per accidēs, ſicut illuminatio domus per candelā, quæ ſequitur motum candelę. Et, cum poſuit has propoſitiones, incœpit cōgregare hoc, & inducere exemplū in hoc, qđ intēdit declarare, & dixit. Si igitur mot⁹ recti, &c. i. ſi igitur motus, qui ſunt ſuper vnam lineā rectam ad partes contrarias, ſunt contrarij, & eſt impoſſibile ꝙ aliquid moueatur duobus motibus contrarijs inſimul, & non moueatur altero ſemper, neceſſe eſt vt tranſlatū quieſcat inter duos motus. V.g. qm̄, ſi tranſlatum impoſſibile eſt, vt moueatur ſuper lineā rectam A C ex A ad C, & ex C ad A ſimul, & moueatur vtroq; iſtorū motuum per ſe, & in tempore proprio, neceſſe eſt vt iſtud tranſlatū quieſcat in A, anteq̄ moueatur ab eo ad C, & quieſcat in C, anteq̄ moueatur ab eo ad A. quies.n. in A eſt oppoſita motui ex A ad C: et quies ī C eſt oppoſita motui ex C ad A. & quaſi D. &, cum impoſſibile ſit vt duo motus oppoſiti ſint inſimul: & ſi non, tunc alter eorum eſſet perfectio alterius: tunc neceſſe eſt vt inter eos ſit quies neceſſario, & non eſt alter eorū perfectio alterius.

Documētū.

Quomodo mot⁹ poteſt ſequi motū. Vide ꝑ hoc etiam. 5. ph. cōm. 12.

Amplius aūt & hæc ratio magis ꝓpria eſt ijs, quæ dicta ſunt. ſimul.n. corruptū eſt non albū, et factū eſt albū. ſi igitur cōtinua alteratio eſt ad albū, & ex albo, & nō manet aliquo tpe, ſimul corruptū eſt nō album, et factū eſt non album. trium enim erit idem tempus. Amplius nō ſi continuū eſt tēpus, & motus, ſed cōſequēter. quomō enim erit vltimū idē cōtrariorū, vt dealbatiōis, & denigratiōis?

Et etiam iſte ſermo eſt magis cōueniens, q̄ prędictus. & eſt vt inſimul corrūpatur nō album, & fiat album. Cū igitur alteratio fuerit continua ad album, & ex albo, & hoc nō durat aliquo tempore, tunc inſimul corrumpitur non albū, & fit album, deinde fit nō album. vnū igitur tēpus erit tribus. Et etiā nō ſequitur, ſi tempus eſt continuum; vt motus ſint continui, ſed ſucceſſiui. Et, ſi non, quomodo erit idem poſtremum contrariorum duorum, v.g. poſtremum albedinis, & poſtremum nigredinis?

Cum iſta declaratio, quam cōpleuit, eſt de propoſitionibus remotioribus à natura eius, de quo conſyderatur, q̄ propoſitiōes, quas nititur dicere in hac demōſtratione dixit, Et etiam iſte ſermo, &c. i. & etiā iſte ſermo, quē modo volumus dicere, eſt conuenientior prędicto. D. induxit ſermonem, & dixit eſt ut inſimul corrumpatur, &c. ideſt contingit.n. hoc, vt ponimus vt motus contrarij ſint continui. v.g. ꝙ motus de non albo in album, & de albo in non albū ſint continui, cōtingit vt in eodem inſtanti corrūpatur non album, & fiat album. & ſic in eodē inſtanti erit aliquid ens, & nō ens. Et, quia ſuper iſtud impoſſibile eſt ſuſtētatus in præterito in hac demonſtratione, induxit impoſſibile maius, propter quod iterauit hunc ſermonē, & dixit. Cum igitur alteratio &c. i. cū igitur poſuerimus ꝙ alterationes contrariæ ſunt continuæ. v.g. alteratio ex nō albo in album, et ex albo in non albū, et poſuerimus ꝙ albū non durat tempore, continget neceſſario vt in eodem inſtanti corrumpatur non albū, & fiat album, & corrumpetur album ad non albū: & ſic iſta tria cōtraria erunt in eodē inſtanti, quod eſt impoſſibile, et valde inopinabile. Et, quia iſtę oēs demōſtrationes ſunt fundatæ ſuper hoc, ꝙ motus contrarij impoſſibile eſt vt ſint cōtinui: qm̄ neceſſe eſt vt interueniat eos quies: & apparet de natura eorū, ꝙ impoſſibile eſt vt ſint cōtinui, & ſi ſit poſitum ꝙ inter eos non eſt quies: continuatio.n. nō eſt in eis, niſi ex tempore tantū: illi autem impoſſibile eſt vt ſint continui, cum ſint contrarij, dixit. Et etiam non ſequitur, &c. i. et etiā, ſi cōceſſerimus ꝙ inter motus contrarios non eſt quies, & ꝙ tempus duorum motuū eſt continuum, nō ſequitur, ſi tempus ſit vnum, vt motus contrarij ſint continui. [a] D. induxit cauſam in hoc, & dixit. Et ſi non, quomō erit idem 72

[a] Nō ſeqtur. ſi tempus ſit vnū, vt motus contrarij ſint cōtinui.

poſtremũ, &c.i.& neceſſe eſt vt duo motus contrarij non ſint continui quia continua ſunt illa, quorum vltima ſunt idem, ſed vltima contrariorum nõ ſunt idem, cum ſint contraria, v.g. nigredinis & albedinis, quorũ vltima impoſſibile eſt vt ſint idem.


Caput Quartum. Quod motus ſolus circularis poſſit eſſe continuus.

QVi autẽ ſuper circularẽ fit, erit vnus, & continuus. nihil enim impoſſibile cõtingit. Quod enim ex A mouetur, ſimul mouebitur ad A, ſm idẽ propoſitum. ad quod.n. veniet, & mouetur ad hoc: ſed non ſimul mouebitur cõtrarijs, neq; oppoſitis. Non enim oĩs, qui eſt ad hoc, ei, qui eſt ex hoc, contrarius eſt, aut oppoſitus. Sed contrarius quidẽ eſt, qui ſuper recta fit. huic enim eſt contrarius ſm locũ, vt qui ſm diametrum fit: diſtat enim plurimũ: Oppoſitus autẽ eſt, qui eſt ſm eandẽ lõgitudinem. quare nihil prohibet continue moueri, & nullo tẽpore deficere. Circularis enim motus eſt, qui *ab eodem in idẽ: Rectus autem, qui ab *eodẽ in aliud. Et qui in circulo quidem fit, nunquã in eiſdem eſt: qui vero ſecundũ rectam ſæpe in eiſdẽ. Eo igitur, qui ſemper in alio, & alio fit, contingit moueri cõtinue: eo vero, qui in eiſdem ſæpe, non contingit, neceſſe.n. eſſet ſimul moueri oppoſitis. Quare neq; in ſemicirculo, neq; in alia circũferentia vlla contingit moueri continue. ſæpe.n. neceſſe eſt ſm eadẽ moueri, & contrarijs mutari mutationibus. non.n. copulatur principio finis: qui autem circuli eſt, copulatur, & ſolus eſt perfectus.

Circularis motus quis Rectus qs. * a.l. a ſeipſo in ſeipſum. * a.l. a ſeipſo.

Motus autem circularis eſt vnus, & continuus. non.n. ſequitur ex hoc aliquo mõ impoſſibile. Qm̃ illud, qđ mouetur ex A, mouetur ad A eadẽ intentiõe. ad illud enim, ad quod peruenit, ad illud etiã mouetur: ſed nõ mouetur duobus motibus contrarijs inſimul, neq; oppoſitis. Non enim omnis motus ad aliquid eſt contrarius ei, qui eſt ab illo, neq; oppoſitus. Sed contrarij ſunt illi, qui ſunt recte, iſti enim ſunt contrarij ſm locũ, v.g. illi, qui ſunt ſm diametrũ, qui maxime diſtant. Oppoſiti autem ſunt illi, qui ſunt in eadẽ longitudine. et ideo non eſt remotum ꝙ ille motus ſit cõtinuus, & nunq̃ ceſſet omnino. Motus enim circularis eſt ab aliquo loco ad illũ eundẽ locum: Motus autẽ rectus eſt de vno loco ad aliud. Et motus etiã in eadẽ reuolutione non erit illud, quod mouetur ſm illum in eiſdem locis omnino: illud aũt, quod mouetur motu recto, erit in eiſdẽ locis multotiẽs. Motus igitur, in quo illud, qđ mouetur, erit in loco poſt alium, põt eſſe cõtinuus: motus autẽ, in quo illud, quod mouetur, erit in eodẽ loco multotiens, nõ poteſt eſſe cõtinuus: quoniã neceſſe eſt vt illud, qđ mouetur ſm illud moueatur duobus motibus oppoſitis inſimul. Et ideo impoſſibile eſt vt aliqd moueatur ĩ ſemicirculo, aut in alio arcu omnino ſm continuationem. neceſſe eſt.n. vt multotiẽs moueatur eiſdẽ motibus, & vt tranſmutetur modis tranſmutationis contrarijs. qm̃ finis non coniungitur cum principio: in circulo aũt eſt infinitum, et eſt ſolus perfectus.

Demonſtratio, quod motus circularis ſolus eſt vnus, & continuus.



Cum declarauit ꝙ nullus motuũ rectorum eſt continuus, & perpetuus, et ꝙ impoſſibile eſt vt ex pluribus vno motu eorũ cõponatur vnus motus cõtinuus, et perpetuus, vult declarare ꝙ motus circularis in hoc eſt econtrario recti, & ꝙ ille ſolus poteſt eſſe continuus perpetuus, cum nõ accidant ei illa impoſſibilia, quæ accidũt ex poſitione eius, ꝙ motus rectus eſt continuus, neq; aliud impoſſibile: & illud, ex quo nullũ accidit impoſſibile, eſt poſſibile. Et dixit Mot⁹ aũt circularis, &c.i. motus autem circularis poteſt eſſe vnus, & cõtinuus, & perpetuus. nullum.n. impoſſibile accidit ex hoc. Deinde dedit cauſam in hoc, & dixit Quoniã illud, qđ mouetur ex A mouetur ad A eadẽ intẽtione. i. illud.n. qđ mouetur circulariter, mouetur ad illud idem, ad qđ mouebatur, i. ad illud punctũ: qm̃ non reuertitur ſuper illam eandẽ lineam, ſuper quam mouebatur ad cõtrariã partẽ illi, ad quã mouebatur: ſicut accidit illi, quod mouetur ſuper lineam rectam. D.d. ad illud enim, ad quod peruenit, mouetur. i. locus enim, ad quem perueniet illud, quod mouetur ſuper circulum, ex ipſo mouetur ſuper ipſum, & ideo cõtingit vt iſte motus ſit perpetuus. D.d. ſed non mouetur duobus motibus cõtrarijs inſimul, nec oppoſitis. i. & cauſa in eſſe hoc poſſibile, ſ. vt quod mouetur ſuper circulum, moueatur ad locum, ex quo mouebatur, eſt, quia non accidit ei ĩ hoc, vt moueatur duobus motibus contrarijs inſimul, vniuerſaliter oppoſitis: ſicut accidit hoc ei, quod mouetur recte, & poſtea reflectitur. Deinde dedit cauſam in hoc: & dixit. Non enim oĩs motus, &c.i. et cauſa ĩ hoc, ꝙ illud, qđ mouetur circulariter, mouetur ad illud idẽ, ex quo mouebatur, ita, ꝙ nõ accidit ei moueri duobus motibus oppoſitis inſimul, eſt, qm̃ nõ oĩs motus ad aliquid eſt contrarius motui, qui eſt ab illo, neq; oppoſitus: qm̃ hoc nõ cõtingit niſi in motu recto, ſ. vt motus ad aliquid ſit contrarius motui ab illo, aut oppoſitus. Et cauſa ĩ hoc eſt, qm̃ illud, ex quo eſt motus rectus, & ad quod eſt, ſunt loca contraria. Et cauſa in hoc eſt, qa contraria ſunt, ſicut deſcribuntur illa, quæ maxime diſtant, & maxima diſtantia nõ inuenitur niſi in linea recta. D.d. v.g. illi, qui ſunt ſm diametrum. i. qm̃ in circulo nõ inueniuntur duo magis diſtãtia, q̃ hæc duo: et in rei veritate maxima diſtantia nõ conſyderatur in inter duo loca, niſi ſm ꝙ ſunt contraria in ſe. &, quia in ſphera nihil eſt tale, niſi centrum, & circumferẽtia, neceſſe eſt vt maxima diſtantia inter duo loca naturalia contraria ſit diſtantia, quæ eſt inter centrum, & circũferentiã. Sed ipſe non indiget hac declaratione in hoc loco. 73

Maxima diſtantia nõ inuenitur, niſi ĩ linea recta. ſed vide oppoſitum. 4. Phyſi. 41. & primo Cœli. 28. vbi habet ꝙ linea recta eſt breuiſſima. Vide cõtra. Zima.

loco, cum non ſit neceſſaria in hoc, quod intendit hic, quemadmodū nō indiget declarare hic ꝙ, cum corpus circulare mouetur, non mutat locum ſm totū, neq; eſt in eo punctus in actu, à quo incœpit, & ad quem peruenit, & vtitur loco eius illo, quod mouetur ſuper ſpatiū circulare, cū ſit manifeſtius in hoc loco. D.d. Oppoſiti vero &c. ideſt & alia cauſa eſt etiā, ſ. qm̃ motus contrarij non ſunt niſi motus, qui ſunt in eadē lōgitudine ſm reflexionem. D.d. & ideo nō eſt remotū, &c. ideſt motus autē ſuper circulū non eſt reflexus, & ideo non eſt remotum vt iſte motus ſit continuus, & perpetuus. D.d. Et motus etiam in eadem, &c. i. & illud, quod mouetur motu circulari, non erit in eodem loco, ſm reuerſionem ad illud. motus aūt, in quo illud, quod mouetur, perueniet ad locum poſt aliud ſine reuerſiōe ad locū, ex quo mouebaẽ, poſſibile eſt vt ſit motus cōtinuus. D.d. motus aūt, ĩ quo illud, quod mouetur, eſt in eodem loco multotiens, impoſſibile eſt vt ſit continuus. i. motus, in quo illud, quod mouetur, erit in eodē loco ſm reflexionem, & reuerſionē, impoſſibile eſt vt ſit cōtinuus. et motus, in quo illud, quod mouetur, erit in eodem loco multotiens, non ſm reflexionem, poſſibile eſt vt ſit continuus. qm̃ illud, quod mouetur ſm reflexionem, neceſſario quieſcit: & illud, quod non mouetur ſm reflexionem, non eſt neceſſariū vt quieſcat.

D.d. cauſam, propter quā eſt impoſſibile vt illud, qđ peruenit in eundem locum ſm reflexionem, moueatur continue, & dixit, qm̃ neceſſe eſt vt illud, quod mouetur hoc motu, moueatur duobus motibus oppoſitis in ſimul, vt declaratū eſt in prædicto ſermone. D.d. Et ideo impoſſibile eſt vt aliqd moueaẽ, &c. i. & hoc nō accidit in reflexo, ſm ꝙ eſt reflexum ſuper lineam rectā, qm̃ hoc accidit etiam in reflexo ſuper lineam circularem, aut ſequitur ſemicirculū, aut ſuper aliū arcum, aut maiorē, aut minorem. D.d. neceſſe eſt. n. vt moueatur multotiēs eiſdem motibus. i. & cauſa in hoc eſt, qm̃ illud, quod mouetur reflexe, nō mouetur vno motu, ſed neceſſe eſt vt moueatur multotiēs motibus eiſdem in ſpecie, & diuerſis in numero pluribus. D.d. & vt tranſmutetur modis tranſmutationis contrarijs. ideſt & neceſſe eſt vt illud, quod mouetur reflexe, moueatur modis motuū contrarijs, & trāſmutationes cōtrariæ impoſſibile eſt vt ſint eędem. D. dixit, qm̃ finis nō cōiungitur cum principio, &c. i. & cauſa in hoc eſt, qm̃ punctus, qui eſt finis, & punctus, qui eſt principium in motu non circulari, ſunt duo ratione, & ſubiecto, & non cōiunguntur adinuicem, ſ. ita ꝙ ſit idem in ſubiecto, principium, ſ. vnius motus, & finis alterius. & hoc intendebat, cum dixit qm̃ finis non cōiungitur cum principio: motus autem, qui eſt ſuper circulū, punctus, qui eſt in eo principium, idem eſt cum fine, ſ. qm̃ ſunt vnum ſubiecto, & duo ratiōe. finis igitur in eo eſt cōiunctus cum principio: in circulo enim nullus eſt pūctus naturaliter, i. actu, qui ſit principium, aut finis: & cum fuerit imaginatus in circulo, tūc erit principium, & finis. extremitates vero lineæ rectæ ſunt duo puncta in actu.

In circulo finis, & principium ſunt vnum ſubiecto, & duo ſm rōnem. ſed i linea recta finis, & principium ſunt duo rōne, & ſubiecto. vide ꝓ hoc. 2. Cœ. t.c. 55. & 3. de aīa. c. 55. Vide cōtra. Zima.

Manifeſtum autē eſt & ex hac diuiſione ꝙ non alios contingit motus eſſe continuos. in oībus enim accidit ſm eadem moueri ſæpe. vt in alteratione per media, & in eo, qui eſt quantitatis, per medias magnitudines, & in generatione, & corruptiōe ſimiliter. nihil enim differt ea pauca, vel multa facere, in quibus eſt mutatio, aut mediū addere quippiā, vel auferre. vtroq; enim modo accidit p eadem moueri ſæpe. Manifeſtum eſt igitur ex his, ꝙ neq; qui de natura differunt, bene dicunt, qui omnia ſenſibilia moueri ſemper dicūt. moueri enim neceſſe eſt aliquo illorum motuū, & maxime ſm illos eſt alterari. fluere enim dicūt ſemper, atq; diminui. amplius autem & generationē, et corruptionem, alterationē eſſe dicunt. Ratio autem nunc dixit vniuerſaliter de oī motu, ꝙ nullo motu contingit moueri continue, præter ꝗ circulari. quare neq; ſm alterationē, neq; ſm augmentationem. Quod igitur neq; infinita ſit mutatio vlla, neque cōtinua, pręter circularem lationem, tot à nobis dicta ſint.

Et apparet ex hac diuiſione ꝙ impoſſibile eſt vt alij motus ſint continui. cōtingit. n. vt in omnibus iſtis iterētur motus. v.g. in alteratione erit iteratio inter duo extrema, & in quātitate erit iteratio in magnitudinibus, quæ ſunt in medio, & in generatione, & corruptione ſimiliter. & nulla eſt differentia in hoc ꝙ res, in quibus eſt trāſmutatio ſint multæ, aut paucę, neq; in hoc vt in medio ponatur aliquid, aut auferatur. cōtinget. n. vtroq; modo vt idem iteretur. Declaratum eſt igitur ex hoc, ꝙ de loquētibus in naturis nō bene dicūt, qui dicūt omnia ſenſibilia ſemp moueri. qm̃ neceſſe eſt vt non moueātur, niſi altero iſtorum motuū, & dignior motuum in hoc apud eos eſt alteratio. dicūt enim ꝙ omnia ſemper fluunt, & diminuuntur. & poſuerunt generationē, & corruptionem eſſe alterationem. Et declaratū eſt hoc vniuerſaliter in omni motu, ſ. ꝙ impoſſibile eſt vt aliquid moueatur omnino ſm continuationē, niſi in motu circulari. & ideo impoſſibile eſt vt moueatur ſm continuationē in alteratione, aut augmēto. Hoc igitur dicimus, qm̃ nulla trāſmutatio eſt infinita, & continua, niſi motus localis circularis.

Et apparet ex iſta diuiſione ratio cauſarum contrariarū, exiſtentiū in motu recto, & circulari, quæ remouent continuationem à recto, et dant ipſam circulari. 74 D.d. contingit enim in iſtis omnibus, &c. i. contingit enim, ſi cęteri motus ponantur perpetui, vt cęteris motibus ſit perpetuitas propter iterationē, in qua eſt qes neceſſario. D.d. v.g. &c. i. ſicut quies, quæ eſt apud iterationem inter duas extremitates, quæ ſunt duę paſſiones contrariæ, v.g. albū & nigrū. D.d. & in quantitate, &c. & intendit per quantitatē motum augmenti, & diminutionis. i. & ſicut quies, quæ eſt apud iterationē exiſtentem in hoc motu, ſ. qñ magnitudines naturales perueniunt ad finē naturalem, deinde incipiunt diminui, qm̃ inter iſtos duos motus eſt tempus, in quo eſt quieſcens, vt declaratum eſt. & dixit in magnitudinibus, ꝗ ſunt in medio, qm̃ iteratio non eſt, niſi in medio, quod eſt inter duos motus oppoſitos. D.d. & in generatione, & corruptione ſimiliter. i. ꝙ inter eas eſt iteratio, quæ eſt cauſa quietis. D.d. & nulla eſt differētia, &c. ideſt, et nulla eſt differentia in hoc, quod ſequitur ſter hoc, ꝙ alij motus pręter circularē, qñ iterātur,

Inter motū augmenti, & diminutiōis eſt tps ſtat⁹, ſ. ꝗ ſupra. t. cō. 23. Iſtud 3. de Aīa. t. cō. 59.

tranſeant

tranſeant bis per partes medias inter duas extremitates, vt illæ partes mediæ ſint paucæ, aut multæ.i.quoniã neceſſe eſt vt per quamlibet earũ pertranſeat bis in duobus motibus: & ſimiliter non eſt differentia inter hoc, ꝙ medium ſit eſſe, aut diuiſio eſſendi, & dixit hoc propter generationem, & corruptionem. Deinde dixit Declaratum eſt igitur ex hoc, &c.i. & ex hoc etiã declaratum eſt aliud ab eo, quod intendimus declarare, & eſt ꝙ ſermo Antiquorum, dicentiũ ꝙ oĩa ſenſibilia ſemper mouentur, falſus eſt. D.d. quoniã neceſſe eſt, &c.i. qm̃ qui ponit entia ſemp moueri, neceſſe eſt ea ponere ſemper moueri aliquo iſtorum motuũ ſenſibilium, aut pluribus vno: ſed declaratum eſt ꝙ impoſſibile eſt vt aliquis iſtorum ſit ſemper: ex quo apparet error ſermonis Antiquorũ. Deinde dixit & dignior motuum, &c.i. & apparet ex ſermone eorum, ꝙ mot⁹ alterationis eſt, qui eſt magis dignus vt ſm ipſum ſint entia in tranſmutatione ꝑpetua. D. induxit rõnẽ eorum ſuper hoc, & dixit dicunt.n. ꝙ oĩa fluunt.i. & ratiocinantur ſup hoc dicendo ꝙ nos videmus entia ſemper in fluxu: & ideo accidit eis conſumptio. & hæc eſt cauſa, propter quã animatum indiget cibo. & errauerunt in hoc, quia acceperũt tranſmutationem, quæ eſt in potentia in actu. Et Loquentes noſtræ legis ſequuntur Antiquos in hoc, & dicunt ꝙ accidentia non remanent per duo tempora: ſed ſermo Antiquorum currit curſu naturę, ſermo vero Loquentium noſtræ legis eſt vanus, quia nõ coguntur ad dicendum hoc, niſi quia volunt defendere fundamenta ficta: quia exiſtimãt ꝙ lex non defenditur, niſi per illa fundamenta. D.d. & poſuerũt generationẽ, & corruptionem eſſe alterationem.i. & Antiqui poſuerunt generationem, & corruptionẽ eſſe de genere alterationis: &, cum dicunt alterationem eſſe perpetuam, intelligunt alterationem, & generationem, & corruptionem. Et, cum compleuit hoc, fecit rememorationem de omnibus declaratis, & dixit Et declaratũ eſt hoc vniuerſaliter, &c. ideſt, et ſermo eius in hoc eſt manifeſtus.

Error Loquentium in lege mahumethi.

Caput Quintum. Quod circulatio primus ſit motuum.

QVod autem lationũ circulatio prima ſit manifeſtum eſt. Omnis enim latio, ſicut et prius diximus, aut circularis eſt, aut ſuper recta, aut miſta. Hac autẽ neceſſe eſt priores eſſe illas: ex illis enim conſtat. Recta autem circularis: ſimplex enim, & ꝑfecta eſt magis. in infinitũ igitur non eſt ſecundũ rectam ferri. quod enim ſic ſt, infinitum non eſt. ſed neq;, ſi eſſet, moueretur vtiq; aliquid. non enim id fit, qđ impoſſibile eſt: tranſire autẽ infinitam impoſſibile eſt. Ea autem latio, quæ ſuper finita recta fit, ſi reflectatur quidem, cõpoſita eſt, & duo motus: ſi vero non reflectatur, imperfecta eſt, & corruptibilis. Prius autem & natura, & ratione, & tẽpore, quod perfectum quidẽ eſt, imperfecto eſt, corruptibili autem incorruptibile. Amplius, motus prior eſt, quem cõtingit perpetuũ eſſe, eo, quem non cõtingit. Circularem igitur cõtingit perpetuum eſſe, aliorum aũt neq; * corruptionẽ, neq; aliam vllũ. ſtatũ.n. oportet fieri. ſi aũt ſtatus eſt, corruptus eſt.

Prius & natura, & rõe, & tẽpore ꝑfectũ imperfecto, & corruptibili incorruptibile. Circularẽ motũ contingit perpetuũ eſſe, alios vero non.

* a. l. lationem.

Et manifeſtum eſt ꝙ motus circularis eſt primus motuum localiũ. Omnis enim tranſlatio, ſicut diximus prius, aut eſt circularis, aut recta, aut mixta. Mixtam autẽ neceſſe eſt vt pręcedant illę duę: ex illis enim exiſtit. et vt rectam pręcedat circularis, quia eſt ſimplex, & perfecta. qm̃ impoſſibile eſt vt aliqđ moueatur per lineam rectã infinitam. qm̃ nihil eſt aliquid huiuſmodi infinitũ. neq; etiã, ſi eſſet, eſſet aliquid, quod moueretur per illud. qđ.n. eſt impoſſibile, nõ erit: & pertrãſire infinitum eſt impoſſibile. Motus aũt per lineam rectam finitã, ſi reflectatur, erit compoſitus, & erunt duo motus. &, ſi non reflectetur, erit diminutus, & corruptibilis. Et in natura, & in rõne, & in tempore pręcedit ꝑfectum diminutum, & incorruptibile corruptibile. Et etiam motus, qui poteſt eſſe æternus, pręcedit motum, in quo eſt hoc impoſſibile. Et motus circularis eſt poſſibile vt ſit æternus, alij vero non, neque corruptibiles, neq; alij modorũ ceſſantium eſt poſſibile vt ſint æterni. ceſſatio.n. eſt neceſſaria in eis: & ceſſatio non eſt niſi corruptio motus.

Cum declarauit ꝙ impoſſibile eſt vt aliquis motus ſit vnus, & continuus, niſi motus circularis, & iam declarauerat ꝙ translatio pręcedit alios motus, & promiſit declarare ꝙ translatio circularis eſt prior recta, incœpit declarare hoc, dixit. Et manifeſtum eſt ꝙ motus circularis, &c.i. & manifeſtum eſt ꝙ motus circularis eſt prior natura, & diffinitione, & tẽpore motu recto. 75

D. dixit Omnis enim translatio, ſicut diximus, &c. ideſt & hoc, quod diximus manifeſtum eſt. & cauſa in hoc eſt ꝙ oĩs translatio ſimplex eſt, aut circularis, aut recta: quia ſimplices dimenſiones ſunt iſtæ duæ, & motus mixtus eſt ſicut motus ſuper lineã gyratiuam, aut curuam: iſta.n. linea componitur ex recta, & circulari.

Cauſa, propter quã motᵘ ſimplices ſũt duo, eſt, quia magnitudines ſimplices ſunt duæ. Idẽ primo Cœ. t.c. 5. & vid cõ. ibi quomodo ſit intelligendum.

D.d. Mixtam autẽ neceſſe eſt vt pręcedant illæ duę. ideſt, et neceſſe eſt vt motum cõpoſitum pręcedant illi duo motus componentes: qm̃ eſſe illius eſt propter illos. & hoc manifeſtum eſt. Et, cum declarauit ꝙ modi motuum in loco ſunt tres, duo ſimplices, & vnus cõpoſitus, & declarauit ꝙ compoſitus eſt poſterior ſimplicibus, incœpit declarare ꝙ circularis eſt prior recto, ideſt qm̃ motus circularis eſt prior recto natura, & tẽpore: qm̃ motus circularis eſt ꝑfectus, & motus rectus eſt diminutus, & perfectum præcedit diminutum. ex quo ſequitur neceſſario vt motus circularis ſit prior recto. Et, quia iſte ſyllogiſmus fundatur ſup duas propoſitiones, Quarum vna eſt, ꝙ motus circularis eſt ꝑfectus, & mot⁹ rectus eſt diminutus, Secũda eſt, ꝙ oĩa duo, quorum vnũ eſt diminutum, reliquũ perfectum, & perfectum eſt prius diminuto, & iſta propoſitio eſt manifeſta, incœpit verificare minorem. Et, quia circularem motum eſſe perfectũ ferę manifeſtum eſt per ſe, icœpit declarare ꝙ mot⁹ rectus eſt diminutus, & dixit, qm̃ impoſſibile eſt vt aliquid moueatur ſuper lineam rectã infinitam.i. & neceſſe eſt vt motus ſuper lineã rectam ſit diminutus, qm̃, ſi eſſet cõpletus, neceſſe eſſet vt eſſet talis, qm̃ in eam nõ poſſet fieri additio: ªcũ hæc ſit definitio completi. Et, ſi motus rectus eſſet cõpletus, neceſſe eſſet vt linea, ſuper quã mouetur, eſſet cõpleta, ſ. linea recta. &, ſi ita eſſet, eſſet infinita. qm̃, ſi aliqua linea recta eſt completa, in qua non poteſt additio fieri, neceſſe eſt vt ſit infinita. D. incœpit declarare ꝙ im-

Oĩa, quorũ vnũ eſt ꝑfectum, & reliquũ diminutũ, perfectũ eſt prius diminuto. Idẽ primo Cœ. te. cõ. 12. & 2. Cœ. t.c. 21.

ª Cõpleti definitio eſt eſt id, cui additio fieri non põt. Idem 5. Met. t.c. 21. cõſimile. 7. Phy. t.c. 18. & primo Cœ. cõ. 4. & 12.

ꝙ impoſſibile eſt vt aliqua linea recta ſit infinita, vt cõcludat ꝙ motus rectus nõ eſt cõpletus, ſed diminutus, & dixit, q̃m nihil eſt aliquid tale infinitum. i. & talẽ lineã, ſ. infinitam impoſſibile eſt ut ſit, vt declaratum eſt in Tertio iſtius libri. Et, ſi aliqua linea eſſet infinita, impoſſibile eſſet vt ſuper illã eſſet motus infinitus. D. d. quod enim eſt impoſſibile, non erit, &c. i. & eſt impoſſibile vt motus infinitus ſit, licet concedamus lineã infinitã eſſe. Q̃m motus ſuper lineam rectã eſt ad aliquid terminatum, ſ. ad illud, ad quod perueniet, poſtq̃ ptrãſit magnitudinem ſuper quam mouetur. &, ſi non, tũc motus eſſet ocioſus. Tunc ergo neceſſe eſt, ſi motus infinitus ſit, vt compleatur poſt pertrãſitũ infinitum. &, quia infinitum pertrãſiri eſt etiam impoſſibile, motus impoſſibile eſt vt ſit infinitus. Et iſta demonſtratio eſt propinqua ei, qua vtitur in vltimo Sexti. Et, quia poſuit hoc, ꝙ, ſi motus rectus eſt perfectus, debet eſſe infinitus, & infinitũ poteſt intelligi ſm rectitudinẽ, & ſm reflexionem ſuper eandem lineam finitam, & cũ deſtruxit ut motus infinitus ſit ſm rectitudinem, incœpit deſtruere etiam, vt ſit ſm reflexionẽ, & dixit Motus aũt ſuper lineam rectã finitam, &c. i. & non debet aliquis ponere ꝙ motus ſuper lineã rectam finitã eſt infinitus, ſm ire, & redire in infinitum: nã iſte motus eſt compoſitus ex duobus motibus, quorũ vterq; eſt finitus, in quem poteſt fieri additio, & diminutio: ergo nõ eſt cõpletus. D. d. &, ſi nõ reflectetur, erit diminutus, & corruptus. i. &, cum declaratũ ſit ꝙ impoſſibile eſt vt motus rectus ſit infinitus, & eſt declaratum ꝙ motus reflexus nõ eſt vnus motus, remanet ut vnus motus rectus ſit finitus, nõ reflexus, & motus finitus eſt diminutus, & corruptibilis, qa in eo põt fieri additio, ſ. qa inueniẽ pfectior ipſo. Et, cum verificauit illã propoſitionẽ minorem, induxit maiorẽ, & dixit Et in natura, & in ratione, & in tempore, &c. i. & manifeſtum eſt per ſe ꝙ perfectum eſt prius diminuto natura, & ratione, & tẽpore. et intendit per rationẽ definitionem. motus. n. circularis accipitur in definitione motus recti: q̃m motus rectus eſt ille, qui eſt à medio, & ad mediũ: & medium non inuenitur, niſi in circulari. D. d. & incorruptibile pręcedit corruptibile. et hęc eſt quaſi alia declaratio, quam poſt cõplebit. Et, cũ compleuit hãc declarationem, incœpit inducere aliam, quã innuit per hoc, quod dixit, & incorruptibile præcedit corruptibile, & dixit Et etiam motus, qui poteſt eſſe æternus, &c. i. q̃m ſolus motus circularis eſt poſſibile vt ſit ætern⁹, vt declaratum fuit prius. cæteri autem motus, cuius ceſſatio eſt corruptio moti, neq; alij modorum motuum, apud quorũ ceſſationes non corrumpitur motum, poſſunt eſſe ęterni. q̃m manifeſtum eſt ꝙ motus ceſſat, i. quieſcit in eis, & quies eſt corruptio motus neceſſario. in eis autẽ, in quibus ceſſatio eſt corruptio moti, manifeſtũ eſt. & ideo nõ ratiocinatur per iſtos eſſe corruptibiles, ſed induxit rationem de his, qui ſunt in loco.

Motus finitus eſt diminutus, et corruptibil', qa in eo poteſt fieri additio. vide cõſimile. 5. Ph. 42.

Rationabiliter autem accidit circularem vnũ eſſe, & continuum, & non eũ, qui ſuper recta ſit. Eius enim, qui ſuper recta ſit, determinatum eſt & principiũ, & medium, & finis, & omnia habet in ſeipſo. quare eſt vnde id incipiat, qđ mouetur, et vbi deſinat. apud enĩ terminos quieſcit omne, aut vnde * aut vbi. Ipſius aũt circularis indeterminata ſunt. cur enim magis quoduis eorum, quæ ſunt in linea, terminus erit? ſimiliter. n. vnũquodq; & principium, & mediũ, & finis eſt, vt ſemp quędam ſint in principio, et fine, et nunquã. Quare mouetur, & quieſcit quodãmõ ſphęra: eũdem enim occupat locũ. Cauſa aũt eſt, q̃m omnia hęc acciderunt ipſi centro: principium enim, & medium magnitudinis, & finis eſt. Quare fit vt, propterea ꝙ hoc extra circũferentiam eſt, nõ ſit vbi id, quod fertur, quieſcat, quaſi tranſierit, ſemper enim fertur circa mediũ, ſed non ad extremũ. ppterea autẽ, ꝙ hoc manet, & ſemp quieſcit quodãmõ totum, & mouetur continue. Accidit autem econuerſo. etenim, q̃m mẽſura motuum circũlatio eſt, primũ neceſſe eſt ipſam eſſe omnia. n. menſurantur primo. &, quia primus eſt, menſura eſt aliorum. Amplius aũt & regularem contingit circularẽ eſſe ſolum. qui enim ſup recta fiunt, irregulariter, & à principio feruntur, & ad finem. omnia. n. quãto plus diſtãt ab eo, quod quieſcit, feruntur velocius. circularis autẽ ſolius neq; principiũ, neq; finis in ipſo natura eſt, ſed extra.

* a. l. aut quo

Circũlatio menſura eſt motuum. Oĩa mẽſurãtur primo.

Et recte contingit vt motus circularis ſit vnus, & continuus, non motus rectus. In recto. n. principium eſt terminatum, & finis, & mediũ, & omnia iſta ſunt exiſtentia in eo. & ideo incœpit motum in eo ab aliquo loco, et completur ſuus motus. omne enim, qđ mouetur ſup ipſum, quieſcit apud extrema, aut vbi incœpit, aut ex quo eſt. In circulari vero vltima ſunt nõ terminata. q̃m in circũferentia nõ eſt locus, qui ſit dignior vt ſit extremũ, q̃ alius. quilibet enim eodem mõ eſt principium, & mediũ, & finis. & ideo motũ ſuper ipſum ſemp eſt in principio, & in medio, & in fine, & non eſt in aliquo eorum in aliquo tempore. Et ideo ſphæra mouetur, & quieſcit quodãmodo, quia tenet eundem locum. Et cauſa in hoc eſt, quia omnia iſta acciũdt centro, eſt enim principium magnitudinis, & mediũ, & finis. Et ideo, qa eſt extra circũferentiam, & ideo circulus nõ habet locum, in quo quieſcat, poſtq̃ peruenerit ad illũ, quia ſemper mouetur circa medium, & non ad vltimũ. & ideo totum permanet ſemper, cum ſit quieſcens quodãmõ, & moueatur ſm continuationẽ. Contingit autem in hoc motu aliquid, & ſuum conuerſum. motus enim circularis, quia eſt menſura omniũ motuum, neceſſe eſt vt ſit primus. omnia. n. menſurantur per primã menſurã. et quia eſt primus, eſt menſura aliorum motuum. Amplius autẽ motus circularis ſolus eſt poſſibilis vt ſit æqualis. res enim, quę mouentur recte diuerſantur in motu ex principio ad finem. omnia enim, quanto magis remouentur à quieſcente, tãto velocius mouẽtur. in motu autem circulari non eſt princi-

pium

pium naturale, neq; finis, ſed extra ipſum, in quo eſt motus recte.

76 Cum declarauit ꝙ motus circularis eſt prior recto ex duobus, ſ. qm̃ motus circularis eſt perfectus, rectus autem diminutus, & etiam, quia motus circularis poteſt eſſe continuus, & perpetuus, rectus autem nõ, & in prgteritis declarauit cauſam, propter quã fuit poſſibile vt motus localis eſſet perpetuus, ſed illic dedit cauſam remotam, incœpit hic dare cauſam propinquam, vt compleat illud, quod intẽdit declarare, ꝙ motus circularis eſt perpetuus, & continuus. Et dixit Et recte contingit hoc, &c. i. & cauſa, propter quam neceſſe eſt vt motus circularis ſit cõtinuus, econtrario recto, eſt, qm̃ in recto eſt principium terminatũ naturaliter, et finis, & medium, ſ. ꝙ iſta tria ſunt in eo in actu. Et cauſa in hoc eſt, quia motus rectus eſt ſuper magnitudinẽ rectã, & magnitudo recta eſt finita, & habet naturaliter duas extremitates terminatas, & medium. Deinde dixit & ideo incœpit motũ in eo, &c. i. & propter hoc neceſſe eſt vt oẽ, quod mouetur ſuper magnitudinẽ rectã, habeat duas quietes naturaliter, quietem, ſ. in initio magnitudinis, à quo mouetur, & quietem in fine. Deinde incœpit negare hoc à magnitudine, ſuper quã eſt motus circularis, & dixit. In circulari vero vltima non ſunt terminata. ideſt in circulari vero oon eſt punctus in actu, qui ſit principiũ, et finis. qm̃ in circũferentia non eſt locus, qui naturaliter ſit dignior, vt ſit principium, ꝙ̃ vt ſit finis, quicunq; locus ſit in circumferẽtia circuli. D. d. quilibet enim eorũ mouetur eodem modo, &c. i. omnis enim punctus imaginatus io circulo poſſibile eſt vt ponatur principium magnitudinis, & finis, & mediũ. D. dixit. & ideo motũ ſuper ipm ſemper eſt in principio, &c. ideſt, & ideo illud, qđ mouetur ſuper circulũ, poteſt imaginari in quolibet puncto in principio, & in fine, & io medio. qm̃ poteſt imaginari ille punctus principiũ arcus alicuius, & finis alterius, & medium alterius. D. dixit, & oõ eſt in aliquo eorum in aliqua hora. i. & nunq̃ erit in circumferentia circuli in puncto, qui ſit ſolũmodo principiũ, aut ſolũmodo finis. quod non accidit in magnitudine recta.

Documẽtũ, quomõ Naturalis in q̃buſdam Matheſi ſubalternetur.

De ijs autẽ, quæ feruntur, bene ſe habet dubitare quandam dubitationem primũ. Si enim oẽ, qđ mouetur, mouetur ab aliquo, quæcunq; non ipſa ſeipſa mouent, quomõ mouent aliqua continue, non tangente eo, quod mouit, vt proiecta. Si aũt ſimul mouet & aliud quid is, qui mouit, vt aerẽ, qui, cum mouet̃, mouet, ſimiliter impoſſibile eſt primo non tangente, neq; mouẽte moueri, ſed ſimul oĩa & moueri, et quieſcere, cum id, qđ primũ mouet, ceſſauerit. & ſi facit, quẽadmodũ lapis, veluti ſi mouet id, quod mouit. Neceſſe aũt eſt hoc quidẽ dicere, ꝙ primũ mouens facit, vt poſſit mouere aut aer hic, aut aqua, aut aliud quid hmõi, quod aptũ natura eſt mouere, & moueri, ſed non ſimul ceſſat mouere, & moueri, ſed moueri quidẽ ſimul, cum mouens ceſſauerit moueri, mouẽs aũt adhuc eſt. quapropter mouetur quid alij contiguũ. & in hoc eadem ratio eſt. Ceſſat aũt, cũ in ipſo contiguo minor fuerit virtus, q̃ vt moueat. tandem aũt ceſſat, cum nõ amplius fecerit prius mouens, ſed motũ patiẽs ſolum. hęc aũt neceſſe eſt ſimul ceſſare, hoc quidẽ mouere, hoc aũt moueri, et totam motionem. Hic igitur in ijs, quæ poſſunt aliqñ quidem moueri, aliqñ aũt quieſcere, fit motus, & non continuus, ſed videtur. aut.n. exiſtentiũ conſequenter eſt, aut ſe tangentium: non.n. vnũ mouens eſt, ſed contigua adinuicẽ ſunt. Quapropter & in aere, & in aqua fit hmõi motus, quem dicũt quidã circumobſiſtẽtiã eſſe. Impoſſibile aũt eſt aliter dubitata ſoluere, niſi dicto mõ. Circũobſiſtentia aũt ſimul oĩa moueri facit, & mouere: quare & ceſſant: nunc aũt videtur vnũ aliquid continue moueri: ab aliquo igit̃: nõ.n. ab eodẽ.

ἀντιπερίστασιν.

De his autẽ, quæ localiter mouentur, bonum eſt prius inducere quãdam dubitationem. Nã, ſi omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur, ſ. dum illud à ſe nõ mouetur, quomodo quędam continue mouentur ſine eo, ꝙ contingant motorem, verbi gratia quod proijcitur, aut quod ſagittatur. Et, ſi motor moueat cum hoc etiam aliud, vt aerem, et, cũ mouetur hoc, mouet, tamen impoſſibile eſt ipſum moueri, niſi primum tangat, aut moueatur: immo neceſſe eſt ſimul omnia moueri, & ſimul quieſcere, cum primus motor quieuerit. ſimiliter eſt &, ſi etiam facit, ſicut facit lapis, ſcilicet magnetes, verbi gratia, quoniã illud, quod mouet lapis, quod eſt ferrũ, mouet, ideſt attrahit ferrum, à quo mouetur, & ſic mouet. Hoc autem debet concedi de neceſſitate, ſcilicet quod primus motor eſt, qui hoc facit. verbi gratia qui mouet aerem, cũ fuerit huiuſmodi, aut aquam, aut aliud, quod innatum eſt mouere, & moueri, ſed non debet ſimul quieſcere ab hoc, ꝙ moueat, & moueatur, imo ceſſat ab hoc moueri, ꝙ moueatur, ceſſante eius motore à mouere, et ad hęc remanet mouẽdo. vnde vnum mouet aliud ſibi ſuccedens. & procedit iſtud aliud etiam hoc eodem proceſſu. Motus autem illius quieſcit, cum virtus mouendi diminuitur in ſucceſſione paulatim. & vltimo ceſſat, quando motor penultimus peruenerit ad hoc, ꝙ nihil agat, ſed ſolummodo mouetur. hoc autẽ neceſſario fuit ſimul, ſcilicet motorem quieſcere à mouere, & motum à moueri, & ipſe motus omnino. Hic quidem motus, eſt motus, qui fit in eis, quæ poſſunt aliquando moueri, aliquando quieſcere, & non eſt continuus, ſed videtur. motor enim non eſt vnus, ſed ſunt quæ ſuccedunt ſibi inuicem. Vnde talis motus non fit, niſi in aere, aut in aqua, qui à quibuſdam attribuitur, & ſucceſſioni, & ab ea denominatur. Sed prædictæ quæſtiones aliter, q̃ narrauimus, nõ poſſunt

ſoluti. Succeſſio autem facit omnia ea mouere, & moueri: vnde oportet ꝙ quieſcant: ſed nos videmus vnum idem continue moueri: quare neceſſe eſt ip̄m moueri ab aliquo: mouetur enim ab vno eodem.

82 Hęc quęſtio, vt dixit auctor eſt. Si oē, quod mouet, mouetur ab aliquo motore, quare quędã mobilia mouentur, cũ motor illoꝝ ſit in quiete. ex hoc. n. ſequitur alterũ trium aut ꝙ aliquid moueatur ſine motore, aut ꝙ motor, cũ ſit corpus, moueat aliquid abſq; eo, ꝙ moueatur, et ſine eo, ꝙ tangat illud, qđ mouetur, aut dicat ꝙ primus motor pōt mouere, non continue. Quę autē inducunt hanc quęſtionē ſunt illa, q̃ proijciunt, aut ſagittãtur. videmus. n. lapidē proiectum moueri, cum man⁹, q̃ mouerit, iã quieſcit: ſimiliter de ſagitta à chorda. Hanc quidē quęſtionē opponit illis propoſitionibus, quibus vſus eſt in prędicta declaratione, ſ. oē motum habere motorē, & ipſum nō mouere, niſi eum moueatur, cũ ſit corpus, & ſuper hoc fundabit prius hoc, quòd voluit declarare, ſ. ꝙ iſte motor non eſt corpus. et, quia ēt cōtradicit huic, qđ oſtenſum eſt: qm̃ primus motor cōtinue mouet, & ideo dixit quomō quędã cōtinue moueantur, &c. Poſt dixit Et, ſi motor mouet etiã cum hoc aliud, vt aerem, &, cũ hoc moueatur, mouet. i. et, ſi aliquis dixerit ꝙ huius cauſa eſt, ꝙ motor m hmōi mouet cum illo, qđ mouetur ab illo, aliud, quod mouet illud motũ, qñ prim⁹ motor ceſſat. v. g. qñ manus mouet lapidē, mouet cum illo aerem. quare accidit ꝙ, cũ manus etiã non mouet lapidē, ſtatim ſuccedit ei aer ĩ mouēdo lapidē: deĩde mouet etiã eodē motu aliũ aerē cum lapide: vnde accidit ꝙ ſecũdus aer mouet lapidē primo quieſcente. motus ergo lapidis videtur q̃ſi cōtinuus, cum fiat ſucceſſiue à pluribus: ſucceſſio q̄dē non ceſſat, quouſq; motus ceſſet. Poſt hoc dixit tñ impoſſibile eſt ipſum moueri, niſi primũ tãgat, aut moueatur: imo neceſſe eſt, &c. i. ſed hmōi ſolo nihil aliud eſt q̃ mutare quęſtionē de lapide ad aerē, aut aquã, & vniuerſaliter ad illud, quod, cũ primo moto mouetur à primo motore. Quę rēdũ eſt. n. etiã de aere, quare poſt quietem manus remanet aerē mouere lapidē, cum non moueat lapidē, niſi moueatur, nec moueatur, niſi manus moueat. oportet igitur oīa omnino quieſcere, qñ primus motor quieſcit, & moueri, cũ ipſe moueat. Et hoc voluit, cũ dixit Imo neceſſe eſt ſimul oīa moueri, et ſimul quieſcere, cũ primus motor quieuerit, i. aer aut chorda, aut his ſimilia. Poſt d. ſimilr eſt & ſi etiam facit, ſicut facit lapis, ſ. magnetes, &c. i. ſimilr remanet quęſtio. manus. n. nō mouet illud proiectum, niſi mouēdo prius aerē: vt dicamus ꝙ lapis magnetis attrahet ferrũ, quod ponitur vltra primũ ferrum, mediante attractione eius ad primũ ferrum. D. d. hoc autē debet cōcedi de neceſſitate, ſ. ꝙ primus motor eſt, qui hoc facit. i. ſed oportet nos cōcedere de hmōi mobilibus primũ motorē eſſe cauſam motus eorum oīum de primo ad vltimũ. Quod aũt eſt conſiderandũ eſt quomō ſit cauſa eoꝝ motus. hoc quidē, vt dixit auctor, concedēdũ eſt, cum huius mobiliũ motus ſequatur in velocitate, & tarditate potentiã primi motoris, & eius debilitatē, ex quo poſſumus ſcire primũ motorem eſſe cauſam huius motus de initio ad finē. D. innuit modũ, quo hmōi motus pōt fieri exemplificando, & dixit. v. g. q̃ mouet aerē, cũ fuerit hmōi, aut aquã, aut aliud, &c. i. v. g. ꝙ primus motor, vt dicas manus, mouet aerē, aut aquã, & vniuerſaliter mediũ, quod innatũ eſt mouere, & moueri. Poſt dicit cũ fuerit hmōi. i. cũ fuerit eo mō, quo eſt mediũ, ſ. quia exigitur ad hoc, ꝙ ſimplicia corpora moueãtur in illo. oſtenſum eſt enim, qm̃ niſi medium eſſet, nunq̃ lapis, neq; aliquod ſimpliciũ corporũ moueretur, neq; naturaliter, neq; ſm violētiã. hoc aũt perfecte declarabitur in Tertio de Cœlo, & mũdo.

Sine medio īpoſſibile eſt aliquod ſimplex corpus moueri naturalr, vel violenter. Idem 4. Phyſi. 71. & 3. Cœ. 28 & 4. Cœ. 22

D. d. ſed nō debet ſimul quieſcere ab hoc, ꝙ mouet, et moueatur. i. ſed de motu hoꝝ ſimplicium partiũ ecōuerſo eſt ei, quod eſt de rebus mobilibus, terminatã figurã habentibus in partibus: ideſt ſimpliciũ corporũ paſſibilium non oportet vt ſimul ceſſet idem à mouere, & à moueri: ſicut accidit hic in partibus corpoꝝ, terminatã figuram habentiũ, et in corporibus contrarijs, quæ ſibi adherēt inuicem, ſ. habentibus figurã. Poſt dixit imo ceſſat ab hoc, ꝙ moueatur, ceſſante eius motore à mouere. & ad hæc remanet mouendo. i. ſine eo, ꝙ moueatur. Et hoc, quod author dicit, manifeſte videtur ſenſu in motu aquæ à lapide, pie cto in illam. Videmus. n. partem, quę ſequitur lapidē, moueri vndiq; deinde transfertur motus ab illa parte ad partē conſequentē: deinde de illa ad aliam, quouſq; ceſſet. Partes vero aquę non ſimul mouentur, ſicut ſimul mouentur partes figurati corporis. & hoc patet in circulis, qui in aq̃ fiunt, qñ lapides cadunt in ea. Si igitur huius motus eſſet ſimilis motui in rebus mobilibus terminabilibus, oporteret oēs partes aeris, et aq̃ ſimul moueri de primo vſq; ad vltimũ, & expelli in oībus partibus mũdi intantũ, ꝙ in totum fieret inundatio, aũt corpus intraret corpus. quod eſt impoſſibile. Sed hęc corpora ab extrinſecis recipiunt denſitatem, & raritatē, & recipiendo denſitatē quaſi recipiũt aliquã penetrationem in ſuis partibus. Nã, ſi non reciperēt penetrationē aliquã, oporteret etiã ꝙ motus eorũ oīno ſimul eſſet, ita, ꝙ vltimus terminus mundi expelleretur etiã. &, ſi iſtæ partes perfecte penetrarent ſeinuicē, tunc nō moueret de aqua, niſi quantũ poſſidet corpus, quod cecidit in illa.

Digreſſio de motu proiectorum.

Eſt igitur quaſi mediũ inter eſſe ſpirituale, & corporale. ſm ergo naturã ſpiritus accidit in partibus aliq̃ penetratio: vnde vidimus diuerſos motus nō impediri à ſeinuicē in aqua: ſm vero corporeitatē expellũt ſeinuicē, ita, ꝙ ex eis duobus exiſtimatur ꝙ aer motus in eis eſt, qui trãsfertur per ſe, & lapis proiectus de neceſſitate transfertur per tranſlationē illius partis, q̃ defert motũ, & ceſſat illa ceſſante. Illa quidē pars non eſt eadē, nec ille motus etiã fit ſimul in pluribus partibus: ſed fit quaſi ſucceſſiue, & ſm tranſlationē de vna parte in aliã: vt accidit eis, in quibus calor trãsfertur de vna parte in aliã. Et vniuerſaliter motus ſagittæ in aerē ſimilis eſt multũ motui nauis in vnda, quæ portat eã: qui exiſtimatur eſſe vnus, cum ſit motus ſucceſſiuus per vndationē, q̃ fit in aqua: & talis vndatio fit in aere. Manifeſtum eſt ergo ꝙ cauſa huius, ꝙ iſtæ partes non oēs ſimul mouentur, eſt penetratio, q̃ accidit eis inuicē: ſm enim hunc modũ aſſimilatur ei, qui mouetur ab initio ſpacij vſq; ad finē, quod mouetur per ſe. Aqua enim, & aer talē habent naturã, ꝙ, cum accipiũt principium mouendi ab alio, mouentur per ſe: ſm vero ꝙ illa penetratio non eſt vera, cũ ſit illic expulſatio, accidit ꝙ motus expellentis, & expulſi ſunt ſimul. Cauſa aũt huius oīno eſt, quia hæc corpora carent figura, et termino, et multũ vicinantur in natura naturæ materiei. Sic igitur debet intelligi motus hoꝝ ſimpliciũ humidorũ. Et qm̃ differunt in hoc à ſiccis, et habentibus terminũ, et figurã, poſt d. vnde vnũ mouet aliud ſibi ſuccedens, &c. i. &, quia motus partiũ hoꝝ corpoꝝ non fiunt ſimul, qñ mouent ſeinuicē, accidit ꝙ motus in eis fit tali mō, ꝙ ſuccedant ſibi inuicē, & ſequantur ſeinuicē, & nō mouentur ſimul. D. d. Motus autem illius quieſcit, cum virtus mouendi diminuitur, &c. i. motus autem iſtarũ partium ideo quieſcit, quia virtus motiua nō ceſſat diminui, et deprimi in illis partibus, quæ mouent ſeinuicem ſucceſſiue, adeo, ꝙ in vltima parte non remanet mouere, ſed ſolũmodo moueri. ſm enim ꝙ itrat aliud,

Nota de motu, quaſi medio īter corporale & ſpirituale.

Aer, et aqua talem habēt naturam, ꝙ, cũ accipiunt pricipiũ mouēdi ab alio mouentur p ſe. Conſimile infra. c. 8 & 4. Cœ. c. 19.

non habet niſi virtutem, qua moueatur tm̃, ſm vero ꝙ intrat, mouet. quare non ſequitur ꝙ mouere, & moueri incipiat ſimul, nec etiam ꝙ omne, quod mouetur ex eis, moueat. nam, ſi hoc eſſet, omnino totus mũdus expelleretur. Et ideo dixit & vltimo ceſſat, quando motor penultimus peruenerit ad hoc, ꝙ nihil agat. ideſt, & illæ partes ceſſant à motu, quando illud, quod mouetur, quod ſequitur pars quieſcens, nõ poteſt mouere, neq; agere, ſed ſolummodo mouetur. hæc enim virtus non ceſſat diminui in partibus, quæ mouentur, adeo, ꝙ ceſſet. Et tu debes ſcire, quoniam hęc expoſitio noſtra non intelligitur ex expoſitione Themiſtij in hoc loco. vnde videtur nobis ꝙ etiam nos non intelleximus per ecte hunc locum, niſi apud laborem noſtrum circa expoſitionẽ huius libri. Et, cum narrauit modum, ſm quem mouent ſeinuicem huiuſmodi mobilia, quæ nõ actu ſunt diſtincta, nec ſunt partes rei terminatæ, & figuratę, incępit etiam narrare qualiter ſit de mobilibus, quæ figuram habent, & terminum. Et dixit hoc autem neceſſario fuit ſimul, ſ. motorem quieſcere à mouere, & rem motam à moueri, & ipſe motus omnino. i. ꝙ non accidit in corporibus humidis carentibus figuris. huius autem cauſam iam pręediximus.

Poſt hoc dixit Hic quidem motus eſt talis motus, qui fit in eis, quę poſſunt aliquando moueri, aliquando quieſcere. i. talis motus nunq̃ poteſt fieri i corpore cœleſti. hoc enim corpus ſemper moueri innatum eſt, hęc uero aliquando mouentur, aliquando quieſcunt. Poſt hoc dixit et non eſt continuus, ſed videtur. i. & iſte motus, ſcilicet lapidis in aere, ſiue in aq̃, non eſt vere cõtinuus, cum tamen ſenſui videatur continuus. Deinde dedit cauſam, quare caret continuatione, & dixit motor. n. non eſt vnus, ſed ſunt aliqua, quę ſuccedunt ſibiinuicẽ. ideſt, huius autem cauſa eſt, quoniam motus cõtinuus nõ poteſt eſſe, niſi vnius motoris, & vnius moti. in his autem motor non eſt vnus, ſed plura, quæ ſuccedunt ſibiinuicem tali modo, ꝙ vnus mouet poſt alium ſucceſſiue vnam rem motam. Et, quia talis ſucceſſio eſt ꝓpria eis, quæ mouentur in corporibus humidis ſimplicibus, dixit. Vnde talis motus nõ fit niſi in aere, aut in aqua. D. d. qui quibuſdã attribuitur ſucceſſioni, & ab ea denominatur. i. & iſte motus eſt, qui à quibuſdã hoĩbus attribuitur ſucceſſioni. i. dicunt ſucceſſionẽ eſſe cauſam illius, ſ. ſucceſſionem partium aeris expulſi in loco, cum prima pars aeris, quę expellitur à proijciẽte, expellat partem aeris ſuccedentem, & ſuccedit ei in illo loco, & ſic ſecunda tertiã, & tertia quartam, & vnaquęq; cedit pręcedenti. & propter hoc appellant huiuſmodi motum ſucceſſiuũ opinãtes ſucceſſionẽ eſſe cauſam motus illius, quod proijcitur in aere, aut in aqua.

Corpus cœleſte ſemper moueri innatum eſt. Idẽ 9. me. t. cõ. 17.

Vide. c. 68. quarti. Phy. & 86. Opinio Platonis.

Et poſt hoc dixit Sed pręedictæ quęſtiones aliter, q̃ ꝑnarrauimus, non poſſunt ſolui. i. ſed illa quęſtio, quam pręediximus de motu, non ſoluitur dicendo ſucceſſionẽ eſſe cauſam huiuſmodi mot⁹, et vniuerſaliter, nec alio modo, q̃ pręediximus. Poſt dedit cauſam, quare non poteſt ſolui per ſucceſſionem, & dixit Succeſſio aũt facit ea oĩa mouere, & moueri: vnde oportet ꝙ quieſcãt . i. ſucceſſiua. n. videntur mouere ſeinuicem, & moueri in ſimul: quapropter debẽt inſimul quieſcere. quod nõ accidit in partibus aeris ſucceſſiuis. D. d. ſed nos videmus unũ idẽ continue moueri. quare neceſſe eſt ipm̃ moueri ab aliquo. i. ſed iam probatum eſt aliquid eſſe, quod cõtinue mouetur: quare oportet ꝙ moueatur ab vno motore. ex pręedictis. n. patet, qm̃ eius, quod à pluribus mouetur, motus nõ eſt cõtinuus. Et ex hoc declaratur omnino ꝙ ſtellarum motus non eſt in medio. nã, ſi eſſet, nõ eſſet cõtinuus. poſt dixit mouetur. n. ab vno eodem. i. non enim mouetur, niſi ab vno eodẽ, ſ. cuius motus eſt continuus.

Motus eius, quod a pluribus mouetur, nõ eſt cõtinuus. Idem ſupra. t. cõ. 49.

Quoniam aũt in ijs, quæ ſunt, neceſſe eſt ſemper motũ eſſe continuum: hic aũt vnus eſt: neceſſe aũt eſt vnum & magnitudinis alicuius eſſe: (non. n. mouetur quod magnitudine caret:) & vnius, & ab vno: non. n. eſſet continuus, ſed contiguus alter alteri, & diuiſus: mouens igitur, ſi vnum eſt, aut ſubiens motũ mouet, aut ĩmobile exiſtens. Si igitur motũ ſubiens, conſequi oportebit, & mutari ipm̃, ſimul aũt moueri ab aliquo: quare ſtabit, & perueniet ad id, qđ eſt moueri ab ĩmobili. hoc. n. non neceſſe eſt ſimul mutari, ſed ſemper poterit aliquid mouere. nã ſine labore eſt ſic mouere. Et regularis hic motus, aut ſolus, aut maxime. nõ. n. habet mutationẽ vllã id, qđ mouet. oportet aũt id, qđ mouet̃ ab illo, nõ habere mutationẽ, vt ſimilis ſit mot⁹.

Et, quia neceſſe eſt vt ſemper ĩ eis, q̃ ſunt, ſit motus continuus: cõtinua aũt ſunt vnita: & oportet etiã ꝙ ſit alicuius magnitudinis: quod. n. non habet magnitudinẽ, non mouetur: & quod ſit vnius, & in vno: nam, ſi eſſet alter, non eſſet cõtinuus, ſed ſucceſſiuus, et diuiſibilis: motor aũt, cũ ſit vnus, aut mouet, & mouetur, aut non mouetur. Et, ſiquidem mouetur, ſequitur ipſum tranſmutari, ꝑpter ipſum tranſmutari ab aliquo, neceſſe eſt ꝙ hoc ceſſet, & perueniat ad aliquid, quod moueat abſq; eo, ꝙ moueatur. quod. n. eſt tale, non tranſmutatur cũ eo, quod trãſmutat, ſed poteſt ſemper mouere, cũ in tali modo mouendi non eſt fatigatio. Et talis motus ſolus eſt æqualis, & eſt dignior in hoc cęteris motibus. motor enim nullum habet modũ trãſmutationis. & oportet ꝙ neq; quod mouetur prope hoc ab hoc habeat tranſmutationem, vt motus ſit conſimilis.

83 Dicit et ſicut patet de motu cõtinuo, quoniam debet eſſe vnius motoris, ſic patet de illo, quoniã debet eſſe vnius moti. & quaſi d. &, quia manifeſtum eſt motum eſſe continuum: motus autem non eſt, niſi corporis, quoniam quod non eſt corpus non mouetur, vt in Sexto declaratũ eſt, & huius corporis, ſi eſt motus cõtinuus, neceſſe eſt ipſum eſſe vnum, ſicut oportuit hoc in motore: ex quo ſeqtur ꝙ motus cõtinuus ſit vnius moti, & vnius motoris. nam, ſi hoc non eſſet, non eſſet continuus, ſed ſucceſſiuus, & multus. & hoc voluit intelligi per hoc nomẽ diuiſibilis. D. d. Motor autem, cum ſit vnus, &c. i. &, cum ſit manifeſtum, quoniam motus continuus debet eſſe vnius moti, & vnius motoris: motor aũt cum ſit vnus, neceſſe eſt ꝙ ſit primus: &, cũ ſit primus, impoſſibile eſt ipſum moueri, neq; ꝑ ſe, neq; per accidens: & patet qm̃ motus, qui fit à motore tali, eſt cõtinuus, et motus, qui ineſt rei motæ, eſt vere cõtinuus. Poſt dixit quod. n. eſt tale, nõ trãſmutatur cũ eo, qđ tranſmutat. i. & hmõi motor, ſ. in quo nõ eſt trãſmutatio aliq̃, nõ trãſmutatur per accñs ex illo, quod ab ipſo trãſmutatur, vt accidit primo motori in aĩalibus. [a] iſte. n. trãſmutatur ꝑ trãſmutationẽ ſubiectũ in loco, ſ. aĩa aĩalis, q̃ mouet ipm̃, & etiã mutat ſe ab

Quod nõ eſt corpus, non mouet̃. Idẽ Sexto Phy. 32.

a Aĩa aĩalis mouetur localr ad motum aĩalis.

eo, quod mouet illam ſm ſloem. D.d. ſed poteſt ſemper mouere, &c. ideſt, & quia iſte motor nõ mouetur, cum mouet, ideo non accidit ei fatigatio in ſua motione, quod non accidit motoribus, qui cum mouent, mouentur. cauſa enim fatigationis nihil aliud eſt, q̃ hoc, ꝙ motor mouetur, quãdo mouet. hoc quidem prouenit, quia eſt in materia. Poſt dixit. Et talis mot⁹ ſolus eſt æqualis, ſcilicet dignior cæteris motibus, &c. i. & iſte motus eſt dignior alijs motibus æqualitate hac, videlicet ratione, quia inęqualitas nõ accidit, niſi ꝓpter hoc, ꝙ motori accidit quidam modus tranſmutationis, q̃re aliquando vigoratur, aliquãdo debilitatur: ſed iſte motus omnino caret tranſmutatione: ergo motus eius eſt æqualis ſimpliciter. Poſt dixit & oportet ꝙ neque quod mouetur prope hoc ab hoc habeat tranſmutationem, vt motus ſit conſimilis. ideſt, &, quia iſte motus eſt continuus æqualis, oportet ꝙ illud, quod mouetur hoc motu nullo modo tranſmutetur, vt motus eius ſit æqualis, & conſimilis. cum enim illud, quod mouetur, tranſmutatur aliquo modo tranſmutationis ab illo, à quo mouetur, accidit ei etiam inæqualitas motus. Vnde videmus Ariſto. opinari ꝙ corpus cœleſte non poteſt ex ſe, ſm ſuam naturam recipere tranſmutationẽ, & ꝙ cauſa eius eſt, quia nõ componitur ex materia, & forma, & ꝙ eſt neceſſarium ex ſe, non ex alio, vt Auic. dixit. verum tamen neceſſitas eſt in ipſo in modo recipiendi, in motore vero in modo agendi.

Cauſa fatigationis i motoribus, qui mouẽtur, q̃ mouẽtur, eſt quia ſunt in materia. Vide idem. 8. Phy. t. c. 78. & 79. & 2. Cœ. 5. & 71. & in. 2. cap. de ſubſtãtia orbis.

Corpus cœleſte ſm Ariſtotelem nõ p̃t ex ſe. ſm ſuã naturã recipere tranſmutationẽ. Idem primo cap. & 2. ac 3. de ſubſtantia orbis, & prio Cœ. 20

Neceſſe eſt autem aut in medio, aut in circulo eſſe, hæc enim principia ſunt: ſed celerrime mouentur quæ proxima ſunt mouenti: huiuſmodi autẽ eſt ipſius totius * motus: illic ergo ipſum mouens.

Primi motoris ſedes i circulo.
* alia. l. circuli motus.

Igitur neceſſe eſt, aut ꝙ ſit in medio, aut in circumferẽtia, hęc enim ſunt duo principia: ſed illud, quod magis appropinquatur motori, eſt velocius in motu: & ſic eſt de motu totius: motor ergo eſt illic.

84 Quia iſte motor, de quo iam declaratum eſt ipſum eſſe, non eſt in materia, non reſtat dicere, niſi ipſum eſſe in illis locis, in quibus effectus eius apparet, & maxime in loco, in quo motio eius æqualiter partitur ꝑ omnes partes illius, quod mouetur ab illo. Et, quia non eſt hic, niſi medium, aut circumferentia: actio autem eius magis apparet in circumferentia, & etiam motio eius magis eſt illic ęqualis, q̃ motio eius in alio circulo: ideo attribuitur illi loco. Vnde omnes leges conueniunt in hoc, q᷉d Deus habitat in cœlo. Poſt dixit hæc enim duo ſunt principia. ideſt principia totius, ſm ꝙ totum eſt ſphæricum. medium quidem eſt principium, ſm ꝙ ſuper ipſum eſt motus, circumferentia vero, quia ex illa eſt initium motus. Et declaratum eſt in libro de motibus animalium ſm locum, quoniam omne, quod mouetur, habet corpus quieſcens, circa quod voluitur, & ꝙ virtus quieſcentis debet eſſe firmior virtute illius, quod mouetur. &, ſi aliter eſſet, totum expelleretur. Exiſtentia ergo mundi his duabus virtutibus perficitur, ſcilicet virtute quietis, & virtute mouendi, quę eſt cõtraria illi. videtur igitur hoc intellexiſſe ꝑ duo principia. D.d. ſed illud, quod magis appropinquat motori, eſt velocius. ideſt, &, quia neceſſe eſt ꝙ partes rei motæ, quæ magis ſunt veloces, ſint illæ, quæ magis appropinquantur motori, partes autem velociſſimæ cæterarum, quæ ſunt in ſphęra totius, ſunt maximi circuli, qui ſunt in ea, neceſſe eſt ꝙ iſte locus ſphęræ ſit propinquior cęteris motoribus. partium autem propinquarũ proportio ad illum dignior eſt proportiõe aliarum ad illum. &, cũ ſit ita, cõſtat ꝙ ſit illic. ideſt, & ſic eſt de motu totius, ſcilicet ꝙ, quanto magis appropinquatur motori, tanto erit velocius. motor igitur eſt in partibus velocioribus totius, ſ. in circulo maximo orbis maximi, qui facit diurnũ motum. Hanc autẽ appropinquationem debemus intelligere ſm eſſe, nõ ſm locum. quod enim eſt non in corpore, non eſt in loco. & quaſi innuit per hoc, q̄m principium mouẽdi eſt ex nobiliori, ſ. ex medio ſphęræ, quæ eſt maximus circulus. & hoc manifeſtum eſt ſenſui, q̄m motio corporis ſphęrici à ſuo medio eſt melior, & nobilior.

Omnes leges conueniunt i hoc, ꝙ Deus habitat in cœlo. Idem primo Cœ. t. c. 22. & 96. et 100. & ſecũdo Cœ. te. c. 2. & cõ. 74.

Exiſtentia mundi huius his duabus virtutibus ꝑficitur, ſ. virtute quietis, & ꝟtute mouendi. Iſtud primo Cœ. c. 97. & 2. c. 102.

Documẽt.

Habet autem dubitationem, ſi contingat aliquid, quod mouetur, mouere cõtinue, ſed nõ, vt id, quod pellit, iterum et iterum, et eo ꝙ conſequenter ſit, cõtinue. Aut enim ip̃m oportet pellere, aut trahere, vel vtrũq;, aut alterum aliquid excipiens aliud ab alio, ſicut dudum dictum eſt in ijs, quæ proijciũtur, ſi, cum diuiſibilis ſit aer, aut aqua, mouet, ſed ut qui ſemper mouetur. vtroq; autẽ modo nõ poſſibile eſt vnum eſſe, ſed contiguum. Solus itaque is continuus eſt, quo ipſum ĩmobile mouet. ſemp̱ enim ſimiliter ſe habens, & ad id, quod mouetur ſimiliter ſe habebit, & continue.

Sed eſt hic quęſtio difficilis. motor quidẽ poteſt mouere cõtinue, & non ſm idem, ſm ꝙ expellit vnum poſt aliud: & ſic continuatio eius eſt ſucceſſio. Ad quod eſt dicẽdũ, q̄m neceſſe eſt, aut ꝙ ſemper expellat, aut attrahat, aut agat vtrũq;, aut agat aliud, cui ſuccedit vnũ poſt aliud, vt diximus ſuperius in re proiecta. aer. n. q̃a eſt aptus vt diuidatur, ſimiliter & aqua, mouet per ſuum motũ ſemper modis diuerſis. ſed impoſſibile eſt ſm vtrũq; modum ꝙ motus ſit vnus, ſed ſucceſſiuus. Continuus igitur eſt ſolus, qui mouetur à nõ moto. q̄m, cum ſemper ſit eodẽ mõ, & ideo etiam apud illud, quod ab illo mouetur, eſt eodem modo continue.

Vult declarare in hoc capitulo, q̄m ex ipſa cõtinuatione motus ſequitur ꝙ iſte motor nõ ſit corpus, ſicut oportet etiam ꝙ ſit vnus, & ꝙ illud, quod mouetur ab illo, ſit motũ vnum. Motor enim corporeus, quia non mouet, niſi expellendo, aut attrahendo, aut vtrũq; agẽdo: attrahens autem, & expellens non eodem modo ſe habẽt circa illud, quod mouetur in initio expulſionis, aut attractionis, & in fine, ſcilicet in propinquitate, & remotione: motor ergo, qui eſt corpus, non eſt conſimilium diſpoſitionum apud illud, quod mouetur: motus ergo ab illo non eſt cõtinuus. Et dixit Sed eſt hic quęſtio difficilis. motor quidem poteſt mouere continue, ideſt motu continuo vero. & hoc non ſic procedit in ſtatu mouendi, ſicut procedit corpus, quod mouet aliquid expellẽdo vnum poſt aliud, ideſt expulſione poſt aliam. quod enim innatum eſt ſic mouere, non mouet continue in rei veritate, ſed ſm ſenſum, verumtamen ſucceſſiue mouet. Et hoc intendebat, cum dixit & ſic cõtinuatio eius eſt ſucceſſio. ideſt & cõtinuatio eius, q̃ videtur ſenſu, eſt ſucceſſio vera. D. incœpit ſoluere hanc quæſtionem, ſ. q̄m impoſſibile eſt aliquẽ motorẽ, qui mouet, continue mouere, & dixit Ad q᷉d 85

eſt

eſt dicendum, quoniam neceſſe eſt, aut ꝙ ſemper expellat, aut attrahat, aut agat vtrũq;. ideſt quoniam neceſſe eſt, poſito ꝙ motor ſit corpus, & ꝙ mouet motu continuo, quòd ſemper expellat vnum poſt aliud, aut quòd ſemper attrahat, aut quòd aliquãdo expellat, aliquando attrahat: & hoc etiam ſemper. Poſt dixit aut agat aliud, cui ſuccedit, &c. i. aut ꝙ motor, cuius motus exiſtimatur eſſe continuus, ſit pluſq̃ vnum, q mouebit rem motã ſucceſſiue, vt diximus de motu lapidis. expellentis enim modi iſti ſunt, ſ. aut quod ſeparet̃ ab expulſo, & remaneat expulſum in motu, aut ꝙ non ſeparetur ab illo. Poſt dixit aer enim, quia eſt aptus vt diuidatur, &c. i. & motus, qui fit per expulſionem, ĩ qua expulſum non ſeparatur ab expellente, non eſt continuus. fit. n. aut ĩ aere, aut in aqua. ſed, quia aer, & aqua multum ſunt apti ad diuiſionem, & paſſionẽ, ideo mouent per ſuum motum illud, quod in eis mouetur motu inæquali, ſed diuerſimode. aptitudo enim ĩ eis ad diuiſionem, & paſſionem non eſt eodem modo in omnibus ſuis partibus. Et videtur ꝙ hic ſermo cõmunis eſt omnibus, qui in medio mouentur, ſiue expellens ſeparetur ab expulſo, ſiue non. Et, cum dedit cauſam, qua motus expulſi non eſt æqualis, dixit ſed impoſſibile eſt ſecundum vtrũq; modum, &c. i. & corpus mouere corpus motu ęquali in rei veritate impoſſibile eſt: ſiue motor ſit vnus ex initio motus vſq; ad finem, ſiue plures: vt accidit in motu lapidis. Nam, cum poſuerimus virtutem motoris intranſmutabilem, ſimiliter virtutem illius, quod mouet̃, impoſſibile eſt hoc poni in illo medio, in quo fit motus propter diuerſitatem partium in aptione. quare neceſſe eſt ꝙ ſtatus motoris apud illud, quod mouetur, diuerſificetur in motu. Poſt induxit cõcluſionem, quam intendit. Deinde inducet cauſam, qua motus illius, quod mouet, & nõ mouetur, ſit ęqualis, & eſt contraria illi, & dixit Continuus igitur ſolus eſt qui mouetur à non moto. Deinde dedit cauſam in hoc, & dixit quoniam, cum ſemper ſit eodem mõ, &c. ideſt, motus autem, qui fit à motore, qui nõ mouetur, eſt continuus, et vnus, quia motor eodem modo ſe habet ad rem motam, cum ſit immobilis, et intranſmutabilis: motor vero, qui mouetur, nõ eodem modo ſe habet, quia mouetur: & ideo non æquali motu mouet.

Expellentis iſti ſũt modi, aut ꝙ ſepet̃ ab expulſo, & expulſum remaneat in motu, aut ꝙ nõ ſepet ab illo. Idem. 7. Ph. t. c. 10.

Determinatis autem his manifeſtum eſt ꝙ impoſſibile eſt primum mouens, & immobile habere aliquam magnitudinem. Si. n. magnitudinem habet, neceſſe eſt aut finitam ipſam eẽ, aut infinitam. Quod igitur infinitam non cõtingat magnitudinem eſſe oſtenſum eſt prius in Phyſicis. Quod autem finitã impoſſibile eſt habere infinitam potentiam, & ꝙ impoſſibile eſt à finita moueri aliquid infinito tempore demonſtratum eſt nunc: primum autem mouens perpetuo mouet motu, & infinito tempore: manifeſtum itaq; eſt ꝙ indiuiſibile eſt, & impartibile, & nullam habens magnitudinem.

His ergo diſtinctis manifeſtum eſt ꝙ primus motor, qui non mouetur, non poteſt habere magnitudinem omnino. Nam, ſi haberet, neceſſe eſſet vt eſſet finita, aut infinita. Et iam declarauimus ĩ ſermone noſtro naturali, quoniam impoſſibile eſt magnitudinem eſſe infinitam. Et nũc declarauimus quoniã finitum non poteſt habere virtutem infinitam, & ꝙ finitum non poteſt mouere tempore infinito: ſed primus motor mouet motu æterno, tempore infinito: ergo manifeſtum eſt ipſum eẽ indiuiſibilem, & impartibilem, & nullam habere magnitudinem.

In hoc capitulo induxit concluſionem, quam à pri- 86
mo intendit. Quoniam, cũ induxit propoſitiones, quæ neceſſariæ ſunt ad hoc, & ſoluit quæſtiones, quæ accidunt in illis propoſitionibus, quibus vſus eſt, concludit quòd primus motor, de quo declaratum eſt ipſum non moueri, non habet corpus, ideſt non habet formam in materia. Et dixit manifeſtum eſt quòd primus motor, qui nũquam mouetur, non poteſt habere magnitudinem. i. &, cũ iam oſtendimus ꝙ omnis corporis finiti actio eſt finita, & ſimiliter omnis virtus in corpore, & ꝙ primi motoris actio eſt infinita, manifeſtum eſt ꝙ primus motor non habet magnitudinem omnino. Poſt dixit Nam, ſi hr̃et magnitudinẽ, &c. i. nam, ſi hoc non eſt verũ, contradictorium eius erit verum, ſcilicet quòd habet magnitudinem. et poſuit hoc, quaſi añs, & dixit &, ſi habet magnitudinẽ, neceſſe eſt ꝙ ſit finita, aut infinita. Deĩde deſtruxit vtrãq; partẽ conſequentis, vt ſequente deſtructo deſtruat antecedens, & dixit Et iam declarauimus in ſermone, etc. i. in Tertio tractatu huius libri. illic enim declarauit quoniam omne corpus eſt finitum. D. d. Et nunc declarauimus, &c. i. &, ſi eſt corpus finitum, conſtat ꝙ virtus eius eſt finita: in corpore enim finito nõ poteſt eſſe virtus infinita. Poſt dixit ſed primus motor mouet motu æterno, tempore infinito. ideſt ergo virtus eius eſt infinita. &, cum ſit manifeſtum, quoniã omnis corporis virtus eſt finita, et ꝙ primi motoris virtus eſt infinita, concluditur in ſecũda figura primum motorem non eſſe corpus, nec virtutem in corpore.

3. Phy. t. c. 40. & infra.

Librorum Octo de Phyſico auditu finis.

AVERROIS CORDVBENSIS

EXPOSITIONIS MEDIÆ SVPER LIBROS PHYSICORVM ARISTOTELIS LIBER PRIMVS,

Iacob Mantino Hebræo, medico, interprete.

PRincipale huius libri propoſitum eſt inueſtigare cauſam materialem primam, communem omnibus rebus naturalibus: & tres amplectitur partes, ſeu ſummas. Prima continet ea, quæ, vt libri exordium, ſe habent. Secunda Antiquorum opiniones de huiuſmodi principio, earúdemq́ue deſtructionem. Tertia propriam de huiuſce principio opinionem.

Prima Summa tria amplectitur capita.

In Primo agitur de huius ſcientiæ conſyderatione.

In Secundo de generibus demõſtrationum, quæ in ea fiunt.

In Tertio verò de modo doctrinæ, qua procedere debemus in hac ſcientia.

Caput Primum de propoſito huius ſcientiæ.

1 DIcamus igitur quod, cum hæc ars, quæ de rebus ſpeculatur mobilibus, ſit contemplatiua: & propoſitum artis contemplatiuæ eſt ſcire cauſas rei, de qua conſyderatur in illa arte: videmur enim vnumquodque exacte ſcire, cùm cauſas, & prima principia illius rei cognoſcimus, & tandem eius elementa, & ſimplicia, ex quibus conſtat: hoc autem ita ſe habet in omnibus rebus, quæ quatuor obtinent cauſas: &, cum hæc ars ſit vna ex ſpeculatiuis: eius igitur propoſitum, ſeu intentum eſt quatuor rerum naturalium cauſas pertingere, hoc eſt, Materiam, Formam, Efficiens, & Finem, tum remotas, tum propinquas, tum etiã proprias, tum cõmunes. & propterea huius libri propoſitum eſt reddere cauſas primas, communes omnibus rebus naturalibus, & communia conſequentia. & hoc, prout vires huius ſcientiæ ſeſe extẽdunt, hoc eſt, primam materiã, & cauſam vltimam mouentem. nam ad cognitionem primæ formę, & primi finis, non dantur in hac ſcientia propoſitiones, quæ in eo ducant, vt poſt hoc oſtendetur: immo de his duobus ad ſciam Diuinã attinet tractare.

Caput Secundum de demonſtrationum generibus, quæ fiunt in hac ſcientia.

2 GEnera demonſtrationum, quibus nanciſcimur
3 cauſas, quæ in hac ſcicotia quæruntur, ſunt demonſtrationes, quia, ſeu ſigna nominatæ. Nam via, quæ ad hęc haberi ſolet, eſt à rebus notioribus nobis, quæ quidem ſunt poſteriores ad priores, quæ ſunt apud naturam notiores: res autem poſteriores ſunt ſenſibilia compoſita, vt hæc terra particularis, & hoc animal indiuiduum, ſeu ſingulare: priores vero ſunt ipſæ cauſæ, & elementa, ex quibus ſenſata conſtant. cauſa autem, ob quam maior pars demonſtrationũ ducentium in notitiam cauſarum, quæ in hac expectantur ſciẽtia, ſunt de genere ſignorum eſt, quia quæ cognita ſunt in hac ſcientia, non ſunt priora: quẽadmodum fit in Mathematicis ſcientijs. & propterea in Mathematicis via ſcientiæ oppoſita eſt huic: ibi .n. à priori ad poſterius, hic vero à poſteriori ad prius. ibi igitur cognita apud nos ſunt ſimpliciter cognita, & apud naturam: propter quod & ipſæ demonſtrationes, quæ ibi fiunt, ſunt abſolute, ſeu ſimplices. ſed quæ hic, non ſunt ſimpliciter cognita, & apud naturam: iccirco maior pars demõſtrationũ, quæ hic fiunt, ſunt à ſigno, ſeu demõſtrationes quia.

Caput Tertium de modo docendi in hac ſcientia.

4 MOdus vero doctrinę, qui in hac ſcientia fit, eſt
5 primo contemplari, quę communia ſunt cunctis rebus naturalibus, tam cauſas, quam conſequentia: ex his mox ad partialia proficiſci, vt ratio huius libri ſe habet ad alios, ſibi poſteriores, qui poſiti ſunt in hac ſcientia. quæ quidẽ res ita ſe habet, propterea quia communia ſunt proprijs notiora nobis, vt cõpoſita ſimplicibus. eadem igitur cauſa, ob quam ad horum cognitionem procedimus à compoſitis ad ſimplicia, proficiſcimur in ordine doctrinæ à communi ad propriũ, hoc eſt velle iter agere à notiori nobis ad ignotius. Ipſa autem communitas, ſeu vniuerſitas in hoc negocio ſe habet ad partialitatem, veluti cõpoſita ad ſimplicia. Hinc eſt quod totum notius eſt ſenſu eius partibus: quemadmodum nomina ſunt apud intellectũ notiora definitionibus. Indicium vero, oſtendens ſcientiam, ſeu notitiam communem eſſe propria, apud nos priorem, eſt quod puer ſtatim, cùm ſeo virtus dignoſcitiua oritur, putat mulierem, quãcunque viderit, eſſe eius matrem, & virum quẽlibet, patrem. Extat adhuc alia cauſa, ob quam in ordine doctrinæ proceditur à communi ad proprium, quia videlicet ea doctrina non contingit repetere declarationem eiuſdem rei. nã, ſi ad demonſtrationes hac non procederemus doctrina, cogeremur ſeorſum probare res communes ineſſe cunctis rebus, quibus ſunt communes: vt probare equum obtinere materiam primam, & hominem, atque inanimatum, & ſtirpẽ. Adde etiam quod propoſitiones eiuſcemodi demonſtrãdi generis nõ eſſent proprię, neque primæ: vt medicis, euenire ſolet, cùm demõſtratiue quatuor elementa ineſſe homini probare tentant. Hęc igitur ſunt, quæ in præfatione huius libri continentur.

Summula Secunda Primo in duas ſecatur partes.

In Prima parte adducũtur opiniones, quæ poſſunt de prĩcipijs rerum ſenſibilium afferri: habeturq́ue ſermo cũ his, qui in hac ſciẽtia errorẽ non proprium cõmiſerunt.

In Secũda fiet verbum cũ illis, qui circa principia proprium, atque proportionatũ cõmiſerunt errorem.

Prima pars diuiditur in quatuor capita.

In Primo capite cõtinentur opiniones, quæ de hoc principio afferri poſſunt, & earum authores.

In Secundo earum genera varia, & quænam à Phyſico deſtrui, vel non deſtrui debeãt. quod, ſi cũ eo genere ſermonem faciet, quod non ſpectat ad Phyſicũ ei cõtradicere, loquetur quidem vt Philoſophus, non vt Phyſicus, huiuſque rei rationem reddet.

In Tertio deſtruet opiniones illorum, qui nõ ſunt naturaliter locuti, pręter deſtructionem ſyllogiſmorum eorum.

In Quarto deſtruet ipſorum ſyllogiſmos.

Caput Primum.

6 DIcamus autem, Principium vel vnum, vel plura oportet eſſe. &, ſi vnum, vel mobile, vt nõnulli Phyſici Aerem, alij vero Aquam eſſe principiũ autumant: vel immobile, vt Parmenides, & Meliſſus cenſere videntur: vel finitum in magnitudine, aut infinitum. Et, ſi plura, vel mobilia quoque

quoq; vel immobilia, licet nemo ita cenſeat, vel finita, vel infinita, vt opinati ſunt Anaxagoras, & Democritus. & hoc, vel quia per ſe, & ſm formã ſint vnum, ſed infinita in multitudine, & numero, vt ſunt partes indiuiſibiles, quæ atomi vocantur, ſm opinionem Democriti: putabat.n. ipſe res naturales cõſtare ex partibus indiuiſibilibus infinitis, differẽtibus tm̃ numero, et figura: vel vt ſint infinita, eo quod ſunt partes ſimilares, vt Anaxagoras opinatus eſt: credit nãq; ipſe ex qualibet ſimilari particula, vt oſſe, & carne, prouenire infinitas partes ſimilares, quæ quidem differant in qualitatibus contrarijs.

Caput Secundum.

8 QVi igitur aſſerit principium eſſe vnum, & immobile, errat profecto in hac arte, errore improprio, cum tollat motum: huius autem ſcientiæ profeſſor contẽplatur de entibus naturalibus, prout ſunt mobilia: idcirco qui hãc profitetur ſcientiã, nequit ſermonem proprium ſecum habere, poſtq̃ primas propoſitiones naturales ei negauerit. Itidem neq; cum eo, qui pluralitatem, & motum negat, & dicit ens eſſe vnum, & imobile, & non intelligit per nomen entis, id, quod nomẽ pricipij denotat. Et hoc quidem eſt, quod primo conijci poteſt ex Parmenide, & Meliſſo, nam licet ex verbis Antiquorum haberi poſſit eos vti nomine entis vice nominis principij, idemq; indicare, non tamen decet nos cenſere ita eos intelligere, præſertim cum dicãt ens eſſe vnum, & immobile, ita, vt intelligant principium, cum ipſum principium expoſcat aliquid, cuius eſt principium, adeo, vt adſit ibi pluralitas de neceſſitate, videlicet principium ipſum, & id, cuius eſt principium: & ideo non decet ſciẽtiam Naturalem profitentem, facere ſermonem cum his duobus viris, cum ipſi negent pluralitatem rerum, quarum cauſa eſt ipſa compoſitio, quæ reſultat ex pluralitate principiorum, eorumq; varietate, cum negẽt principia ipſa, negantq; naturam, cum motum negent. Hæc autem ſunt veluti radices, & præpoſitiones, quæ ſupponit tanq̃ per ſe nota, atq; cognita huius ſcientiæ profeſſor. Quilibet autem artifex poteſt deceptionibus contra ipſum inductis cõtradicere, ſi eę intra principia ſint. qm obiectiones, quibus vtetur ad fallacias illas ammouendas, ex principijs quidem in ea arte conceſſis eas componet, ſiue in ea arte fuerint per ſe notę, ſiue ab alia receptę fuerint. Si vero delictum, vel deceptiones in ipſiſmet exiſtãt principijs, nequaq; poteſt habere principia ad ea, quatenus eſt illius artis profeſſor, quibus demoliatur illas deceptiones. Si igitur non fuerint de ſe notę, ad eam tunc attinet ſcientiam, in qua demonſtratiue probanẽ. At, ſi fuerint de ſe manifeſtę, tunc ad artem ſpectat vniuerſalẽ hr̃e ſermonẽ cõtra eũ, qui in eis delinqt: hoc aũt vel artis Dialecticę vel p̃mæ Philoſophię eſt officium.

11 Exemplum autem tum proprię, tum improprię deceptionis eſt, veluti contigit illis duobus Antiqs in quadratura circuli: nam alter putabat ſe circulũ quadraſſe, cùm lunarem quadrauerit figuram: alter vero, cùm feciſſet in circulo figuram triangularem ęquilateram, & ſuper quãlibet eius coſtã formaret triangulũ æquicrurium cenſebat, ſi ita ſemper egiſſet, coniungere coſtas vltimi trianguli ſuper circuli circũferentiam. Ad Geometram nãq; ſpectat primum refellere errorem, reſpõdereq; ei, probando circulum nõ diuidi, vſq; quo deſinat in figuras lunares, impoſſibileq; ſit ipſas figuras lunares circulum menſurare. Secundo vero delicto nequit Geometra contradicere. qm̃ ille, qui eo vſus eſt, vnũ ex Geometræ fundamentis profecto negat, quod eſt, omne quantum poſſe in infinitum diuidi. Hæc ergo eſt potiſſima cauſa, ob quã tenetur qui hanc defendit ſcientiam, nõ habere ſermonem cum his duobus, ſ. Parmenide, & Meliſſo. Sed huius ſciẽtiæ profeſſor cogitur ſupponere quod datur pluralitas in rebus ſenſibilibus, variaq; principia, ex quibus oritur huiuſcemodi pluralitas, & natura quoq;, quæ quidem eſt principiũ motus harum rerum ſenſibilium. Secunda autem cau 10
ſa eſt, quia huiuſmodi opinio eſt falſa in arte Dialecticæ, & ſenſui aduerſatur, veluti qui dicit contraria eadẽ eẽ ſimul. In ſyllogiſmis quoq;, quos hi duo viri ad hãc ſentẽtiam afferunt, perſpicuum qppe eſt peccatum, vt ex eorũ rationibus manifeſte haberi poteſt: & ſi Meliſſi ratio ſit ſatis peior, cum & in figura, & propoſitionibus delinquat. propter hæc igitur non tenetur pfeſſor
huius ſcientiæ loqui cum his duobus viris. At, licet nõ 12
teneatur ſecũ alloqui, nihilominus verbũ cum eis facere Dialecticũ, vt inqt Ariſt. habet aliqd Philoſophiæ.

Caput Tertium.

IN hoc capite incipit arguere contra concluſionem, quam inferunt, quæ eſt, ſ. ens eſt vnum: cõtra quos dupliciter inuehit. Primo ratione nominis ſubiecti, diuidendo. ſ. nomẽ ipſius entis in omnia ea, de quibus dicitur in Dialectica arte, & probabit ens nõ eſſe vnũ, aliquo illorum modorum, quibus dicitur nomen entis in ea arte, ſ. Dialectica. Secundo ratione prædicati: & hoc etiam diuidẽdo ipſum vnum in eas res famoſas, de quibus dicitur in arte Dialectica, & probat neutro illorum modorum ens eſſe vnum.

Primum Argumentum.

Nos interrogamus eos vtrum hoc nomen ens ſigni- 13
ficet primo apud eos vnam rem, vel plures. Et, ſi dicãt 14
plures, vt nos quoq; dicimus ſignificare decem prædicamenta, tunc concedunt pluralitatem. Et, ſi vnã, tunc
iterum quæremus vtrum illa res ſit vna genere, vel ſpe 15
cie, aut indiuiduo. Si igitur dicãt vnam genere, vel ſpecie, concedent quidem ens eſſe plura, quoniam genus in ſpecies diuiditur, & ipſa ſpecies in indiuidua. At, ſi dicãt eſſe vnam numero, tunc quæremus ab eis vtrum indiuiduo ſubſtantiæ, vel accidentis. &, ſi accidentis, tunc dicemus accidens non poſſe eſſe ſine ſubiecto. ens igitur erit duplex, ſ. accidens, & ſubiectum. &, ſi ſubſtantiæ, tunc id eſſe impoſſibile aſſeremus, cum oporteat ipſum vel finitum, vel infinitum, quæ ſunt quantitatis affectus denominare. erit igitur duplex etiã, videlicet ſubſtantia, & quãtitas. deinceps interrogabimus eos vtrum ipſum ens, quod eſt vnum indiuiduo, habeat definitionẽ, vel ne. &, ſi definitionem habere negẽt, negabunt ergo ipſum habere naturam. ſi vero definitionẽ habere aſſerant, ergo habebit omnino partes definitionis, quæ cum definito exiſtant. vt gr̃a exempli homo ſit ens vnum oportebit inq̃ ineſſe ei partes definitionis, hoc eſt aĩal, & rationale, quæ ſunt eius definitio. neq; poteſt quis cenſere hęc eẽ accidentia in homine, videlicet aĩalitas, & rõnalitas: qm̃ oporteret & ipſum cõpoſitum ex ipſis eſſe accñs. Hac igiĩ rõne entia ſunt plura: licet non diſtinguantur ab ente, qđ eſt vnũ.

Secundum Argumentum.

Idẽtidem eos interrogabimus de hoc nomine, Vnũ 16
numero, quid ſcilicet de rebus famoſis, de quibus ipſum vnum dicitur, per ipſum ſignificare velint. nã hoc nomen, Vnum, de tribus dicitur quidẽ, Primo de continuo, vt cum dicimus lineam aliquam eẽ vnam, Secundo de indiuiſibili, vt cũ dicimus pũctum eſſe vnũ, & finem vnum, Tertio de re, quę habet duo nomina ſynonyma, vt cùm dicimus veſtem, & indumentum
eſſe vnum. Si igitur dicant ſignificare continuũ, tunc 17

dicemus

dicemus eis corpora continua eſſe duplicia, ſimilaria ſ.
vt caro, & os, & diſſimilaria, vt manus, & pes. Si autē
de ſimilaribus intelligere velint, tūc dicemus ipſum ſi-
milare corpus, quãuis ſit vnū, eſſe tñ plura ſm diuiſio-
nem: et ſic ſequetur idem eſſe vnū, et plura ſimul. Neq;
dicere poſſunt ipſum eſſe vnum actu, plura tñ potētia,
vt nos dicimus: qm̄ ipſi non intelligunt vnum, vel plu-
ra dici multifariam, ita, quod aliquid ſit partim vnum,
partim plura. &, ſi acceptum fuerit hoc ab eis, quidnã
dicent de cõtinuo diſſimilarium partium, vt homo, &
equus? manus.n. hoïs non eſt homo, neq; caput eſt ma-
nus. Et, ſi velint partem * non eſſe præter totū, & mo-
ueant illud priſcum dubium, quod ſolet dubitari, vide-
licet q;, ſi quælibet pars rei eſſet aliud à toto, eſſet & ip-
ſum totum aliud * à ſeipſo, cū omnes partes ſint ipſum
totum. Cuius ſolutio non eſt admodum ardua. ſi enim
vnaquęq; pars ſeorſum ſit * aliud à toto, nõ propterea
ſequitur vt omnes ſint aliud à toto. quoniam id, quod
eſt verū diuiſim nõ eſt verum in cõpoſito, vt in libro

* a. l. nihil aliud eſt q̄ totum.

* a. l. pter ſe

* al. præter totum.

18 Elenchorum, & Interpretationis oſtenſum eſt. Sed, ſi
indiuiſibile intelligere velint, tunc ipſum ens neq; quã-
titas erit, neq; qualitas, vel ſubſtãtia, aut aliquod aliud
prædicamentum, neq; dabitur aliquod finitū, vt ponit
Parmenides, neq; īfinitū, vt Meliſſus. nã finis aliud eſt
q̄ res, cuius eſt finis: & ſic res erunt punctum, vel ali-
19 quod indiuiſibile. At, ſi rem, quę, cum ſit eadem, duo
nomina ſynonyma habet, itelligere velint per hoc no-
mē vnum, ſequeretur q; cõtrariorū nomina, vt album
& nigrum, calidum & frigidum idem ſignificarent: ſic
enim omnia erunt ſynonyma: hocq; nomen animal, &
ſtirps, atq; inanimatum idem indicabunt: noïa quoq;
oppoſitorum. Et, ſi nobis dicant hoc idem, quod nos
inferimus de ente, ſequetur etiam de vno, & eodem in-
diuiduo: nam plura aſcribetis ei, cum ſit tamen vnum.
20 aſſeritis igitur vnum eſſe plura. Nos autem reſpõde-
mus q;, cum Antiqui intellexerint hoc nomen vnum,
& ens, idem ſemper ſignificare, ideo fuerūt perplexi cir
ca hoc dubium, hoc eſt quo pacto eadem res pluribus
cognominetur denominationibus, ita vt exempli gra-
tia dicant Socratem eſſe in ſe vnum, & longum, & al-
bum, atq; ſcriptorē. Ad quod nonnulli eorum reſpon-
debant q;, cum de eadem re prędicatur aliquod horum
prędicatorum, oporteat demere hoc verbum eſt. & hac
conditione propoſitionē tollunt indicatiuam, dubiūq;
adhuc reſtat ī ſuo robore. Sed Plato reſpõdebat ad id,
debere iterare, ſeu geminare eam dictionem, quæ præ-
dicatum ſignificat, et nõ dicatur homo eſt albus, vt di-
citur homo ens eſt, ſed homo eſt dealbatus. Et hoc to-
tū eſt quædam fuga: quia hoc nomen vnum, & ens plu
ra ſignificant, cum ipſi tñ putent vnum, & idē ſignãre.
21 Dicimus autem nos Socratem eſſe vnū ſubiectū, plu-
ra ratione, & denominatione, ſeu attributo: hocq; no-
mē Vnum, et plura de pluribus, varijsq; dici, vt de po
tentia, & actu. eſt.n. aliquid actu vnum, potentia vero
plura, & econuerſo. fuerunt autem coacti Antiqui di-
cere ens eſſe vnum actu, propterea quia negabant unū
eſſe plura: cum ipſi per vnum, & plura, duo intelligant
oppoſita tm̄. erat nãq; falſum apud eos dicere rem eſſe
vnam, & plures, cū ex hoc non perciperent res diuerſas.

Caput Quartum.

22 IN ſyllogiſmis autem eorũ, quos ad huiuſmodi con-
cluſionem inferendam attulerunt, perſpicuū eſt de-
lictum, et falſitas. Meliſſi.n. is eſt ſyllogiſmus. ſi ens
eſt genitum, ergo habet principium. mox deſtruit an-
tecedens, ſed non eſt genitum, ergo non habet princi-
pium. deinceps ſequitur ex hoc ipſum eē infinitū, atq;
vnum, & immobile, cum non habeat locū, in quo mo-
ueatur. Huiuſmodi autem ſyllogiſmi tum figura, tum
prẹmiſſę delictum obtinēt. peccat.n. ī figura ipſe, cum
ſit hypotheticus coniūctiuus, in quo reaſſumitur op-
poſitum antecedentis, & infertur conſequentis oppoſi
tum: cuius corruptela ī lib. Priorum iam declarata eſt.
Ratione quoq; præmiſſarum eius prauitas neminē la-
ter, cum nomine principij vtatur tanq̃ vniuoco, cum
tamen trifariam aſſumatur, Primo quidem modo, ceu
principium in tempore, Secūdo, vt principium in ma-
gnitudine, vt eſt lineę principium, Tertio vero ſm cau
ſam. Si igitur temporis principium intelligat, tūc vere
conſequens ex eius præmiſſis procedit, ſyllogiſmusq;
concludit: nam temporale principiū eſt ipſi genito pro
prium: iccirco, cùm reaſſumit oppoſitum antecedētis
oppoſitū infert conſequentis. at id, quod propoſuerat,
23 non concludit, videlicet ens eſſe magnitudine infinitū,
ſed tempore præterito eſſe infinitum infert: hoc autem
non erat eius intentum. Si vero principium magnitudi
ne intelligat, vt eius concluſio indicare videtur, tunc
* eius propoſitiones falſę coniūctionis erunt, falſęq; in
reaſſumendo. Sunt.n. falſę cõiunctionis: qm̄ non omne
generabile habet principium ī magnitudine. hoc tamē
bene eſt verum de generabili in tempore: ſed quod ſm
oēs eius partes in inſtanti generatur, nec prius, nec po-
ſterius magnitudine obtinet: iccirco neq; vllam habet
partem, à qua motus incipiat. Eſt autem falſum quoq;
ipſum reaſſumptum: qm̄ non eſt verum id, quod non
generatur, non habere principium in magnitudine, cū
coeli ſm Peripateticorum ſententiam ſunt profecto in-
geniti, habent tñ principium magnitudine. at, ſi p prin
cipium cauſam velit, propoſitiones erūt ſanè verę, nõ
tñ id, quod decreuerat, infert. Admiratione autē affe- 24
ctus ſum, cur non conſyderauit q;, ſi ens eſſet vnum, &
infinitū nõ poſſet adhuc moueri ſm partes, & ſi nõ ſm
eius totum, vel moueri, quis alteretur. Neq; poteſt di-
cere ens eſſe vnum forma, ac definitione, qm̄ rerū for-
mæ variæ ſunt: niſi forte capiat hoc nomē ens vice no-
minis principij, vt naturales capiunt. diceret autē tunc
id, quod nonnulli Phyſicorum dicunt. ſed, cum non ſit
id propoſitum eius, erit igitur eius cõcluſio falſa, & in-
ter viliſſimos deceptorum ſyllogiſmos is locari debet,
qui corruptus genere nuncupatur. eſt autem materia,
ac forma corruptus. Parmenidis vero ſyllogiſmus is 25
eſt. Quicquid eſt citra ens eſt non ens: & quod non eſt
ens, nihil eſt: ens igitur eſt vnum. Huius quoq; ſyllogiſ
mi propoſitiones ſunt falſę, neq; quã propoſuerat con-
cluſionem concludit, quãuis eius figura ſit vera. Sunt
autem eius prẹmiſſę falſę, qm̄ vſus eſt nomine entis, ac
ſi vnam ſignificet tm̄ rem, cum tñ de varijs dicatur re-
bus. eſt.n. eius ſenſus, ac ſi quis dicat quicquid eſt præ-
ter canem eſt non canis. hoc autē eſt falſum: quia quod
eſt præter canem maritimum, eſt canis latrabilis. Si ve-
ro per illud nomen ens ſubſtãtiam intelligat, idem eſt,
ac ſi dicat quicquid eſt pręter ſubſtantiam non eſt ſub-
ſtantia. & id profecto verum eſt. ſed quod eſt præter 26
ſubſtantiam, nõ eſt priuatum, immo eſt quantitas, vel
qualitas. idētidem, ſi aliquod aliud velit prædicamen-
tum, non propterea ſequetur q; quicquid eſt pręter il-
lud prædicamentum ſit nihil. Ipſum quoq; non conclu
dere quod propoſuerat ſatis perſpicuū erit, ſi pro eius
propoſitionibus alias fingamus, & pro ente album ca-
piamus, ſyllogiſmusq; ex duabus præmiſſis ita con-
ſtruatur. Quicquid eſt præter albū non eſt ens: & qc-
q́d eſt nõ ens nihil eſt: ergo in p̈ma figura īferē per dici
de oī q; q́cquid eſt p̄ter albū nihil eſt, non q; album ſit
vnū, quemadmodum ipſe concluſit. Aſpexit aūt Ari.
huius viri ſyllogiſmū, quia eius minor propoſitio, qua
vſus eſt, non eſt negatiua, ſed indefinita. nam, ſi minor
fuiſſet negatiua, nequaq̃ concluderet in prima figura.
Atqui, & ſi ſyllogiſmus ſit verus in figura, quæſitum
tamen

* a. l. conſequẽs erit falſum & abſ.

tamen minime concludit. Ad hæc, quãq̃ hanc concedamus concluſionem, quidnam prohibet album eſſe plu
26 ra, vt cignus, & nix, reliquaq́; Si tandem ex his propoſitionibus ponamus cõcluſionem, q ens eſt vnũ, idem profecto inconueniens ſequetur ex ijſdem propoſitionibus, quibus vſus eſt ad inferẽdam concluſionẽ. qm̃, cum hoc nomen ens pro accidente capiatur, ſubſtantia inq̃; erit, & non erit ſimul. erit quidem, ſi accidens ponatur eſſe ens: accidens. n. non extat, niſi in ſubſtantia: non erit vero, ſi ponatur id, quod eſt præter ens, quod
27 eſt accidens, eſſe non ens. At, ſi ens pro ſubſtantia capiat, quod quidam potius credendum eſt, tunc verum eſſet dicere ipſum eſſe album vnum, vel aliquod aliud prędicatum, quod de ſubſtantia vere dicatur. de his. n. prædicatis ſm rationem eius dicetur abſolute non ens, cũ ipſe dicat quicquid eſt præter ens. & ſic ens erit non ens. Differt autem hæc deſtructio à præcedente. qm̃ illa erat ex propoſitionibus ab ipſis in terrogatione acceptis, hæc vero eſt ex ipſiſmet propoſitionibus, quas ille vir conceſſit, facitq́; hic ſyllogiſmum: & propterea memorauimus hanc deſtructionem in hoc loco. is autẽ ſyllogiſmus, qui fit hic ad hanc concluſionem deſtruendam, eſt ex genere ſyllogiſmorũ, qui ex oppoſitis conſtituuntur propoſitionibus in eadem ſententia inuẽtis, qui adducuntur ad deſtruẽdam illam ſententiam, quam conantur credere: in libro autem Priorũ iam oſtenſum eſt qualiter horum ſyllogiſmorum genera conſtruant̃.
30 Plato, vt vĩ, acceptabat illas duas propoſitiones Parmenidis, hoc eſt, q quicquid eſt præter ens eſt nõ ens, & quod nõ eſt ens, nihil eſt: ſed ens putabat eſſe formã, & non ens materiam: ſenſibileq́; eſſe compoſitũ ex forma, & materia: quorum alterum ens, alterum non ens
31 eſſe exiſtimabat. Cogebat̃ ergo fateri vel non ens eſſe aliquod ens, cum nulla res componatur ex priuatione, vel nomen entis plura ſignificare. Sed hæc cõtradictio inſurgit contra ipſum, ꝑpterea qꝛ non diſtinguit̃ apud eum, ipſum ens ad plura, & ad ens in actu, & potentia.

Secunda pars huius ſummæ Duo habet capita.

In Primo enarrantur opiniones Antiquorum Naturalium de principio materiali: redditurq́; cauſa, ob quã ita opinati fuerunt.

In Secundo vero affertur ratio eorum, qui aſſerebant principia eſſe infinita.

Caput Primum.

32 EOrum autẽ, qui nomine entis vice principij nominis vtuntur, cum quibus Phyſicus tenetur ſermonem facere, cum nullum principiorũ artis denegent, quidam vnum eſſe principium autumant, quidã vero plura. & qui vnum, generationem quippe ex cõtrarijs, & eorum ſubiecto fieri cõcedunt: putant. n. res ex ſuis generari contrarijs. Et hi bifariam ſectati ſunt. nam eorum quidam ponũt vnum ex quatuor elementis eſſe ſubiectũ contrariorum, ipſaq́; contraria, quæ ſunt differentiæ rerum, apud eos eſſe denſitatẽ, & raritatem (ſeu fungoſitatem) & deniq; magnũ, & paruum: ratiq́; hi ſunt generationem per alterationẽ fieri, cũ ipſi cenſeant res ipſas denſitate huius vnius ſubiecti, vel ſpongioſitate fieri. Alij tñ arbitrati ſunt illud vnum ſubiectum eſſe aliquid, q igne craſſius, aere vero tenuius. &, ſi quid videatur generari, id ex illo generari affirmãt, cùm ea ex ipſo ammoueantur, & egrediantur, cum in eo actu exiſtant.

Plato tamen magnum, et paruum materiam, vnum vero ipſam formalem cauſam eſſe cenſet. Alij autem præter ipſum magnum, ac paruum eſſe formam, & ipſum vnum eſſe eorum receptiuum ponunt.

Hæc igitur eſt opinionum ſumma eorum, qui principium materiale eſſe vnum aiunt.

Eorum vero, qui plura eſſe principia fatentur, nonnulli finita, vt Empedocles, q quatuor elementa ea eſſe, opinatus eſt, quidã vero alij ea infinita faciunt, vt Anaxagoras, et Democritus: concordes. n. ſunt ponere generationem fieri per defectum. Empedocles tamen putabat res ſegregari, et ex quatuor ęgredi elemẽtis, mox diſſolui, et ad quatuor reuerti elementa, & id circulariter fieri. Sed Anaxagoras quodlibet ĩ quolibet exiſtere cenſebat, atq; quodlibet ex quolibet prouenire, hoc eſt ſimilares ex ſimilaribus partibus, quas elementa eſſe credit: atq; id habuiſſe initium non negat, in futurumq́; in infinitũ proceſſurũ: et ex aqua ſanguinẽ, parteſq́; carnoſas, & oſſeas egredi infinitas: idẽtidẽ ex ſale aquam prodire infinitam: omne tandem corpus ſimilare ex omni ſimilari in infinitum exire autumãt, alterumq́; illorum, aqua, vel ſal iuxta magis dominans denominari, plenum tamen eſſe ex ſimilaribus partibus Infinitis * ſitu, & numero. Habes igitur ſummatim An- * a.l. figura.
tiquorum opinionem de ipſis pricipijs. ſed quid eos ad huiuſmodi duxerit ſententias, nunc dicam. Anaxago 33
ras autem, cum in confeſſo habuiſſet generationem ex 34
nihilo non fieri, ſed ex contrarijs, ipſamq́; infinitam eẽ, cogitur profecto fateri omnia cõtraria in ſeinuicem in
infinitũ exiſtere. ſin. n. generatio ex * priuatione ori- * a.l. nihilo.
retur. &, ſi finita, generatio prorſum ceſſaret. Sed q generationem alterationem eſſe dicunt, qui quidẽ vnum ſubiectum, et contraria dant generationi, cum generationem ex nihilo non fieri accepꝛent, contrariaq́; non poſſe ſibi inuicem ineſſe, tenentur credere generationẽ in ſubſtãtia nequaq; dari: ſecus. n. res in ſeinuicẽ manerent. Contra quos omnia hæc inſurgunt inconuenientia, quia inter id, quod in potentia, & id, quod in actu, minime diſtinguunt. Cõtra eos quoq;, propterea quia vnum eſſe ſubiectum generationis in actu arbitrãtur, hæc militant inopinabilia, videlicet generationem in ſubſtãtia eſſe alterationem, vel res ſeſe mutuo habere, aut generationẽ ex nihilo fieri. Quidam alij cenſebant, quod erat minus incommodum eius opinioni, cum aſſentirent generationem ex nihilo non fieri.

Caput Secundum, in quo quatuor affert rationes contra Anaxagoram, qui ponit ſimilares partes eſſe infinitas.

PRima ratio ẽ vniuerſalis Logicalis, hæc ſcilicet. 35
Si principia forma, & numero infinita eſſent, incognita profecto eſſent, neq; de eis ſcientia haberi poſſet: ſed principia debent eſſe cognita: ergo principia debent eſſe finita.

Secũda eſt. Si ſimilares partes, ex quibus animalia, 36
ſtirpes, cæteraq́; corpora cõſtant, eſſent infinita, oporteret quidem animalium, atq; plantarum magnitudines, & quantitates infinitas eſſe: ſed eæ finitę ſunt: igitur et partes, ex quibus cõponunt̃ ſunt finitę: qm̃ quod ex infinitis conſtat partibus, infinitum neceſſario eſt.

Tertia. Si ſimilaria corpora ex ſeinuicem prodirẽt in 37
generatione, oporteret omnino ea minui, ac pauciora reddi, hoc eſt, ſi ex carne partes exeant carnis, & oſſis, oportebit eam minorẽ, q̃ erat, effici. Quod, ſi ita res ſe habuerit, alterum duorum neceſſarium erit, videlicet vel diſgregationem, exitumq́; ſiſtere. qm̃, cum caro exempli gratia in paruitate eius deſinat ad minimam particulam, quæ formam carnis recipere poteſt, nullatenus poterit ex ea egredi carnis particula, neque alicuius alterius rei. Siſtet igitur ipſa generatio. hoc autẽ falſum eſt, neq; Anaxagoras ipſe id aſſentiret. Vel erit dicendum ex corpore partibus finito infinitas egredi portiones.

di portiones. quod eſt impoſſibile.
38 Quarta. Sequeretur eius opinionem, res infinitas in
ipſo finito, ſitu differre, & in qualibet illarum infinita-
rum partium partes infinitas infinities exiſtere, oẽsq́;
eſſe actu diſtinctas, quo quidẽ nihil abſurdius. hoc au-
tem ſequitur ex hoc, quod dicit, quodlibet eſſe in quo-
libet, & quodlibet ex quolibet inceſſanter prodire.

Tertia Summa in Quinq; ſecatur capita.

In Primo rationes adducuntur famoſe, quæ principia
contraria eſſe, atq; plura, q̃ vnum affirmant.
In Secundo, quę, contraria non ſufficere ad hoc vt ſint
principia, oſtẽdunt: neceſſariumq́; eſſe tertiam dare
naturam, quæ eſt ipſum ſubiectum: neque oportere
principia eſſe plura tribus, quemadmodum cogun-
tur eſſe plura vno.
In Tertio probatur vera principia eſſe duo dũtaxat, vi
delicet materiam, & formã ipſam: & q priuatio op-
poſita formæ non eſt materia, ſed quid ei accidens:
& q, ſi priuatio eſſet principium, id quidem per ac-
cidens foret, oſtendetur quoq; eſſentia primę mate-
riæ, & quod eſſe habeat.
In Quarto oſtendetur q illa, quibus Antiqui dubita-
bant de eſſe generationis, ſoluentur per ea, quę de eſ
ſentia materiæ primæ probantur, eosq́; omnes locu
tos fuiſſe de eſſentia huius naturæ, ſed veritatem nõ
attigiſſe: quanq; alij alijs ex actius rem aſſecuti ſunt.
In Quinto Ariſt. probabit huiuſmodi naturam inge-
nitam, incorruptibilemq́; eſſe.

Caput Primum.

41 Dicimus igitur Antiquorum neminem prin
cipia eſſe contraria negare: tametſi quid
ſit natura primorum contrariorum, quæ
ſunt principia ipſa inter ſe diſceptent. nam
quidam eorum denſitatem, & fungoſita-
tem eſſe aſſerunt: alij calidum et frigidum: nonnulli ve-
ro vacuum, & plenum, vt Democritus: ſed quidã alij
magnum, & paruum id eſſe autumant. Duo aũt ſunt,
quæ principia eſſe contraria perſuaderi faciunt, vide-
licet ſyllogiſmus, & inductio.
42 Syllogiſmo qdem, qm̃ eaſdem vñr hr̃e proprietates
ipſa principia, quas ipſamet cõtraria. quar; Prima eſt,
nequaq̃ ex ſe inuicem fieri. qm̃, ſi prima principia ex ſe
inuicem mutuo orirentur, minime eſſent prima princi
pia. Secunda eſt, ea ex alijs non fieri, ob eãdem ra
tionem. Tertia, omnes particulas ex ipſis fieri. hæc. n.
eſt natura prĩcipiorum communium omnibus rebus:
cõtrarijs autem hæ inſunt proprietates: infertur igitur
in ſecunda figura principia eſſe contraria. Et, qa huiuſ-
modi proprietates ſunt conuertibiles, ideo ex duabus
43 affirmatiuis concludit in ſecunda figura. Inductione
quoq; id oſtendi licet. ſiquidem res perquirantur, vi-
delicet nihil ex quocũq; generari, neq; cuiuſcumq; rei
gratia, neq; in quodcũq; corrumpi, ſed ex terminatis
contrarijs in terminata contraria, vt in alteratione gr̃a
exempli album ex nigro vel medio colore fieri nõ à ca-
lido, niſi forte id per accidens fiat, ſicut dicimus album
ex calido gigni, cùm contingit calidum eſſe nigrum.
44 Idẽtidem in compoſitione, & coniunctione perſpicuũ
45 eſt. conſtruatur nãq; res ex priuatione, compoſitione
propria alicui compoſito: vt ædes gr̃a exempli, quę ex
lateribus conſtruuntur, & lignis, quæ forma carẽt do-
46 mus, ſed non ex qualibet * priuatione. Idemq́; in ge-
47 neratione, & corruptione viſum eſt. gignitur. n. res ex
priuatione, ꝓpria illi rei. Inductione igitur hoc habito,
ſequitur omnem generationem ex contrarijs fieri, vel
ex medijs inter ipſa. Intelligo autem in hoc loco ꝑ con-
traria, ipſa oppoſita. quęlibet quoq; corruptio ad con-

* a.l. re.

traria ſit, vel ad media inter ipſa. Antiqui autem ideo 48
aſſerunt principia eſſe contraria, quia res ipſa ſeſe ma- 49
nifeſtat, ac ſi ab ipſa veritate cogantur id fateri. Sed in
contrariorũ principatu inter ſe diſcrepant: quia in quo
ſeſe contraria inuicem præcedant, & q̃ ſunt alijs ꝑncipa
liora, ꝑfecto non ſunt concordes. Nã eorꝫ nõnulli puta-
bãt horꝫ vlẽ, ſeu cõe proprio eſſe ꝑncipalius, ſeu prius.
Alij vero huius ſententiæ oppoſitum rati ſunt, ſed qui-
dam alij putabant notius in intellectu debere eſſe prin-
cipium ſenſu notioris, aliqui alij ecõtra. exemplum de
notiore ſenſu eſt denſitas, & raritas, in intellectu vero
magnum, & paruum. Omnes tamen in confeſſo habẽt
principia debere eſſe contraria, ac diuerſa in quibuſuis
contrarijs. hoc autem ſatis conſonum eſt, cum vniuer-
ſale ſit partiali notius.

Caput Secundum.

CVm principia non eſſe infinita probauerit, plu- 50
raq́; eſſe, cum ſint cõtraria aggreditur probare
non ſufficere eſſe prima principia duo cõtraria
tantum, hoc eſt principia eſſe tantum duo, ad quam ſen
tentiam tres affert rationes.
Prima ratio eſt, quia contraria non agunt in ſe inui- 51
cem, neq; ſeſe mutuo recipiunt: calidum. n. in frigidum
non agit, neq; ipſum recipit, neq; frigidum calidũ. cum
autem generatio ex principio fiat agente, & recipiẽte:
ſed ipſa contraria non agunt in ſe inuicẽ, neq; ſeſe reci-
piunt: ergo contraria non ſunt principia generationis.
Secunda ratio eſt, quia contraria ſunt in ſubiecto: & 52
quicquid eſt in ſubiecto non eſt principium: qm̃ indi-
gere principio ipſum principium, quod eſt, ſ. ſubiectũ.
Tertia ratio eſt, quia contraria non ſunt ſubſtantiæ, 53
neq; in ſubſtantijs ſunt contraria, cum nulla ſit ſubſtan
tia alteri contraria: ſed ſubſtantię principia debent eſſe
ſubſtantiæ: ergo contraria non ſunt principia ſubſtan-
tiæ. Cum autem primæ rationes cogerent contraria
eſſe principia, hæc vero contrarium probat, ſoluẽdum
igitur eſt hoc dubiũ fortaſſe, ſi ponamus principia eſſe
tria, videlicet ipſa contraria duo, & eorum ſubiectum,
nam, cum maior pars hominum generationem ex cõ-
trarijs fieri putent, ſed ſeſe cõtraria mutuo recipere ne-
gent penitus, ideo vna uoce omnes tertiam naturam,
quæ eſt ſubiectum duorum cõtrariorum dare conant.
Sed quid ſit huiuſmodi natura inter ſe diſcrepant. qui- 54
dam. n. eorum ignem, quidam vero aquam, nonnulli
aerem, alij etiam terram eſſe cenſent, aliqui tñ id mediã
mediam eſſe naturam inter ignem, & aerem affirmãt.
Qui aũt ipſum putat eſſe naturam mediam inter duas
naturas, hoc eſt * inter duo elemẽtorũ quatuor, magis
accedit ad naturæ materiæ primę cognitionem, q̃ qui
vnum horum elementorum quatuor. & qui ignem di-
cunt, ipſum profecto propinquius eſſentiæ ipſius po-
tentiæ ponunt. & qui aerem, magisq̃ qui aquam: quo-
niam aer minus ſenſu percipitur q̃ aqua, cum non per-
cipiatur viſu. eſt igitur eius eſſentia magis incognita q̃
quæ aquæ: ac ſi magis eſſentiæ accedat potentiæ: quæ
quidem eſt vere materia, vt poſt hoc oſtendetur. & 55
ideo dicebant ꝑncipia eſſe tria, videlicet ipſum vnũ, &
* augmentũ, et decrementũ. natura nãq; ternaria apud
Antiquos extabat: verũ eorꝫ quidã illud vnũ paſſiuũ,
eaq́; duo agentia eſſe credebãt, alij tñ huius oppoſitum
rati ſunt, et ẽ ipſe Plato. Ratio aũt q̃ ponit, vt diximus, 56
ꝑncipia eſſe tria, eſt ſatis ſufficiens: q̃ vero plura tribus
impoſſ.: & q̃ pl̃a vno eſt nec̃ia. Sed ea non eſſe plura q̃
tria oñdit ex eo, qa vnũ ſubiectũ ſufficit ad recipiẽdũ,
et vna cõtrarietas ad agendũ. et, ſi eſſent cõtraria duo,
tũc illud ſecũdũ vel erit ĩ eodẽ ſubiecto, in q̃ primũ, vel
in ſecũdo: et, ſi in ſecũdo, tunc corpa oĩa nequaq̃ tranſ-
mutarent ad ſeinuicem. tranſmutatio aũt elementorꝫ
inter

* Participat natura duorum elementorum.

* a.l. exceſſus, defectus &c.

lter ſeinuicem, ſtirpiumq́ue, atq; aīalium ad ea, & ipſam plantā, & aīal ad ſeſe mutuo conuerti, & tandē cuncta corpora gn̄abilia, et corruptibilia ſeſe inuicem trāſmutare ſenſu cognoſcitur. Hac igitur ratione non poſſe inueniri duo cōtraria in duobus ſubiectis ſatis perſpicuū eſt. Si aūt in vno exiſterent ſubiecto, tūc oporteret alterum altero cōius, atq; prius eſſe. qm̄ nō inuenitur in vno genere ſupremo, niſi vna cōtrarietas ſuprema, ad quam cæteræ aliȩ contrarietates illius gn̄is aſcendunt, illaq́ue eſt illis principiū. ita ēt ſe habet vnum in gn̄e ſubſtantiæ, in quo fit generatio, & corruptio. &, ſi impoſſe eſt duo contraria eſſe principia, hoc eſt duo gn̄a cōtrariorum, nec in vno, neq; in duobus ſubiectis, ſequit̃ manifeſte principia non oportere eſſe plura quàm tria. patet quoq; ipſa eſſe plura quàm vnum: ſed vtrum duo, vel tria, id prorſum inquirendum eſt.

Caput Tertium.

57 IN hoc capite incipit oſtendere generationem ex tribus perfici rebus, ex priuatione videlicet prȩcedente in ſubiecto generationis, & ex ſubiecto gn̄ationis, & forma genita, & ꝙ quodlibet genitum eſt compoſitum ex ſubiecto, & forma. hoc autē parebit ex hac noſtra vniuerſali contemplatione, hoc eſt, ſi cōtemplemur vniuerſale genus trāſmutationis: cum vniuerſale, ſeu commune proprio ſit notius, ab eoq́ue ad cognitionem proprij proficiſcimur.

58 Dicamus igitur ꝙ, cū nos dicimus aliquid ex aliquo fieri, vel aliquid genitum, et effectū eſſe aliquid, id quidem alterum duorum ſimpliciū ſignificare poteſt, vel ex illis duobus cōpoſitum. vna aūt illarum ſimplicium rerum eſt, vt ſi dicamus, ex nō grāmatico grāmaticus fit, vel non grāmaticus efficitur grāmaticus. Primum igit̃ ſimplex eſt ipſa priuatio, q̄ in ſubiecto p̄cedit. Secūdum vero ſimplex eſt, ſi dicamus, hō factus eſt grāmaticus, vel ex hoīe factū eē grāmaticū: et hoc ſm ſimplex, ē ſubm gn̄ationis. Tertiū aūt ex his cōpoſitū eſt, vt ſi dicamus ex hoīe nō grāmatico factū ē grāmaticū.

59 & aliqua vſq; ad 69 illaq́ue duo ſimplicia, ex q̄bus hmōi tertium componit̃, manifeſte realr inter ſe differūt. nam hō, qui q̄dem eſt ſubiectū, extat in eē ſuo, ſed non grāmaticum, quod eſt ipſa priuatio minime, & recedit ad eſſe formæ. In idiomate aūt Grȩco aliqua in dictionibus hoꝝ duoꝝ extat drīa, ſed in nr̄o non ita aperte diſcrepātia cognoſcitur. Nā hȩc dictio ex, ȩquiuocū eſt nomen, cū priuationem nōnunq̄, q̄nq; vero ſubiectū denotet: q̄uis de ſubiecto vere dicat̃, & largo modo de priuatione. Cū igit̃ appareat has duas naturas inter ſe ſm eſſe diſtingui, ideo alterā priuationē, alteram vero materiā appellamus. inueſtigandū igit̃ eſt vtrum in oī gn̄atione, et corruptione ſint neceſſariæ, vel ne: &, ſi neceſſariȩ, quo oā pacto id ſe habeat. Et dicamus manifeſtū eſſe oportere priuationem p̄cedere in ſubiecto ipſum gn̄atum. aliter. n. nō fieret genitum: nā genitum eſt, quod poſt priuationem inuenit̃. Subiectum quoq; inueniri manifeſtū eſt. id quoq; eē necium ad gn̄ationem accītium: nam accidentia dicuntur in ſubiecto. ſed quod neceſſario inueniatur in generatione ſimplici, quæ eſt ſubſtantiæ generatio, eſt immanifeſtum. At, ſi id vniuerſali contemplatione conſyderetur, ſatis perſpicuum erit.

Nā quodlibet genitū, tum ſubſtantia, tū aliq̄d aliud videt̃ ex aliquo generari ſubiecto. Etenim aīal ex genitura, ſtirps ex ſemine, aqua ex igne generat̃. Idētidem quicquid in qualitate paſſibili generat̃, vt album, et nigrum, & ī impaſſibili, vt figura, & compoſitio, tidem & incrementū, & decrementū aperte vr̄r indigere ſubiecto. Cuncta igitur generabilia ſubiecto indigēt, nihilq́ue ex quolibet generari, longe ergo minus ex priuatione. Hoc aūt ita ſe habet, propterea q̄ gn̄ari eſt motus, et tranſmutatio ex aliquo in aliquod in ſubſtantia. oportet igitur dari ſubiectū illi tranſmutationi, & motui. & ideo Antiqui cōcedunt gn̄ationem nequaq̄ fieri, niſi ex ente, qm̄, ſi ex priuatione fieret, non daret̃ ibi poſſibilitas, neq; vnus motus, qui īcipiat ab aliquo, & deſinat in aliquod: & tunc eſſet potius ſucceſſio, ſeu viciſſitudo in loco, et permutatio, non autem generatio. ex hoc ergo patet quodlibet genitum eē compoſitum ex ſubiecto, & forma, quæ quidem eſt ipſa res, qua eſt genitum. Cum igitur rerū principia per ſe ſint hæ duȩ cauſæ, hoc eſt materia, & forma, manifeſtum eſt ex his cuncta conſtare ſenſibilia. ſed, cū ens, ideo extat, quia eius cauſæ, quæ ſunt eius pars, vel partes, extant, hinc eſt ꝙ oportet naturam materiæ eſſe à natura priuationis diſtinctam: qm̄ priuatio nō eſt de natura gn̄ationis ita, vt ſit pars geniti, ſed tanq̄ quid accidens ſubiecto quod ē pars geniti. at eſt gn̄ationi neceſſaria: quapropter, ſi principium, id quidem per accidens nuncupat̃. Differunt quoq; manifeſte inter ſe ſubiectū, & forma, cum hæc ſit in actu, ſubiectum vero per ſe nequaq̄, immo in potentia. ſin aūt, generatio alteratio eſſet, vt Antiquorum complures opinati fuere. Hac igitur ratione materiæ p̄mæ natura iam ſatis apparet, ipſam ſ. eſſe mediam inter priuationem, & actū, eſſeq́ue in potentia. Intelligo aūt p̱ eſſe in potentia, ipſam ab eo, quod in actu, non expoliari, hoc eſt, ꝙ nō denudat̃ à formis ei ſucceſſiue aduenientibus, neq; à poſſibilitate, quȩ ſibi debet̃. et ideo eius natura non fuit Antiq̄s cognita, adeo, ꝙ q̄dam eoꝝ ponebant eā in actu: & ſic ſequitur apud eos generationē in ſubſtātia eſſe alterationem: quidā vero alij priuationē eſſe aſſerebant: et ſic apud eos oporteret priuationē aliquid eſſe.

69 Natura aūt huius materiæ, vt inquit Ariſt. concipit̃ per analogiā, ſeu comparationē, nam eius proportio ad formā eſt vt ligni, quatenus eſt cella, in potentia ad ipſius cellȩ formā. Ex his igit̃, quot ſint principia, duoq́ue eſſe per ſe, & vnū per accīs, aperte haberi poteſt, & eoꝝ vnumquodq; quid ſit, et qualiter ſeinuicem habeant, alterumq́ue contrariorum in generatione eſſe priuationem, alteꝝ vero formā, & horū ſubiectum eſſe materiā primam oſtēſum eſt ſatis. Nec nos latere decet potentiā, ac poſſibilitatem non eſſe de eſſentia materiȩ, ſed vnū ex conſequētibus eius. Immo re vera materia eſt ſubiectū potentiæ, & poſſibilitatis, &, ſi potētia eſſet de ſuī ipſius eſſentia, tūc materia eſſet ſibi ipſi materia: cū potētia dicat̃ in relatione ad aliud. recepta igitur forma remouet̃ ab ea ipſa potentia: quapropter potius nomen ſubiecti, q̄ potētiæ tunc ſibi vendicare, ſeu vſurpare debet. Differt quoq; manifeſte ipſa priuatio à potentia. qm̄ potentia aliquid eſt, (ſeu eſt aliquod eſſe,) p̄uatio vero negatio eſt abſoluta (ſeu ſimpliciter). Materia igit̃ prima eſt q̄d vnum ſubiecto, plura potentia, & priuationibus in ea exn̄tibus, veluti cȩra, q̄ quidem eſt ſubiecto vna, aptitudine tn̄, quam habet ad figuras recipiēdas, plures. Quid igit̃ intereſt inter ſubiectū, potentiā, & priuationē ex his haberi pōt.

Caput Quartum.

71 EX his autem, quæ de eſſentia huius naturȩ declarata fuere, dubiū, quo Antiqui ipſam gn̄ationem tollebant, ensq́ue eſſe vnū putabant, & ꝙ id, quod ex ipſa gn̄atione cōprehendi pōt, eſt aggregatio, & diſgregatio, vel diſſipatio, & exitus, vt nonnulli opinati ſunt, ſoluere q̄dem haud difficile eſt. Dubium autē ita formatur. Si aliquod ens gn̄atur, vl̄ ex ente, vel ex non ente generat̃. ſed non ex nō ente, cum impoſſe ſit, aliq̄d ex nihilo gigni, cū priuatio nequaq̄ poſſit * tranſmutari. qm̄ priuatio non recipit * tranſmutationem. neq; ex ente, qm̄ oporteret genitum inueniri anteq̄ ſit. Incurrebāt aūt hanc ambiguitatē adeo, ꝙ fuerūt coacti

* a. l. alterari.
* a. l. alterationem.

ſore

in re generationis ſenſum abnegare, propterea quia in
73 Logica facultate parum exercitati erant. Nos aũt du-
74 bium ſoluimus, cùm dicimus q̃, ſi dicit̃ aliqd generari,
75 vel ex non ente, vel ex ente, & tandẽ quicquid agit ali-
76 quid, vel ab aliquo patitur, id quidem dupl̃r dici, vno
77 modo p ſe, vt cum dicimus medicũ mederi, alio vero
p accidens, vt cũ dicimus medicum ædificare, ſi accidat ipſum medicũ ædificare. His igit̃ ſic ſtantibus, cum dicimus gñationem ex non ente fieri, dupl̃r id intelligi põt. Primo, ſ. p ſe, ita, vt priuatio ſit gñatiõis ſubiectũ: & hoc eſt illud impoſſe, quod imaginati ſunt Antiq, videlicet non dari quid aliud. Secundo vero, vt ſit ex nõ ente per accidens, hoc eſt, q̃a ipſa priuatio accidit naturæ ſubiectũ gñationis, qđ diximus nõ eſſe in actu, ſed in potentia: quãuis huiuſmodi accidẽs ſit quid nec̃ium ad eſſe ipſius gñationis. & ſic non ſequit̃ in hoc loco inconueniens, cum dicimus gñationem fieri ex non ente per accidens, ea rõne, quam diximus: neq;, ſi dicimus priuationem hic eſſe cauſam p accidens, volumus id accidiſſe cauſæ eſſentiali, et ea non indigeamus ad generationem, vt dicimus medicum eſſe cauſam domus, cùm accidit medico eſſe ędificatori, ſed eo pacto, quod diximus. Eodẽq; exemplo gñationem fieri ex ente poteſt dupl̃r dici, vno modo per ſe, videlicet q̃ ens in actu ſit ſubiectum ipſius geniti. & hoc eſt impoſſe, qm̃ ſequeretur, cùm aqua ex aere fit, vt ſit aer, & aqua ſimul, vel q̃ non detur generatio in ſubſtãtia. & hoc eſt id, quod putabant Antiqui, ſ. non dari quid aliud, ſeu alienum, idq; eſſe impoſſe probabant. Alio modo p accñs, cùm, ſcilicet accidit huic naturæ ipſius ſubiectũ gñationis nõ denudari à forma in gñatione rei ab ea, quæ qdem remouet̃, & recedit ab eo in aduentu formæ genitę in ipſum, non q̃ ipſamet forma, quę eſt in ſubiecto, recipiat formã, quę gñatur. et ſic nedum erit impoſſe, immo neceſſarium, ſ. gñationem fieri ex ente per accidens, etſi id per accidens ſit. Huic tandem naturæ duo accidunt, priuatio. ſ. & forma, q̃ præcedit ei ſm̃ eſſe ante nouam formã, quæ gñatur: & tunc gñatio ex ea fiet per ſe, ſed per accidens ex illis duabus naturis, q̃ ei accidunt, hoc

Iacob. i. nihil aliud dari q̃ alteratione.

78 eſt ex priuatione, & forma. Is igitur eſt vnus modus,
79 quo hoc dubium ſoluitur, ponendo hanc naturam.
80 Secundus eſt, quia ens dr̃ de potentia, & actu. Ipſa
81 quoq; priuatio de duobus dicit̃, videlicet de negatione
abſoluta (ſeu ſimpl̃r) & de priuatiõe propria, quę ineſt alicui ſubiecto, & alicui rei. Impoſſe ergo eſt generationem fieri ex ente in actu, ſed non ab eo, quod in potentia, & ex priuato ſimpl̃r, ſed nõ à priuatione indefinita.

Plato aũt videtur magis auferre hmõi principiũ, q̃ qui ipſum i actu ponit. qm̃ opinatus eſt ipſe generationem fieri ex nõ ente, cum tñ fateatur materiã eſſe vnũ entium, & ſic ſeqtur ſm̃ ipſum ens non eſſe ens. acceptat. n. ipſe dictum Parmenidis, q dicit quicquid eſt p̃ter ens eſſe non ens abſolute: mox ponit materiam eſſe ens, cum aſſerat tñ ipſam eſſe præter ens. Nos autem diſtinguimus, & dicimus materiã eſſe in potẽtia, & priuationem eſſe quid accidens ei. Differunt tñ, cum hæc ſit pars geniti illa vero non. Corruptio autem, q̃ eſt ipſum malum, ingredit̃ quidem res propter priuationẽ, quam hæc natura recipere ſolet: at ipſum eſſe, quod eſt bonum, res inſequitur propter formã. Huiuſmodi ergo natura apta eſt recipeꝛe bonũ, quod eſt forma, vel malum, quod eſt priuatio, & corruptio. Æternitatis quoq; priuatio rebus ineſt, ppter huiuſmodi naturam, hoc eſt eo, quod accidit ei poſſibilitas priuationis. Hęc quoq; natura ob eius defectũ appetit recipere formã, queadmodum & impfectum pfectionẽ, ſed non appetit corruptionẽ, immo ipſa corruptio eſt quid accidens ei ratione priuatiõis. Habes igitur modos, quibus ſoluitur dubium, quo Antiqui generationem negabant.

Caput Quintum.

AD hæc dicimus huiuſcemodi naturam nec genitam p ſe, nec corruptibilẽ eſſe. Qm̃, ſi generaretur, haberet ſubiectum, ex quo gigneret̃. &, ſi ſic, tũc ipſamet eſſet ſibi ipſi ſubiectũ. nam id, quod in potẽtia, non ſeparat̃, neq; diſtinguit̃ ab eo, quod eſt in potentia, & ſic eſſet anteq̃ fuiſſet, vel erit in actu. itidẽ, ſi corrumperet̃, oporteret ipſam hr̃e ſubiectũ. et, ſi hr̃et ſubiectum, tunc alterum illoꝝ duoꝝ ſequeretur inconueniens, videlicet vel corrumpi anteq̃ corrumpat̃, vel eſſe quid in actu. per accidens tñ nihil prohibet dicere ipſam corrumpi, vel gñari, propterea quia rei in ea exiſtenti accidit generatio, & corruptio. queadmodũ dicimus lagœnam corrumpi, cùm vinum, quod in ea exiſtit corrumpit̃, eamq; meliorem reddi, cùm clarificat̃. 82

Ex his ergo patet q̃ datur materia prima, q̃ eſt ingenita, & incorruptibilis, et eſt primum ſubiectum oĩum rerum gñabilium, corruptibiliumuè. Tractare autẽ de 83 eſſe primę formę, & quid ſit, & vtrum vna, vel plures, et corruptibilis, vel incorruptibilis, et vtra eaꝝ ſit ſubſtantia, ſ. forma, an materia, vel vtraq;, & ſi vtreq; cui magis cõueniat nomẽ ſubſtantię, hoc inq̃ totũ ad primum ſpectat Philoſophum, qui de ente, quatenus eſt ens, conſyderat.

Atqui contẽplari naturales formas mobiles, q̃ ſunt principia rerum gñabilium, & corruptibiliũ ad hanc proprie attinet ſciam, de qua re fiet ſermo, cùm de ſingulo entium naturalium ſenſibiliũ tractabit̃. Quod aũt detur primus motor rerũ naturalium in fine huius operis probabitur. & hic deſinit quicquid cõtinet hic Primus liber de rebus vniuerſalibus, mira tamen breuitate pro virili noſtro, ac veluti pertranſeundo. & ſolus Deus, qui ad bonum dirigit, laudetur.

AVERROIS
EXPOSITIO MEDIA
IN SECVNDVM LIBRVM PHYSICORVM.

VVlt in hoc Secundo libro tractare de his, quæ in hac ſcientia veluti prænotiones, & principia præſupponenda ſunt: & qui hanc profitetur ſcientiam, ea præintelligere, expertusq; in eis eſſe debet: quæ omnia in tribus continentur ſummulis.

In Prima Sũmula fiet ſermo de ipſa natura, & de quocũq; ad eam refertur, & quot dicatur modis.

In Secunda, qualis ſit huius ſcientię profeſſoris cõtemplatio, & in quo differat ab ea, quæ Mathematici: et tandẽ afferet Logicales regulas, ꝓprias huic ſciẽtiæ.

In Tertia vero de cauſis, & earundem diuiſione in id, quod per ſe, & in id, quod per accidens, et in aliquas alias diſſectiones.

Primæ Summulæ capita ſunt Septem.

In Primo capite habetur quid ſit natura.
In Secundo, quid ſit id, quod habet naturam.
In Tertio, quid ſit id, quod eſt ſecundum naturam.
In Quarto, quid ſint res naturales.
In Quinto, naturam eſſe, quid notum per ſe eſſe.
In Sexto, quot modis dicatur natura.
In Septimo, vtrum materia potius nomen naturæ ſibi vendicet, q̃ forma, vel econtra.

Caput

Caput Primum.

1 DIcamus igitur iam eſſe per ſe notum ꝙ rerum, quædam à natura, quædam ab alijs prodeunt cauſis, vt quæ ex electione, & arte fiunt, & quæ à caſu, & fortuna: & ꝙ corpora, quæ à natura producũtur, ſunt corporũ ſimplicium genera, vt ignis, aer, aqua, & terra, & quæ ex his componuntur, vt animalia, & ſtirpes: & ꝙ hæc ab his, quę non ſunt à natura differunt, cùm quodlibet horum naturalium habeat in ſe principium motus et quietis, vtpote cœleſtia corpora habent in ſe principium motus tranſlationis tantum, quædam vero alia corpora habent in ſe principium incrementi & decrementi, nonnulla alia generationis motum & quædam alia alterationis obtinent motum: & horum quædam vnum duntaxat illorum motuum adipiſcuntur, quædam vero plures, & quædam alia omnes obtinent motus.

2 At in artificialibus principium alterationis, et motus in ſe ipſis non reperitur, quatenus ſunt corpora artificialia, ſed exterius. ineſt enim motus deorſum ipſi ſcamno, non quatenus eſt ſcamnum, ſed eò quòd eſt naturale corpus. Inuenitur tamen in artificialibus rebus aliquid, cuius tranſmutationis principium eſt in ipſo per accidens, non per ſe, vt Medicus, qui ſeipſum ſanat: principium enim ſanitatis in eo exiſtit, non tamen per ſe, ſed per accidens, hoc eſt, quia accidit ægroto Medicum ſibi eſſe. Dantur adhuc nonnulla artificialia, quorum motus principium ineſt eis per ſe, non tamen primo: vt eſt motus corporis nauis, qui fit à corpore nautæ. mouet enim ipſam mediantibus ſuis mem-
3 bris. Si igitur artificialium principium eſt per ſe extra, vel in ipſiſmet, ſed non primo, ſequitur ergo ꝙ naturalia ſunt, quorum tranſmutationis principium eſt in eſſentia rei, & intra ſe, & ex primo propoſito: & res naturales ſunt, quæ habent naturam: ergo ex his duabus propoſitionibus manifeſte infertur quòd natura eſt principium, & cauſa ad hoc vt moueatur, & quieſcat res, in qua eſt, primo, & per ſe, non per accidens. Intelligit autem hic per motum, & quietem * tranſmutationem ſimpliciter, & eius priuationem. Et dixit primo, propterea quia motus factus ab arte nauicularia non eſt primo in naui, ſed medio nauta. Dixit autem non per accidens, vt excludat Medicum, qui ſeſe curat.

* a.l. alterationem.

Caput Secundum.

4 REs autem, quæ naturam habent, ſunt quicquid habet huiuſcemodi principium. quoniam naturales res ex materia conſtant, & forma. Natura autem de his duabus dicitur cauſis: & quidquid ex eis conſtat naturam habet.

Caput Tertium.

5 EA vero, quæ ſecundum ordinem naturæ eſſe dicuntur, ſunt motus, & operationes, quæ à rebus proueniunt naturalibus eo pacto, quo natæ ſunt prouenire, vt eſt aſcenſus ignis ſurſum, & terræ deſcenſus deorſum. Natura autem eſt ipſum principium: & res naturalis eſt, quæ habet naturam: & id, quod eſt ſecundum naturalem ordinem, eſt actio, quæ prouenit ex ipſo principio.

Caput Quartum.

ID vero, quod naturale dicitur, ſeu ſecundum naturam, ex operationibus naturæ eſt quid communius q̃ id, quod dr̄ eſſe ſecundum ordinem naturalem. quoniam dicitur de operationibus prouenientibus à natura, prout natę ſunt prouenire ab ea, et prout aliter quàm ſint innatæ prouenire eueniant, vt defectus membrorum, vel eorum additio & mutilatio. Ex his igitur habetur quid natura ſit, & quid res naturales, quidue ſecundum ordinem naturalem, et quid ſecundum naturam.

Caput Quintum.

NAturam autem eſſe eſt quid per ſe notum. & 6
qui eam eſſe in ſuo ratiocinio intrinſeco negauerit, id quidem non niſi ex defectu eius virtutis rationalis, quē à natura acquiſiuit, prouenire poteſt: quemadmodum & alię virtutes apprehēſiuæ defectum incurrunt. Sicut enim qui cęcus natus eſt, non poteſt ratione cognoſcere colores eſſe, ita etiam qui de eſſe naturæ veritatem non attingat, in prima eius procreatione nequaquam poterit id ratione aſſequi. At ille, qui putat definitionem naturę notificari, poſtquam fuerit declaratum ꝙ omne, quod mouetur, ab alio mouetur, eſt profecto ignorans, eo modo videlicet, quo poſita eſt hic definitio naturę. nam ſuppoſitũ eſt hic naturam eſſe principiũ motus & quietis: ſiue principium mobilitatis in ſe ſit principium motionis in aliquibus entibus, ſiue ſint duo pricipia diſtincta in omnibus entibus, hoc enim neminem impedit cognoſcere naturam eſſe.

Caput Sextum.

NOmen autem naturę de tribus dicitur. Primo modo dicitur de materia. quæ quidem duplex eſt, propinqua videlicet & remota: ꝓpinqua quidē eſt propria materia rei, vt lateres domui: remota vero, vt fundamenta eius. Secundo modo de forma, & figura. Tertio modo de trāſmutatione, et motu, qui eſt trāſitus ad formam in *generatione & iter ad eam. hoc autem ideo dicitur natura, quia eſt via ad prouentum veræ naturæ, quæ eſt ipſa forma.

* a.l. alteratione.

Caput Septimum.

SEd vtrum materia, vel forma debeat potius ap- 7
pellari natura, cōtemplatione id dignum eſt, nam 8
nonnulli opinati ſunt materiam debere potius na 9
turam nuncupari, & quòd eſſentia rerum eſt hæc ipſa 10
natura, & quicquid eſt pręter hanc naturam ſunt accidentia & affectus, quæ accidunt huic naturæ. & ideo opinio, quam habebant de eſſentia rerum, erat cognata illi, quam habebāt de hac natura. Ex his autem, qui putabant hanc naturam non eſſe tantum vnā, ſed plures, ęxiſtimabantq́; ſubſtantias rerum eſſe tot numero, quot illa natura. Quicunque igitur opinabatur eā eſſe vnam, putabat quoque ſubſtantiam rerum eſſe illud vnum: vt gratia exempli, ſi quis cenſebat huiuſmodi naturam eſſe quatuor elementa, arbitrabatur quoque eſſentias rerũ eſſe ipſa quatuor elemēta. ſed qui vnum elementorum, et illud quidem putabat quoque eſſe rerum ſubſtantiam. et opinabatur eam tantum naturam eē æternam, reliqua vero mutabilia, & variabilia. Inter antiquos autem Antiphon probabat materiam eē quid ſtabile & firmum, formam vero tranſmutari. id vero, quod eſt permanentius, debetur ei potius eſſe, et primo debet eſſe ſubſtātia. Dixit. Et inditio haberi poteſt ꝙ materia permanet, & forma permutaī, & tranſmutatur. quoniam, ſi quis arcam in terra plantet, et putreſcat, pulluletq́; aliquod germen, non erit arca profecto id, quod ex ea oritur, ſed lignum. Dixit. forma igitur arcæ non eſt permanens vt lignum. hoc autem contigit * ipſi rei permanenti, quæ eſt lignũ, quod quidem

* a.l. pp rei permanenti.

eſt rei ſubſtantia. Hæc tamen ratio non eſt vera. quo-
niam, ſi velit ſubiectum rerum generabilium eſſe ali-
quod vnum in actu deſignatum, ſeu ſingulare, tunc il-
lud erit in accidentibus non in forma naturali. & hoc
eſt manifeſtum per exemplum illud, quod īduxit. nam
forma arcæ, ſeu lecti, & reliquæ formæ artificiales ſunt
profecto accidentia. ſi vero intelligat ſubiectum eſſe
vnum ſpecie in rebus generabilibus inter ſe inuicem,
nos quoq; idem de forma videmus. homo nāq; ex ho-
11 mine ſibi ſimili in ſpecie fit. Ariſtoteles vero dicit
formam verius, & ſimpliciter nomen naturæ ſibi vſur
pare, q̄ materiam. & hoc tribus probat rationibus. Pri
ma eſt ſumpta à ſimilitudine cauſarum rerum natura-
lium ad res artificiales. nam quemadmodum aliquid,
cùm eſt* in fieri in potentia, non appellatur factū, neq;
videtur aſſecutum fuiſſe id, quo ſimpliciter dicatur de
eo nomen artis, pari ratione in rebus naturalibus res ſe
habet, cū videamus iam adeptū fuiſſe id, quo nūcupatꝰ
naturale, cū aduenerit ſibi forma, qua res eſt id, quod
eſt. hoc autem eſt exemplum, non ſyllogiſmus.

*a.l. facto eſſe

12 Secunda ſic formatur, forma eſt id, quo res naturalis
eſt in actu, et ex qua proueniunt operationes rei haben
tis formam: ſed materia eſt id, quo res exiſtit in poten-
tia: id vero, in quo res naturalis exiſtit in actu, potius
debetur ei ſimpliciter nomen naturæ quàm rei, cui ut
eſt in potentia.

14 Tertia, quia motus ī generatione eſt ex ſubiecto ad
formam, & ſicut motus ad terminum ad quem dicitur
natura, quæ eſt forma, non in termino à quo, manife-
ſtum eſt ꝙ nomen naturæ plus debetur formæ q̄ ma-
teriæ. cuius rei inditium ſumitur, quia motus ſemper
denominatur nomine formæ, ad quam fit motus, non
rei à qua fit motus. vt exempli gratia moueri ab ægri-
tudine ad ſanitatem dicit̄ ſanari, non ægrotare, & econ
tra motus, qui eſt à ſanitate ad ægritudinem dicit̄ ęgro-
tatio non ſanatio. & ſi vniuſcuiuſq; rei mobilis motus
nuncupatur et denominatur à nomine rei, ad quam fit:
ergo manifeſtum eſt ꝙ motus ſimpliciter appellatur
natura nomine finis, ad quem proficiſcitur, qui q̄dem
eſt ipſa forma. &, cùm motus conſtet ex materia, et for
ma, hoc eſt ꝙ in eo exiſtit pars, à quo, appellatur tamē
natura ab eo, quod habet ab ipſa forma, non à mate-
ria. Igitur plus conuenit huiuſmodi nomen ipſi for-
mæ quàm materiæ.

Secunda Summula Tria habet Capita.

In Primo habetur differentia, quę eſt inter contempla
tionem Phyſici & Mathematici de eadem re.

In Secundo oſtendetur quòd non ſequitur contra Ma
thematicos conſyderantes formam rerum mathe-
maticarum denudatarum à materia illud inconue-
niens, quod ſequitur contra contemplantes formas
naturales expoliatas à materia. differētia autē inter
has duas abſtractiones eſt ſatis manifeſta.

In Tertio probabitur nō decere profeſſorem natura-
lis ſcientiæ formam ſine materia contemplari, neq;
materiam ſine forma: immo oportere ſe vtrunq; ſi-
mul conſyderare, ſed materiā quatenus eſt formę ſu
biectum, formā vero prout eſt perfectio materiæ.

Caput Primum.

16 NEminem latet huius ſcientiæ profeſſo-
rem, & Mathematicum in eiuſdem rei
conſyderatione communicare. vterq;
enim corpora, ſuperficies, lineas, atq;
puncta contemplatur. Identidem hu-
17 ius ſcientiæ, Mathematicæq; profeſſo
res figuram cœleſtis corporis, terręq;, atq; ſyderū ſpe-
culant̄, diuerſimode tamen. Mathematicus enim qua- 18
tenus hæc à materia ratione denudat, in eiuſq; cogita-
tione ea à ſuis ſubiectis ſeparat. & hoc ideo eis accidit,
quia conſyderantur, prout ſunt quanta, hoc eſt prout
ſunt lineæ, vel ſuperficies, aut puncta. Naturalis vero
eadem conſyderat, quatenus ſunt fines, ſeu extrema
corporum naturalium. & ideo ea cum materia conſy-
derat. Tibi autem ſatis patebit ꝙ Mathematici con 19
ſyderatio eſt materiæ expers. Naturalis vero eiuſdem
eſt compos, ſi animaduertas quo pacto vterq; eorum
definitione vtatur. nam ī rerum mathematicarum de-
finitionibus, vt trianguli, & circuli nihil materiæ per-
ſpicuum eſt. naturaliū vero vt in hominis, atque equi
definitione materia profecto ſatis apparet. Quod qui- 20
dem argumento indicari poteſt, cùm quoduis mathe-
maticum fuerit ſcientiæ Naturali propinquius, id qui-
dem minus à materia denudatum exiſtit, vt Geome-
trica & Perſpectiua ſcientia exempli cauſa, quarum
vtraq; quidem lineam cōſyderat, ſed Geometra qua-
tenus eſt duntaxat linea, Perſpectiuus vero vt radioſa
ſenſibilis. materiam igitur quoquo modo innuit. Ea-
demq; eſt Arithmeticæ & Muſicæ ratio ad propor-
tiones numerales, vt eſt proportio dupli, vel aliqua
alia. nam alter eas cōſyderat, eò quòd ſunt numerales
proportiones, alter vero q̄tenus ſunt voces ſenſibiles.

Caput Secundum.

ET ſi Mathematici abſtrahāt formam à materia,
diſcrepat tamē eorum abſtractio ab ea, quam fa-
ciunt, qui ideas ſeparatas ponunt. quoniam Ma-
thematici ratione tantum, & non ſecundum eſſe ab-
ſtrahunt formas mathematicas: hoc enim proprium
eſt ipſis formis mathematicis, ꝙ ſcilicet ratione dun-
taxat, & non realiter ſecundum eſſe abſtrahantur: ſed
naturales formæ neq; ratione, neq; ſecundum eſſe ab-
ſtrahuntur: quapropter qui formas ſeparatas ponunt
ſeu ideas, iam abſtrahunt quod ratione abſtrahi non
poteſt, longe minus ſecundum eſſe.

Caput Tertium.

VTrum autem ſcientiæ Naturalis profeſſor for- 21
mam expertem materiæ contemplari tenea-
tur, aut ſeorſum materiam, vel vtrunq;, id du-
bium habet, cùm hæc duplex ſit natura. de qua igi-
tur harū inueſtigare debeat Phyſicus ambiguitas eſt:
vtrum ſcilicet alterum horum tātum ſcrutari debeat,
an cogatur vtrunq; īueſtigare, poſtquam tenetur per-
quirere compoſitum ex ipſis. &, ſi vtrunque, vtrum
eadem vtriuſque habeatur ſcientia, vel duæ ſint noti-
tiæ. Si quis igitur Antiquorum verba perſpexerit, 22
putabit profecto de materia ſpeculandum eſſe: quo-
niam de forma conſyderationem admodum imbecil-
lem habuerunt. Sed, cùm ars imitetur naturam: & in
arte ad eundem ſpectet ſcire formam, & materiam, vt
gratia exempli ad Medicam ſciētiam ſcire ſanitatem,
& eius ſubiectum, quod eſt pituita, & bilis: & ad Ædi
ficatoriam artem formam ædium cognoſcere, earun-
demq; materiā, quę eſt trabes, & tabulæ: oportet igi-
tur vt ad Phyſicam ſciētiam hoc magis attineat, ſcire
videlicet vtraſque has naturas. Adde etiam quòd 23
forma eſt finis, & materia eſt ſubiectum finis & præ-
paratio ad eum: oportet autem finem, & id, ad quod
eſt finis, eiuſdem eſſe ſcientiæ. finis etenim, & id, quod
propter finem, eſt correlatiuum: relatiua aūt ad eandē
ſpectant ſcientiam, eorūq; ſcientia eadē exiſtit. Quòd
autem forma ſit finis indicium eſt, quia eſt finis motus
in generatione: quāuis nō ſit neceſſe oē vltimum eſſe
finē, niſi optimū fuerit. idcirco mors vltimū eſt, non tñ
finis. Oñditur iterū notitiā materię, et formę in eadē 24
exiſtere

exiſtere ſcientia. quoniam Effectrices artes quædam
materiam & faciunt, & adinueniunt, queđã vero eam
ſimpliciter adinueniunt, vt Ædificatoria ars, quę cla-
uos, & lateres, ex quibus ędes conficiuntur, adinuenit.
quædam aliæ materiam pręparant, vt ars extruenda-
rum nauium: quę quidem nauem producit, & quo pa-
cto ligna incidi debeant ipſa edocet. Si artes igitur fa-
ctiuę materiam de nouo efficiunt, opus erit profecto
naturalis ſcientię profeſſorem eam cognoſcere: nam,
ſicut ſe habet ars ad artificialia, ita ſcientia in rebus na-
turalibus: communicant enim in cognoſcendo. diffe-
runt tamen naturales res ab artificialibus, quoniam
hæ * efficiuntur, naturales vero non. Neque inconue-
nit dicere artes inferiores, quæ ſcilicet Architectonicis
25 inſeruiunt, materiam procreare, propterea quia Archi
tectonicę artes, quarum finis eſt forma, et artes ſibi in-
feriores ad ſuum dirigunt finem, ſolẽt eas artes inferio-
res ad cognoſcendam materiam inſtituere. quoniã ge-
neratim Architectonicæ artes duæ ſunt. Alia quidem,
quæ artem ſibi ſubiectam edocet, artem formæ, mate-
riamq́; propriam illi formæ duntaxat notificat, vt Na-
uicularia, quæ lignariam particularem ſibi ſuppoſitam
docet, figurãq́; meliorem, qua nauis nauigare valeat:
inſtituitq́; quo pacto pręeligenda ſint ligna idonea ad
perficiendum huius figuræ opificium. Alia vero eſt
ars, quæ formam efficit, aliam tamen ſtatuit ad præpa-
randam materiam illi formæ, vt ars nauigia, quæ for-
mam nauis conficit, & artem incidendi ligna pro naui,
id eſt formam incidendi docet: nam non ex quauis ſe-
ctione ligna erunt apta vt ex eis fiat nauis. oportet er-
go ſeruiles artes, quę quidẽ ſub ſe nullam aliam cõtinẽt
26 artẽ, materiam innouare. Et hęc oĩa cogunt Phyſicum
de materia diſſerere: eſt enim materia ad aliquid dicta;
& ideo quatenus refertur ad formam, eam contempla-
mur, & formam, quatenus eſt in materia. quo fit, vt ſi
noſtra conſyderatio vſque ad formas ſe extendat, non
tamen ſequeſtratur à formis materialibus, immo deſi-
nit in immaterialiorem earũ, vt eſt anima: verum eam
cõſyderat prout ad materiam ſeſe refert. Quòd autem
naturales formæ ſint materiales ratione oſtenditur,
cum omnes à materialibus gignantur formis. homi-
nem enim homo generat, & ſol: homo autem propin-
quum eſt agens, ſol vero remotum. ſed tractare de for-
mis ſeparatis ad primam ſpectat Philoſophiam. Ex his
igitur habes Phyſicum conſyderare vtrunq́;, & qua-
liter ea contempletur.

* a.i. efficiũt s.finis ẽ facere.

Tertia Summula habet quatuor capita.

In Primo capite habetur quot ſint cauſæ.
In Secundo de caſu, & fortuna tractatur.
In Tertio ſoluũtur dubia, quæ in cauſa finali occurrũt,
In Quarto habetur ad quam neceſſitas in rebus natu-
ralibus referatur cauſam.

Caput Primum.

28 CAuſam quadrifariã dici annuimus. Pri-
ma eſt ea cauſa, ex qua res fit, & eſt ipſa
materia: vt æs ſe habet ad ſtatuam, &
aurum ad annulum. hæc aũt multiplex
exiſtit. nam vel eſt materia per modum
cõpoſitionis, vt ſunt literæ materia ſyl-
labarum, & dictionum: vel tranſmutationis, vt panis,
qui ſanguinis eſt materia: vel eſt materia vtroque mo-
do inſimul, videlicet compoſitionis, & tranſmutatio-
nis, vt aqua, & terra, quę animalium, et plantarum exi
ſtunt materia. Dicimus quoque partes eſſe ſubiectum
ipſius totius, ſed nõ eo modo quo ſupra. Idẽtidem pro-
põnes ſyllogiſmi ſubiectum appellamus concluſionis,
ſed alio modo à prædictus oĩbus. Secunda eſt forma, &
ratio ſignificans qđ eſſe eſſentiã rei, & hęc quoq́; cauſa
tripliciter dr̃ Vno modo, ſ. de toto, qđ reſultat ex par-
tibus, & eſt id, quo aliquid dr̃ eſſe totum, & cõpletum.
Alio modo de cõpoſitione, quæ reſultat in ipſis cõpoſi
tis. Alio vero de forma naturali in materia. Tertia eſt 29
de efficiente, à quo principiũ actionis orit̃, vt ſe habet
medicus ad ſanitatẽ, & ædificator ad ædes. Quarta eſt
id, cuius gr̃a res eſt, quę quidem finis exiſtit, vt ſanitas
exempli gr̃a, & exercitium: eſt. n. exercitium ſanitatis
gr̃a: & ſummatim quęcũq́; ſunt ante finẽ, ꝑꝑ finẽ ſunt.
& hoꝝ alterum alterius eſt gr̃a iuxta rõnem, qua ad fi-
nem magis accedit, vt medicaminis potio exẽpli cauſa
eſt gr̃a extractionis humoris, qui morbum facit, & hu
moris extractio eſt ſanitatis gr̃a: hoꝝ aũt oĩum propo-
ſitũ eſt ipſa ſanitas: diſſident tñ inter ſe, cum alia artes,
alia vero inſtrã exiſtant. Quòd aũt gñá haꝝ cãrum his 68
quatuor cõtineantur ſatis eſt manifeſtum, cum tñ his
quatuor reſpõdeatur interroganti ꝑpter quid aliquid
ſit: quibus habitis deſyderiũ ſiſtit, neq́; deinceps quæ-
ritur propter qđ ſit: &, ſi tandem reſponſiones, quæ ad
interrogationẽ propter qđ perquirant̃, non niſi in vna
harum cauſaꝝ inueniuntur. nam qñq́; per formam re-
ſpondemus, vt ſi quæramur in Geometria, ꝑpter quid
iſtę lineę ſunt ęquales, & reſpondemus q̃a à centro cir-
culi ad circunferentiã exeunt. Sed nõnunq́; ꝑ primum 69
mouens reſpondemus, vt ſi interrogemur, propter qđ
illi hoĩes, qui Camelos equitant, currunt cõtra nos, re-
ſpondemus ad interficiendum Platonem. Aliqñ tñ per
finalem reſpoodemus cãm, vt, ſi quæratur cur bellum
gerimus contra huiuſmodi populũ, reſpondebimus vt
fidem, quã obſeruare tenent̃, eos ſubire cogamus. Nõ-
nunq́; vero ꝑ materialẽ, vt ſi quæratur, quare ſcamnũ
eſt putrefactum, & reſpõdeat̃ quia eſt ex ligno. Phyſi-
cus autẽ ad vnũ quæſitum, vel ad plura põt oĩbus his
cauſis reſpõdere. Vni quidem, vt, ſi interroget̃, quam
ob cauſam hõ interijt, poterimus in huius reſponſione
quatuor afferre cauſas, vt ꝙ dicatur, quia eſt animal ra
tionale, vel quia eius cauſa efficiens, aut cuſtodiens re-
motior, vel ꝓpinquior ei exiſtit, hoc eſt ipſe ſol, vel q̃a
ex contrarijs conſtat, vel quia melius eſt cũ mori. plu-
ribus aũt, atq́; varijs interrogationibus itidem fiet, vt,
ſi quæratur cur homo moriatur, & afferatur cauſa ma-
terialis ad id, et dicatur quia eſt compoſitus ex contra-
rijs, vel aliquis quærat cur homo remanet viuus poſt
mortem, & reſpondeatur per cauſam formalem, & di-
catur quia eſt rationalis.

Tres autem cauſę in generatione multaꝝ rerum ge- 70
nerabilium contingit qñq́; vt eędẽ ſint ſubiecto, & ſpe
cie, tres tñ in reſpectu, & comparatione, agens videli-
cet, & forma, et finis. quod patet in rebus, quę à ſibi ſi-
milibus in ſpecie generãtur. vt cauſa efficiens hominis
exempli cauſa eſt ipſa forma hominis, & eſt vna ſpe-
cie: eius autem finalis cauſa ĩ generatione eſt forma ip-
ſius quoq́;: nam ea ꝑfecta ab agente, ceſſat agẽs moue
re. eſt igitur finis in comparatione ad motũ, ſed in com
paratione ad rem generatã eſt forma, & in reſpectu ad
gñans eſt efficiens. Tres igit̃ hæ cauſę in gñatione ſunt
vna ſubiecto, tres in reſpectu. Hoc tñ accidit in rebus, 71
quę mouentur à motore propinquo, qui eſt eiuſdẽ ſpe-
ciei ipſius mobilis, cum fuerit etiam mobile. Sed de mo
tore remoto immobili non conſyderat huius ſcientiæ
profeſſor. ſufficit enim ſibi attingere ipſum eſſe. et pro-
pter hoc tres ſunt cõmẽtarij, q de rebus hñtur. Primus
eſt de rebus mobilib⁹ corruptibilibus. Secũdus de mo
bilibus ĩcorruptibilibus. Tertius vero de ĩmobilibus,
atq́; ĩcorruptibilibus: & is ꝑmæ Philoſophiæ ſciam ha
bet. Principia igr̃ mouẽtia duo ſunt gñe, vnũ naturale, 73
qđ qdem mouet, et mouet̃, aliud non naturale, qđ mo-
uet, & non mouet̃. Cũ igit̃ ex dictis pateant q̃, & quot
genere ſint ipſa principia, indagandum modo eſt quo

pacto ad ea, quorum ſunt principia, quaue ratione ad
72 ſe inuicem referantur. Dicamus ergo hæc quatuor ad
eandem rem ſe referre eiſdemmet quatuor modis, qui-
bus ei ſunt cauſæ Vnum, videlicet ſe eſſe agens, aliud
materiam, aliud vero formam, quartum deniq; finem
dicimus. vt, ſi dixerimus aliquid ex quo fuerit, & à
quo, & quid ſit eius quiditas, & propter quid, & for-
taſſe per hæc quatuor reſpondemus, vt paulo ante di-
ximus, reſpondēdo ad interrogationem propter quid
de eadem re, & forte per duo, vel tria reſpondebimus.
80 Idemque nonnunq; fortaſſe referetur ad aliquid, & ad
eius cōtrarium, vario, ac vario tamen modo, vt nauta
gratia exempli, qui ſi naui præeſt, eſt cauſa eius libera-
tionis, ſi vero abeſt, eius perditionis cauſa erit. Sunt &
harum cauſarum aliæ alijs inuicem cauſæ, vt exempli
cauſa exercitium eſt cauſa ſanitatis, atque roboris cor-
poris, huiuſq; robur eſt cauſa exercitij: hoc tamen vt
efficiēs cauſa, illud vero vt finis. Eademq; eſt ratio ma-
teriæ, & formæ, videlicet quòd materia eſt cauſa for-
mæ, eo quod eſt eius materia, & forma eſt cauſa mate-
riæ, eo quod eſt eius perfectio, ſeu actus.
82 Et, poſtquam declarata eſt proportio, quam habent
cauſæ rei ad ipſam rem, & ad ſeinuicem, nunc de nume
ro ſpecierum inuentarum in vnoquoq; quatuor gene-
rum conſyderandum eſt: videntur enim in his ſpecies
generibus ſimiles eſſe. de generibus autem ſermo iam
præterijt, reſtat igitur de ſpeciebus verbum facere. Di
camus ergo ſpecies cauſarum ſummatim eſſe quatuor,
propinquam ſcilicet partialem, vel remotam vniuer-
ſalem, vel per ſe, vel per accidens, vel ſimplicem, vel
compoſitam, & harum quælibet eſt vel in potentia,
vel in actu. propinquæ autem exemplum eſt, vt medi-
cus, qui eſt cauſa ſanitatis propinqua: remota vero eſt
83 ipſa ars medica. per ſe quoq;, cùm dicimus medicū eſſe
cauſam ſanitatis, ſed per accidēs, vt cum dicimus ægro
tum eſſe cauſam ſanitatis, ſi accidat medico eſſe ægro-
86 to. Huiuſmodi autem cauſæ per accidens poſſunt vel
ſimplices, vel compoſitæ eſſe: ſimplices quidē, vt quæ
nunc dicta eſt cauſa, cōpoſita vero, vt ſi dicamus me-
dicum ægrotum. Itidem & ſimplices, atq; compoſitæ
poſſunt aliquo modo eſſe per ſe, vt ferrum compoſitū
eſt cauſa mucronis, & æs deauratum eſt cauſa cande-
87 labri. At, quæ ſunt in actu cauſæ, ſunt illæ, quæ cum re-
bus, quarum ſunt cauſæ, reperiuntur, vt quod incidit
cum re inciſa, & ſecans cum re ſecata. Quæ vero in po-
tentia ſunt illæ, quę cum paſſo non inueniuntur, neque
priuantur ad eius priuationem, nam ędificator inueni-
tur priuata adhuc domo, non tamen corrumpitur ad
88 eius corruptionem. Vniuſcuiuſque tamen rei ſemper
propinquiorem cauſam inueſtigare debemus: in eam
enim ſiſtit interrogatio propter quid. Scire quoq; opor-
tet cauſarum genera eſſe generum cauſas, indiuiduorū
vero, & ſingularium ſingulares, vt ars Medica (exem
pli gratia) eſt cauſa ſanitatis, & ſingularis medicus eſt
cauſa ſanitatis Platonis. cauſæ quoque in potentia ſunt
earum rerum, quæ in potentia cauſę, & quę in actu ea-
rum, quę in actu. Habes igitur ex his quę, & quot ſunt
cauſæ, ex quo pacto ad rem, cuius ſunt cauſæ, ad ſein-
uicem referantur. Nec te latet cognitionem numeri
cauſarum eſſe neceſſariam illi, qui hanc ſcientiam con-
templari cupit: quoniam habitis generibus vniuerſali-
bus omnium natura conſtantiū inueſtigabuntur dein-
ceps huiuſcemodi cauſę in qualibet re particulari. Hęc
igitur eſt vna prænotio, quam pręſcire debet, qui hanc
artem contemplatur.

Caput Secundum.

89 POſtq; Ariſt. tractauit de cauſis, ſcilicet quæ, &
quot ſint, incœpit deinceps ſcrutari de rebus,
quarum euentus ad caſum refertur, et ad id, quod ſpon
te fit, vtrum videlicet caſus, & id, quod ſponte fit, (ſeu
ſecundum quod ipſum) ſint aliqua prędictarum cauſa-
rum, vel aliquid aliud: &, ſi aliud, quid nam ſit illud: &,
ſi aliud, quid interſit inter fortunam, et id, quod ſponte
fit. Et dicit primo duas eſſe Antiquorum opiniones de 40
ipſa fortuna, & eo, quod ſponte fit. Vna eſt, quæ tenet
ea eſſe vnam ex præcedentibus cauſis, efficientem vi-
delicet cauſam, & quòd fortuna, & caſus, & id, quod
ſponte fit, nihil proprium ſignificant in voce ſua. quod
duabus probant rationibus. Prima eſt, quòd ea, quæ * a. l. fortuna.
* à caſu fiunt, nō poſſunt referri ad cauſas* terminatas. * a. l. cognitas.
Secunda eſt, quòd, ſi fortuna ſignificaret aliud genus
cauſarum quàm prædictarum, Antiqui non ſubticuiſ- 41
ſent ipſum. Alia opinio eſt, quæ tenet fortunam eſſe 47
aliam cauſam præter illas quatuor prædictas, diuinam
tamen, cuius eſſentia eſt ignota. hæ igitur duæ fuerunt
Antiquorum opiniones de fortuna, & eo, quod ſpon-
te. Quòd aūt ipſa fortuna, et id, quod ſponte, ſint aliud, 42
quàm prædictæ quatuor cauſæ, eſt de ſe notum. dici- 43
mus enim Soc. interfeciſſe Platonem ex electione, non
dicimus tamen eum interfeciſſe à fortuna: dicimus ta-
men interfeciſſe ſibi obuium à fortuna: et ideo dicimus
perſecutum fuiſſe quēpiam, quem offendiſſe Deus vo
luit. Id igitur quod caſu fit, & id, quod per electionem,
manifeſte ſunt duæ res diſtinctæ. Idētidem quod à for-
tuna, & id, quod à natura prouenit. nam ſextus digi-
tus dicitur à fortuna productus, non tamen à natura.
ſunt igitur, & hęc duo inter ſe diſtincta, fortuna videli-
cet, & natura, cum id, quod ex eis prodijt, ſit diuerſum.
Ratio autem, quam aſſerūt, quòd Antiqui nihil de for
tuna locuti fuerunt, nulla eſt: quoniam tempus poteſt
veritatem oſtendere. qui enim fuerunt illis recentiores
locuti ſunt de fortuna, ad eamq; aliquid rerum aſcripſe
runt: & ideo ei id adſcribunt, quia nihil aliud cogno-
ſcunt, cui poſſint id attribuere, & propterea dicūt mul-
ta hominis membra eſſe à fortuna, quia ignorant eorū
cauſas, & propter hoc nonnulli eorum cœlum, eiuſque 44
motum, & ordinem ad fortunam referunt: latent enim
eos huiuſmodi rerum cauſæ, & hinc apparet quòd no-
men fortunæ nihil prædictarum cauſarum poteſt ſigni
ficare apud eos. Qui autem putat multas harum rerū 45
inferiorum ad fortunam referri, magis excuſatione di- 46
gnus eſt, quàm qui ordinem, ac rectitudinem apparen
tē à corporibus cœleſtibus ei attribuit. nam nihil à for-
tuna in hoc genere rerum vr̄ innouari, ſicut in genera-
bilium genere vr̄, quæ ſubijciunt̄, ſ. cœleſtibus corpori
bus. & propterea Ariſt. potius arguit contra Demo-
critum, & qui cœleſtia corpora ad fortunam refert, q̄
contra eum, qui multa inferiora illis ad fortunam refer-
rat. Habito igitur q; fortuna eſt aliquid in re, inueſti-
gandum eſt quid ſit. Dicamus ergo neminem latere q; 48
eorum, quæ fiunt, quædam ſemper, vt ſolis ortus, atq;
occaſus, quædam vero vt frequenter fiunt, vt calor
in ęſtate, & frigus ī hyeme, alia tn̄ ut raro, ſicut frigus
in æſtate, & calor in hyeme. ea autem, quæ à fortuna
fiunt, nec in rebus neceſſarijs, neq; in his, quæ vt in plu
ribus ſunt, fieri manifeſtū eſt, ſed in his, quæ vt in pau-
cioribus ſunt, quæ à natura, & electione fiunt. Sed,
cum ea, quæ raro fiunt, dupliciter ſe habeant; nam
quædam propter aliquam cauſam, atque finem fiunt,
vt res, quæ à natura, & electione ſunt. quoniam ea,
quæ à natura, & electione oriontur, propter aliquam
cauſam certe fiunt, cum natura nihil fruſtra agat: quæ-
dam vero alia à rebus, quæ nullam cauſam inten-
dunt, omnino fiunt, vt cùm temere pilos è mento
euellimus, nulloque propoſito ad id habito. Conſtat
autem ea, quæ à fortuna fiunt, non eſſe huius gene-
ris, quod raro fit, ſed eius, quod propter aliquam fit
cauſam,

cauſam, & ſi raro etiam fiat: vt gratia exempli, ſiquis
domum egreditur, id quidem propter aliquam agit
cauſam, ſiue vt balneum, vel plateam, aliquodue ora-
culum petat, aut aliqua alia cauſa propoſita. Si autem
in itinere contingat te aureum inuenire, tunc dicimus
aurei inuentionem fuiſſe à fortuna, ipſumq; fuiſſe in-
uentum propter rem, quæ eſt à fortuna, quæ ſcilicet eſt
id, quod raro eſt, quod fuit ex egreſſu domus, qui fuit
propter aliquam cauſam. Conſtat igitur in genere
eius, quod raro euenit, fieri aliquid propter aliquam
cauſam. Habitis duabus propoſitionibus notis, qua-
rum vna eſt, quòd fortuna fit i his, quæ ſunt vt in pau-
cioribus, alia vero, quòd fortuna fit ex his, quę ſunt ali-
cuius cauſę gratia, cõcluditur in tertia figura quòd ali-
quid eorum, quæ raro fiunt, prouenit ex rebus, quæ
ſunt propter aliquã cauſam. Duo igitur habemus hic,
ſcilicet fortunam, & id, quod à fortuna prodijt. ipſa au-
tem fortuna eſt cauſa, & quod ab ea prouenit, cauſatũ.
ſi autem id, quod à fortuna oritur, raro quidem, & ex
his, quæ alicuius cauſæ gratia fit, habemus igitur for-
tunam eſſe cauſam rei, quæ per accidens euenit. nam
ideo Socrates è domo egreſſus fuit, vt balneum, vel
forum ad mercaturam peteret: & hoc fit vt i pluribus,
& per ſe: ſed quòd aureũ inuenerit in itinere, cauſa qui-
dem per accidens fuit ipſe exitus e domo. Conſtat igi-
tur fortunam eſſe cauſam efficientem per accidens rei,
quæ raro fit, eo, quod huiuſmodi res oritur ex rebus,
quæ ſunt alicuius cauſæ gratia: quæ quidem res (vt di-
ximus) à natura, & arte prouentunt. cum autem dici-
mus fortunam eſſe cauſam per accidens, intelligi debet
quòd id, quod ex ea prouenit, eſt raro: non q; ſit quid
accidens cauſæ per ſe, præter hoc, quòd agat aliquid in
id, quod per accidens, & à fortuna. nam in hoc differt à
cęteris cauſis per accidens. dicimus enim Geometram
eſſe cauſam ſanitatis per accidens, & raro, cum accidit
Geometram eſſe Medicũ: ſed nihil penitus agit Geo-
metra in rem aliquam tam vt raro, quàm vt frequen-
ter, ſed hoc eſt quid accidens cauſæ per ſe, quæ eſt ipſa
medicina. fortuna autem refertur ad res, quę fiunt à na
tura, & intellectu propter aliquam cauſam, cùm huiuſ-
modi res non aſſequuntur ſuum finem, propter quem
ſunt, & prodeunt ex eis res non intentæ, eſtq; ex cauſis
efficientibus, per accidens tamen. Cùm igitur nec id,
quod proponitur, neque aliud prodijt, tunc dicimus id
eſſe inane, et fruſtra. ſed, ſi id, quod non eſt propoſitum
proueniat ab eis, tunc à fortuna id prouenire dicimus.
ſed, quia fortuna eſt cauſa per accidens, ideo eſt imper-
fecta, & interminata, & incognoſcibilis. & quemad-
modum in cauſis per ſe datur aliquid propinquum, &
remotum, ita in cauſa per accidens. vt ſi quis ægrotans
egrediatur domum alicuius rei cauſa, & eum uentus of-
fenderit, vel caput abraſerit ob aliquam cauſam, & in-
de ſanatus fuerit. nam ventus eſt propinquior cauſa
ſanitatis, quàm abraſio capitis: quoniam ventus ideo
ualitudinem efficit, quia ægroto temperaturam con-
trariam eius ægrotatiuæ temperaturæ præſtat, cuius
cauſa ſanitatem adeptus eſt: ſed capitis raſio ideo fuit
ſanitatis cauſa, quia induxit fungoſitatem capitis, qua
vapores tranſpirant: & ſic ex vaporum exhalatione
56 prouenit ſanitas. Bona autem fortuna eſt, cùm quis
offendit aliquem finem, quem deſiderabat pręter hoc,
quòd eum propoſuerit: mala vero, cùm eius rei fini
quis obuius fuerit, à qua ſe præcauebat. Sed caſus pro-
ſperus eſt inuenire à fortuna multas res deſyderatas:
quemadmodum infœlix eſt malas reperire res fortuna
quadam. hinc fit quòd in fortuna, in caſuq; fœlici firma
ſpes haberi non decet, neque quis ſeipſum ijſdem con-
57 ſolari. Id vero, quod ſponte (ſeu ex ſe) fit, inuenitur
quoque in rebus, quæ raro fiunt, & ex his, quæ ob ali-
quam cauſam. Intereſt autem inter hæc, quoniam quod
ſponte fit, communius eſt eo, quod fortuna, & caſu.
Quod enim ex ſe fit, in rebus, quæ à natura, & electio-
ne reperitur: id vero, quod à fortuna, in his duntaxat,
quæ ab electione: quæ quidem ſunt res, quæ aguntur. 58
cuius rei inditium eſt, quĩ communis opinio, quæ pu-
tat bonum caſum, atque fortunam eſſe quoddam fœli-
citatis genus, adeo, quòd vulgus nullam aliam præter
hanc cognoſcunt fœlicitatem, hoc eſt, vt, cùm homo
ambulat ad ſua negocia agenda, accidant ei caſus per
optimi, & res laudabiles, præter hoc, quod eas decre-
uerit. Quamobrem, nulli fœlicitas, & caſus optimus
præterq; homini aſcribitur, niſi forte ſimilitudine qua- 59
dam, atque tranſlatione (ſeu tranſumptione) vt cum
lapides, ex quibus idolum conficitur, beatos voca-
mus. Id vero, quod ſponte, & in animantibus, & in 60
multis inanimatis reperitur, vt cùm dicimus equum
currentem ſponte veniſſe ad nos, ſi contigerit eum ar-
ripuiſſe fugam, & nos acceperimus ipſum: vel, cùm di-
cimus lapidem cecidiſſe, & fuiſſe ſedes ex ſe, ſup quem
aliqui ſedeant: vt ſi, cùm in terram ruit, contingat eum
ſibi contrahere ſitum, qui, vt ſuper ipſum ſedeatur, ido-
neus ſit. Idẽtidem quod ſpõte fit in humana arte, quod 61
bonæ, & malæ fortunæ proprium nomen ſibi vſurpa- 62
uit, & apud vulgus fœlicitas, & infœlicitas, (ſeu dolor) 63
nuncupatur. hoc autem nomen, ſcilicet quod ex ſe, vel 64
ſponte, à Græca lingua originem aſſumpſit ab eo vi-
delicet, quod eſt inane, ſeu temere. quoniam, cùm ali-
quæ res propter aliquem reperiuntur finem (vt dixi-
mus) & huiuſcemodi earum finis non eueniat, dicimus
tunc eas temerę eueniſſe: &, ſi in eis inuenerimus ali-
quid, quod non ſolet euenire ex ipſis, tunc id ſpõte fie-
ri aſſerimus. In idiomate tamen noſtro videtur nomen
fortunæ eſſe commune ad id, quod à natura, & electio-
ne prouenit, vel dicitur largo modo de eo, quod à natu-
ra oritur. ſed, vtcũq; ſit, hæc non eſt pręſentis contem-
plationis. et, quia id, quod ex ſe fit, nõ prouenit ex ſuis
proprijs cauſis, ſed ex eo, quod per accidẽs, ideo ex re-
bus, quæ numero vacant, prodire poteſt. nam ex mul-
tis rebus theſaurus reperiri poteſt, vt fodiendo terram
ad arbores plantandas, vel puteum fiendũ, aut ſtruen-
das ædes, vel his ſimilibus, ex quibus theſaurus à for-
tuna prodire poteſt. Quid igitur ſit fortuna, quidq; id, 65
quod ſponte, quid deniq; inter ipſa interſit iam habes.
diximus. n. ea ad genus efficientis cauſarum per accñs
referri, hoc eſt cauſarũ, quæ à natura, & electione pro-
ueniunt. Et, quia iam expoſitum eſt fortunam ipſam, 66
atq; id, q̃d ſponte in his, q̃ ab ĩtellectu, & natura proue-
niunt, inueniri. intellectus igitur, & natura priora ſunt
fortuna, & eo, quod ex ſe: quoniam ea, quę per ſe prio-
ra ſunt his, quæ per accidens. Hinc quoq; haberi licet 67
crimen eorum, qui cauſam vniuerſi fortunę aſcribunt.
quoniam, ſi darentur cauſæ, e quibus vniuerſum fortu-
na prodiret, tunc non darentur res, quæ prouenirẽt ab
illis cauſis per ſe: & ſic id, quod p accidens, eſſet expers
rei, quę per ſe, & prius ea, quod eſt falſum.

Caput Tertium.

QVoniam autem ex quatuor cauſis Antiqui 72
tantum Materialem conſyderarunt: nam de
Formali, Finali, atque Efficienti minimum
quid attigerunt: ideo id, quod forma vocatur, & finis,
inſequi naturam materiæ putarunt, ex eaq; de neceſſi-
tate prouenire, & tum primum, tum vltimum nega-
runt finem. Videtur enim, inquiunt, pluuiam non vt 76
fruges germinent deſcendere, ſed quia accidit ipſi va-
pori aſcendenti infrigidari in ſuperiori parte aeris;
ex quo fit pluuia, quæ deſcendit, & ſemina pullulare
facit. Itidem in membrorum animalis generatione,

ita, vt dẽtes gratia exempli quidam lati, quidam vero
acuti reperiuntur, non vt ad terendum lati, & ad inci-
dendum acuti exiſtant, ſed quia ipſos molares, qui ex
materia terrena, craſſaq; oriuntur, contingit eſſe latos,
et ex materię tenuitate acutorum dentium acutos ori-
ri de neceſſitate. Dicunt aũt generationem aĩalis tunc
perfici, & idoneam reddi, cùm huiuſmodi contingẽtia
(ſeu fortuna) accidit ĩ oĩbus eius mẽbris, ſed * defectus
(ſeu deſtructio) accidit in generatione eius, cùm huiuſ-
modi contingens non euenit in oĩbus eius membris, q̃
ex ipſo aĩali genita ſunt. Quare naturã poſſe procreare
indiuidua aĩalium, ex pluribus ſpẽbus compoſita certe
affirmant: vt forte fortuna contigit cuidam animali ha
bere quædam eius membra alterius animalis, & alteri
alterius, vt Empedocles aſſerit poſſe oriri aĩal, cuius ſu
periores partes ſint humanæ, inferiores vero bouinæ,
his igitur rationibus priores tollebãt finalem cauſam.
hac quoq; ratione res gigni exiſtimabant.

* a.l. deletur generatio.

77 Nos tamen dicimus quicquid à natura generatur, id
vel vt ſemper gigni, vt aĩal, quod ex mare, & fœmina
procreatum eſt, vel vt ĩ pluribus, vt quintus digitus in
homine, vel vt ĩ paucioribus, vt ſextus. in prius autem
dictis aperte patuit ea, quæ raro fiunt, ſponte, & fortu-
na fieri. Quod igitur ex animali gignitur, atq; planta,
oportet à fortuna, vel à natura prodire: ſed non à fortu
na: quoniam tunc animal, & planta raro inuenirentur:
& oporteret id, quod eſt per accidens, eſſe denudatum
ab eo, quod per ſe, et vt nõ poſtponatur ei. Iam tamen
eſt probatum ipſam fortunam, & id, quod ſponte, eſſe
poſteriora rei naturali. hinc autem innui poteſt quòd
re vera natura alicuius rei gratia agit.

78 Poteſt adhuc idem monſtrari, ſi naturam arti com-
paremus. eſt enim ipſa cauſa finalis apertiſſima in arte.
idẽtidem quicquid eſt ante finem, eſſe propter finem,
79 nemo ambigit. ſi rem igitur animaduertas, non te la-
tebit naturam in hoc æqua lance cum arte procedere.
nam, ſi domus gratia exempli à natura produceretur,
non niſi vt ab arte prodiret. hoc tamen primo naturæ,
quàm arti aſcribendum eſt. ars enim naturam imita-
tur. Icciroo ſuis figuris (ſeu deſcriptionibus) inuenimus
eam perficere id, in quo natura deficit, ſvel illius opus
facile reddit, vt ars Medica, et Agricultura. conſtat igi
tur eandem eſſe proportionem priorum ad poſteriora
in arte, quæ eſt in natura. priora videlicet ĩ his propter
poſteriora exiſtere: ſed, ſi in naturalibus priora poſte-
riorum gratia fiunt, & itaq; ſe habet natura, quæ dici-
tur de materia cum ea, quę de forma. patet ergo mate-
riam propter formam exiſtere, formamq; eſſe finem in
generatione. Neq; quod caſu in rebus naturalibus eue
nire ſolet, prohibet naturam non agere propter ali-
82 quid. Quemadmodum ſi in arte aliquod committatur
crimen, non propterea oportet eam non propter aliqd
operari. nam, ſi grammaticus in ſuis delinquat ſermo-
nibus, medicuſq; in potionis exhibitione, id quidem
raro, & per accidens contingit, peccata itidem, quæ in
animalium procreatione euenire ſolent, ſunt prorſum
huius generis, videlicet quod raro euenit, & ex neceſſi
tate materiæ, corruptioneq; principij, quod eſt prom-
ptum finem aſſequi, ſed eum imperfectum adipiſcitur:
non q; corruptio ei adueniat ad recipiendum alium fi-
nem. et ideo nos non aſſentimus aliquod animal gigni,
cuius ſuperior pars media ſit humana, & media iferior
alterius animalis, vt multi Antiquorum id pro poſſibi
li in confeſſo habent. Nam quodlibet ex quolibet non
fit, neq; quodlibet principium eſt cuiuslibet finis prin-
cipium: immo proportiones finiti generatione, ad ſua
principia ſunt profecto terminatæ. Impoſſibile igitur
eſt dari illa portenta, quæ Antiqui arbitrati ſunt. Si ta-
men accidat aliquod monſtrum in procreationibus, id
quidem in vna duntaxat ſpecie reperitur: vt, ſi agnus
cum duobus capitibus naſci videatur. quod etiam ra-
ro euenit. Antiquorum adhuc quidam arbitrati ſunt 86
cauſam finalem inueniri in artibus tantum, quæ intel-
lectu, & conſultatione vtunẽ. nihil tamen dicunt. quo-
niam id, cuius gratia, perſpicuũ eſt in artibus, quę non
exercent intellectum, quemadmodum & in his, quæ
eo vtunẽ, vt Lignaria, Fabrilis, et Sutoria. neminem. n.
latet has propter aliquid operari: & ſi Sutor non conſy
deret peruentũ finis illius, neq; etiam Faber lignarius,
vt cõſyderat Medicus atq; Nauta. In his igitur rebus
nihil intereſt inter cunctas artes inuicem, neq; inter ar-
tem, & naturam, niſi quòd ars extra, natura vero in-
tra rem exiſtit. Adeſt & Tertia ratio, quę oſtendit na- 80
turã propter aliquid agere perquirendo. videlicet * ſin
gulas operationes eius, tum in animalibus, tum in ſtir-
pibus, & pręſertim in animalibus * diſcurrẽtibus, quę
operationes agunt terminatas, non ab arte ordinatas,
neque intellectu, vt araneam texere, & apes cellulas
ſexagonas ſtruere, reliquaq; animalia: ex quorum
operationibus abũde apparet ea propter aliquam age
re cauſam, quod & ex vtilitatibus membrorum ani-
malium ſatis aperte conſtat. In plantis quoque idem
perſpicuum eſt, & ſi minus pateat, vt folia emittere
pro fructus cuſtodia, corticem vero granorum pro eo-
rundem tutela. Porrò quod de pluuia in argumentum
afferunt nos non aſſentimus: neque diximus pluuiam
à caſu euenire, ſed dicimus hoc, vt ſemper ex motu, ſcili
cet ſolis in circulo obliquo. id autem, quod eſt vt ſem-
per, & neceſſarium, non fit à caſu, immo propter ali-
quem finem. quod quidem ob duo euenit, quorum al-
terum neceſſarium, alterum vero melius exiſtit. Neceſ
ſarium quidem eſt, vt ſcilicet elementa remaneant in
ſpecie ſeruata: & ideo ex ſeſe inuicem quibuſdam ter-
minatis temporibus generãtur. nam generatio, & cor-
ruptio accidit eis propter contrarietates, quas habent:
ordo tamẽ, & rectitudo propter motus cœleſtes. Id ve
ro, quod præſidij, ſeu melioris notæ gratia exiſtit, eſt
propter mixtionem aquæ cum terra, vt plantæ, cæte-
raq; corpora ex elementis genita oriantur. Ex his igi-
tur habes naturam propter aliquid agere, cauſamq; rei
finalem eſſe ipſam formam.

* a.l. partes operationũ

* a.l. ꝑparẽtibus.

Caput Quartum.

QVoniam Antiqui præponebant neceſſitatem 87
ipſi materiæ in generatione: putabant. n. ma-
teriam eſſe generationem, ac ſi quis di-
ceret murum, ideo eſſe de neceſſitate murum, quia na-
tura ipſius grauis ẽ deorſum mergi, leuis vero ſurſum
eleuari: & ideo lapis inferius, lignum vero ſuperius exi
ſtunt: conſentaneum igitur eſt perquirere vtrum ne-
ceſſitas rebus naturalibus tribuatur ratione finis earũ,
qui eſt ipſarum forma, vel ratione materiæ. Conſtat 88
autem neceſſitatem inuentam in generatione parietis
contra id, quod ipſi arbitrabantur, ſeſe habere. non. n.
adinuentis lignis, & lapidibus, clauiſq; paries inueni-
tur de neceſſitate: immo econtra ſcilicet dato pariete,
oportet lapides, lateresq; dari. Hoc autem patet per in-
terrogationem, propter quid. nam, ſi quis nos interro-
get propter quid paries ex ligno, & lapidibus conſtet:
reſpondebimus protectionis gratia, & non dicimus,
quia ex ligno, & lapidibus eſt, ideo protegit. Idẽtidem
ĩ naturalibus rebus neceſſitas debet referri ad id, quod
in artificialibus refert. quicqd aũt eſt ante finem, debet
nẽcio inueniri, cùm finis inuenit̃. Extat & in doctrinis 89
neceſſitas quoquomodo ſimilis ei, quæ in naturalibus:
intelligo illud neceſſarium, quod inter duo ſe conſe-
quentia exiſtit ex ſuppoſitione. nam, ſi pręmiſſæ ſunt,
oportet dari cõcluſionẽ de neceſſitate, neq; hoc cõuer-
titur

tiur ita, q data concluſione dentur pręmiſſæ per ſe exiſtentes. Verũtamen in doctrinis oppoſito modo conſecutionis res ſe habet cum his, quæ ex natura. quoniã in his ex poſterioribus tempore inferuntur priora tempore, veluti ſe habet materia cũ forma, in illis vero poſteriora tempore, hoc eſt ipſa concluſio, à prioribus tẽpore inferuntur, quæ ſunt ipſę præmiſſę. ſed, quia principium cogitationis in rebus actiuis eſt finis actionis, ideo præmiſſæ re uera ſunt finis, quæ quidem in actione fuerunt principium, et ipſa concluſio ponitur perinde, ac ſi ante finem. quod quidem ideo euenit, quia accidit rebus poſterioribus in generatione, vt ſint priores cognitione, & ecõtra poſterioribus cognitione, vt ſint priores generatione. & propter hoc conſecutio ratione cognitionis eſt oppoſita ei, quæ ratione generationis, & principium cogitationis non eſt principiũ generatiõis, & neq; finis cogitationis eſt finis gñationis.

90 Ex his ergo habemus q, ſi forma adeſt oportet materiam quoq; priorem ei de neceſſitate adeſſe. & quòd neceſſitas in rebus naturalibus * eſt veluti ꝓportio eſt materiæ ad formam. & propterea in hac ſcientia nulla poteſt dari definitio, quin in ea appareat materia: cum impoſſibile ſit inuenire ipſam formam denudatã à materia. Sed reliqua neceſſaria, quę res inſequũtur naturales, vt eſt ipſa corruptio, & defectus, ratione quidẽ materiæ, eiusq; motuum ens inſequuntur: ea vero, quæ præſidij gratia res ſectantur, id quidem ratione formæ fit. Intereſt tamen hæc neceſſitas ab ea, q̃ inter prima, & vltima. quoniã hæc eſt ex ipſamet natura materiæ, illa vero ex proportione cauſarum ad ſeſe inuicem. Antiqui tamẽ has duas neceſſitates domina eſſe cenſebãt, formamq; eſſe quid exiſtens ex neceſſitate materiæ, quemadmodum & multa accidentia ex eius neceſſitate reperiuntur. & hic definit Secundus liber.

* a.l. exiſtit in proportione.

AVERROIS
EXPOSITIO MEDIA
IN TERTIVM LIBRVM PHYSICORVM.

Hic liber Tertius tres continet ſummas.

In Prima ſummula probat ad profeſſorem huius ſcientiæ neceſſario attinere tractare de accidentibus (ſeu conſequentibus) communibus rerum naturalium: & huius rei cauſam aſſignabit, & eſt veluti pręfatio ad ea, quæ poſtea dicentur.

In Secunda notificat quid ſit motus, & eius definitionem tradit, vt ex natura ſui tradi poteſt.

In Tertia inueſtigat de infinito, & declarat quo pacto reperiatur.

Prima Summula.

1 Dicamus q, cum in definitione Naturæ accipiatur motus: cum dictũ iam ſit Naturam eſſe principiũ motus, & quietis: cogaturq; Phyſicus tractare de omnib⁹ partibus huius definitionis, & de eius conſequentibus, ergo cogitur tractare de definitione motus.

Porrò, cum in definitione motus ipſum continuum appareat: in ipſo autem continuo appareat infinitum: ergo qui de motu conſyderat, cogitur quoq; de infini-
2 to conſyderare, atq; de continuo. Præterea, cum tempus, & locus ſint de his, quæ motum conſequunt̃, ideo cogit̃ etiam huius ſcientiæ profeſſor de eiſdem conſyderare. Et quoniam vacuum ſimilatur loco, & plures Antiquorum putabant ipſum fuiſſe neceſſarium pro multis reb⁹ naturalibus, iccirco cogit̃ & de eo ingrere.

Hæc inquam ſunt vniuerſalia conſequentia, q̃ cunctis entibus naturalibus ſunt communia, de quibus cogitur primo tractare huius ſcientiæ profeſſor in hoc libro, antequam de proprijs conſyderet, atq; cõtempletur: quemadmodum hoc idem cogitur agere de cauſis vniuerſalibus, vt iam in huius libri præfatione dictum fuit. Quapropter huius libri propoſitum nihil aliud eſt quàm de cauſis vniuerſalibus, ac de vniuerſalibus conſequentibus conſyderare.

Secunda Summula ſex continet capita.

In Primo capite agitur de his, quæ præponi, ac præcedere maximè debent, quæ tanquam recepta, & parata proprie eſſe debent apud eum, qui motum definire intendit.

In Secũdo tradit̃ definitio motus ex illis rebus ꝓprijs.

In Tertio traditur adhuc alia definitio motus ex rebus communibus, non proprijs, quas Logicales vocãt.

In Quarto, quo nam pacto vna, & eadem res dicatur eſſe in potentia, & in actu.

In Quĩto deſtruitur opinio Antiquorum de definitione motus, & talis deſtructio erit ratio ad id, quod diximus de motu. Item tradit̃ in eo cauſa, ob quam ſit difficile venari definitionem eius, nec non quantum aſſequatur mouens, & mobile de potentia, & de actu.

In Sexto ſoluitur dubium de motu, videlicet in quonã magis ſupat motus, an in mouente, vel in mobili.

Caput Primum.

EA autem, quæ præſcire debet, qui vult veram motus definitionem inuenire, ſunt 1 videlicet tres propoſitiones. quarũ Prima eſt, quòd entia naturalia quandoque in potentia, quandoq; in actu reperiuntur, & quòd hoc eſt commune omnibus decem prædicamentis.

Secunda propoſitio eſt, quòd motus habet rationẽ relationis, (ſeu ad aliquid) quãuis in aliquo alio prædicamento reperiri poſſit: quoniam agens, & patiens, & mouẽs, & mobile, quodlibet horum dicitur in relatione, & reſpectu ad aliud: licet mouens dicatur eſſe in prædicamento, quod eſt agere, & mobile in prædicamento quod eſt pati. cuius rei ratio eſt, quia aliqua eſt relatio per ſe exiſtens, ſicut quantitas, et ſubſtantia, veluti duplum, & dimidium, pater, & filius: aliqua vero inſequitur reliqua prædicamenta, hoc eſt, quòd ſe habet veluti quoddam conſequens illius prædicamenti. Relatio vero, quæ reliqua inſequitur prædicamenta, exempli cauſa eſt ipſorum quinq; reſpectuum, (ſeu habituum, ſeu proportionum) hoc eſt prædicamentum quando, & vbi, & habere, atque agere, & pati.

Tertia propoſitio eſt, quòd hoc nomen motus dici- 4
tur quodam genere analogię, & quòd non eſt ex nomi- 5
nibus vniuocis, neq; ex merę æquiuocis.

Ex vniuocis autem ideo non eſt, quia motus non reperitur primo, niſi in mobili.

Mobile vero aliud eſt in ſubſtantia, aliud in quantitate, aliud in qualitate, aliud in prædicamento vbi: inſuntq; vnicuiq; horum prædicamentorum duo genera motus contraria, alterum quidẽ * ignobilius, alterũ ỽo * nobilius, vt motus gñationis, & corruptionis in ſubſtãtia, motus incremẽti, & decremẽti in quantitate, & albedinis, & nigredinis in q̃litate, & ſurſum, ac deorſum in p̃dicamẽto vbi: hęc aũt q̃tuor p̃dicamẽta nullũ

* a.l. ſm defectum.
* a.l. ſm exceſſum.

habent genus cōe eis: neceſſum igitur eſt nomen motus dici de eis eo modo, quo dr̃ de eis nomen entis, & principiĳ. Manifeſtum quoq; eſt nomen motus nō dici de eis eo modo, quo dñr de eis nõia mere æquiuoca. nã, ſi ita eſſet, tunc nullũ reperiret̃ p̄dicamentum, quod ea amplecteretur: verum illud eſt ex noĩbus, quæ dñr ſecundum prius, & poſterius (vt ita dixerim) veluti reliqua nomina, quæ de reliquis omnibus dicuntur prædicamentis, aut de pluribus vno.

Caput Secundum.

6 HIs igitur ſic expoſitis dicamus, neminem poſſe ambigere motum non poſſe ingredi ſub genus eoꝝ, quæ ſunt in actu: qm̃ hæc quieſcunt, neq; etiam ſub genus eoꝝ, quæ ſunt in potentia pura: qm̃, dum perſeuerant eſſe in potẽtia, ſunt priuata. Si motus ergo nõ poteſt eſſe ſub aliquo hoꝝ generum, relinquit̃ igitur vt conſtet ex aliqua re, q̃ ſit in potentia, & actu: vt ſolent eſſe ipſa media, quæ inter duo extrema oppoſita, cõtrariaq; reperiunt̃. Hoc autem ita ſe hr̃e neceũ eſt, cum ipſe motus ſit quidã inceſſus procedens ab ipſa potẽtia ad actum. intelligo ipſum, ſ. eſſe quendã tranſitum ipſius mobilis, eiuſq; exitũ de potentia ad actũ. Manifeſtum igit̃ eſt ipſum Motum eſſe actum (ſeu perfectionẽ) rei, q̃ eſt in potentia, ea rõne, qua eſt ĩ potentia. Addidimus autẽ hęc verba, ſ. ea rõne, qua eſt in potentia, qm̃ hoc eſt propria eius dr̃ia, quę eius eſſe cuſtodit. Qm̃ ipſe actus (ſeu perfectio) vel eſt actus quieſcẽs, in quo ſ. nihil potentiæ relictum eſt, quatenus eſt talis actus: & hoc quidẽ eſt finis ipſius motus, vel eſt actus imperfectus, qui nondum eſt perfectus, qui q̃dem ſeruat id, quod eſt in potentia. hoc aũt eſt illud, quod correſpondet ipſi motui, eiq; conuenit. exempli cauſa figura æris, quæ quidẽ habet tria tempora: Aliud aũt, ſub quo eſt figura in potentia: Aliud vero, ſub quo eſt figura ĩ actu: Aliud adhuc, ſub quo efficitur figura: nempe cum mouetur de potentia ad actum. & propterea eius motus eſt actus rei, q̃ eſt in potentia figura, ad id, quod eſt in actu figura. Manifeſtumq; eſt hanc potentiã cuſtodire id, quod eſt in potentia, in ipſis contrariĳs, quæ hñt medium. nã in contrariĳs, in quibus non datur medium, non reperitur huiuſmodi actus. hinc fit, ꝙ nõ reperitur motus, niſi in cõtrariĳs hñtibus medium, vt in Quinto libro huius operis exacte probabit̃. Hinc autẽ apparere põt ꝙ continuum (ſeu cõtinuatio) eſt de natura motus. qm̃, cum ipſum mobile quieſcit, deſtruit̃ eius motus, neq; vlla potẽtia in eo relicta eſt, quatenus iam quieſcit. verum, ſi ĩ eo fuerit aliqua potentia, id q̃dẽ erit ea ratione, qua * põt moueri alio motu: & ideo corrupta potẽtia corrumpitur & motus. ſi ergo motus debet reperiri, oportet ſubĳcere ꝙ reperiatur potentia coniũcta actui eius: & ob id ipſa potentia eſt eius ꝑpria differentia. Conſtat autem hanc definitionem, cunctis generibus motus inhærere. nam motus in ſubſtãtia eſt actus rei, quę in potentia ſubſtantia, quatenus eſt ĩ potentia. Identidem de motu in qualitate, & in quolibet quatuor prædicamẽtorum. Hæc itaq; eſt definitio motus, ſumpta ex rebus propriĳs, (ſeu proportionalibus.)

* 2.1. ſolet.

Caput Tertium.

7 DIcit adhuc Ariſt. ꝙ motus eſt actus ipſius mobilis, quatenus eſt mobile. hæc aũt definitio patet ĩductiue à ſimilibus, & particularibus. nam Ædificatio eſt actus ædificabilis, quatenus eſt ædificabile: & Reuolutio eſt actus reuolubilis, quatenus eſt reuolubile: itidem et Calefactio eſt actus calefactibilis, in quãtum eſt calefactibile. Ædificatio. n. non eſt cũ perfectione domus, neq; dum domus eſt in potẽtia: immo ipſa ędificatio eſt via à priuatione domus ad eſſe ipſius domus in actu, & perfectè. ex hac ergo inductione ꝓbatur motum eſſe actum mobilis, in quantum eſt mobile. Sumitur autẽ ipſum mobile in definitione motus, propter id, quod iam p̄diximus: nempe, quia ineſt motui vt ſit ad aliquid. ſed accipimus ipſum mobile ĩ definitione motus, quia eſt notius motu. Hæc autem dr̃ia, quæ in hac definitione ſumit̃, licet non ſit illa dr̃ia ſumpta ĩ prima definitione, cum hæc ſit dr̃ia ſumpta ratione ſubiecti, tñ adhuc ipſa magis præſtat q̃ illa, quæ in prima definitione fuit ſumpta: cũ non habeat eã æquiuocationem, quam habet nomen potentię. quoniã potentia reperitur in decem prædicamentis: ſed illa potentia, quæ in definitione motus accipitur, eſt illa, quæ in quatuor prædicamentis reperitur.

Caput Quartum.

8 CVm autem potentia, & actus inſint vni, et eidẽ rei, ſiue duabus diuerſis rationibus, & in relatione ad duas res: vt aqua calida, q̃ eſt actu calida, & frigida potentia: ſiue reſpectu eiuſdẽ rei, ſed duobus variĳs temporibus: ideo neceſſe eſt, vt q̃cquid eſt huius gñis, videlicet quicq̃d habet in ſe actum, & potentiam, & eſt ſ. ipſum compoſitum ex materia, & forma, vt mouens moueat̃ à mobili, ita vt ſit vnũquodq; eoꝝ mouens, & mobile: qm̃ eorum alterum mouet alterum, quatenus eſt in actu, & mouet̃ ab eo, quatenus eſt in potentia. Vtrum autem oẽ mobile ita ſe habeat poſt hoc ĩueſtigabitur: cum probatum ſit dari mouẽs, in quo nulla ſit potẽtia: & tale mouẽs non põt eſſe mobile. Mouet aũt aliquid ratione ſuæ formæ: ſed mouet̃ 9 ratione ſuæ materiæ. ſed, quia id, quod eſt in potentia, non mouetur, quatenus eſt in potentia, cũ ſit hac ratione priuatio, & ideo materia nunq̃ mouet̃, ideo eſt neceſſe vt mobile ſit aliquid ĩ actu. verum non mouetur, in quantum eſt in actu, qm̃ hac ratione quieſcit, ſed mouetur, quatenus eſt in potẽtia. Si ergo aliqua res fuerit aliquid ĩ actu, & aliq̃d aliud in potẽtia, tunc eius actio, quatenus eſt in potentia, erit ipſe motus, vt gratia exẽpli æs eſt in potentia ſtatua, ſed in actu æs: ſed non mouetur, quatenus eſt in actu æs, ſed mouet̃, quatenus eſt in potentia ſtatua. Hoc aũt ita ſe habet, q̃a hęc duo eſſe ſunt diuerſa, videlicet potentia, & actus. nam, ſi eſſent idem, non poſſet imaginari aliquid tale, ꝙ moueatur. Quod aũt hæc duo ſint diuerſa, & ꝙ ſint vnum ĩ ſubiecto, & duo ratione, ratio eſt, quia nos inuenimus vnũ, 10 & idem corpus eſſe diuerſum per potentias cõtrarias, quas habet, ſicut homo põt ſanari, & ægrotare. Quòd ſi hõ, & poſitas, quam obtinet, eſſet idem, tunc vtræq; potentiæ contrariæ eſſent idem. quod eſt impoſſe. Igit̃ mobile eſt in actu vna res, & in potẽtia alia res, & eius actio, quã habet, inquantũ eſt in potentia, eſt ipſe motus, & ſic debet intelligi potẽtia, & actus ĩ ipſo mobili.

Caput Quintum.

11 EX reprobatione eoꝝ, quæ Antiqui dicebant de definitione motus, probatum eſt definitionẽ motus eſſe, vt diximus. Nam eorum quidã dicebãt motũ eſſe alietatẽ (ſeu nõ ens, ſeu nihil, ſeu aliud) & exitum ab æqualitate, alĳ dicebant ipſum non eſſe. Et, ſi motus eſſet alietas, vt dicunt, ſequeretur ꝙ quicquid eſſet aliud, moueretur. oĩa autem entia ſunt alia ad ſeinuicem, non tñ omnia mouent̃. Et, ſi dicant ꝙ ꝑ aliud intelligant alterationem, (ſeu tranſmutationẽ) tunc dicemus eis, ꝙ permutarunt tantũ nomen ſynonymũ, vt enſis eſt gladius. Antiqui autem ideo motum de- 12 nominabant his denominationibus, quia putabant ipſum non habere definitionem, cum non habeat aliquã partem particularem, ſeu determinatã, vel indiuiduã in actu, nec in ſubſtantia, neq; in quantitate, neque in

qualitate, neq; in vbi, vel in reliquis prędicamētis, en-
14 tia autē indiuidua in actu quieſcunt quidē. putabāt igitur q, cū non ſit eos in actu, erit priuatio: quia oon datur mediū apud eos inter ens in actu, & priuationē. Si ergo eſt priuatio, non habet definitionem: & ideo dicebant q eſt alietas, et quid nō exiſtens, & non ens. erat autē apud eos difficile dare ei definitionem, cū nō poſſint eum ponere in ipſo actu, neq; in priuatiōe, quia videbant ipſum eſſe aliquid, et q differat à priuatione. et ideo dicēdū eſt q, licet ſit manifeſtum ex ſe ipſum eſſe actū impfectū, nihilominus eſt difficilis apprehenſionis, & cōceptiōis: & iō erat res difficilis apud Antiqs.

Caput Sextum.

18 CVm autē dictum ſit à nobis, motum eſſe actū ipſius mobilis: ex hoc aūt videatur ſequi dubiū quoddā, videlicet ſi ponamus motum eſſe in ipſo mobili, & non in motore: quod quidē dubium dignū eſt conſideratione. Dubiū igitur tale eſt. Si mouēs eſt aliud à mobili, & eorū actio ſimul eſt motus, vtrū eorum actio ſit vna, vel duæ. Qm̄, ſi actio mouētis eſt eadēmet actio ipſius mobilis, tūc ſequeretur q agens, et paſſum eſſent idem, & docens, & diſcens, qđ eſt ab-
19 ſurdum. At, ſi eorū actiones ſint diuerſę, vt re uera videntur eſſe, cū altera motio, altera vero mobilitas nuncupetur, vtrū igitur ipſa motio exiſtat in agēte, & mobilitas in patiente, vel vtraq; ſimul reperiantur ſiue in agente, ſiue in patiente. nā non eſt danda quarta diuiſio ſuper has tres diuiſiones: qm̄ dicere q motio ſit in patiente, & mobilitas in agente eſſet abſurdum: ſed, ſi dicamus mobilitatem eſſe in paſſo, & motionē in agēte, ea ratione, qua ſunt duæ res, ideſt duo motus, tunc alterum duorum ſequetur, videlicet vel q omne mo-
uēs * eſt mobile, uel q motus reperietur in rē imobili, & , vt ſemel dicam, ſequeretur ex hoc vt res moueret ſeipſam. Quòd, ſi & motio, & mobilitas eſſent ſimul vtraq; in agente, aut in patiente, tunc ſequeretur hoc incōueniens, ſcilicet, q actio propria alicuius rei non eſſet in ea re: & erit actio ipſius mobilis in ipſo mouente, & actio mouentis in ipſo mobili: & ſic mobile erit mouens, & mouens erit mobile reſpectu eiuſdē. quod eſt abſurdum. Ad hęc ſequeretur, vt in eadēmet re reperirentur duo motus varij ſimul. Quid igitur obſecro erunt ij duo motus? Tandē, ſi ponamus vtrunq; motum ſimul eſſe in mouente, tūc ſequeretur, q * mobile non moueretur. & , ſi ponantur in ipſo mobili, tunc ſequetur q * mouens non mouebit. Hæ igitur ſunt difficultates, & ambiguitates, quę inſurgunt, ſi ponamus has duas actiones eſſe ſimpliciter vnam, aut duas ſimpliciter, & abſolute.

* a.l. mouel

* a.l. mouēs nō moueret

* a.l. mobile non mouebitur.

20 Nos autē Dicimus q eorum actio eſt partim vna,
21 partim duæ. Vna quidē ratione ſubiecti eorū, quod
22 vocatur motus, Duæ vero in reſpectu, ſeu in relatiōe. qm̄, ſi capiatur id, quod vocatur motus per ſe, erit quidem in ipſo mobili, ſed, ſi referatur ad mouens, vocabitur Motio, & , ſi ad mobile referatur, vocabitur Mobilitas: nam eadē eſt ratio huius, quę eſt reliquorū reſpectuum relationis. Sicut enim ſcientia, quæ prouenit ex docente in diſcentem eſt vna, & eadem: & prouenit in ipſum diſcipulū ab ipſo doctore. ſed, ſi capiatur in relatione ad docentem, vocabitur Doctrina. (.i. ſi referamus eam ad doctorem). ſi vero capiatur in relatiōe ad diſcipulū, vocabitur Diſciplina. ita etiā illa actio, quæ vocatur Motus, agit quidem eam ipſum mouens in ipſo mobili, & reperitur in ipſo mobili: ſed, ſi referam⁹ eam ad agens, vocatur Motio: ſed, ſi ad patiens refe-
23 ratur, vocatur Mobilitas. Ex dictis igitur patet quid ſit motus, & q eſt in ipſo mobili, & error Antiquorum de motu.

Summa Tertia, in qua agitur de infinito, vtrum ſcilicet detur, vel ne: & , ſi datur, quo pacto datur, & quid ſit: & q finitum, & infinitum ſunt affectus ipſius quātitatis: idētidem & motus, & tempus, de quibus cōſyderat profeſſor huius ſcientiæ. & diuiditur hęc ſumma in Octo capita.

In Primo capite agiť de opīone Antiquorū de infinito.
In Secundo, de rationibus famoſis, ſeu apparentibus de ipſo infinito abſolute.
In Tertio, quot modis dicatur infinitum.
In Quarto probatur non dari infinitum.
In Quinto probatur dari infinitum in potentia.
In Sexto datur definitio infinitī, vbi datur, & refellitur definitio habita ab Antiquis de ipſo.
In Septimo redditur cauſa, ob quam non poteſt reperiri infinitum in actu, & poſſit reperiri in potentia.
In Octauo deſtruentur rationes, quę videntur probare dari infinitum in actu

Caput Primum.

TRactare autē de infinito, vt dictum eſt, 24
ad Naturalem attinet: et ideo quicunq; de hac ſciētia fecit initium, tractauit de eo. Qui vero de eo tractarunt, bifariam diuiſi ſunt: nam alij Naturales, alij Diui-
ni fuerunt. Diuini autē, ſeu Metaphy- 25
ſici magnifecerunt ipſum, dixeruntq; illud eſſe principium per ſe exiſtens: non q ſit corpus, aut in corpore, ſed q eſt ſubſtantia, cuius quiditas eſt ſeparata, nō habens finem, & q eſt principium oīum entium. ij autē conueniunt ſimul in hoc de hoc principio, ſed diſcrepant in ea re, quæ ita ſe habet, quid nam ſit.

Secta autē Pythagoræ putabat q infinitum, quod ita ſe habet, ſunt numeri. putabāt.n. numeros eſſe principia rerum ſenſibiliū: & cum hoc credebant ipſos nō eſſe ſeparatos ab omnibus ſenſibilibus.

Plato vero ponebat hoc principiū eſſe duplex, ſ. na- 27
turā Magni, & Parui, quæ ſunt vniuerſalia intelligibilia ſeparata, quoniā ipſe ponebat formas ſepatas, quas dicebat eſſe Numeros, & principiū numeri eſſe Dualitatem, & principiū dualitatis Magnū, & Paruum, et paucitatē, & Multitudinē, et Exceſſum, et Defectum, & eſt ipſa materia, quę eſt infinita.

Quidam vero Antiquorū, inter quos eſt Anaxagoras, putabant principium eſſe ipſum Deum. hi autem ſunt quicunq; nō credunt dari cauſam efficientem rerum generabilium: non Intellectum quidem, quem ponebat Anaxagoras: neq; Amicitiam, et Litē, quas ponebat Empedocles.

Phyſici uero ſunt opinati q Infinitū accidit illi rei, quam putant eſſe principiū materiale, oībus entibus naturalibus: & quicunq; illorum putabat hoc principiū eſſe Aquam, aut Terrā, aut Aerem, aut Ignē, aut aliquid mediū inter illorum duo, dicebat Infinitū eſſe ex affectibus illius rei, quā putabat eſſe principium. ij igitur ponebant Infinitum magnitudine.

Sed illi Phyſici, qui dicebant principia rerum ſenſibiliū eſſe partes indiuiſibiles, (Atomos vocant) infinitas, vt Democritus, vel partes ſimilares, (Homogeneas appellant) infinitas, vt Anaxagoras, putabāt quidē Infinitum eſſe principiū ratiōe multitudinis, & quantitatis diſcretę, nō ratione magnitudinis, & quātitatis continuæ: vt dicebant priores. coguntur autem concedere priuationē finis, ratiōe magnitudinis: quia illæ partes, quæ numero non conſumuntur, neceſſario ſunt infinitæ, magnitudine etiam, & hoc ſiue tactu, ſiue continuitate,

Inquit

30 Inquit Ariſ. recte quidē cōueniūt oēs dicere ipm eſſe principiū, &, ꝙ eſt ingenitū, & incorruptibile. & idō putarunt aliqui eorꝫ ꝙ eſſet ipſe Deus glorioſus. Qm̄ quęlibet res uel eſt principiū, vel ex pricipio: ſed quod infinitū eſt, nō debet habere principiū. ſi igitur non habet principiū, ergo ipm erit principiū cęteris rebus, & eſt ingenitū, & incorruptibile. & idō dicebat Anaximāder ipſum eſſe Deum glorioſum, qui omnia amplectitur, atq; gubernat, & regit.

Caput Secundum.

31 QVinq; aūt ſunt, quę inducunt credere infinitū dari. Primū eſt, Tēpus. nā ex ſui natura videt̄ eſſe infinitū, cū non poſſit imaginari ipm eſſe generabile, neq; corruptibile. qm̄, ſi qs poſuerit ipm eſſe generabile, aut corruptibile, ponet quidē tps i tpe, cū quodlibet generabile, ac corruptibile ſit in tpe. & hanc propoſitionē concedunt ipſi Antiqui.

Secundum eſt, Diuiſio, quæ in magnitudinibus fit, quæ quidem eſt infinita. hoc enim eſt vnum ex ſuppoſitis, quæ à Mathematicis ſupponuntur.

Tertium autem eſt ſumptum ex ipſa generatione, et corruptione. quoniā, cum Antiqui viderint ipſas nullo tempore deficere, iudicarunt oportere principiū generabilium, & corruptibilium eſſe infinitum.

Quartum, ex natura ipſius finiti. id perſuaderi poteſt, cum res finita deſinat in aliam rem, et illa in aliam, & ſic oportebit dari infinitum.

32 Quintum ex ipſa cogitatione, & opione, (ſeu intellectione,) cū nemo poſſit cogitare, vel imaginari finē alicuius corpis quin finiat, (ſeu attingat) aliā rē. Sed ex ipſa cogitatione, ſeu ratiocinio habetur, vel ꝙ totū vniuerſum non finiatur, vel, ſi deſinat, ꝙ deſinat in ipm vacuū: & ob hoc ſunt opinati multi ꝙ extra coelū datur vacuū infinitū: & ꝙ poſſint dari in eo infiniti mundi. qm̄, ſi detur locus infinitus, poterit quidē dari īfinitū corpus, vel corpa infinita. Pręterea nō uidetur ꝙ magis cōueniat, vt ſit mūdus in vno loco ipſius vacui, q̄ in alio. &, ſi eſſet de natura vacui, vt in eo eſſet is mundus, oporteret vt in eo eſſent mundi infiniti.

34 At quia rōnes, quæ circa hoc fiunt, non diſtingunt quot modis dicat̄ infinitū, ideo qui hoc quęrit exacte ſcire, cogitur quidē primo diſtinguere quot modis dicatur infinitum, & tūc incipiat inueſtigare de hoc, qm̄ maximam habet difficultatem.

Caput Tertium.

INfinitum autē quinq; modis dicitur. Primo de eo, de cuius natura nō eſt recipere finē: ut diciturde pūctis ꝙ ſunt infinita: & vocem eſſe inuiſibilē, quia non eſt de eius natura vt ſit viſibilis.

Secundo de eo, cuius tranſitus, & magnitudo nō habet finem in ſe: & hoc eſt infinitum in actu.

Tertio de infinito, metaphorice dicto. & hoc bifariā quidem, nempe vel ꝑpter eius magnitudinem, licet ſit vere finitum, vel propterea quod cum difficultate trāſitur: vt cum dicimus mare eſſe infinitę profunditatis, quia non poteſt ipſum tranſiri.

Quinto, quod dicitur infinitum propter diuiſionē: & hoc vel propter additionem, vel propter diminutionem: & hoc eſt infinitum in potentia.

Illud vero, de quo debet fieri inueſtigatio hic, eſt de infinito in actu, & de infinito in potentia. qm̄ illud, qđ dicit̄ metaphorice, & illud qđ dicit̄ ꝑ abnegationē vniuerſalem, non tractatur in ſcientijs.

Caput Quartum.

HOc capitulū diuiditur in duas partes. In prima arguit cōtra ponētes infinitū eſſe qd per ſe exiſtēs ita, vt ſit qdā ſuba, nō accn̄s oīno alicuius rei. & ī hoc Dialectice ꝓcedit, & vniuerſali quadā ſpeculatione: nō ꝙ hoc attineat ad ꝓfeſſorē huius ſcientię: qm̄ ſermo, qui cū his haberi debet, eſt ille, qui Diuino debetur, Metaphyſicoue, nō ipſi Phyſico.

In ſecunda parte arguit cōtra illos, qui dicunt ꝙ eſt accn̄s corpis ſenſibilis: ij aūt ſunt Naturales, cū quibus loqui debet ipſe Naturalis philoſophus.

In prima ergo parte dicendū eſt ꝙ non pōt reperiri infinitū ꝑ ſe exiſtens, ſeorſum ſepatū à ſenſibilibus. qm̄ neceſſe eſt vel ꝙ ſit diuiſibile, vel indiuiſibile: ſi indiuiſibile, ergo nō dicetur infinitū, niſi eo mō, quo dicitur punctū infinitū, et color īaudibilis. hoc aūt nemo eorꝫ, q ipm ponit, diceret, neq; debet ī cōſyderationē venire. Adde etiā, qa impoſſibile eſt reperiri aliquid, qđ ſit quantū infinitū, & nihilominus ſit indiuiſibile. 35

Si vero ſit diuiſibile, tūc neceſſario recipiet diuiſionē, vel quia eſt quātitas ſeparata, vel quātitas exiſtens in ſubiecto, vel vt ſit aliqua ſuba ſeparata: ſed non pōt eſſe quantitas ſeparata, cū numerus, & magnitudo nō ſint ſeparata à ſenſibili: ergo ſequitur ꝙ id, qđ accidit numero, & magnitudini, nō ſit ſepabile etiā, qđ eſt priuatio finis. nā habere finē, & non habere finē ſunt duo accn̄tia, quę inſunt numero, & magnitudini: qm̄ quiditas numeri, & magnitudinis nō eſt quiditas infiniti. ſi igitur nō eſt quantitas ſeparabilis, relinquitur ergo ꝙ erit quātitas inſeparabilis: ergo erit ex his, q̄ ſunt in ſubiecto: ergo hoc ſubiectū erit principium, nō ipſum infinitum. ipſi autem hoc non concedunt. 36

* a.l. vel ſeparatum.

Ex poſtq̄ ꝓbauimus ꝙ non eſt quātitas ſeparabilis, neq; inſeparabilis, ergo nihil aliud dicēdū relinquitur, niſi vt ſit ſuba ſepata, vt nos dicimus de aīa, & intellectu, ita vt ſit id, qđ ſupponitur eſſe infinitū, i. qđ denominatur infinitū, & eſſe infinitū ſit idē definitione, & qditate, nō diuerſum rōne. Verū, ſi ita dicamus, et fuerit eius eſſentia ſm ſuā definitionē, tūc quidē, vt eſt infinitū, oportet dicere vel ꝙ eſt diuiſibile, vel indiuiſibile: ſi diuiſibile, tūc definitio ꝑtis, et totius ipſi⁹ erit eadē ī hoc, vt fit in rebus ſimplicibus, ſimilaribus: & ſic erit qdē pars ipſius infiniti infinita. qm̄ neceſſe eſt vt partes differant à toto infinito definitiōe, vel nō differāt. ſi differant, tunc infinitū erit cōpoſitū, et non ſimplex, & ſeparatū: &, ſi nō differant, tunc definitio ꝑtis, & totius erit oīno eadem definitione: qm̄ hoc eſt neceſſariū ī oībus rebus ſimilaribus, ſicut. n. ps aeris eſt aer, & ps carnis caro, ſic etiā pars infiniti erit infinita, cum fuerit pars, et totū in eis idē definitione, et quiditate. differentia vero, atq; diuerſitas partiū in corpibus ſimilaribus eſt ꝓpter ſubiectū recipiens ꝑtes, nō ꝓpter formā. qm̄, ſi imaginemur formā corporis ſimilaris ſine ſubiecto, tunc eſſet pars, & totū in eis idē oīſariam, & non diuerſum. ſed, ſi dicatur ꝙ ſit indiuiſibile, vt eſt de natura ſeparari, vt ſeparatū eſt, tunc nō dicetur eſſe infinitū, niſi eo mō, quo dicit̄ punctū infinitū. deniq; tractare de re ſeparata infinita non attinet ad hanc ſcientiam. 37

In Secunda vero ꝑte dicendū eſt ꝙ id, qđ quęrit ꝓfeſſor huius ſciētiæ, eſt utrū detur corpus ſenſibile infinitū actu, vel nō poſſit dari. Ariſto. aūt incipit primo ꝓbare ratione uniuerſali ꝙ nō pōt reperiri magnitudo infinita in actu, tū naturalis, tū mathematica: mox ꝓbabit rationibus quibuſdam proprijs ꝙ non poteſt reperiri aliquod corpus ſenſibile infinitum.

Prima aūt ratio hęc eſt. Oē corpus circulare vna cōtinetur ſuperficie, pluribus vero nō circulare: ſed quicquid continetur vna ſuperficie, vel pluribus eſt finitū: ergo oē corpus eſt oīno finitū: et ſi oē corpus eſt finitū: ergo oīs ſuperficies eſt finita, & oīs linea finita: qa ſuperficies nō ſeparatur à corpore, & linea nō ſeparatur à ſuperficie: ergo oīs magnitudo in actu eſt finita. 40

Identidem ꝓbabitur oēm numerū ī actu eſſe finitū: quia oīs numerus ī actu * eſt numeratus actu: ero oē numeratum 41

* a.l. numerabilis.

meratū ē vel par, uel impar: ergo oē numeratū ē finitū.

42 Demonſtrationes autem naturales, quibus Ariſto. vtitur, ſunt Quatuor.

Prima demōſtratio eſt. Quia oē corpus tāgibile infinitū eſt vel ſimplex, vel cōpoſitum: &, ſi cōpoſitū, ergo, ſi elementa, ex quibus conſtat, ſunt finita numero, vt iam probatū eſt non poſſe reperiri elemēta infinita numero in ipſo cōpoſito ex ipſis in primo libro huius operis: ergo neceſſe erit vt vnum illorū ſit infinitū magnitudine, vel plura vno: aliàs enim nō dicetur ipſum cōpoſitū eſſe infinitum. ſed, ſi unū eorū eſſet infinitum, manifeſtū eſt ꝙ reliqua ſimplicia, ex qbus cōſtat ipſm cōpoſitum, corrūpantur in ipſm: cum elementa ſint cōtraria, remanebunt aūt in ea ęquitate, et medioeritate, quæ inter totū vires, ſeu potētias extat. &, ſi potētia, vel vis, quæ ineſt ī vna portiūcula elemēti infiniti fuerit imbecillior, q̃ illa, quę ineſt in particula elementi finiti, ęquali illi particulæ illius elementi infiniti: vt ſi dicatur ꝙ potentia, et vis, quę eſt in vno tractu aeris, eſt debilior q̃ illa, quæ eſt in vno tractu aquæ, & terræ, nihil quidē hoc ꝓhibet quin ipſm infinitū totum corrūpat ipſm finitū, qm̄, ſi duplicauerimus hanc portionē, quę habet uim imbecillē in infinitū, aggregabitur qdē ex eo id, qd' erit ualidius, q̃ illa ps finita omnino.

43 Quòd ſi infinitū fuerit ex pluribꝰ ſimplicibus, ergo vnū eorū implebit locum, & nō relinquetur reliquis locus. qm̄, cum corpus ſequatur oēs dimēſiones, i. ipſas ſex poſitiones, (ſeu angulos), ergo corpus infinitum, quatenus eſt corpus infinitū, erit in oībus angulis, (ſeu poſitionibus). & hoc idē ſequetur, ſi ponamus vnū tātum infinitū in oībus angulis ita, vt non remaneat locus reliquis, ſiue ſint finita, ſiue infinita. &, ſi oēs hæ diuiſiones ſunt impoſſibiles, ergo nō poteſt reperiri corpus compoſitum infinitum.

44 Ad hęc dicēdū eſt nō poſſe reperiri corpus ſimplex infinitū tangibile, ſiue ſit unum ex quatuor elementis, aut mediū inter ipſa, vt aſſerunt aliqui naturalium, vt euitent id, qd' ſeqtur ſm ipſos, ſ. ut reliquū corrūpatur, aut vt ſit elementū additū ſuper quatuor elementis, licet videatur ꝙ nō datur elemētū aliud præter Ignem, Aerē, Aquā & Terrā, qm̄, ſi daretur elemētū quintū, tunc ipſa cōponentia viderentur diſſolui in ipſm, qm̄, ſi daretur elementū, ut eſt elementū, infinitum eſſe, tūc oporteret reliq̄ elementa corrūpi, huncq; mundū trāſmutari in naturā illius elemēti: qa elemētū eſt elemētū per qualitates cōtrarias in eo repertas. & ob hoc oportet vt illud elemētū mediū, qd' aliq ponūt habere in ſe cōtrarietatē, inquātū eſt elemētū, ſit finitū. et, ſi eēt infi-
46 nitū, corrumperētur reliqua. Si igitur ponamus elemē-
ta finita, non timebimus mundū tranſmutari in futurū in naturā vnius eorū, vt Heraclitus putabat mundum mutaturū in ignem. Ex his patet nō poſſe dari elementū infinitū, neq; cōpoſitum ex elemento infinito, vt dicunt naturales de elementis. quod ideo putant eſſe neceſſarium, quia vident generationem continuari.

48 Secunda demonſtratio talis eſt. Dico adhuc ꝙ, cum ſubijciatur oē corpus ſenſibile, (tangibile ve,) generabile, & corruptibile habere ꝓpriū vbi, ac locū, ad quē mouetur, & in eo quieſcat: & quicquid mouetur, & qeſcit, ſ. motu recto, eius quidē locus totius, & partis eſt idē ſpecie: nam locus vnius miliaris eſt idem locus totius terræ, qui eſt locus infimus: & locus vnius ſcintillæ eſt idem locus totius ignis, qui eſt ſupremus: & ad hunc locū, qui eſt proprius toti, mouebitur pars, & in eo quieſcet. His igitur duabus ꝓpoſitionibus exiſtētibus veris, reuertemur, & dicemus ꝙ corpus infinitū, neceſſario vel erit ſimile, et idē ſpē, vel diſſimile, et plura ſpecie. &, ſi ſimplex ſimile, vel mouebitur naturaliter motu recto, vel circulari. ſed, ſi recto, tunc locus totius, & ptis eius erit idē. &, ſi locus totius, & ptis eſſet idē, et ſit infinitū, ergo non mouebitur vllo pacto naturaliter, ergo nō erit corpus naturale, quia oē corpus naturale eſt mobile. ꝙ aūt nō moueatur vllo pacto, ideo ſit, quia quicquid eſt infinitū eius locus eſt infinitus. ſi igitur locus * totius ſit infinitus, ergo nō dabitur locus, quo quieſcat pars, qui ſit prior q̃ eius motus, & locus, in quo mouebitur, prior q̃ eius quietis. qa nō dabūtur hic duo loca, alter ſ. in quo res moueatur, & alter ī quo quieſcat, vt ī corporibus ſimplicibus res ſe habet. At, ſi ponamus oēs eius partes naturaliter quieſcere, ergo nullus dabitur motus rectus naturaliter: qa oportebit vel totū quieſcere, vel ꝙ moueatur circulariter. Senſus tn̄ affirmat dari motū rectū: & qa motus rectus reperitur: ergo corpus mobile erit finitū: quia cā motus recti eſt * diuiſio ipſius vbi ad corpus mobile * naturalis, & nō naturalis. Diuidi aūt ipſum vbi ideo contingit, quia eſt finitū: ipſm vero eſſe finitū determinat de neceſſitate extremitatē corporis, qd' capitur in eo, eſſe locū. Eodē mō quoq; ſequitur vt auferatur motus rectus, ſi detur infinitū, quod moueatur circulariter. His igitur ſic habitis reſpondebimus, & dicemus ꝙ, ſi datur motus rectus, nō dabitur corpus ſimplex infinitū. Qm̄, ſi eſſet infinitū, tūc eſſet infinitū per oēs ſuos diametros: & ſic ipſm totum vel quieſcet, vel mouebitur per ſuas ptes circulariter: ſed datur motus rectus: ergo non datur corpus ſimplex infinitum.

* a. l. & partis.
* a. l. diuerſitas.
* a. l. in naturale, & nō naturale.

49 At, ſi ipſum infinitū ſit diſſimilare, & compoſitum, tunc oportebit vt illę partes diſſimilares, ex quibus cōſtat, ſint vel finitæ ſpecie, vel ꝙ ſit vna earum, vel plures infinitę magnitudinis, ſi ſint finitę ſpecie. ſed, ſi ſint infinitæ forma, & ſpecie, tunc oportebit loca eſſe infinita: qa loca ſimpliciū variantur ad varietatē formarū eorū: vt diuerſus eſt locus terræ à loco ignis. ſed, ſi fuerit vna earū infinita magnitudine, vel plures, tunc corrumperetur totū. ſiue fuerit infinitū numero, vel magnitudine illud, quod * reſultat, vnū: quia ex infinito * partibus fit per contactū, & continuitatē vnum infinitum magnitudine. ſed iā probatū eſt antea ꝙ nō pōt reperiri corpus ſimilare infinitum, quia, ſi reperiretur, nō daretur motus rectus: ſed, cum loca ſint finita qualitate, i. forma, & quantitate: ergo elemēta ſunt neceſſario finita quātitate, & qualitate: &, ſi ſimplicia ſunt finita, ergo totū aggregatū ex eis erit neceſſario finitū. quia corpus non poteſt eſſe maius ſuo loco, neq; ſuus locus naturalis maior ipſo.

a. l. * ſequitur.
* a. l. ꝑ partes.

50 Cauſa aūt, ob quā Anaxagoras dicit ꝙ ipſm ambiēs infinitū nō moueatur in ſe toto, ſed per ſuas partes moueatur, eſt quidē cauſa per accn̄s: quia, ſi eſſet cā per ſe, tunc idē ſequeretur de partibus, qd' de toto. Nam dicit ipſe ꝙ eſt īmobile, quia eſt infinitū, & nō habet locū, ad quē moueatur: & ideo eſt velut ſe ipſm ſuſtētans, & habet * ſtabilitatē naturaliter, & eius partes mouētur. id aūt, quod facit ipſm quieſcere, eſt cauſa violēta. qm̄, ſi eſſet infinitum, prohiberetur ab eo motus, cū nō haberet locū, ad quē moueretur: ergo, ſi eſſet aptū moueri, ſi moueretur, haberet locū. Quies igitur ſ eſt ei propter priuationē loci, nō quia eius natura determinet ei quietē. &, ſi quieſceret naturaliter, oporteret vt quælibet eius pars quieſceret naturaliter: cū locus quietis totius ſit locus quietis partis: & ſic nullus dabitur motus: ergo infinitum non poteſt quieſcere naturaliter, & moueri ſm ſuas partes.

* a. l. locū.

53 Tertia demōſtratio talis eſt. Oē corpus * tangibile habet grauitatē, vel leuitatem. ſed, ſi eſſet corpus tangibile infinitū neceſſario habebit grauitatem, vel leuitatē. ſi grauitatem, ergo erit in loco infimo, & eſſet ſeparatus ab eo locus ſuperior, quod eſt falſum. &, ſi fuerit leue, tūc eſſet in loco ſurſum, & eſſet ſeparatus ab eo locus

* a. l. ſenſibile.

eius deorſum, & ſi eſſet in vtroq;, tunc eſſet ſimul graue, & leue, quod eſt abſurdum.

54 Quarta demõſtratio hmõi eſt. Si oẽ corpus ſenſibile eſt in loco: & loca ſunt finita ſpecie, atq; magnitudine, hoc eſt q̃litate, et q̃titate: ergo oẽ corpus erit finitũ. nã nemo ambigit q̄ erit in aliq̃ loco naturali: et huiuſcemodi locus eſt finitus: ergo et ip̃m erit finitum: quia corpus nõ * diſtinguitur à loco. Quòd aũt loca ſint finita ſpecie patet: q̃a eoꝝ differentiæ ſunt finitæ, quę ſunt Surſum Deorſum, Ante Retro, Dextrũ & Siniſtrũ.

* a.l. excedit locum.

55 Identidẽ probatur quẽlibet eoꝝ eſſe finitum quãtitate, q̃m hę differentiæ nõ poſſunt eſſe in * dimẽſionibus infinitis: quia nõ eſſent cognita hęc loca naturaliter, cũ non haberẽt terminos naturales, ſed in reſpectu (ſeu relatione) erũt: probatũ autẽ eſt ipſa eſſe naturaliter terminata ex motu ipſoꝝ mobiliũ, quæ ad ipſa mouentur, & quia in eis q̃eſcũt. hoc aũt clarius ꝓbabitur, cùm declarabitur q̄ locus eſt vltimũ ambiens: Ex his ergo habetur q̄ non põt reperiri corpus actu Infinitũ, ſiue ſimplex, ſiue cõpoſitũ. Veꝝ harum demõſtrationũ quędã habent vniuerſaliores cõcluſiones, quędã uero nõ, ſed ego conatus ſum tñ probare q̄ nõ reperitur corpus ſimplex infinitũ. nã quędam eaꝝ probant non poſſe reperiri corpus ſimplex infinitũ, quatenus eſt elementũ, quędã vero aliæ probant nõ poſſe reperiri infinitũ corpus ſimplex, quatenus mouetur motu recto, nõnullæ vero aliæ ꝓbant nõ poſſe reperiri corpus ſimplex infinitũ, quouis motu moueatur ĩ infinitũ. hoc autẽ particulariter, & proprie probabitur in libro de Cœlo, & mundo, poſtq̃ fuerit ibi probatus numerus generũ corporũ ſimplicium ſimilarium partium.

* a.l. diſtantijs.

Caput Quintum.

56 Dicamus inſuper q̄, ſi non concedamus reperiri infinitũ, tunc ſequetur q̄ tẽpus habebit principiũ, & finẽ: quod quidem non põt concipi ex natura tẽporis. Adde etiãq̄ adhuc ꝓbabitur tẽpus ſeq̃ aliquẽ motũ æternũ. Sequetur adhuc, ſi tollatur abſolute infinitum, q̄ tolletur diuiſio magnitudinũ ĩ infinitũ: quod eſt vnũ ex ſuppoſitis ipſius Geometrę. hoc tñ in Sexto libro huius operis exacte ꝓbabitur, poſtq̃ ibi probatũ fuerit oẽm magnitudinẽ diuidi in ſemper diuiſibilia. Cũ hęc igitur, quæ dicta ſunt, affirment infinitũ repiri, ſed demõſtrationes ſupius dictę tollãt eſſe ei⁹, relinqtur igitur vt alias repiatur, alias nõ reperiatur.

57 Manifeſtũ aũt eſt, q̄ ratio, qua tollitur eius eſſe demõſtrationibus iã prędictis, eſt q̄dẽ ratio ipſius actus, hoc eſt nõ reperiri infinitum in actu, & q̄ ea, quę affirmant infinitum reperiri, ſ. in tp̄e, & magnitudine, illud quidẽ ſequitur rõne potentiæ, nõ ratione actus. Neq; intelligo hic per potentiã, eã potentiã, quæ deducitur ad actũ, ſm̃ ſe totã: vt cum dicimus æs eſſe in potentia ſtatuã, q̃m hęc potentia deducetur ad actũ. & ſi infinitũ reperiretur in potentia hoc pacto, deductũ ad actũ, tunc reperiretur infinitũ in actu. At q̄ infinitum reperiatur in potentia intelligitur q̄ potẽtia eſt ſemꝑ in eo ſeruata, et quãuis egrediatur de eo aliqua pars ad actũ, adhuc erit in eo alia potentia ad aliã partẽ, & hoc in infinitũ, ita, vt actus ipſius infiniti, vt infinitum eſt, cuſtodiat ſemꝑ potẽtiã: quẽadmodũ act⁹ ipſius mobilis, quatenus eſt mobile, eſt cuſtodire potentiã: actus autẽ ipſius infiniti ſemper adheret potentiæ. ſi igitur ponamus hanc potentiã, tolletur quidẽ ipſum infinitũ: et iõ, cũ dicimus hanc potentiã reperiri, nõ debet intelligi q̄ deducatur ad actũ per oẽs eius partes, ſed debet cõcipi eius eſſe, vt eſſe ipſius tẽporis, et motus: quoꝝ quidem pars, ſi qua reperiatur, in ea certe repietur poſſibilitas ad aliã partẽ. et quoties corrumpitur ex eis aliqua pars ĩnouatur alia ps: q̃a ꝑtes ipſius infiniti nõ repiũtur ſil.

58 Cum dicimus quoq; magnitudines diuidi potentia in infinitũ, intelligimus ineſſe eis potentiã, quæ cuſtodit in eis continuã diuiſionẽ in infinitũ, non q̄ ſit in eis potẽtia, qua diuidãtur actu in ꝑtes infinitas. nã multũ intereſt dicere ineſſe alicui rei potentiã ad diuiſionem ĩfinitã, & dicere ineſſe ei potẽtiã ad res diuiſibiles actu ĩ infinitũ, uidelicet iã diuiſas, quarũ diuiſio deſĩit ad infinitũ. In hoc tñ differunt magnitudines, & tẽpus circa hoc, quia illa pars, q̃ eſt potẽtia in tp̄e, nõ deducitur ad actũ, niſi fuerit iã priuata alia pars, ſi in tp̄e reperiatur aliqua pars in actu: ſed in magnitudinibus reperiuntur partes diuiſibiles ſimul actu, & ipſamet diuiſibilitas in infinitũ, in ipſiſq; magnitudinibus, ut diximus, reperitur diuiſibilitas in infinitum, & additio in infinitum: ipſa aũt diuiſibilitas, quę eis ĩeſt potẽtia, poſſibilitaſq; ad ipſum infinitũ cõſyderatur quidẽ, ſi diuiſerimus aliquã magnitudinẽ indiuiduã per intellectum, primo in duas medietates, mox unã medietatẽ in alias duas medietates, & iteꝝ medietatẽ in duas medietates, et ſic in infinitũ, pręter quod deſinat diuiſio. q̃m, ſi deſineret diuiſio, tunc reperiretur aliq̃ magnitudo, quæ non diuideret ĩ duas medietates: natura aũt magnitudinis hoc reſpuit: huiuſcemodi tñ diuiſio ponit̃ à Mathematico. Additio aũt in magnitudine, quatenus magnitudo eſt in materia, nõ procedet quidẽ in infinitũ eo mõ, quo ꝓcedebat in diuiſione magnitudinis, videlicet accipiendo ſuper q̃uis magnitudinem aliam magnitudinem maiorem illa. nam, ſi hoc eſſet poſſibile, quatenus magnitudo eſt in materia, tunc poſſet repiri corpus infinitum in actu: ſed non poteſt reperiri magnitudo maior mundo: lõge ergo minus poterit reperiri infinita.

59 At appoſitio, quã putat Ariſt. poſſe fieri in magnitudine, quatenus eſt * finis corpis naturalis, eſt illa appoſitio, quę fit cõtrario mõ ipſius diuiſionis, videlicet vt addas ſuper eandẽ magnitudinẽ eã partẽ, quam minuis ab ea, & ſic ſemꝑ. nã hoc eſt illud incrementũ, qđ põt fieri, quatenus eſt * finis corporis naturalis: & hic modus incremẽti magnitudinis in infinitũ, eſt ille, quẽ putat Ariſt. eſſe poſſibilẽ tñ. Et, ſi quiſpiã dixerit lineã diuidi in infinitũ, ea ratione, qua eſt linea tñ, ſed ea ratione, qua eſt linea ignis, vel aquæ, non diuidetur in infinitũ, ſed diuidetur in magnitudinẽ indiuiſibilẽ, & eſt illa exigua magnitudo, quæ nõ põt recipere formã ignis, q̃m hęc eſt magnitudo terminata natura, ſic etiã non põt fieri appoſitio in infinitum, quatenus eſt linea ignis, vel aquæ, & vt verbo dicã, quatenus eſt corpus ſenſibile, uerum quatenus eſt linea tñ, põt fieri appoſitio in ea in infinitum, vt põt fieri diuiſio in ea, Geometra n. põt ponere lineã maiorẽ mũdo, quare ergo Ari. dicit q̄ põt fieri infinita diuiſio in magnitudine, nõ aũt infinita appoſitio, ſeu in infinitum? Dicendũ eſt q̄ profeſſor huius ſcientię cõſyderat magnitudines, ꝓut ſunt fines (ſeu extrema, vel termini) corpoꝝ naturaliũ materialium, diuiſio uero in infinitum accidit magnitudini ratione materiæ, non ratione formæ, finis autẽ in diuiſione accidit ei ratione formæ: & ideo non põt diuidi magnitudo ignis in infinitum, quatenus eſt magnitudo ignis: verum accidit ipſi magnitudini diuiſio in infinitũ, non quatenus eſt magnitudo ignis, ſed quatenus eſt tñ magnitudo, nõ quatenus eſt magnitudo corporis naturalis, qđ conſyderat profeſſor huius ſcientię de magnitudine: hoc aũt nihil aliud eſt q̃ eſſe ĩ materia.

* a.l. extremum
* a.l. figura.
* a.l. extremum

60 Incrementum igitur in infinitũ hac ratione, videlicet quatenus magnitudo eſt ĩ materia, eſt impoſſibile in ipſa magnitudine, quia materia cõtinetur in magnitudine mundi, & extra ip̃m nulla exiſtit materia, neq; põt reperiri aliqđ corpus vllo pacto, vt in libro de Cœlo, & mũdo probatũ eſt, &, ſi nõ datur ibi materia omnino, neq; etiã dabitur ibi locus, & ſic ponere magnitudinem

tudinē maiorē mūdo eſt falſum, Geometra aūt mani
feſtum eſt ꝙ, licet ponat quantitatē, & conſyderet eā,
non tñ eā conſyderat, prout eſt extremū, ſeu finis cor
poris naturalis, ut Naturalis cōſyderat. ipſe etenim ab
ſtrahit ratione id, qđ pōt abſtrahi ratione tm̄, quod tñ
nō eſt abſtractū ſm eſſe, ſed eſt ī materia, hoc eſt, ꝙ qc
quid abſtrahit (ſeu denudat) ipſe, nō eſt denudatū ſm
eſſe. Ergo, ſi Mathematicus ponat lineā maiorē mun
do, ſic ponet rem fictā mendacē. quia id, qđ ponit eſſe
ratione abſtractū, nō eſt ita ſm eſſe oīno: lōge ergo mi
nus erit abſtractū ſm eſſe. neq; cogitur Geometra po
nere talē lineā, qa demonſtratio de linea magna, & par
ua eſt eadē: & ideo, licet ponat ipſam hoc pacto, nō ſe
quetur ex hoc in ſua demonſtratōe inconueniens: ꝗuis
ſit falſum, & fictū. cū autē dicitur Geometram protra
here lineam in infinitum, intelligitur ipſum ponere li
neam in quacunq; magnitudine uelis.
61 In numero vero oppoſito mō res ſe habet, ꝗ in ma
gnitudine circa hoc. qm̄ numerus non pōt diuidi in in
finitū: qa forma unitatis īterdicit, atq; interſecat ipſam.
eſt. n. indiuiſibilis. additio vero in eo eſt poſſibilis in
infinitū. Cuius rei cauſa eſt, quia incrementū in infini
tum in ipſo numero eſt res neceſſaria ex natura mate
riæ: cū cauſa pluralitatis ſit ipſa materia, quēadmodū
forma eſt cauſa vnitatis. & ideo deſinit diuiſio in ipſo
numero, cùm fuerit ipſa forma cauſa, ob quā deſinit di
uiſio. Ex his ergo patet ꝙ datur īfinitū potētia, et quo
pacto reperiatur.

Caput Sextum.

63 EX his igitur, quæ ꝓbata ſunt de natura infiniti in
potētia, videtur ꝙ eius definitio ſibi cōgrua eſt,
ſcilicet ꝙ eſt id, à quo, ſi capiatur aliquid actu, po
terit capi adhuc ſemꝑ, & iugiter aliquid extra ipſm ſm
quātitatē. Diximus aūt ſm quātitatē, qa ꝓpter ipſam
priuatur ipſm ens ſenſibile fine in diuiſione. diuiſio. n.
quæ fit ratione ꝗlitatis, eſt quidē finita: & ideo, cū diui
ditur res ratione quantitatis, remanet eius qualitas, &
forma, vt ſunt, quia pars lineę eſt linea: ſed diuiſio lineę
in ſuas ſpecies per ſuas qualitates eſt quidē finita, vide
licet diuiſio in rectam, & curuam, & arcuatam.
64.65 Illa vero definitio data ab Antiquis, quæ eſt ꝙ infi
66 nitū eſt id, extra qđ impoſſibile eſt vt reperiatur qcq̄,
videtur ꝙ potius debeat eſſe definitio ipſius totius ꝑ
fecti (ſeu integri) ſm eſſe in actu, ꝗ ſit definitio ipſius
infiniti in potentia. Nos. n. definimus totum, ꝑfectūq;
oībus rebus particularibus, ꝙ eſt id, extra quod nihil
reperitur, neq; aliqd eſt ſeparatū ab eo, qđ poſſit ipſm
perficere: vt, cum dicimus phialā totā, & arcam totā,
cū nihil, quod ſit pars quiditatis eius, deſit ei. eadē autē
eſt ratio de ipſo toto cōtinente oīa, quatenus eſt totū,
& ꝑfectū, quæ eſt de toto particulari, hoc eſt, ꝙ vtrūq;
eoꝝ eſt vnū, quatenus eſt totum. Totū prętérea, & ꝑ
fectū vel ſignificant vnā rem, vel duas res * ſimiles (ſeu
cōuertibiles). qm̄ totum dicitur in relatiōe ad partes,
à quibus nihil deeſt. ꝑfectū vero dicitur, cui nihil deeſt
rōne quiditatis, & formę, vt, cum dicimus, Medicū ꝑ
fectū, & Grāmaticum ꝑfectum. Totū autē eſt ꝑfectū ī
ſuis ꝑtibꝰ. & ideo melius dicebat Parmenides, ꝗ Meliſ
ſus. qa Parmenides dicit ꝙ totū eſt finitū, Meliſſus ve
ro dicit totū nō eſſe finitum, ita, vt eius dictū implicet
cōtraria ſimul, ſ. totum, & infinitū, ſed, qa putabāt infi
nitū nihil habere extra ſe, & ꝙ eſt ꝑfectū, & totum, iō
magnificiunt ipſm, & ponunt ipſm cōtinere oīa, & am
plecti oēm rē. hoc autē epithetum, (ſeu denoīatio) cō
petit enti in actu, non enti in potentia, cum non conti
neatur in ſe ipſo. Ex his igitur patet quę ſit definitio in
finiti in potentia: probatumq; fuit definitionem An
tiquorum eſſe corruptam.

* a. l. proxima.

Caput Septimum.

QVòd autē cauſa, ob quā reꝑiatur infinitū, ſit 67
materia, ſicut cā finiti eſt forma, ex his, quæ
nunc dicā, ꝑſpicuū eſt. Qm̄, cum infinitū
ſit priuatio, ſ. ꝑuatio finis: priuatio autē eſt affectus q
dā ipſius materiæ: ergo & īfinitum erit affectus ipſius
materiæ. Ad hęc nemo ambigit diuiſionē magnitu
dinis fieri in materia, nō in forma, cū forma ꝑ ſe rema
neat, finis autē, et ꝑfectio, atq; totum ipſius rei eſt pro
pter formā. & ideo cōuenientius eſt dicere infinitū cō
tineri, ꝗ cōtinere, qa materia includitur, et continetur in
ipſa forma totius: et ob hāc cauſam pōt fieri diuiſio ma
gnitudinis in infinitū. ſed appoſitio in infinitum eſt im
poſſibilis, quia totum, & ꝑfectū obuiabunt ei: nihil au
tē eſt extra totū, ſed materia includitur in eo. Et ob hāc 69
met cām in numeris res ſe habet cōtra id, qđ in magni
tudinibus, videlicet ꝙ pōt fieri additio in eis in infini
tū: qa hoc eſt poſſibile ꝓpter materiā, & nō eſt ibi for
ma, quę obuiet ei: ſed nō pōt fieri diuiſio in eis in infini
tum, qa forma vnitatis īterciꝑiet ipſm. Patet igitur ex
hoc ꝙ infinitum reperitur ꝓpter materiā, & ꝙ finis, &
perfectio reꝑitur propter formam.
Scire autē debes ꝙ hoc, qđ dicimus de eſſe ipſius in 70
finiti, dicitur quidē ſecūdū prius, & poſterius. dicitur
enim Primo de magnitudine, Secūdo de motu, Tertio
de tēpore: & ꝙ reꝑitur in tēpore, ꝓpterea ꝙ reꝑitur in
motu, & reꝑitur in motu, quia reꝑitur ī magnitudine.

Caput Octauum.

AD ſolutionē autē illius imaginatiōis, ob quam
putabatur ꝙ infinitum in actu reperitur, dicen 73
dum eſt ꝙ hmōi imaginatio, ſeu conſydera
tio eſt triplex, vt diximus. Prima eſt conſyderatio
ſumpta à perſeueratione generationis: qm̄ Generatio
pōt eſſe ꝑpetua, nec ex hoc ſequetur vt detur infinitū ī
actu: qa, cū generatur vna pars, corrūpitur alia: & for
ma totius (ſeu vniuerſi) ſeruatur in ſuo ſtatu, ſine ad
ditione, vel diminutione.
Secunda vero conſyderatio, ſeu imaginatio eſt illa, 74
quæ dicit ꝙ finitum deſinit in aliquid, et illud in aliud,
& ſic proceditur in infinitum. hæc aūt imaginatio ſol
uitur, eo quod aliud eſt dicere ꝙ res deſinat in ſe ipſa, ꝗ
ꝙ deſinat in aliā rem, & abſcindatur, & nō ſequitur vt
quicquid eſt finitum ī ſe, deſinat in aliquā rem: hoc au
tē accidit cuilibet rei, quæ eſt ꝑs totius (ſeu vniuerſi,)
vt eſt totus ignis, & totus aer, &, vt verbo dicā, oīa, ꝗ
ſunt pars mundi: ſed illud totum, extra quod nihil eſt,
hoc nō accidit: ergo hoc accidit toti, nō inquātū eſt to
tum, ſed inquantum eſt pars. & ideo nō ſequitur vt qc
quid non eſt pars rei, vt deſinat in rem, quæ eſt extra.
Adde etiā, ꝙ ex hoc, qđ dicitur, ꝙ finitū deſinit in ali
quā rem, & illa in aliā, ſequitur ꝙ ſemꝑ reperiatur aliq
res extra ipſam rē: hoc aūt eſt infinitū in potentia, non
infinitum in actu, quod eſt id, quod putabant inferre
ex illo dicto: ſed dicimus ꝙ id, qđ ſeqꝛtur ex hoc, eſt
ꝙ totū non eſt infinitum, qm̄, cum dicimus ꝙ infinitū
eſt illud, extra quod ſemper reperitur aliquid, & dixi
mus ꝙ extra totū nihil reperitur, ſeqꝛtur ex hoc, ꝙ to
tum non eſt infinitū. & Vna harum propoſitionū ſe
qꝛntur ex dicto eoꝝ: dicunt enī ꝙ quęlibet res deſinit
in aliquā rem extra ipſam. Secūda propoſitio eſt ꝙ
extra totū nihil eſt, notum in eo ex toto.
Tertia imaginatio, quæ eſt ſumpta ex cogitatione,
(ſeu imaginatione.) nā nō poſſumus imaginari ꝙ deſi 75
nat aliquod corpus, niſi in reſpectu vel ad corpus, vel
ad vacuum. & dicitur, quia hoc accidit cogitatiōi, ſeu
imaginationi, quia corpora imaginata, vel ſenſata ita
ſe habent. Neq; propterea quicquid nō poteſt homo
imaginari eſt mēdacium, nam, ſi ita eſſet, tunc omne

verum

verum, quod homo non conciperet, ſeu immaginaretur, ipſum eſt mendacium: cum tamen ſit iam declaratum quòd dantur res veræ, quæ non poſſunt ab homine immaginari, vt eſt materia prima, & res abſtractæ. probatumq́; eſt in libro de Cœlo, & Mundo, quòd extra corpora cœleſtia non eſt locus, neque vacuum, nec corpus. Ex dictis ergo probatum eſt quot modis reperiatur infinitum in rebus naturalibus, & quot modis non. & hic finit liber.

Trium præcedentium librorum hanc mediam Auerrois expoſitionem cum Iacob Mantinus Hebræus Philoſophus ac Medicus excellentiſsimus fideliſsime fuiſſet interpretatus, ſuper reliquos quinque morte præreptus eam intactam reliquit.

REGISTRVM.

* a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z aa bb cc

Omnes quaterni, * duernio.



Venetijs, apud hæredes Lucæantonij Iuntæ,
Anno Domini. M D LII.

AΦ1 1454185

G 28.

Digitized by Google